Maſcardus.de probat.vol.2.conclu.
842.& plures DD.congerit Cĕnedo
in ſuis collectaneis. in ſecunda parte
collecta.18.n.6.&eſt.tx.in.l.fi.§.nece
ſsitatẽ. C. de bonis quælib. & tradit
Palacius Rubeus.in.c.per veſtras.no
tabili. 5.n.8. Auiles.in cap. prætorú.
c.1.nu.15.verſicu. *ſi el* Bermódus.5:
titulo.de adulterio.nu.50.& Socinus
66 in cõſ.80.nu.4.vol.1. qui dicit in de
ciſsionibus cauſarũ non eſſe recedẽ
dũ, ab opinione gloſſæ, & tradit Bal-
dus.conſ.351.volu.1.verſiculo, ex prĕ
dictis.nu.5.Rolandus.conſ.14. á nu.
40.vol.3.& ob hãc rationem, Greg.
67 Lopez authoritas, in interprætatio-
ne legum partitarum(tanquam illarũ
gloſſatoris)eſt magni ponderis,&mo
menti,& ſemper in dubió amplectẽ
da,& ceteris authoribus præponen-
68 da, quia eſt vir doctiſsimus,& ſic me
ritò illius ingenium, multũ extollit
Parladorius.lib.2.rerum quotid.c.1.
§.12.numero.41.

Rurſus præmito pro declaratione
69 totius operis, quód in omnibus quæ
ſtionibus in quibus duas opiniones
contrarias referimus, ſi nullam ex-
preſsè approbemus, in vltimam no-
ſtra ſentẽtia inclinatur, ſequẽdo Bar
tolum, doctores, & gloſſam. in.l. ſi
70 idem cum eodẽ.§.fi. ff. de iuriſdictio
ne omniũ iudicum. gloſſam.in.l. qui
filium.§.Sabinus.ff. ad Trebelianum
Bartolum.in l.bonafide. ff. de poſiti
Palacium Rubeũ.in.d.capit. per ve-
ſtras.§.13.& § 45.dedonat. Iaſ. in.l.pa
cta nouiſsima.n.3.C.de pactisFelinũ
in.c.1.n.107.de cõſtitutionibus. Gra
ciã.reg.487.qui poſſuit ad iſtã regu-
lã ſeptẽ limitationes,& Macagnani-
us Azogid.lib. 3. communium cap.
13.num. 1.

71 Præterea ſemper iudices prĕ ocu-
lis habere debent, practicam nego-
tiorum(quæ vigẽt in ſuis tribunali-
bus)&ab ea recedendum non eſt, cũ
72 ſit optima legũ interpræs.l.minimé.
ff.de legibus Ang.in.l.1.§ hĕc ſtipu-
latio. ff. ſi cui plus quam per legem
Falcidiam, Bald.in.l. quicumquè. C.
de ſeruis fugitiuis,& in.l. illud.ff. de
excuſſationibus tutorum. vbi docet
(per illũ textũ) Quòd ab antiqua pra
tica non eſtrecedendum. ita Decius
conſ.6.& conſ.286.&.378. Craueta.
conſ.91.nu.7.Socinus Iunior.conſ.2.
nu.26.Rolãdus.cõſ.4.nu.22.vol.3.&
73 in conſ.2.nu.8.vol.2.vbi dicit quòd
vera legis interprætatio, á practica
ſumitur,& ſic practicæ obſeruantiæ
ad hærere debemus, cum ſemper mag
nam afferat vtilitatem,& ſit rerũ ma
giſtra

74 giſtra.in c.quã ſit,de electione lib.6.
c.ſtatutum,de reſcriptis,lib. eod.l.le
gatis.§.ornatricibus.ff delegatis. 3.
& dicit Bald.& Fèlinus.in.c.ex teno
75 re,de teſtibus,quòd tùnc ſapiũt leg-
es,tuncq; exillis decerpũtur fructus
quãdo adpraxim redigũtur,idẽBald.
in.l.Emilius Largianus.ff.de minori-
bus.nu.8.& in.c.1.de fœudo ſine cul
76 pa nõ amitt. vbi dicit quod in ſcho-
lis,leges degludiuntur,in palatijs ve-
rò digeruntur,& plura tradit Catel-
lian⁹Cotta.in ſuis memorabilibus in
memorabili.verbo.practica. quibus
77 omnibus optimé códucit dictũCicę
ronis lib.1.officiorũ. c. 22. vbi dicit
quòd nequè medici,nequèImperato
res,nequè oratores, quãuis artis præ
cepta pęrceperint,quidquam magna
laude dignum,ſine vſu & exercita-
tione,conſequi poſſunt,& dicit An-
gelus,cóſ.110. nu. 4. theoricã á pra-
78 ctica diſtare,ſicut tactus à viſſu intel
lectuali,nam per theoricam videmus
79 ſed per practicam digeſtos cibos gu-
ſtamus, & plura conducibilia tradit
Neuic. in Silua nuptiali.li. 3. verbo
eſt nubẽdũ.verſi.fi.5.ratio.n. 7.Octa
uianus Chacheranus.in proæmio,de
ciſsionum.nu.14.vbi allegat Diuum
Paulũ ad hæbreos.c.5. in fine: vbi di
cit perfectorum autem ſolidus eſt ci
bus eorum,qui pro ipſa conſuetudi-
ne,exercitatos habent ſenſus ad diſ-
80 cretioné boni,& mali.practica enim
ſemper ex nimia peritia procedit,
quę facit artem,vt ait Philoſophus
primò metaphiſicorum Hipolitus
in practica criminali. §. principium
nu.3. vbi.nu.4. conſcripſit parũ pro
81 deſſe habere theoricam abſque pra-
xi,& ſic nequé aduocatus aduocare,
nequè iudex iudicare rectè poterũt,
82 ſi praxim,vel theoricam, ignorent,
plerũquè enim in deciſsionibus cau-
ſarum claudicabunt: vt multa con-
geſit Rebufus.ad.ll.regias tit. de con
ſuetudine art.2.gloſ.13.per totam, &
eſt bonus text. in clem.ad condito-
rem.§.quãquam.vbi gloſſ. verbo ex
perientia.de verborum ſignificatio-
ne.& dicit notabiliter,& Philoſophi
83 cè Baldus.in.c. cũ cauſã.nu.2.de pro
bationib⁹,quód oſſa iudiciorum ſũt
probatiores,& caro eius eſt materia
ſuper qua,et ſãguis,eſt veritas, & ca
put eſt Iudex,& pedes,ſũt executio,
84 & practica, eſt omnium rerum ma-
giſtra.& ſic cauti iudices priùs debẽt
inquirere iudiciorum practicam, &
ſtylum,aliás ſentẽtia erit nouerca iu
85 ſtitiæ,& ſicut ſi lata fuiſſet cõtra le-
gem eſſet nulla.l.cũ placitis(vbi Pau
lus)ff.de re iudicata.c.cum inter. eo.
titu. gloſ.verbo.cõtract.in. c. ei qui
de appellationibus. Abbas.n. 9. Feli.
nu.12.&.15.in.c.1. de re iudicata, ita
& eodem modo ſi lata fuiſſet contra
ſtylum,& practicam,iudiciorum,ita
Iaſſo.in authẽtica.iubemus.n.3.C.de
iudicijs. Guido Papę.q.292 Rebuf.
86 ſupra.& hac de cauſa motus Gundi-
ſaluus Suarez de Paz.practicam iudi
tiorum eccleſiaſticorum,& ſeculariũ
compoſſuit,vt faciliùs,iudices,& ad
uocati,inſtruerentur,vt nullo tabel-
lione,aut procuratore magiſtro, ius
reddere,& cauſas agere valeãt, vt ip
ſe tradit,in initio operis.n.18.& 22:
vndé cum tot vberrimi effectus ex
practica iudiciorum oriantur,&alij
quã plurimi, quos longũ eſſet recé-
ſere, non abſre in hoc loco pro in-
troductione operis,hoc præmitimus
cũ practica legis virtuté,& commu
87 nis opinionis habeat,& exeo quia ſe
nex aduocatus ſemper expertus lo-
quitur,dixit optimè Baldus.in.c.1.de
88 elect.nu 9.& in.l.ſeniũ.C.de teſtamé
tis.quòd plus valet vmbra ſenis quã
gladius & eloquentia iuuenis. & ſic
intelligi poteſt gloſſa.in.l. prouiden
dũ.verbo.á rudibus.C.de poſtulando
89 vbi dicit quod iuuenis aduocatus pa
rum ſcit.& ſic dicit Angelus.in. l. 1.
90 §.pueritiam. ff. de poſtulando quód
aduo-



aduocatus iuuenis eſt con fuſſor li-
tium & doctores antiqui ſemper fue
runt prętantiores modernis:ponde-
re,numero,& menſura, ita Præpoſi-
tus in.c.literas de frigidis & malefi-
ciatis,& ſic in electionibus iuuenes
incipiunt loqui,& reſeruant diffini-
tioné antiquioribus,ita Gaſpar Por-
tugalenſis in.l.imperium.n.16. de iu-
riſdictione omnium iudicum,Iaſſ.in.
l.poſt dotem,n.202.ff. ſoluto matri-
91 monio,vbi dicit quod iuuenis ſem-
per errat in practica,ſenes verò ſem-
92 per ſunt practici & inſtructi in regu
lis iuris,& doctrinis,maximè ſi in iu
uentute benè ſtuderunt, & ſic cum
ſcientia non acquiratur, niſi cum la
bore, & diligentia, & experientia,
93 opportet enim ſi quis vult multum
ſcire,quod multum ſtudeat nũquam
parcendo calamo de nocte, & antè
poſt prandium,& millies facere men
ſam de libris,exponendo vitã ſuã la-
boribus quotidianis, ieiunijs & vi-
gilijs,nam pinguis venter nõ gignit
ſubtilem ſenſum neque dormitatio
perficit opus ſed intellectum nubilat
& offuſcat,vigilantibus enim nõ dor
mientibus ius ciuile ſcriptum eſt. l.
filiusfamilias.ff.quæ in fraudem cre-
ditorum, Romanus ſingulari.91.Re-
buffus in authẽtica habita per illum
tex.C.ne filius pro patre, & ſic Pur-
puratus in.l.1.n.66.C.de ſumma Tri
nitate & fide catholica,inuehit con-
tra ſcholaſticos qui mittunt librum
ſuum ad ſcholas, & ipſi remanent in
lecto,& dum ſunt in ſcholis non at-
tendunt lectioni,ſed edificant in ae-
re,enumerando tegulas gignaſij vt di
cit gloſſa in.l. fin. C.de ſtudijs lib.11.
vndè Baldus conſ.331.lib. 3. multum
laudat ſpeculatorem, ex eo quia ha-
buit experientiã totius practicæ v-
triuſque iuris,& ſic vocat illum pa-
tré practicę vt in. l. hac conſultiſsi-
ma col.1.C.qui teſtamenta facere poſ
ſunt,&Romanus conſilio.127.nec ex
hoc de terreantur iuuenes aduocati,
ex eo quod non ſint ita experti ſicut
ſenes,cum ſit notiſsimum quod quan
to iuniores tanto perſpicatiores, &
gloria cupidi: vtuntur nimia diligèn
tia,tex.in.l.percipiunt ædiles. ff. de
ædilitio ædicto: Ripa in tractatu de
peſte.n.65.ſpeculator in tit.de aduo-
cato.§.vtriuſque,vbi dicit quod anti
qui ſunt aliquando deſides,& pigri,
& confidentes in ſcientia & experié
tia ſua, non curant quærere leges
pro eorũ dictis;& ideò licet illi ſint
magis experti:in iuuenibus verò ma
gis vigent vires ingenij,magis robu-
ſti & agiles ſunt ad labores, & quod
ſenes longa expiriẽtia conſequuntur
iuuenis importuno labore, & ſubti-
litate ingenij magis ſpeculantur ne-
gotia, & rerum difficultates, vt ele-
ganter multa congeſsit Bobadilla in
ſua Politica lib.1.c.7. num. 10. quia
noſtrum intelligere,aut eſt Phantaſ-
mata,aut non eſt ſine Phantaſmatæ,
vt tradit Philoſophus.3.de anima, &
Felinus in rubrica de magiſtris, Bart.
94 in.l.1.C.de profeſſoribus & medicis,
item quotidiè vidimus & experimur
quod in ſenibus diminuitur ſenſus,&
memoria ſeneſcit,ad cuius conſerua
95 tionem, plura ſcribit Albericus in
ſuo dictionario,verbo,memoria,vbi
tradit artem, eam conſeruandi, & au
gendi,ſed vera ars,eſt ſtudere,& ma-
96 gis ſtudere. Eſt enim magna memoria
incõpatibilis cum magno intellectu
& raró in vno ſubiecto memoria &
97 ſpeculatio concurrunt, neque com-
patiuntur,ita dicit Salicetus ſe audiſ-
ſe à Philoſophis in.l. hac conſultiſsi-
98 ma.C.qui teſtamenta facere poſſunt,
& ſic habens memoriam inordinatã
præſumitur fatuus vt docet Alex.in.
l.cum ſeruus.§.cõſtat.ff.delegat. pri-
mo,ſed iuuenes aduocati, gloriari nõ
debemus,quia in hoc latiſsimo pra-
to Iuris ciuilis. Bos herbã, Canis le-
porem, Ciconia lacertam inuenire
pote-

poterit,ea enim quę ſcimus,ſunt minima pars eorum quæ ignoramus,ma
99 ximè quia aliquando Deus optimus
100 maximus multa abſcondit ſapientibus,quę paruulis reuelauit: vnde optime Ouidius.

*Sæpè necat morſu ſpatioſum vipera taurū,*
*A cane non magno ſemper tenetur aper.*

101 Rurſus animaduertendum eſt pro totius operis enucleatione,& dilucidatione, quod in tot varietate opinionum, quando Iudex eſt in conflictu,vidēs communem pro actore,ſimiliter communem pro reo, poterit pro amico iudicare,Rota in antiquis tit.de reſcriptis,deciſſione.774.alias. 55. vbi dicit,quod in diuerſitate opinionum poteſt iudex vnam elligere, & vocatur pūctus pro amico:idem reſoluit Acoguidus lib. primo communium.c.8.n.46.& Menochius de retinenda poſſeſ.rem.3.n.766.& de arbitrarijs caſu.339.n. 19. Tiraquelus de Nobilit.c.17. oppoſitione.1.quæ opinio non procedit in foro conſcientiæ, vt reſoluit Segura de Aualos in ſuo dictionario iudicum eccleſiaſticorum.1.parte.c.14.à.n. 23. qui alegat Nauarr. in.c.ſi quis autem.n.130.
102 de pœnit.vbi expreſsè reſoluit,peccare iudices omnes,qui in varietate opinionum iudicant pro amico,volentes illis in dubio gratificari, cum exponant ſe periculo tollendi ius alteri parti: maximè quia in iure non reperitur deciſſum, quod pro amico ſit iudicandum in caſu dubio,ſed pro
103 reo,vt in c.cum ſunt partium de regulis iuris, & pro dote. l. in ambiguis. ff. eodem titulo, & pro fiſco.c. fin. de re iudicata. l. 1. C. de priuilegio dotis.l.1. ff. ſoluto matrimonio, & pro cauſa pia,authentica ſimiliter, C.ad.l. Falcidiam, vbi Romanus.131. ſpetiali,& Tiraquelus in ſuo tractatu de pruiilegijs piæ cauſæ,ita docet Nauarr.ſupra,reſoluens.n.134. quod qui in dubio pro amico iudicare voluerit,prius credere debet illi eſſe ius, & ſic peccatum poterit vitare. Quæ omnia intelligerem,quando partium ſunt iura obſcura exprobationibus & teſtiū depoſsitionibus, & ſic in facto eſt obſcuritas. Secus verò quando duæ communes opiniones ſunt, vna pro actore,altera pro reo : quia cum tunc ſit in iure difficultas, quæſtio pro amico erit, & gratificationi locus in omni foro: quidquid dicat
104 Ioannes Garcia de Nobilitate in initio.n.11.vbi dicit,quod ſolet irridere eos qui exiſtimant eſſe in iure quæſtiones pro amico, cum doctores in plurib⁹ locis hoc affirmēt: & probat
105 lex.10.tit.15.p. 2.ibi.*E ſi amos fueſſen iguales,eſtonces ſeria en eſcogēcia del Obiſpo tomar qualquiſiere.*Et ibi notat Gregorius verbo *eſcogencia*, quod ſit locus gratificationi, & illa gratificatio non debet eſſe cum peccato, maximè quando ſunt duæ cōmunes opiniones contrarię,vt colligi poteſt ex doctrina gloſſæ,per tex.ibi.in.c.Cap
106 pellanus de ferijs, vbi Ioannes Andreas, & Abb. tenent, quod faciens contra legem præceptiuam, habens multiplicem ſenſum & intellectum, non peccat,& ſequitur Iaſſ.in. l.1.n. 23.ff.de tranſactionibus,& in lectura legis admonendi.n.67.ff.de iure iurando,& in.l. poſthumo nato. C. de bonorum poſſeſsione cōtra tabulas, Alex.conſ.144.vol.5.Baldus in.l.precibus.C.de impub. & in. l. captatorias.C.de teſtamento millitis. Et hæc ſemper fuit receptiſsima ſententia, quam vidi in practica obſeruatam à iudicibus integerrimis, & ſic lucroſum erit litigantibus iudicem habere & gratum & beneuolum : ita Baldus in. c.ne in nifaris,num.7. de conſtitutionibus,Abb.in.c.1. nu. 15. vbi Decius in prima lectura. n. 12. Beroius.n.235.extra eod.Iaſſ.in.l.poſt dotem.



tem.n.105.ff.ſoluto matrimonio. Purpuratus in.l.admonendi,nu.155. ff.de iure iurando , & hanc dicit communem opinionē Antonius Maria, lib. 2.communium,tit. 9. nu. 172.in fine,
108 vbi admonet aduocatos & procuratores,vt in ſuis allegationib⁹,& informationibus habeant iudicem beneuolum,& propicium , vocando eum doctiſsimum,excellentiſsimum, celeberrimum,acutiſsimum, alijſque ſimilibus nominibus honeſtando,cum ex hoc plurimum iudices ſoleant delectari:ita Purpuratus in.l.1.n.313. ff. de offi. eius. Et cum iudices poſsint quam vnicuique placuerit elligere opinionem,quid intereſt argumenta, & fundamēta opinionum adducere,
109 cum eligendo vnam communē opinionem,quia magis probabilis mihi videtur,non poſſum alterius contrariæ communis opinionis virtutem & potentiam tollere? & ſic ſemper ex iudicis arbitrio facti,quæſtio & reſolutio dependet. Et hæc eſt potiſsima ratio, quæ animum noſtrum mouet non diſputare ad partes omnes quæſtiones; cum ſit parum fructuoſum, & multum laborioſum : ſat enim eſt
110 breuitati conſulendo,in vno volumine recolligere communes opiniones, quæ apud varios doctores, ad inuicē contrarias ſunt conſcriptæ , quod vſque aduc àb antiquis nec modernis doctoribus nunquam fuit excogitatum,neque ad ordinem redactū. Nec eſt multum mirandum,cum reperire communes opiniones contrarias ſit valdè laborioſum & difficilè , cum non habeamus particularem illarum titulum; tum, quia omnes libri haberi nequeunt,propter ingētes ſump
111 tus, & ſic collectores communium opinionum ſunt hodiè maxima laude digni,quia licet incumbant operi magis laborioſo quam ſubtili, ſtudēt hominum vtilitati,commodo, & ſaluti, cum ingentes labores ſubleuēt, veritatem(ſaltim præſumptam)pateſaciat:ita optimè aduertit Antonius Marianus ſupra.n.15.&.16.vbi admo
112 net eſſe emendos libros iſtos communium ſententiarum,cum ſit eorū maxima vtilitas, & fructus,& modicos ſumptus,& incommodū: in his enim libris,præter atteſtationem de communi opinione,habentur etiam infinita authorum antiquorum & modernorum loca recondita , vndè vnū alegans,plures adducūtur, & ſic ſunt melioris conditionis quam antiqui, illi qui magis allegandi ſunt, cum illos referant.Ita notat Iacobus Emilius,conſ.101.nu.12. & ita ſeruari in Rota reſoluit Antonius Maria,ſupra. Vltimo,prænotandum eſt,maximum
113 abſurdum & inconueniens verſari in republica chriſtiana , aduocare & iudicare in tot varietate cōmunium opinionum,quia rarò iudicatur ſecūdum rei veritatem,cum veritas in pūcto indiuiſibili conſiſtat, & quod eſt meum in eſſentia veritatis, nō poteſt eſſe Titij , & ꝙ eſt Titij,nō eſt meū: tamen, quando ſunt duæ opiniones communes contrarium dicimus,cum illud,quod ſequendo vnam communem opinionem eſt meum, ſequendo contrariam erit alienum,& ſic in tot varietate & incertitudine , profecto abſque lege,abſque iure, & abſque ratione viuimus,nihil certū habemus, neque ſtabile, omnia enim iura iam ſunt arbitraria,& cū vno ore omnes hanc veritatem fateantur,decreui,aliquibus rationibus & fundamentis, hanc rationem radicitus indagare.
114 Primo probatur exſentia multorum aſſerentium communis opinio, ergo falſa,& mixta cum errore , cum proueniat à diuerſitate authorum,quorū aliqui opinionis naturam in communi,aliqui in ſpecie fundarunt,& ſemper cum dubitatione , & cum formi
115 dine ad oppoſitum,& ſic difert à fide, quæ eſt adheſio certiſsima per demōſtrationem

ſtrationem & ſcietiam, vt tradit Cardinalis in Clementina ne Romani de electione,& in.c.literas de præſump
116 tionibus,vbi dicit, quod fides tenet medium inter ſcientiam & opinio-
117 nem:ſcientia enim facit nos ſcire per cauſas, fides inclinat animum noſtrũ ad vnam partem cũ certitudine, opinio verò inclinat cum dubitatione: & ſic bené ſequitur, quod vbi eſt opinio(pręcipuè communis contra communem)ibi eſt dubitatio,error,& incertitudo,quod optime illud nos docet D.Thom.2.2.quæſt. 1. art. 4. dicens:Qui opinatur putat ſe ſcire, ꝙ
118 verè neſcit, cum opinio ſit aſſenſus intellectus, aliqui non ſufficienter noti ab obiecto proprio, per quandã electionem voluntatis, declinantis in vnam partem magis quam in aliã, cum dubitatione, & formidine,alterius partis;& ſic,ſi deærit formido,
119 & adderit certitudo, erit fides: ergo cum,quando interueniunt duæ communes opiniones contrariæ non ſit certitudo,non erit fides,ſi non fides, opinio,ſi opinio,error,ſi error,iniquitas in iuſtitia. Et ſit videre in quanta dubietate iudices ſunt circunducti,
120 & quam vtile eſſet prędictas opiniones ad leges regias redducere.Secũdo comprobatur noſtra intentio, & antiqua cogitatio,ex tex.in.l. antiqui. ff. ſi pars hæreditatis petatur, ibi **Vbi autem eodem gradu ſunt cæteri, quo*
121 *& venter,tunc quæ potior in ſuſpenſo eſſe debeat quæſierunt, & quia non poterant ſcire quot naſci poſſent, ideo multa de huiuſmodi re tam varia & incredibilia tradiderũt,vt fabulas anumerarentur.** Ex qua lege ſatis clarè oſtenditur, etiam prudentiſsimos viros, & Iuriſconſultos grauiſsimos,obveri ignorantiam in opiniones incidiſſe, & quod magis eſt,in fabuloſas opiniones. Et ſic optimè dicit Petrus Andreas Gamarr.in tractatu de veritate & excellentia legalis ſcientiæ,quod cum homines huius mundi pulcherrima æthereis lumina,cœlum,Solem,& Lunam,conſpicerent,admirati ſunt, & ex admiratione rerum illarum,cauſas naturamque dignoſcendi, natum eſt deſiderium: quod vt adimplerent, cœperunt Philoſophari,& hinc opiniones contrariæ, diuerſęque ſententiæ originẽ habuerunt. Quæ opiniones parũ diſtant à falſitate. Vt nobis inſinuant verba tex.in.l.dedi.§.ſi quis,ibi * *Opinione falſa cœptũ*.*.l.inter dũ.§.fi.ff.de furtis, ibi * *Siue verè, ſiue falſo putet*.* c. hæreticus. 33. quæſt.3. ibi, * *Hæreticus eſt, qui falſas opiniones vel gignit vel ſequitur*. * Quod optimè
123 declarat Cicero.1.de finibus,in hæc verba: **Sapientia eſt adhibenda, quæ & terroribus, & cupidatibus detractis, & omnium falſarum opinionum temeritate direpta, certiſsima ſe nobis præbeat ad voluptatem.* * Et eſt op-
124 timus tex.in. c.à nobis de ſententia excommunicationis, ex quo notat. Abb. quod opinio poteſt ſe habere ad verum & ad falſum, ſi ergo habet ſe ad vtrumlibet,ſequitur, quod abſque lege certa viuitur, & iudicatur. Accedat etiam tex. pro hac indaga-
125 tione in.l.quiſquis. C. de poſtulando,ibi,**Opinionis ſuæ, immutationem patiatur*,*& in.c.infames. 3.quæſt.7.ibi, **Item ſi quis opinionis ſuæ immutationem pateretur*.*Quod quidem videtur no-
126 tare Iureconſultus,in.l.quia poterat. ff.ad Trebelianum,ibi**Non enim præſcribi hæredi inſtituto debet cur metuat hæreditatem adire,vel cur nollit, cum variæ ſint hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam æris alieni cumulum, quorundam offenſas vel inuidiam, quorundam gratificari volentium ijs,quibus hæreditas relicta eſt,ſine onere tamen ſuo*,* Ex qua le-
127 ge bené conſtat,quanta ſit in hominibus diſsimilitudo opinionũ & voluntatum, alij enim dolore mouentur,alij cupiditate, iracundia etiam multi



multi afficiuntur,alij apetrũt dulcia, alij cum amaris delectantur, alij libidinoſi, alij iracundi, alij crudeles & ſuperbi ſunt, alij hæc omnia mala aborrent:vnde Ouidius,

*Pectoribus mores tot,quod in orbe figuræ.*
*Mille hominum ſpecies & rerum diſcolor vſus.*
128 *Velle ſuum quiſq; eſt,nec voto viuitur vno.*

Quæ quidem repugnantia,& opinionum varietas,non ſolum cauſatur ex varijs hominum voluntatibus,ſed etiam inter nos metipſos, inter exteriorem & interiorem hominẽ, inter
129 legem membrorum,& legem mentis, inter carnem & ſpiritũ: audite enim, obſecro,Paulum dicentem: Non eſt collectatio nobis aduerſus carnem, & ſanguinem tantum. Et. ad Romanos. 7. Video aliam legẽ in membris meis,repugnantem legi mentis meæ: &ad Galatas.5.Caro concupiſcit ad-
130 uerſus ſpiritum,ſpiritus autem aduerſus carnem,ſe enim ſibi inuicem aduerſantur.Quæ quidem contrarietas & repugnantia,ab origine mundi initium habuit,quãdo erant Chaos,indigeſtaq; moles.Vnde Ouidius.

*Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,*
*Quem dixere chaos rudis indigeſtaque moles,*
*Frigida pugnabant calidis,humentia ſiccis,*
*Molia cum duris,ſine pondere habentia pondus.*

131 Item intelligentiæ diuinę(id eſt,ipſi Angeli)contrarias opiniones& voluntates habuerunt, & ſic legitur Apocalyp. c. 12. prælium magnum in cœlo,Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius. Sed certum eſt, quod pugna illa fuit inita non alijs armis,quam mentis,voluntatibus,& opinionibus.Ex quibus ſatis clarè ad oculum oſtenditur, vnicam eandemque opinionem, non omnibus ineſſe,ſed quemlibet hominem,imò quãlibet etiam res creata, ſuam ac pro-
132 piam poſsidere opinionem. Piloſophorum autem monumenta, hanc etiam contrarietatem opinionum indicant, variaſque ſententias amplectũtur,Academici,Peripatetici,Stoici,Epicurei,& alij. Academici enim, nihil affirmant, & quaſi certi deſperata cognitione id ſequi volũt,quod magis veriſimile videtur. Socrates id vnum tantum ſe ſcire,nihil ſcire, Metrodorus autem negat ſcire nos,ſciamus ne aliquid, Empedocles,abtruſſa eſſe omnia,nihil nos ſẽtire,nihil cernere,nihil omninò quale ſit poſſe reperire. Alij, nihil poſſe compræhendi,ſciri,noſci, percipi,non diferri vera à falſis,& omnia incerta reddi. Similiter enim de initijs rerum,& creatione mundi acriter litigant,nam Democritus voluit innumerabiles eſſe mundos,omniaquę ex corpore cœlorum ſeu atomorum concurſione (idque fortuito)gigni.Tales,ex aqua dicit conſtare omnia,Anaximander, infinitum æreã,ſed ea quæ ex eo oriuntur diffinita, gigni autem terram, aquam, ignem. Xenophanes, vnum eſſe omnia,neque id eſſe mutabile,id
133 eſt Deum,neque notum vnquam,ſed ſempiternum.Plato,mundum eſſe factum cenſet, ex materia in ſe omnia accipiente. Ariſtoteles vocat mundum quintam eſſentiam ; & nullum ortum eſſe, neque tanti operis fuerit inceptio. Quod qui-
134 dem erroneum eſt, cum in principio creaſſet Deus cœlum & terram, & ſic conſtat ex Euangelio, quod mundus fuit creatus,ſicut fuerunt re-
135 liquæ creaturæ. Præterea etiam, de anima magnum eſt inter prædictos certamen, an ſit; quid ſit; & vbi ſit;& an habeat tres partes, ra-
136 tionabilem, iraſcibilem, & concupiſci-

paſsibilem. An ſit vna ſimplex,
mortalis, & immortalis, an ſit ignis, an ſanguis, an quid aliud? Et
137 quod magis eſt, etiam plures Deos eſſe contendunt; aduerſus quos inuehit diuus Paulus, in epiſtola ad Romanos cap. 1. ibi: *Cum cognouiſſent Deum,
138 non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis,* Ex quibus omnibus ſatis manifeſtè colligitur,
139 quam antiquitus opinionum contrarietas originem habuiſſe, & ſic quodammodo à natura ineſt ipſa rerum oppugnantia, maximè in hoc iuriſprudentiæ latiſsimo campo, in quo
140 nihil firmum, nihil conſtans, & parum eſt (vt inquit Conſultus) quod ſubuerti non poſsit. l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. Quomodo ergo hæc capitalis inimicitia inter, cõmunes opiniones inuicem contrarias ad concordiam & amicitiam red-
141 duci poteſt? & ſi poteſt, vnde nos aduocati ememus panes? vnde orientur lites? vnde diſcordiæ, rerumque diuiſiones? Dicetque aliquis: Tu nonne aduocationis munus exerces quis carnem ſuam vnquam odium habuit? abhorres quod optãdum eſt,
142 quod omnes vno ore deſiderant? Reſpondeo, quod amicus Plato, amicus Socrates, & amica pecunia (quæ eſt omnis res) ſed magis amica veritas,
143 quæ omnibus cõmunis eſt: neque eſt mea, neque tua, illius, aut illius, quid
144 enimadmirabilius, aut ſpecioſius ipſa veritate, quæ non habet angulos, neque eſt quadrata, neque rotunda, neque longa, ſed vbique eſt præſens (ſi
145 cordis oculus ad eam pateat) & licet ſæpenumero à mortalibus vulneretur, finaliter mori non poteſt, & ſic melius eſt pro hac veritate pati ſuppli-
146 plicium, quam pro adulatione beneficium. c. nemo peritorum. 11. quæſt. 3. Idcirco aduc-ſum in ea ſententia, vt ſit valdè conueniens, vtile & neceſſarium, vt omnes communes opi-
147 niones contrariæ ad leges regias reducantur, quod ſpero futuris temporibus (Dei miſeratione) prouidendum, neque ex hoc exſuriemur ad-
148 uocati, cum legalis ſapientia non permittat aliquem in paupertate viuere, nec in anxietate mori, text. in authent. de hæredibus & falcidia. §. fin.
149 licet illius tex. deciſionem hodiernis tẽporibus falſam eſſe doceat Hyppolitus, in rubric. de fideiuſſoribus, numer. fin. vbi eleganter exclamat con-
150 tra legũ profeſſores, intendens eos à vigilijs & laboribus retrahere, tãquã in vanum laborãtes, & cribro aquam haurientes, dicens, quia nedum nihil
151 ſuperlucrabuntur, ſed eorum patrimonia acquiſita perdent, & peruenient nedum ad paupertatem, ſed etiam ad inopiam, & erunt deterioris conditionis omnibus alijs artificibus, nam cerdones, barbitonſores,
152 & reliqui viliſſimi artifices, ex eorũ labore vitam ducũt, & ex ſudore ſuo pane ſuo veſcuntur, vt experientia rerum magiſtra docet, vetuſtaſque ſuadet: doctores autem, & iuriumprofeſſores, famę pereunt; & ſic quod meritò in totum abradi & deleri poteſt, tex. in d. auth. §. fin. & quod hodiernis temporibus mentitur. quod quidem etiam docet Rebufus, in repeti-
153 tione, authent. habita, priuilegio, 43. in fin. C. ne filius pro patre. Sed cũ omnia in hac breui vita degenerent, & retrocedãt, prędicta patienter tolerare debemus, maximè ſi ante oculos ſententiam illam diui Hieronymi habeamus, quod facilè contemnit omnia, qui cogitat ſe moriturum.

(.?.)

Summa-



## SVMMARIVM.

2 *Leges fori non ſeruantur, niſi probetur obſeruantia illarum.*
3 *Alleganti leges fori ſeruari de conſuetudine, incumbit onus probandi.*
4 *L. 6. tit. 6. lib. 3. fori declaratur circa illius obſeruantiam.*
5 *Lectus quotidianus de conſuetudine totius regni pertinet ad coniugem ſuperſtitẽ.*
6 *Doctoribus affirmãtibus leges fori ſeruari de cõſuetudine, non eſt credendum.*
7 *Concordiam tradit author inter prædictas opiniones.*
8 *Lectus quotidianus eſt taxandus, vt illius valor cognoſcatur.*
9 *Lectus ex bonis multiplicatis eſt deducendus, & eius valor, ſi eſt valdè prætioſus eſt aſsignandus ſecundum conditionem perſonæ.*
10 *Lectus quotidianus deficientibus bonis ſuper lucratis, eſt deducẽdus, ſolutis prius debitis ex corpore hæreditario: ſi verò filij extent, ex quinto.*
11 *Lectus non debetur ex donatione, vel cõtractu, ſed quaſi iure hæreditario.*
12 *Teſtator poteſt prohibere vt ſuperſtiti coniugi lectus aſsignetur.*
13 *Diſpoſitio hominis expreſſa, facit ceſſare diſpoſitionem tacitam.*
14 *Ayoræ opinio reprobatur in ſua ſententia & diſtinctione.*
15 *Abſurdum magnum ſequeretur, ſi lectus quotidianus (extantibus filijs) abſque taxatione vxori daretur.*
16 *Rodericus Xuarez contrariatur in ſua opinione, à nu. 2. cum traditis, in nu. 17.*
17 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*
18 *Lex 10. titu. 4. lib. 3. fori declaratur, eiuſque litera refertur, & eius diſtinctio ſeruatur in practica in toto regno.*
19 *Doctoribus regni, dicentibus, legem fori 10. eſſe in practica receptam, nõ eſt præciſe credendum.*
20 *Doctoribus aſſerentibus aliquid ſeruari de conſuetudine eſt credendũ, vbi nulla eſt contradictio reſpectu obſeruantiæ.*
21 *Fructus cappellaniæ qualiter ſint diuidendi mortuo cappellano.*
22 *Annus incipit in fructibus menſiũ à menſe Agũſti, in alijs verò fructibus à menſe Ianuarij.*
23 *Practica locorum attendi debet.*
24 *Peritis in ſua arte eſt credendum.*
25 *Iudicandum eſt ſecundum peritorum declarationem.*
26 *Periti in arte debent iurare in iudicio, aliàs illorum declaratio eſt nulla.*
27 *Dicto ſancti doctoris eſt credendũ, munito authoritate Veteris, vel noui Teſtamẽti.*
28 *L. Theopompus. ff. de dote prælegata, declaratur.*
29 *Declaratio voluntatis poteſt alteri cõmitti.*
30 *Creditor tenetur iurare damna, & intereſſe recepta, aliàs illi non creditur, licet contrarium actum ſit.*
31 *C. ſtatutũ. §. aſſeſſorem de reſcriptis libr. 6. declaratur.*

## QVAESTIO. I.

### *Vtrum doctori aſſerenti aliquid ſeruari de conſuetudine, ſit credendum: communis contra communem.*

Receptiſsima concluſio eſt, quod doctori, & gloſſæ ateſtanti aliquid ſeruari de conſuetudine, ſit credendum: ita tenet Bart. in l. de quibus, numer. 21. ff. de legibus. Paulus de Caſtro, in conſil. 164. 2. part. & eſt communis opinio, ſecundum Curtium iuniorem, conſilio 60. numer. 5. & ſecundum Portium, in §. apud, numer. 14. inſtit. de rerum diuiſione. Dixit etiam communem Alex. in l. poſt dotem, num. 29. ff. ſoluto matrimonio, & Antonius Rubeus, in additione ad Bart. in d. l. de quibus, & Decius, conſilio. 694. numer. 3. & conſilio 559.

B 2 nu. 6.

num.6. & 7. & exemplum traditur à
gloſſa in.l.doſa patre. C ſoluto ma-
trimonio, & in authent. & qualitas.
C.de pactis conuent.& in.§.aliæ,in-
ſtitutis de actionibus,& plures caſus
ſimiles accumulat Barbatia , conſil.
14. & conſi.8. volumin. 1. & conſil.
32.volumin.3.column. 3. & Feſtaſius
de collectis. 2.parte. capit. 3.numer.
36.qui alios refert pro hac ſententia
& opinione,& Anton.Gabriel,lib.
1.concluſio.4. & nouiſsimè Guillen
de Ceruantes, in. l. 1. Tauri numer.
3. & 4 & Solis.de Cenſibus, libro 3.
capit.3. numer.9.& Oroſcius in d.l.
de quibus numer. 69. & Azeued. in
l.2.titul.1.numer.2.lib.2. recopil.ſed
contrariam opinionem imò ; quod
ſolo dicto doctoris non ſtetur,tenet
Iaſſ.in d. l. de quibus,numer. 89.Za-
ſius numer. 28. idem Iaſſ. in l.1.2.le-
ctu. numer. 5. ff. ſolut. matri. & Ri-
pa in.l.Centurio,numer.90.ff.de vul
gar.Iaſſ.in.l.filius á patre,numer.27.
ff.de liber.& poſth. Gagnolus in. l.ſi
librarius, numer. 49. ff. de regul.iu-
ris, idem in. l. ſi quis maior numer.
73 C.de tranſanſact.& hanc opinio-
nẽ dixit comm.Decius in conſi.142.
num.5.prope finem ( ſaltem moder-
norum ) qui dixerat priorem com-
mun.conſi.694. numer. 3. dixerat e-
tiam commun.Antonius Rubeus,in
additione ad Bart.d.nu.31.verſi.quia
ſtetur,& vide quæ in propoſito addu
cit Hyppol. in practi. in. §.conſtan-
te,numer. 15. & hanc tenet Decius,
cum relatis in capit.2. numer. 15.de
reſcriptis, & facit gloſ. in.l ſi de in-
terpretatione.ff.de legibus. cõmuni
ter approbata ſecundum Curtiu. iu-
niorẽ, conſi. 160.numer.4.& conſi.
136. numer. 8. & hanc partem dixit
communem Decius, conſi. 286. nu-
mer.final.& conſi. 472. numer.16.&
17.& per nouiſsimos in.l.1.Tauri nu
mer.12.& Guillen Ceruantes nume.
3. & 4. & tradit etiam Gomecius, &
plurimi ab eo relati, in c.1 nu.74.de
conſtitutionibus in. 6. Caſſaneus in
conſuetudinibus Burgundię,fol.136.
nu.31.Rubeus. §. 9.& dixit commu.
Nauar.in.c.placuit de pœnit.diſtin.
6.nu.186.& Iuuenal.Acoſta,in.§ om
nis,nu. 5.inſti. de verborum obliga-
tion.& Anto.Gabriel.lib.5.commu-
nium,concl.4.tit.de probationibus:
qui plures doctores pro vtraq; opi-
nione refert & iſtam opinionẽ ſequi
tur Burſat.conſi. 37. nu.16. & pro ea
fuit iudicatum per dominos de Ro-
ta,vt aſſerit Maſcar. volum.1.probat.
concluſio.5. numer.528.num. 4. vbi
etiam refert duas communes opinio
nes. In hac tamen doctorum diffe-
rentia, mediam viam inuenit Decius,
conſi. 691.numer.12.dicens, quod li-
cet non probetur conſuetudo per di
ctum doctoris,inducitur tamen quæ
dam præſumptio,quę transfert onus
probandi cõtrarium l. generaliter. §.
ſi petitũ.ff. de fideicomiſ. libertatib⁹.

1 Ex qua veriſsima & receptiſsi-
ma ſentencia infertur intellectus ad
omnes leges fori, quæ nõ ſunt in pra
ctica,nec in iudicando ſeruandę(niſi
prius probetur illarum vſus) vt pro-
batur in.l.prima Tauri, ibi:* Manda-
mos que ſe guarden las leyes delos fueros,*
& ibi · * En lo que ſon o fueren vſadas y
guardadas, * & in. l. 3. titul. 1.libr.2.
Recopilat. quod in tantum verum
eſt & procedit, quod neque docto-
ribus aſſerentibus eſſe vſu receptas
eſt credendum, imò alleganti prædi-
ctas leges eſſe vſitatas, incumbit
onus probandi. Ita Rodericus Xua-
rez,in prohemio legum fori,numer.
2. vbi dicit multoties hoc habuiſ-
ſe de facto, & conſuluiſſe pro hac
ſententia contra Montaluum in ſuo
reportorio, verbo leges, & Roderi-
cum Xuarez ſequitur Gregorius in
l. 42.titu. 13.partic. 5.ver. ò treynta,
& in.l.28.titul.15.parti.7. verbo fru-
to, vbi dicit ſe nunquam allegare
leges



leges fori, niſi quando concordant
cum legibus partitarum, vel ordina-
menti,vel ſunt conſuetudine,vel vſu
notorio approbatæ,& ſic,licet per le
3 gem.6.tit.6.lib.3. fori(quæ in praxi,
& in vſu forenſi ſemper fuit recepta)
pertineat lectus cotidianus coniugi
ſuperſtiti, tamen cum illud ſit cau-
tum lege fori prouanda, eſt illius ob-
ſeruantia, quod magis tutiſſimum e-
4 rit.Ita tenet Villalobos in ſuo ærario
communium,litera A.num. 251. col.
3. cuius opinionem increpat immeri
tò Gutierrez,lib.2.practicarũ queſt.
quæſtio.93.dicens,prædictam legem
6.eſſe vſu receptam, & approbatam
in toto regno. Idemque tenet Alua-
radus, lib. 4. de coniecturata mente
5 defuncti.c.2.num.39. & pro illa lege
fuiſſe pronuntiatum in regali chan-
cellaria Pinciana ,affirmat Queſſada
in ſuis quæſtionibus,lib.1.c.25.num.
23.column.4.& in fine capituli, vbi
non inſinuat an prædictæ legis fue-
rit obſeruantia, prius à parte com-
probata. Et ſic prædictis docto-
6 ribus non eſt credendum, aſſerenti-
bus in practica eſſe receptum, quod
licet illum verum ſit, tamen illa ve-
ritas debet conſiſtere in proceſſu per
liquidas probationes,aliàs ex ſola aſ-
ſertione doctorum(facta aliquacon
traditione) non eſt lectus coniugi
7 ſuperſtiti concedendus. Admiterem
tamen opinionem Gutierrez,& alio
rum, quando nulla eſt contradicio,
quia tunc, & iudices, & partium
calculatores & bonorum arbitrato-
8 res,poſſunt ex bonis ſuperlucratis le
ctum deducere, & ſuperſtiti coniu-
gi in ſuaparte aſſignare(facta prius il
li⁹ taxatione(vt dimidia valoris pars
reddatur ſi vxor ſecundas contraxe-
rit nuptias,vt in d.l.6.quia altera di-
midia ad eam pertinuit ex prædictis
bonis multiplicatis,& ſemper eſt fa-
cienda deſignatio & taxatio, ſecun-
9 dum perſonæ qualitatem & condi-
tionem : argum.text.in.l. plenum.§.
equitij. ff. de vſu & habitatione.
Quam opinionem tenet Gutierrez
ſupra,num.5.in fine,contra Didacum
Perez(qui generaliter loquitur)in.l.
7.tit.1.lib.1.ordinamenti,gloſſ.verb.
* Veſtir por luto, * & illam opinionem
tenet Rojas,in epitome ſuceſsionum
c.23.nu.48.& pro ea fuit iudicatum,
prout teſtatur Queſſada ſupra, & vl-
10 tra eos ſequitur illam opinionem Sa
lazar,de vſu & conſuetudine cap. 2.
numer. 28. eſt tamen aduertendum,
quod deficientibus bonis ſuperlucra
tis,lectus non debetur, niſi deductis
debitis hæreditarijs, vt etiam reſo-
luit Gutierrez,ſupra quæſtion 95. nu
mer.18.ſi verò filij ſuperſint ex quin
to bonorum, cum prædictus lectus
non debeatur vxori vel marito ſu-
perſtiti, iure donationis, neque ex
11 contractu, neque ex debito legali,
ſed quaſi iure hæreditario, prout in-
telligi poteſt ex ipſa lege.6.fori,dum
eſt ſubſcripta ſub titulo de las heren-
cias,& leges debent intelligi, ſecun-
dum rubricas ſub quibus collocan-
tur: text.vbi gloſſ. in.l. Imperatores
ff.de in diem adiectione,gloſſ.in Cle-
mentin.vnica de officio delegati.Et
12 quatenus dicit : * Si el marido o la mu-
ger muriere, finque el lecho cotidiano que
auian al viuo, *,& ſic à morte vnius re
manet lectus ſuperſtiti,non verò de-
bebatur in vita,prout optimè aduer-
tit Gutierrez,quæſtion 94.nu.3.con
tra Ayoram de partitionibus. 1.par-
13 te. capit. 3. numer. 41. cui opinioni
libenter adhæreo, & pro ea ſæpius
conſului,pro creditoribus hæredita-
rijs:& ſic infero,quod cũ illa ſit ſuc-
ceſsio , poterit tan maritus quam
vxor prohibere ne ſuperſtiti aſigne-
tur prędictus lectus,cum hominis diſ
poſitio expreſſa faciat ceſſare tacitã,
& ſubintellectam, vt tradunt docto
res in. l. cum quid. ff. ſi certum pe-
tatur. l. nonunquam. 51. ff. de con-
ditio-

ditionibus & demóſtrationibus, quę declarat Coſta,lib.1.ſelectarum.c. 21. Sarmiento,lib.2.ſelectarum.c. 6. nu. 31.quod quidem etiam procederet in diſpoſitione legali, cum diſpoſitio hominis faciat ceſſare diſpoſitionem legis. l. ſi maritus. C. de procurato-
14 ribus.l.final. C. de pactis conuentis, quæ omnia ſumè in practica notanda ſunt, & hoc vltimum à nemine ex doctoribus vidi tactum, neque ex cogitatum: fui tamen de hoc caſu conſultus, & ita reſpondi. Vndè cauendum eſt ab opinione Ayoræ, de partitionib.cap. 3.n. 40.vbi tenet,ꝙ lectus cotidianus debet in inuentario bonorum deſcribi, reſpectu creditorum, non verò reſpectu filio-
15 rum,quia in vtroque caſu eſt deſcribendus & taxandus, cum non minus filij, quã hæreditarij creditores, ex contrario facto damnum paterentur. Finge enim,quendam patrem familias mortuum fuiſſe,relicta vxore, & aliquibus filijs abſque alijs bonis præter lectũ cotidianũ (ſolutis debitis)qui ſi integrus ad vxorem ſine aliqua diſtinctione pertineret, profectò eſſet vxor melioris conditionis quam filij, & ipſi abſque aliqua ſucceſsione remanerent:& ſic,vt iuridica ratione, in magna ſeu parua quantitate diuiſio fiat bonorum,taxandus eſt lectus quotidianus, ſiue bona ſint ſuperlucrata, conſtante matrimonio, ſiue non, ſiue extent filij, ſiue alij creditores, contra Ayoram ſupra. Rurſus, ex vltima & communi, & magis recepta ſententia, de qua ſupra,quod doctori aliquid aſſerenti ſeruari de conſuetudine non ſit credendum,
16 venit reprobanda opinio Roderici Xuarez,in d.prohemio legum fori, numer. 17. qui profectò palinodiam recantauit, recedendo à priori opinione,de qua ſupra numer. 2. vbi dicit eſſe menti tenendum,quod ſit credendum doctori aſſerenti aliquid in practica ſeruari de conſuetudine, fretus ex Bartoli doctrina, in repetitione,legis, de quibus, in quæſtion.4. & quod alleganti contrarium incumbat onus probandi: cuius opinio proprio ore conuincitur(& ex ſupra relatis)magiſque tu-
17 tum erit aliqualem probationem facere,cum conſuetudo conſiſtat in facto,& facta non prȩſumantur(ex relatione aliorum)niſi probentur, maximè cum agatur de alterius præiudicio, lex,in bello.§.factę.ff.de captiuis & poſt limi. & plura tradit Ay-
18 mon Craueta,de antiquitate temporum.1. part. numer. 75. fol. mihi 29. ſimiliter etiam ex ſupradictis venit reprobanda alia opinio doctorum circa obſeruantiam legis. 10. titul. 4. libr. 3. fori, cuius verba ſunt. * *Porque acaece muchas vezes, que antes que los frutos ſon cogidos de las heredades, ò muere el marido, ò la muger, eſtablecemos, que ſi los frutos parecen, en la heredad, a la ſazon de la muerte, que ſe partan por medio, entre el viuo y los herederos del muerto, y ſino parecen, aya los frutos cuya fuere la rayz, y de las miſiones que fueren fechas en la labor, al que la labro: y eſto ſea ſi la labor fuere viña ò arboles, ca ſi fuere tierra, ò fuere ſembrada, maguer que no aparezca el fruto a la ſazon de la muerte, partaſe por medio quanto ende ouiere: è ſino fuere ſembrada, y fuere baruecho, el que no ha nada en la heredad, aya la mitad de las miſiones que fueren fechas en el baruecho,**cuius legis verba inſerere libuit, quia ſunt notabilia, & illius deciſio practicabilis in toto regno, & ſic eius diſtinctionem dicit ſeruari Montalbus, in. l. final. titul. 3. libro. 3. fori. gloſſa. 1. in fine, & ita dicit practicari Palacius Rubeus in rubrica, capit. per veſtras. §. 62. numero. 10. & de eius praxi, & obſeruantia, teſtis eſt

Matienç.



Matienço in.l.4.titul.9.gloſſ.1.num. 4.libr.5.recopilationis, & Ayora de partitionibus.1.part.capit.9.numer. 2. & illam legem dicit ſingularem Antonius Gomez,in. l. 50. Tauri, numer.33.& prædictis doctoribus eſſe credendum,aſſerentibus dictam legem fori eſſe in practica receptam,affirmat Gutierrez.1. part. Canonicarum quæſtionum, capit. 33. numer. 17. in fine.Sed ſalua pace tantorum grauiſsimorum virorum,verius credo non eſſe credendum prædictis doctoribus,ſaltim quando eſt controuerſia inter actorem & reum, circa prædictam obſeruantiam.Ita conſuluit Franciſcus Purpuratus, conſil.
20 467.numer.6.volum. 2. Si verò nulla ſit contradictio,libenter adhæreo illorum ſententiæ, & iudex non poterit ab ea recedere tuta conſcientia, maximè cum illius legis deciſsio ſit multum rationi conſona, & diſpoſitioni, iuris communis extra ditis per Bart. & Iaſſ. in.l.diuortio. ff.ſoluto matrimonio, & in. l. defuncta per illum text.ff.de vſufructu. Auendañus,reſponſo. 5. vbi explicat qua-
21 liter fructus capellaniæ diuidantur inter hæredes capellani mortui, & eius ſucceſſorem: cuius doctrinam ſępius habui de facto, & pro ea conſului, & obtinui. Annus verò ad fructus computationem, & diuiſionem inter prædictos, qualiter conſideretur & computetur, explicat Molina lib.3.de Hiſpanorum primogenijs, capit.11.numer. 5. Gutierrez ſupra numer. 12. qui alios allegant, ex quorum dictis breuis reſumitur reſolutio, vt in fructibus menſium incipiat annus à menſe Aguſti, & ſic
22 ab eo tempore quo percipiuntur, & colliguntur communiter,in alijs verò fructibus & locationibus terrarum, annus incipit à menſe Ianuarij in hoc Archiepiſcopatu Toleti, vt pluries vidi practicatum, & iudicatum, in alijs verò ciuitatibus contrarium ſeruatur,prout tenet Gutierrez ſupra nu.13.dicens,quod in Epiſcopatu Ciuitaten.annus incipit à die
23 ſancti Martini,menſis Nouembris,& ſic practica locorum conſideranda& probanda eſt, nec aliter doctoribus de practica& obſeruancia teſtificantibus credendum eſt ex noſtra communi & receptiſima ſentencia, ſed omnibus ſupradictis,obſtat text. in l.2. C. finium regundorum, ibi: * *Et tunc agri menſor ire præcipiatur ad loca, vt patefacta veritate huiuſmodi litigium terminetur,* * ex quo text.notant ſcri-
24 bentes, quod peritis in arte eſt credendum, ita Bart.& Iaſſ.in.l.1.§. fin. nu.11.per illum. tex.ff. de verborum obligationibus,& in.l.1.ff.ſi certum petatur. Canoniſtæ in. c. propoſuiſti de probationibus,lex.1. vbi doctores ff. de ventre inſpiciendo, & in.l ſemel.C.de remilitari,lib.12.tex.in authentico de non alienandis aut permutandis rebus Eccleſiæ.§. quod autem dictum eſt collatio. 2. lex hac ædictali. §. his illud, verſi.mobilium. C.de ſecundis nuptijs.l.comparationes, verſi.omnes.C.de fide inſtrumentorum.c.quia indicante de prȩſcriptionibus.l.1.& per totum.ff.ſi menſor falſum modum dixerit,in quibus iuribus conſtat,peritis in arte eſſe cre-
25 dendum,& ſecundum peritorum declarationem eſt iudicandũ:& ſic doctoribus etiam videtur eſſe credẽdũ, affirmãtibus aliquid ſeruari in practica,cum in ſua facultate ſint valdè periti, & non debent iudicari deterioris cõditionis quã agri menſores,æſtimatores,Medici,&Chirurgi,obſtetrices,architecti,fabri, & reliqui officiales,ſed huic difficultati reſpondetur, quod illa iura procedunt duobus cõcurrẽtibus,primo,quod prędictę perſonę ſint à partibus nominatę,vel officio iudicis,vt cõſtat ex prædictis iuribus,& explicat Anto.Gom.2.tom.

variarum.c.9.nu.5.Secũdo,quod ſint eorum dicta producta in iudicio,præſtito iuramento,vt in d.l.hec ædictali.§.hic illud,& tradit Matié.in.l.1.ti.11.gloſſa.2.nu.20.& 21.lib.5.recopilationis, vndè cum dictum doctoris teſtificantis aliquid eſſe in practica receptum, non ſit iuratum, neque à parte examinatum,neque in iudicio productum,nulla eſt fides adhibenda.argu.tex.in.l. iuriſiurandi. C. de teſtibus.c. licet vniuerſis,extra eod. ſupra dicta tamen ſunt limitanda, quando habemus dictum alicuius. ſancti doctoris,munitum authoritate veteris, vel noui Teſtamenti, ita Abb.in.c.qualiter & quãdo, de accuſationibus,vbi gloſ.tex.in.c. de quibus,vbi Archidiaconus.20. diſtinct. & ſequitur Iaſſ.in d.l.1.§ fi.nu.38.ff. ſi certum petatur. Nec ſuperiori reſolutioni obſtat text. ſingularis in. l. Theopompus. ff. de dote prelegata, vbi Sceuola Iureconſultus reſpõdit dicto Polliano, ſtandũ eſſe circa quantitaté dotis Cuſpianæ filiæ teſtatoris aſſignandæ, quia tex.ille procedit ex diſpoſitione teſtantis. Nam ſicut ipſe pater ſolus poſſet ex teſtamento ſuo deſignare dotis quantitatem filię ſuę, ita & eodem modo poterit voluntatis ſuæ declarationem alteri committere.c.quia propter de electione.c.ſi quis iuxta, eod.tit.lib. 6. c. gratia de reſcriptis lib.6.c.accedens de præbẽdis,cap.mulieres.§.1. de ſententia ex communic.& ſic magis Pollianus ibi, declarat teſtatoris voluntatem,quam ſicut teſtis deponit de facto proprio, quia ſi hoc faceret non ſtaretur illius dicto,& ita inſinuant verba dictæ legis,ibi: **Pollianus ſciens mentem meam.** & ſic mentem teſtatoris declarat Pollianus,non verò ſuam. Et vt illa declaratio effectum ſortiatur, debet iuramento adhiberi,vt notat Bart.in illa lege quem ad hoc, ſequitur Iaſ.in.l. de pupilo. §.qui opus nouum,nu.3.& 4.ff.de noui operis nuntiatione, Baldus in.l.2.de iure iurando,& in.l.iuris iurandum.ff.eodem,& in. c.ceterum de iuramento calumniæ,vbi dicit, quod ſi in inſtrumento contineatur,quod circa damna & intereſſe ſtetur ſimplici verbo creditoris, vt cõmuniter ſolet apponi in cõtractibus quod tenebitur creditor iurare de calumnia, ſi à debitore hoc petatur, nõ obſtantibus verbis ſcripturæ: idemq, ipſe docet in. l. iuſiurandũ quod ex conuentione in princ.ff.de iure iurãdo,& in.c.tuis de teſtibus,fundans ſe in deciſione tex. in.d.l.Theopõpus, & ſic poteſt intelligi.tex.in.c.ſtatutũ §.aſſeſſorẽ de reſcriptis.lib.6.quod optimè intelligit Couar.lib.2.variarum c.13.nu.4.

## SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per reſcriptum principis,eſt verè legitimus.*
2 *Legitimatus,nihil differt à legitimo.*
3 *Legitimus filius, ſicut excludit ſubſtitutũ, ita & legitimatus.*
4 *Legitimatus excludit ſubſtitutum,etiam ſi vocati ſint legitimi hæredes.*
5 *Legitimatus per ſubſequens matrimoniũ, etiam in articulo mortis excludit ſubſtitutum.*
6 *Lex.* 1.*tit.*13.*part*.4. *tollit opinionem iuris communis.*
7 *Legitima quæ debetur filio legitimo, debetur filio legitimato.*
8 *Legitimatio rectè facta,non viciatur ex ſuperuenentia filiorum legitimorum.*
*Ceſſante cauſa non ceſſat effectus conſummatus.*
9 *Filius qui exit à patris poteſtate per contractum matrimonij,eo diſſoluto non reincidit in eam.*
10 *Verbum legitimus nihil denotat amplius, quàm verbum legitimatus.*
11 *Filius naturalis ſuccedit in fœudo,ſi fuerit ad hoc per principem legitimatus.*
12 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit in fœudo, ſicus in legitimato per reſcriptum principis.*
13 *Legitimati dicũtur infames infamia facti.*
14 *Principis reſcriptum tollit omne vicium illegitimatis.*
15 *Legitimati excludunt fœminas,etiam ſtante ſtatuto, quod fœminæ non ſuccedant ſtantibus maſculis,& eſt magis communis opinio.*
16 *Legitimatus conſequitur omnia iura legitimorum.*
17 *Legitimatus ſuccedit patri,cum filijs legitimis,& vel quis conſanguineis.*
18 *Legitimati non habent verum principium legitimitatis,habent tamen verum ſtatutum legitimorum.*
19 *Statutum extenditur ad caſum priuilegiatum.*
20 *Verba ſtatutorum debent intelligi propriè, & naturaliter.*
21 *Statutum loquens in caſu vero intelligitur in caſu ficto ex vi æquiparatorum.*
22 *Filijs legitimatis præteritis, vel exhæredatis,competunt remedia quæ dantur filijs legitimis.*
23 *Quod operatur veritas in caſu vero,operatur fictio in caſu ficto.*
24 *L. iubemus.C. ad Trebellianum ampliatur.*
25 *Maioria,quæ ex fũdatione debet peruenire ad contrahentem matrimonium cum nobili, verificatur in matrimonio cõtracto cum muliere legitimata.*
26 *Appellatione ciuis, venit ciuis ex priuilegio.*
27 *Lex hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſt.ampliatur ad filium legitimatum.*
28 *Authentica ſi qua mulier.C.de ſacroſanctis Eccleſijs, declaratur,& ampliatur.*
29 *Lex ſi vnquam C.de reuocandis donationibus,ampliatur ad filium legitimatum.*
30 *Lex.12.Tauri eſt correctoria iuris communis,concurrentibus filijs legitimis cum legitimatis ad ſucceſſionem parentum.*
31 *Legitimatus ſtantibus legitimis ſolum ſuccedit in quinto bonorum.*
32 *Legitimati per reſcriptum habentur pro extraneis reſpectu legitimorum.*
33 *Princeps ſuo priuilegio numquam vult alicui præiudicium facere.*
34 *Legitimatio eſt integra reſpectu perſonæ, ſed diminuta reſpectu ſucceſſionis.*
35 *Lex.12 Tauri non correxit ius commune in ſucceſſione conſanguineorum.*
36 *Filius legitimatus deficientibus filijs legitimis,ſuccedit in omnibus bonis parentis.*
37 *Pater ſuccedit filio ſuo legitimato in quinto bonorum.*
38 *Succeſſiones ſunt reciprocæ affirmatiuè,& negatiuè.*
39 *Correlatiuorum eadem debet eſſe ratio.*
40 *Communis opinio de qua in quæſtione principali defenditur.*
41 *Lex.9.Tauri ampliatur,& declaratur.*
42 *Filij adulterini non ſuccedunt matri extante filio legitimato.*
43 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
44 *Filius legitimatus gaudet nobilitate paterna,hoc eſt,de la hidalguia del padre: & latè diſcutitur illa concluſio.*
45 *Filius naturalis gaudet nobilitate patris, quo ad officia,& honores, & contributiones,etiam ſi legitimetur.*
46 *L.12. tit. .lib.5.recop.& lex.20. tit.11.lib.2.declarantur.*
47 *Filius legitimatus,ſi illegitimus ſit tenetur contribuere, nõ obſtante legitimatione.*
*Opinio Gutierrez,circa intellectum d.l.12.*
48 *& 20.damnatur.*
*Filius naturalis,abſque aliqua legitimatio-*
49 *ne gaudet nobilitate paterna.*
*Filius legitimatus an ſuccedat in maiorati-*
50 *bus Hiſpaniæ, deficientibus filijs legitimis.*
51 *Conditio illa ſi ſine liberis deceſſerit deficit exiſtente filio legitimato.*
52 *Reſolutio quæſtionis de qua in nu.50.traditur.*
53 *Filius legitimatus ſuccedit quo ad omnia ex diſpoſitione legis,non vero ex diſpoſitione teſtatoris.*
54 *Filius legitimatus etiam ſi ſit natu maior non ſuccedit in maioria.*
55 *Molinæ opinio reprobatur, & defenditur Ioannes Garcia.*
56 *Voluntas teſtatoris attendi debet in ſubſtitutionibus.*
57 *Verba teſtatoris, vocando filios legitimos ad*

*ad maioriam verè & propiè ſunt intelligenda, & non ficto modo.*

58 *Princeps non præſumitur derogare iuri vocatorum ad maioriam.*

59 *Legitimatio eſt ſimilis alquimiæ, quæ facit quod æs aurum appareat.*

60 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, excludit ſubſtitutum, etiam ſi matrimonium contrahatur in mortis articulo, dũ non interueniat fraus, & pro vtraq; parte latè proponitur, & diſcutitur iſta quæſtio aduerſus plures doctores.*

61 *Princeps ſecularis ſicut poteſt per reſcriptum legitimare filios naturales, ac ſi eſſent de legitimo matrimonio nati, ita & eodem modo illud poteſt facere ſummus Pontifex per legem generalem.*

62 *Legitimati ex ipſo die conceptionis reputantur legitimi ſequto poſteà matrimonio.*

63 *Filij legitimati per ſubſequens matrimoniũ ab initio videntur habere implicitũ ſtatum legitimitatis, fauore matrimonij, & ad correctionẽ peccati, & euitanda ſcandala.*

64 *Reſolutio quæſtionis principalis proponitur.*

65 *In dubijs capiẽda eſt interpretatio, quæ ſtat pro matrimonio, & pro legitimatione, & habilitatione prolis.*

66 *Contraria opinio diſputationis gratia traditur, imò quod legitimati per ſubſequens matrimonium, non excludant ſubſtitutum.*

67 *Non eſt noſtrum extendere ſcripturas.*

68 *Naturam, & non accidens conſiderare debemus.*

69 *Qualitas legitimationis ſemper cenſetur cõſiderata per teſtatorem ad tempus naſcendi, & non ex poſt facto.*

70 *Filiorum ſpecies plures ſunt, & in dubio vocatis filijs legitimis, de verè & propiè legitimis verba teſtatoris ſunt intelligenda.*

71 *A perſona nominata recedendum non eſt.*

72 *Qualitas ſubſtantialis debet in principio diſpoſitionis interuenire, nec iubat ſi ſuperueniat ex poſt facto.*

73 *Dictio illa* de legitimo matrimonio* denotat cauſam proximam.*

74 *Verba teſtatoris denotant factum naturæ verè, & non per interpratationem.*

75 *Simile non eſt idem.*

76 *Diſpoſitio teſtatoris relata ad vnũ caſum, non debet extendi ad alium ſimilem, ſed potius debet ſeruari, in forma ſpecifica.*

77 *Legitimatio non trahitur retrò, ſiue fiat per reſcriptum, ſiue per ſubſequens matrimonium.*

78 *C. tanta, qui filij ſint legitimi interpretatur pro hac ſententia.*

79 *Aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tale.*

80 *Lex, licet fingat factum interueniſſe, intelligitur per fictionem.*

81 *Facta pro infectis haberi non poſſunt.*

82 *Natus ex matrimonio legitimo præfertur legitimato per ſubſequens matrimonium quanuis naturaliter ſit primo natus.*

83 *Naſcendi initium conſiderare debemus.*

84 *Quibus non conueniunt verba legis, neque eius diſpoſitio.*

85 *Limitata diſpoſitio, limitatum debet producere effectum.*

86 *Doctores tenentes quod legitimati per ſubſequens matrimonium nõ excludant ſubſtitutum, referuntur.*

## QVAESTIO. 2.

### *Vtrum filius legitimatus excludat fœminas ſtante ſtatuto, quod exiſtentibus filijs maſculis fœminæ non ſuccedant: communis contra communem.*

1 LEgitimatum, verè legitimum eſſe tenet Bart. in. l. ſi is qui pro emptore, nu. 29. ff. de vſucapionibus: & eſt communis opinio ſecundum Tiraq. in. l. ſi vnquam in parte ſuſceperit filios nu. 63. aliàs. 77. vbi refert plures idẽ tenente. C. de reuocand. donat. & ſecundum Curt. junior, conſi. 67. aliàs. 27. num. 6. &

conſi.



conſi. 64. nu. 12. dicunt etiam comm.
Couarr. in epitome de ſponſ. 2. par. §.
8. cap. 8. nu. 3. & Mantica, de coniecturis vltim. volunt. lib. 11. nu. 10. tit.
10. qui duas comm. refert: & Tiraquell. de nobilit. quęſt. 34. legitimati
enim nihil differũt à legitimis, vt in
authentico quibus modis naturales
efficiantur legitimi. §. ſi dicitur, & §.
quoniam variæ, & §. ſi quis ergo: ex
1 quibus primo infertur, quod ſicut le
gitimi excluderẽt ſubſtitutum, ita etiam legitimati: vt eſt communis opinio ſecundum Ripam in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nu. 44. ad Trebeli. Antoniũ de Butrio in. c. per venerabilem, nu. 17. Qui filij ſint legitimi, Paulũ conſi. 30. nu. 2. vol. 1. dicẽs communem Aretin. in, d. l. ex facto. nu. 9. Alex. conſi. 2. nu. 22. vol. 1. & conſi. 121. nu. 15. vol. 2. & 92. nu. 4. vol. 4. Corneum cõſi. 177. nu. 18. vol. 1. Gozadin. conſi. 92. n. 19. Natt. cõſi. 624. nu. 8. & Roland. à Valle, qui dicit communem, conſi. 67. nu. 16. vol. 3. & conſi. 83. nu. 19. eodem, vol. Cephalum conſi. 117. nu. 20. & 188. nu. 19. & rationes aſsignat Mantica, lib. 11. de coniect. tit. 10. num. 9. & dixit etiam communem Curt. ſenior. cõſi. 16. & Curt. iunior. conſi. 83. nu. 8. & ab eo relati, conſi. 64. nu. 2. & eſt etiã comm. ſecundum Gualdenſem de arte teſtandi tit. 5. cautela. 15. & latè proſequitur Sarmient. lib. 1. ſelectarum c. 8. & Iuan Garc. de nobilitate gloſ. 21. nu. 21. & 62. vbi ſequitur iſtã opinionem, maximè * *Ex lege 1. tit. 13. part. 4.* * per quam legẽ ceſſant doctorũ opiniones contrarię, & cõcluſio principalis etiam procedit, quando legitimatio per ſubſequens matrimonium fit in articulo mortis: ita eſt cõmunis opinio ſecundum Couarr. in 4. 2. par. c. 8. § 2. nu. 30. & Ruyn. cõſi. 78. nu. 7. vol. 3. Ripã, in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, n. 48. ad Treb. Paulum Pariſi. conſi. 14. nu. 35. Michael Craſum receptarum ſententiarum. §. fidei commiſſum quæſt. 38. nu. 6. & Anto. Gom. in. l. 9. Taur. nu. 58. Molin. lib. 2. Hiſpanorũ. c. 5. nu. 26. quod adeò verum eſt, vt idem ſit dicendũ ſi ſubſtitutio eſſet facta ſi inſtitutus moriatur ſine legitimis hæredibus, quia etiam tunc legitimatus excluderet ſubſtitutum, vt eſt commu. opinio ſecundum Imol. in d. §. ſi quis rogatus, & Tiraquel. ſupra nu. 69. & Burſatum conſi. 85. nu. 13. lib. 1. qui etiam dicit communem opinionem.

2 Secundo infertur, quod eandem le
gitimam debent habere legitimati, quàm habent legitimi: comm. eſt ſecundum Iaſſ. in rubri. ff. de liber. & poſth. n. 11. vbi Tiraq. dicit ſupra, nu.
79. verſi. Tertio infertur, ꝙ ita verè
3 legitimati habẽtur pro legitimis ſine
fictione. Quod ſi filij legitimentur, & poſteà ex legitimo matrimonio alij naſcũtur, per ſuperueniẽtiã legitimorum, legitimatio antea facta non reuocatur, hæc eſt comm. opinio ſecundum Iaſſ. nu. 16. & Alciat. in. l. ex facto nu. 11. ff. de vulga. & hanc fatentur comm. relati per Tiraquel. in d. l. ſi vnquam in parte donatione largitus, nu. 281. (quem vide cum pluribus ſequẽt.) & eſt etiam comm. ſecundum Iaſſ. in. l. tale pactum. §. fi. nu. 8. ff. de pact. & ſecundum Ioan. Dilect. de arte teſtandi, tit. 3. cautela. 12. in fi. & tradit copioſè Mencha. de ſucceſſionum creatione, in. 1. par. lib. 3. §. 21. à nu. 154. vbi etiã refert duas comm. contrarias contra iſtam concluſionẽ (ſequitur tamen vltimam) quia cauſa ceſſante non ceſſat diſpoſitio poſt effectũ cõſummatum: vt in. l. poſt mortem. §. fin. ff. de contrata bulas. l. fi. C. de nup. lex, ſi quis hęredem. C. de inſtitutionibus & ſubſt. quod in ſimili tradit Gomec. in. l. 48. Tauri nu. 5. quod filius qui propter matrimonium liberatus eſt à patris poteſtate, non reincidit in eam mortua vxore, quia ef-

fectus

fectus à principio,fuit conſummatus:
ita Tiraquell. de ceſſante cauſa, li-
4 mitat.12. Quarto infertur, quod ni-
hil denotat magis verbum legitimus,
quam verbum legitimatus. comm.
eſt ſecundum Curt. iunior. in conſi.
145.nu.10.Benè tamen verũ eſt,quod
quoad quędam filius legitimatus nõ
habetur pro legitimo verè,& hęc eſt
comm.etiam ſecundum Curt.iunior.
conſi.75. nu.4. vndè eſt, quod licet
filius naturalis ſuccedat in fœudo,
(ſi ad hoc per principem fuerit legiti
matus)vt eſt comm.opinio. ſecundũ
Sozinum conſi.3.vol.3.col.3. & ſecũ
dum Curt.iunior.conſi. 157.nu.15.&
24. tamen legitimatus per reſcriptũ
principis,non ſuccedit in fœudo,vt
eſt comm.ſecũdũ Curt.iunior.conſi.
136. in princ. & ſecundum Couarr.
(immemorem Curt.) in ſuo epitome
de ſponſal.in.2.par.§.8.nu. 6. Imò in
hoc etiam diſcrepat legitimatus per
reſcriptum, à legitimato per ſubſe-
quens matrimonium, nam hic ſucce
dit in fœudo, ille verò non:commu-
nis eſt ſecundum Abb.in cap. tanta,
col.1. Qui filij ſint legitimi, Alex.in
l.ex facto.§.ſi quis rogatus,nu. 18. ff.
ad Trebell. Decium in conſi.155.nu.
4. vltra quos hanc dixit commu.Ri-
pa,in d.l.ſi vnquam nu.88.& Matth.
de Afflict.in.c.1.§.naturalis,ſi de fœu
do fuerit controuerſ. dixit etiã com-
mu.Bald.in conſi.330.vol.1. & Curt.
Iuni.conſi. 136. nu.1.& Curt.ſenior.
conſi.13.col.6.& 22.& 26.quam opi-
nionem ſequitur Matienç. in. l. 10.
tit.8.gloſ.3.nu. 22. Molina ſupra,lib.
3.c.1.nu.11.Dueñ. regul.350.ampliat.
5 9. Infertur & quinto, quod legiti-
mi non dicuntur infames infamia fa
cti,legitimati autem ſic:ita tenet Are
tinus in.l.in ſumma.C.de, infamibus
quem ſequitur Alex.conſi. 25.nu.4.
vol.1.& ad hoc eum refert Lancelot.
Galia.in.l.gallus. §. & quid ſi tantũ,
ff.de libe.& poſth. fallitur tamen Gal
liaula,in quantum dixit, quod dixe-
rat Alex. DD.ſequi Aretin. nam ibi
Alex.nec de eo,nec de eius dicto vl-
lam mentionem facit, imò loquitur
ibi in caſu valdè diuerſo, referes quo
dam dictum Azo.in ſumma.C.de in-
famibus nu.3.dicentis,quod illegiti-
mi dicuntur infames, infamia facti
pro qua opinione facit.l. 2.tit.6.par.
7.lex.3.tit.15.p.4.lex.fi.C.de natura-
libus lib. Guillermus Benedictus in
cap.Raynuntius,verbo Raynuntius
6 nu.27. Et hoc dictum Azonis ſequi
tur Bald.in.l.1.nu.2.C.de iure. anul.
& Ripa in.c.inter cætera,nu.6.de reſ
criptis.Ecce ergo quomodo Alex.lo
quitur in caſu valdè diuerſo,& ſic di
ctum Aretini non videtur verũ,nam
per reſcriptum principis, eſt ſublatũ
illud vitium illegitimitatis, aliàs fru
ſtra impetraretur legitimatio. Illud
tamen dictum Aretini tenet Bald.in
l.generaliter.§.cum autem,num.2.C.
de inſtitutionibus & ſubſti.cum quo
tranſit Alex.(eius dictum commen-
dans)in.l.&ſi pepercerit nu.7.ff.de li
beris & poſth. & Caſſaneus in Catha
log. gloriæ mundi,part. 11.conſidera
tione.15.col.4.verſiculo imò,& Hy-
politus,ſingulari.273.col.2. Sed nihi-
lominus contrarium eſt tenendum
per tex in.l.imperialis.§.præſenti.C.
de nuptijs: per quem ita tenet Alcia-
tus lib.10.Parergon.c.8. quod & an-
te eum tenuit Alex.in.l.ex facto,nu.
22.ff.de vulgari:& hanc partem pro
bat tex. iuncto notabili.Abb.ibi in
c.per venerabilem,qui filij ſint legiti
mi. Quam opinionem ſequitur Gal-
liaula in.l.gallus.§.& quid ſi tantum,
num.79.ff.de lib.& poſth. Rolandus
7 conſi.67.nu.36.vol.3.Quibus ſuppoſ
ſitis,ſequitur nunc oportunè comm.
opin.contraria qua cauetur legitima
tus non excludere fœminas ſtãte ſta-
tuto,quod ſtãtibus filijs maſculis,fœ
minę non ſuccedant,quod ſtatutũ va
lere poteſt tex.in.l.1.§.1. verſi.publi-
cius



cius.ff.de ventre inſpi. quod defen-
dit Couarr. in.c. Raynunt.in princ.
nu.23.& 24.de teſtam. & principalẽ
conclu.probat Bald.in. c.per tuas de
maioritate.Et hanc opinionem dixit
communem Curt.ſenior.con.16.nu.
13.dixit etiam communem, cõſi.275.
verſi.ſupereſt,& Tiraquel.in.l.ſi vn-
quam,verbo ſuſceperit liber. nu. 98.
C.de reuocandis donationibus,Cro-
tus in.l.gallus. §. & quid ſi tantum,
nu. 75. & citat alios Couarr. vbi ſu-
pra,nu.3.Et hanc ſententiam dixit e-
tiam comm.Decius,conſi.276. nu.8.
vbi dicit,quod multi appellant hanc
opinionem commu. pro qua eſt tex.
ſecundum Romanum (prout refert
Tiraquel.vbi ſupra,nu.98.) in authẽ
tico quibus modis naturales effician
tur ſui.§.& quoniam.Cõtrariam ve-
rò partem,quod legitimati excludãt
fœminas,ſtante prædicto ſtatuto, te-
nuit Baldus(palinodiam recãtans)in
lege eam quam,nu.26.verſi.item fuit
quæſitum. C. de fideicõmiſſis,& plu
rimi relati per Tiraquell. vbi ſupra,
nu.82.vltra quem hanc vltimam opi
nio.dixit magis comm.Curt.iunior.
conſi.153.& illam tenuit Aretinus per
text.ibi,in.l. liberi. C. de collationib.
dicens,ſic eſſe iudicandum,qui habet
priuilegium de iure ſpeciali,ſicut ha
bẽs de iure cõmuni & tradit idem Ti
raquell.de morte Saiſit lebif. 2.part.
declaratione.1.& vide Moli. de Hiſ-
panorum lib.3.c.3.à num.30.& Iuann.
Garciã de nobilitate, gloſſa 21. nu-
mer.52.

16 Et ratio eſt, quia legitimatus aſſe-
quitur omnia iura legitimorum, &
ſuorum,& omnes ſucceſſiones quas
illi habent,qui ab initio legitimi naſ
cũtur,nihil ab his differens, vt pro-
bat tex.in authent.quibus modis na-
turales efficiantur ſui.§.reliqui &.§.ſi
quis ergo.l.4.tit.15.part.4 ibi * *Son dẽ-
de adelante legitimos,* * Ioann. Garcia
de nobilitate,gloſ.21.num,9.ita tenet
Baldus.in l.eam quam.C.de fideicom-
miſſis, Tiraquell.in.l.ſi vnquã, verbo
ſuſceperit liberos,nu.78.C.de reuocã
dis donationibus:& ſic de iure com-
17 muni ſuccedit patri cum filijs legiti-
mis, ac alijs agnatis,patris, & fratri-
bus, & ſibi inuicem quoque ſucce-
dũt,ita Angel. conſi.17.Decius conſi.
288.nu. 2. & 365. nu.5. Ruynus conſi.
94.nu.7.vol.3.Pariſi.conſi.1.nu.33. vol.
1.Socinus iunior,conſi.142.vol.1. Cra
ueta,conſi.138.Iaſſ.in.l. ex facto,num.
19.ff.de vulgari,Gregor.in d.l.4.verb.
* *Las honras,* * Molin.lib. 3. de Hiſpa-
norum primogenijs.c.3.nume. 2. Ma-
tienç.in.l.10.tit.8.gloſ.1.nu.9. lib. 5.re-
copil.& dicit communem opinionẽ
Tellus,in.l.9.Taur.nu.15.& 23. Couar.
2.part.de ſponſalibus.c. 8. §.8.nu. 3. &
ſic etiam in ſtatutis(in quibus loqui-
tur noſtra quæſtio)appelatione filio-
rum cõtinentur filij legitimati, quia
licet deficiat verum principium legi
timitatis,eſt tamen verus legitimo-
18 rum ſtatus:ita Baldus in.l.cum acutiſ
ſimi.C.de fideicõmiſſis,quem ſequũ-
tur plures doctores relati per Iaſſ. in
repetitione legis, ſi is qui pro empto
re,num.285. ff. de vſucapioni.Paulus,
conſi.27.vol.2. Alex. conſi. 2.num.33.
vol.1 Decius,conſi.316. & 365.& 366.
Gozadin.conſi.6.nu.39.Ruynus cõſi.
87.nu.12.& conſi.94.nu.7. & 10.volu.
3.Curtius iunior,conſi. 153.n.9. Pariſi.
conſi.55.nu.17.Ruynus de ſtatutis ex-
cludentibus fœmi. artic. 12. quæſt.4.
Baldus in l.ſiuè poſſidetis,num.3.C.de
19 probationibus,vbi inquit, quod ſta-
tuta extenduntur ad caſum priuile-
giatum,& paria ſunt habere qualita-
tem per naturam, vel per priuilegiũ,
ſecundum Bald. in.l.cum ex ratione,
per illum tex.ff.de excuſationibus tu
torum,& in.l.ſi filius.ff. ſi certum pe-
tatur,licet Cęphalus reſoluat contra
rium cum communi conſi. 278. per l.
fin.C.de his qui veniam ætatis impe-
trauerunt,quia verba ſtatutorum de
bent

bent intelligi propiè & naturaliter,
20 non autem ſecundum iuris fictioné,
ita Octauian. Cacheranus, deciſsione
Pedemontana. 121. num. 6. & plures
allegat Ioann. Garcia, ſupra num. 14.
Couarr. in. 4. decret. 2. part. c. 8. §. 8.
n. 3. pro qua opinione dicit iudicatũ
fuiſſe, Iaſſ. in. d. l. ſi is qui pro empto-
re, num. 291. Decius tamen conſuluit
pro contraria ſententia, conſil. 365.
num. 5. & plures alij relati per Tira-
quellum, num. 77. quia licèt legitima
21 tus verè legitimus non efficiatur, ta-
men in omnibus & per omnia æqui-
paratur legitimo, & ſic ſtatutum lo-
quens in caſu vero, locum, ſibi vendi
cat in caſu ficto ex vi æquiparatio-
nis. c. cum dilectus, vbi notat Abb.
de clericis non reſidentibus. Bart. in
l. 1. §. bonorum. ff. ad Treb. Iaſſ. in. l. 1.
in princ. ff. de vulgari: & ſic legitima
tus per reſcriptum, habet legitimam,
ſicut legitimè natus, vt ſupra, num. 2.
reſoluimus, & tradit Menoch. conſi.
164. nu. 35. volum. 1. Sfortius Oddi.
d. conſi. 88. nu. 7. & ſequitur Gutier-
rez, in. §. ſui, nu. 175. inſt. de ſuis & le-
gitimis hęredi. vbi dicit communé
cum Iaſſ. in rubric. de lib. & poſt. nu.
11. & ſi legitima non fuerit integra-
22 ei relicta, poteſt agere ad ſupplemen-
tum, prout verè legitimus. Roland.
conſi. 95. & 96. vol. 3. & ſi fuerit præ-
teritus; vel iniuſtè à patre exhæreda-
tus, poteſt dicere teſtamentum nullũ,
& intentare quærelam in officioſi
prout verè legitimus. Ita Alex. Soci-
nus, & Iaſ. in rubr. ff. de liberis & poſt
humis. Antonius Gomez, in. l. 9. Tau
ri, nu. 66. Gutierrez in d. §. ſui, num.
177. cum ſequentibus, de hæredum
qualitate & differẽtia: & prò hac ſen
tentia conſuluit Ancharr. conſi. 290.
Alex. conſi. 139. vol. 1. Decius, conſi.
275. & 264. Socinus, con. 260. num: 9.
lib. 2. vbi dicit, quod vbi caſus verus
23 & fictus æquiparantur, diſpoſitum in
caſu vero habet locum in ficto, quia
tantum operatur fictio in caſu ficto,
ſicut veritas in caſu vero. l. filiũ qué
pater. ff. de liber. & pothumis, gloſ. in
anthent. de ſacroſanctis Eccle. §. ſi ve
rò, gloſ. in. l. 1. §. accedat. C. de rei vxo
riæ actione. Et plura congeſsit Mie-
res, in tractatu de maioratu. 1. part.
quæſt. 51. nu. 7. vndè optimè conclu-
dit Gregorius, in. l. 3. tit. 21. p. 2. verſi.
* *Con villana,* * quod ſi aliquis diſpo-
nat, quod non ſuccedat in ſuo maio-
25 ratu, qui non contraxerit matrimo-
nium cum muliere generoſa, quod
non priuabitur ſucceſsione, ſi cõtra-
hat cũ muliere, quæ ex principis pri-
uilegio facta fuit nobilis, & dicit
Boerius deciſione. 260. nu. 23. quod
apellatione ciuis compræhẽditur ci-
26 uis ex priuilegio, & ſic poteſt intelli
gi, lex, fin. C. de naturalibus liberis,
quæ prohibet (ſtantę ſobole legiti-
ma) relinquere naturalibus, vt locum
habeat in legitimato per reſcriptum,
vt placet Cęphalo ſupra, conſi. 194. in
fine. Similiter enim, diſpoſitio tex. in
c. Raynuntius, & in. c. Raynaldus de
teſtamentis, de duabus quartis dedu-
cendis, habent quoque locum in legi
timatis per reſcriptum. Ita Alex. ſu-
pra conſi. 139. & Decius d. conſi. 257.
Pariſi. conſi. 55. vol. 3. item diſpoſitio
legis iubemus. C. ad Trebell. de fru-
ctibus non imputãdis filijs primi gra
dus, in quartam Trebelianicam, locũ
habet etiam in legitimato. Ita Alex.
in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, nu.
29. & Pariſi. conſi. 1. nu. 19. vol. 2. Ri-
pa in. l. nemo poteſt, nu. 55. ff. de lega-
tis. 1. Cęphalus, con. 278. num. 17. Me-
nochius conſi. 164. nu. 34. volu. 1. &
27 ſimiliter diſpoſitio tex. in. l. hac con-
ſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de te-
ſtamentis, procedit, & habet locũ in
filijs legitimatis per reſcriptum, vt te
net Bald. in. cap. de cauſis, de officio
delegati & Iaſſ. in d. §. ex imperfe-
cto, & in rubric. de liberis & poſt-
hum. Decius, conſi. 258. nu. 6. Guiller
mus



mus Benedictus, in d. c. Raynuntius,
verbo teſtamentum, el. 1. nu. 83. Bur-
gos de Paz, in. l. 3. Tauri, prima part.
conclu. 2. num. 307. contra Decium,
conſi. 610. & alios refert & ſequitur
Ioann. Garcia, ſupra gloſ. 21. nu. 29.
& nu. 30. aſsignans intellectum ad. l.
fin. C. de his qui veniam ætatis impe-
trauerunt, & ſic poteſt etiam intelli-
gi, & ampliari tex. in authent. ſi qua
28 mulier. C. de ſacroſanctis Eccleſijs, vt
docet ibi Iaſſ. nu. 29. & l. cum auus.
ff. de conditionibus & demonſtratio
nibus. l. cum acutiſsimi. C. de fidei-
commiſsis. l. generaliter. §. cum auté.
C. de inſtitutionibus & ſubſtitutio-
nibus, ita Bald. in d. l. cum acutiſsimi,
nu. 7. Alex. & Iaſſ. in d. §. cum autem,
Socinus, in d. l. cum auus, nu. 57. & l.
ſi vnquam. C. de reuocandis donat.
29 quæ loquitur in filijs legitimis & na
turalibus, natis poſt donationem, lo-
cum ſibi vendicat in filijs legitima-
tis, vt placet Decio, conſi. 366. Pariſio,
conſi. 73. nu. 6. vol. 1. Ripę. d. l. ſi vn-
quam, nu. 30. & plures refert & ſequi
tur Tiraquell. in d. l. ſi vnquam, ver-
bo, ſuſceperit liberos, nu. 52. Couarr.
in. 4. de ſponſalibus. 2. part. c. 8. §. 2.
nu. 29. Dueñas regul. 350. ampliat. 15.
Gutierrez in d. §. ſui, nu. 180. inſt. de
hæred. qualitate & differ. contra Gre
gorium in. l. 8. tit. 4. par. 5. verb. **De ſu*
*muger legitima,** Ioann. Garcia de no-
bilitate, gloſ. 21. nu. 55. quæ omnia, cir
ca ſucceſsionem filiorum legitima-
torũ ſunt correcta, quando concur-
runt cum filijs legitimis: ſed quo ad
ſucceſsionem aliorum parentum, &
quo ad honores, & alias pręrogati-
uas, nihil à filijs legitimis differunt.
Ita probant verba. l. 12. Tauri, ibi:
* *Si alguno fuere legitimado por reſcripto,*
*ò preuilegio nueſtro.* Et ibi, * *Pero en to-*
*das las otras coſas, aſsi en ſuceder a los o-*
*tros parientes, como en las honras è preemi*
*nencias que han los hijos legitimos, manda*
*mos que en ninguna coſa difieran delos hi-*
30 *jos nacidos de legitimo matrimonio.* * Et
ex illa lege illud notat Antonius Go
mez, ibi, num. 68. in fine, & in hoc il-
la lex Tauri non ſolum eſt correcto-
ria iuris communis, circa ſucceſsio-
nem filij legitimati cum filijs legiti-
mis, ſed etiam legis partitæ fin. tit. 15.
par. 4. & ibi notat Grego. verb. * *Si los*
*huuieren,* * Guillen in d. l. 12. num. 43.
Sed circa honores & alias pręrogati-
uas, nihil corrigit vt denotãt verba di
ctæ legis, ibi: * *E aun les nace otra prò de*
*la legitimacion, ca pueden ſer cabidos a to-*
*das las honras, è a todos los fechos tempora*
*les, tambien como los otros hijos que nacen*
*de las mugeres legitimas,* * Ita ſentit Mo
lina, lib. 2. de Hiſpanorum primoge-
31 nijs, c. 11. nu. 21. Matienç. in. l. 10. tit.
8. gloſ. 6. lib. 5. recop. vbi dicit, quod
ex d. l. Tauri, legitimati per reſcrip-
tum habentur pro extraneis, reſpectu
legitimorum, cum ſolum ſuccedant
32 in quinto bonorum. Idemque ad-
uertit Rojas, in epitom. ſucceſſ. c. 23.
num. 34. & 37. vbi num. 40. aſsignat
rationem, quia princeps ſuo priuile-
33 gio non vult alicui pręiuditium ge-
nerare. l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne
quid in loco publico. l. cum filius. ff.
de teſtamento militis. l. nec auus. C.
de emãcipationibus liberorum. c. ex
tuarum de authoritate, & vſu pallij.
c. licet de officio ordinarij. c. & mul
tiplici, de decimis, & ſic ſolum reſpe-
34 ctu ſucceſsionis (cum alijs filijs legiti
mis) eſt ius legitimatorum limitatũ,
non verò reſpectu ſubſtantiæ ipſius
legitimationis, quia ad omnes alios
effectus reputatur legitimus. Decius,
conſi. 264. nu. 3. vbi tenet, quod vbi
legitimatio eſt integra in perſona, reſ
pectu verò ſucceſsionis, & ſi adſit li-
mitatio, nihil detrahitur legitimatio
ni, ita Ruynus, conſi. 75. nu. 12. & 13.
vol. 3. quam dicit communé opinio-
nem Tellus Fernand. in d. l. 12. Tau-
35 ri, nu. 23. & ſic in ſucceſsione tranſ-
uerſalium, vbi ſucceſsio non eſt limi
tata,

tata,æqua lance ſuccedunt,vt colligi
tur ex d.l.12.Tauri,ibi:**Pero en todas*
*las otras coſas,aſsi en ſuceder a los otros pa*
*rientes , como en honras y preeminencias,*
*mandamos q̃ en ninguna coſa difieran delos*
36 *hijos nacidos de legitimo matrimonio,** Et
ſic deficientibus filijs legitimis,ſuc-
cedunt in omnibus bonis parentum,
cum deficiat perſona cuius fauore ex
cludebantur.Ita Paulus,conſi.22.vol.
2.Tiraquell.in d.l.ſi vnquam ver bo
ſuſceperit liberos,nu.184. & Matiéç.
in.l.10. tit.8.gloſ. 7. num.4.vbi dicit
æquiſsimam opinionem,in terminis
dictæ legis. 12.&Notat Tellus Fer.ibi,
nu.fin.qui in nu.43.relinquit cogitan
37 dum,in qua portione ſuccedat pater
filio ſuo legitimato : ſed cum ſucceſ-
ſiones ſint reciprocę , affirmatiuè &
negatiuè(vt tradunt doctores in.l.6.
38 Tauri , & ibi ipſe Tellus) ſequitur,
quod cum ipſe filius legitimatus non
ſuccedat patri, extantibus filijs legi-
timis(niſi in quinto bonorum , vt in
d.l.12)quod pariter ipſe pater nó ſuc-
cedat filio legitimato,niſi in aliaquin
39 ta parte , cum correlatiuorum ſit ea-
dem ratio.l.1. C.de cupreſsis.lib.12.&
dicemus in quæſt.697.nu. 13. & 14.ex
quibus omnibus ſatis dilucidata , &
exhornata remanet communis ſenté
40 tia(de qua eſt quæſtio cómunis con-
tra cómunem)quod ſi ſtatuto cauea-
tur,vt ſtantibus filijs maſculis fœmi-
næ non ſuccedant,quod etiam exclu
dentur extantibus filijs legitimatis,
cum verè & propiè(quo ad hoc)legi
timi reputentur, & appellatione legi
timorum veniant , vt reſoluimus cũ
Baldo,in d.l.eam quam,nu.26.& in d.
l.cum acutiſimi,nu. 7. & hanc ſequi-
tur Tellus Fern.in d.l. 9. Tauri,num.
15.cum ſequentibus , vbi dicit magis
communem opinionem,& ſic poteſt
41 intelligi dicta lex Tauri,vt procedat
extantibus filijs legitimatis per reſ-
criptum,ita vt in illo caſu filij illegi-
timi matri non ſuccedant,ſed exclu-
dantur,extantibus filijs legitimatis,
ſi alij legitimi nó ſuperſint :quæ pro-
fectó eſt noua &vtilis ampliatio ad il
lam legem,& nouus intellectus , qui
ex cóclusionibus relatis per Tellum
Fernandez ibi,colligi poteſt , & me-
lius ex l. 12. Tauri, in fine , ex cuius
verbis colligitur verus ſenſus , ibi:
* *Pero en todas las otras coſas, aſsi en ſuce*
*der a los otros parientes , como en honras y*
*preeminencias que han los hijos legitimos,*
*mandamos que en ninguna coſa difieran de*
*los hijos nacidos de legitimo matrimonio.**
Ergo ſi in nulla penitus re,filij legiti-
mati differunt à filijs legitimis (niſi
in caſu in illa lege expreſſo) vt latè
pro ſequitur Ioann.Garcia.d.gloſ.21.
42 num.68.conſequés neceſſarium erit,
vt filijs legitimatis extantibus , non
ſuccedant adulterini,& ſpurij : & ſic
dicta lex. 9. Tauri, eſt intelligenda in
principio,ibi: * *Los hijos baſtardos,o il*
*legitimos , de qualquier calidad que ſean,*
*no puedan heredar a ſus madres , ex teſta-*
*mento ni ab inteſtato,en caſo que tengã ſus*
*madres hijo , o hijos deſcendientes , legiti-*
*mos* , * quia idem erit ſi mater habeat
filios legitimatos , cum illi ( quo ad
hoc ) filij legitimi reputentur , cum
43 excluſio vnius ſit incluſio alterius.l.
cum prætor.ff.de iudicijs.l.qui accu-
ſare.ff.de accuſſationibus, ex qua ve-
riſsima reſolutione defendi poteſt,
elegans doctrina Gutierrez , in d.§.
ſui,nu.187.vbi dicit,quod filius legi-
timatus gaudet nobilitate(hoc eſt, *
44 *De la hidalguia del padre* ) * cum verè
legitimus ſit.Et dicit notatu digniſſi
mum, & vſui quotidiano neceſſariũ,
(nihil allegans pro dicta ſentẽtia)pro
qua videtur caſus expreſſus in d.l.12.
45 ibi , * *Honras y preeminencias* , * quæ
verba illud clarè ſatis inſinuant. Quã
ſententiam amplectitur Matienç. in
rubric.de matrimonio,gloſ. 1.nu.128.
per d.l.12.Tauri,quæ eſt lex. 10.tit.8.
lib.5.recop. & etiam de iure partita-
rum illud erat prouiſum ex. l. 4. 6. &
9.tit.



46 9.titul.15.par. 4. ibi: * *E dende en ade-*
*lante heredan los bienes del padre,è auran*
*honra de fijos legitimos* , * & in d.l.4.
ibi, * *Son dende en adelante legitimos , è*
*han todas las honras è los proes que han*
*los fijos que nacende caſamiento derecho.**
Vbi latè Gregorius,verbo,* *Todas las*
*honras* , * proſequitur , & magiſtrali-
ter declarat noſtram quæſtionem,di-
cens eſſe pulchrum dubium, & quod
ſæpe vidit verſari in auditorio regali
& conſuli regiam celſitudiné per do
minos de regali conſilio, & fuiſſe reſ
ponſum,vt tales generales legitima-
tiones,non(expreſſa nobilitate) non
extenderentur ad talem prærogati-
uam nobilitatis,&ita fuiſſe reſcriptũ
regalibus auditoribus.Cifuen.autem,
in d.l.12. Tauri , cõtrariũ indiſtinctè
reſoluit,&Ant. Gòm.ibi,á n.52.Gui-
llen Ceruan.n.129. Otalor.de nobili
tate.2.p.3.partis principal.c,3,n.2.Di
dac. Perez,in l.1.tit.1.lib. 4.ordi.col.
1328.Oroſci.in.l. cũ legitimè.n.20.ff.
de ſtatu hominum,quod ſequitur Ma
tienç.in.l.10.titu.8.gloſſ. 8.numer.2.
lib.5.recopilationis. Et ſic pro clario
ri intelligentia,duplicem caſum con
47 ſtituam : aut filius legitimatus eſt a-
dulterinus,vel taliter procreatus , vt
eius parentes non poterant contra-
here matrimonium legitimè , ſecun-
dum formam à Concilio Tridenti-
no conſtitutam,in cap.1.ſeſsio.24(&
in tẽporalibus ſtatutis per.l.11. Tau-
ri)& tunc iſte filius legitimatus non
gaudet nobilitate patris , niſi ex-
preſsè in reſcripto legitimationis il-
lud actum & conceſſum ſit: & ſic po
teſt intelligi illa opinio Gregorij,pro
qua eſt notabilis.l.12.titu.2.lib.6. re-
copilationis,cuius verba(quia aurea
ſunt)in propoſito referre libuit , ibi:
* *Porque nos es fecha relacion,que a cauſa*
*de algunas legitimaciones que mandamos*
*deſpachar à perſonas que no ſon legitimas,*
*nacen algunos pleytos,diziendo los tales li*
*gitimados,cuyos padres pretenden ſer hijos*
*dalgo,que por ſe auer ligitimado por nos,ſon*
*exemptos de todos los pechos, y ſeruicios , y*
*contribuciones,como ſi fueran auidos de le*
*gitimo matrimonio.Y porque nueſtra mer-*
*ced ni voluntad nunca fue, ni es,q̃ las tales*
*legitimationes ſe eſtiendan , ni entiendan*
*q̃ por ellas ſe eſcuſẽ de qualeſquier pechos,*
*y ſeruicios,y contribuciones a q̃ eran obli-*
*gados.y deuiã pagar antes que fueſſen legi-*
*timados: mandamos q̃ aſsi ſe juzgue y ſen-*
*tencie,aſsi en los pleytos que ouieren,como*
*en los pendientes deque no ouiere ſentencia*
*paſſada en coſa juzgada.**Quod quidem
comprobatur etiam in.l.20.tit.11.lib.
2.recop.ibi:* *Mandamos que agora,y de*
*aqui adelante,por virtud de las cartas e pre*
*uilegios de legitimationes que por nos , o*
*por los Reyes que deſpues de nos ſucedie-*
*ren ſe concedieren à algunos hijos illegiti-*
*mos , no ſe entiendan ni eſtiendan , ni por*
*virtud dellas ſe determine , aunque por las*
*palabras dellas ſe fagan hijos legitimos , a*
*que ayan de gozar de hidalguia;ni de eſſen*
*cion de pechos,de que antes delas tales legi*
*timaciones,no teniendolas,no podian ni de-*
*uian gozar.** Quæ lex expreſsè loqui-
tur circa legitimationem filiorum il-
legitimorum,nõ autẽ naturaliũ,quia
illi gaudẽt nobilitate parẽtũ , quoad
officia nobiliũ,& cõtributiones ple-
beiorum,ſiuè fuerint legitimati, ſiuè
nó:ad verò,illegitimi nõ in totũ,licet
ſint legitimati,gaudent nobilitate,&
ſic tenẽtur cõtribuere ad onera,&ſer
uitia realia , & perſonalia plebeiorũ,
&in hoc illę leges regni ſũt correcto
riæ legũ partitarũ,& Tauri.12.ſecus
verò quoad officia & honores,cũ in
hoc nihil diſponãt prædictæ leges,pa
trimoniũq; regale nullũ patiatur prę
iuditium . Ita videtur ſentire Olan.
litera.B.n.11.& illud intẽdunt dictæ
duæ leges recopilationis,nã legitima-
tus,virtute dictæ legitimationis,non
gaudet nobilitate paterna , non ta-
men excludunt , quod ſi aliàs legiti-
matus nobilis erat,priuetur ſua nobili
tate ob adquiſitioné legitimationis,

& ſic illas leges nouiſsimè intelligit
48 Guillen, ſupra, numer. 132. cuius opinionem amplector contra Gutierrez, in d. §. ſui, numer. 189. colum. 4. in fine, vbi per illas leges reſoluit, legitimatum etiam, non natum ex damnato coitu, teneri ad omnes contributiones, cum generaliter illæ leges loquantur in omnibus legitimatis, cuius opinio vera non eſt, & conuincitur ex verbis dictæ. l. 12. ibi: * *No ſe eſcuſen de qualeſquier ſeruicios, pechos y contribuciones, que eran obligados pagar antes que fueſſen legitimados.* * Sed filius
49 naturalis ante legitimationem gaudebat nobilitate paterna, & non tenebatur ad dictas contribuciones, ergo de illo filio legitimato non loquitur illa lex, ſed de filio illegitimo, prout conſtat in d. l. 20. quod quidem ſuadet ratio naturalis, vt optimè declarat Ioann. Garcia, de nobilitate, gloſſ. 21. num. 32. & 33. & in tractatu de expenſis & meliorationibus. c. 3. nu. 25. cum filius naturalis ſuccedat in nobilitate paterna, ex. l. 11. Tauri, abſque aliqua legitimatione principis: ita Greg. in. l. 1. titul. 11. part. 7. verbo, * *Conocidamente por ſuya*, * & in d. l. 1. titu. 15. part. 4. vbi dicit, quod filius naturalis, iuxta diſpoſitionem dictæ l. 11. Tauri, eſt nobilis, nobilitate paterna, & ſequitur Padilla in. l. 1. num. 12. ff. de præſcriptis verbis, Couar. in 4. 2. part. c. 8. numer. 4. & ita obſeruat vniuerſa Hiſpania, vt tradit ipſe Ioann. Garcia, gloſſ. 20. numer. 36. & Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 16. nu. 24. & Matienço in. l. 10. tit. 8. gloſſ. fin. num. 4. vbi dicit, quod circa filios naturales legitimatos, nihil diſponunt prædictæ leges recopilationis, & quod legitimatio in hac ſpecie nihil operabitur, arg. tex in. l. 1. C. de Theſauris, lib. 12. & ita intelligit d. l. 12. Tauri, Dueñas regul. 69. in fine, & in regul. 366. limitatio. 6. cuius doctrina ſic eſt intelligenda, vt contrarietas euitetur, ſicut eum increpat Matienç. ſupra num. 2. in fine. Idemque nos reſoluemus, in quæſt. 207. numer. 6. cum ſequentibus.

50 Ex quibus venit explicãda alia notabilis & practicabilis quæſtio, an filius legitimatus ex principis reſcriptio, ſuccedat in maioratibus Hiſpaniæ, in fideicõmiſsis, feudis, emphiteuticis, donationibus, & reliquis hominum diſpoſitionibus (filijs legitimis deficiẽtibus). Et ex reſolutione ſupra tradita, ad d. l. 12. Tauri, videtur hoc planiſsimum, & abſq; aliqua difficultate, pro parte affirmatiua, quia ex d. l. (filijs legitimis deficiẽtibꝰ) in omni
51 bus & per omnia, legitimatus per reſcriptum, legitimus reputatur, & hic habet omnia iura legitimorum ſuitatem, ius dicendi nullum, ius quærelandi, & contra tabulas, & querelam inofficioſi teſtamenti (ſi fuerit exhæredatꝰ) ita Bart. in authentic. quibus modis naturales efficiantur ſui. §. ſi quis igitur, in fin. collat. 7. Socinus, conſi. 47. nu. 6. lib. 3. Decius, conſi. 38. Pariſi. conſi. 72. nu. 85. lib. 4. & Tiraquell. de primog. q. 61. nu. 2. quod etiã confirmatur ſecundo, ex traditis in principio noſtræ queſtionis, vbi reſoluimus, quod ſubſtitutio facta ſub ea cõditione (ſi ſine liberis deceſſerit) expirat, ſi filius legitimatus ſuperſit, vt docet Imola in. l. ex facto. §. ſi quis ro
52 gatus, ad Treb. vbi dicit eſſe communem opinionem Alberi. in. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſt. & ſubſti. quem ibi ſequitur Alex. & Iaſſ. nu. 7. dicentes communem opionem. Tiraquell. in d. l. ſi vnquam, num. 69. Pariſi. conſi. 8. nu. 9. lib. 2. vbi dicit communem, & ab ea non recedendum in iudicando & conſulendo, & alios refert. Molina, lib. 3. capit. 3. num. 2. & Gregor. in d. l. 4. tit. 15. par. 4. verb. * *Todas las honras,* * Mench. de ſucceſſionum progreſſu. §. 2. n. 52. & controuerſiarum vſufrequẽtium, lib. 2. ſup.





& ſic in terminis noſtræ quæſtionis
53 illud tenet Bart. in. l. ſi is qui pro emptore, à numer. 29. ff. de vſucapionibus, vbi tenet, quod cum filius legitimatus ſit verè legitimus, ſuccedit in maioria (filijs legitimis deficientibus). Sed contraria opinio verior & receptior eſt: quia filius legitimatus ſuccedit in omnibus, quæ defferuntur, & reſeruantur ex diſpoſitione legis, non verò in maioria, quæ de
54 fertur filijs legitimis (& reliquis nominatis) ex diſpoſitione hominis: & ſic eſt communis opinio, quod filius legitimatus non ſuccedat in primogenitura, etiam ſi ſit natu maior: vt tradit Gregorius ſupra & Tiraquellus, qui plures pro hac ſententia refert, & ſequitur Molina, libr. 2. de Hiſpanorum primogenijs. capit. 11. numer. 22. & in numer. 17. dixit, quod à principio, poteſt fundator maioratus (ſi alios filios non habuerit) primogenituram conſtituere in perſona filij legitimati: & noſtram principalem quæſtionem proſequitur, in lib. 3. capit. 3. numer. 34. vbi illud videtur limitare in ſubſtitutione facta filio maſculo, quaſi dicat, quod filius legitimatus ex fœmina, non ſuccedat in maioratu, cum eſſet nimis abſurdum, & aduerſus mentem fundatoris: ſecus verò, ſi filius legitimatus ex maſculo procedat, cum diuerſa ratio ex præſumpta mẽte teſtantis reſultet, allegans Alban.
55 conſi. 29. nume. 7. Sed illius opionem ſubtiliter impugnat (ille magnus Iuriſconſultus) Ioann. Garcia (meretiſſimus quondam fiſci patronus) in ſuo tractatu de Hiſpanorum nobilitate, gloſſ. 21. num. 36. colu. 2. vbi propiore conuincit prædictum Molinam, cuius opinio poteſt ſuſtineri, quoties ex verbis fundationis, & creationis maioratus, & ex præſſumpta te
56 ſtantis voluntate conſtiterit, voluiſſe admittere ad ſucceſsionem filios legitimatos (maximè ſi ipſe legitimatus erat) quod quidem probatur ex d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus ad Trebel. l. Titia. §. qui morte. ff. de annuis legatis. l. quoniam. C. de naturalibus liberis. Quam opinionem latè defendit & proſequitur Guillen de Ceruantes, in d. l. 12. nu. 48. cum ſequenti
57 bus, plures aſsignans rationes, quarum potiſsima eſt, quia ſolum quoad diſpoſitionem legis, legitimatus reputatur verè legitimus, ſecus quoad diſpoſitionem hominis: quia tunc, verè & propiè ſunt intelligenda illa verba, & nõ fictitio modo: maximè, quia eſſet in præiuditium ſucceſſorum ad prædictum maioratum, quibus eſt ius
58 queſitum, deficientibus filijs, & princeps non præſſumitur derogare iuri vocatorum ad maioratum. Arg. tex. in. l. ſi quando. C. de inofficioſo teſtam. l. ſi teſtamentum. C. de teſtamentis, ibi: * *Si teſtamentum iure factum ſit, & hæres ſit capax authoritate, reſcripti noſtri reſcindi non oportet.* * Probat etiam tex. in. l. ſi donationem. C. de donationibus, quem ad hoc expendit Couar. lib. 3. variarum. c. 6. nu. 5. Quæ omnia
59 ſunt intelligenda, in legitimatione facta per reſcriptum, quæ eſt ſimilis alchimiæ, quæ facit quod æs aurum appareat, vt dicit Baldus in. c. 1. num. 23. de conſtitutionibus, & Molina ſupra nu. 6. ſecus verò erit in legitimatio
60 ne facta per ſubſequens matrimoniũ vt in. c. tanta, qui filij ſint legitimi, & in. l. 4. & fin. tit. 15. part. 4. quia tales filij verè & propriè legitimi iudicandi ſunt, in omnibus, & per omnia; vt tenet gloſſa notabilis, in. c. innotuit de electione, verbo coniugata, Ioan. Garcia ſupra, numer. 13. ita reſoluit Tiraquellus, in tractatu de nobilitate, quæſtion. 34. à numer. 35. cum ſequentibus, Couarr. in. 4. 2. part. capit. 8. §. 2. Guillen ſupra, numero 73. Molina, & Gutierrez. in d. §. ſui numer. 169. vbi illud ampliat, etiam ſi

matrimonium fuerit contractum in
articulo mortis, vbi plures refert: Et
Antonius Gomez in l. 9. Tauri, nu-
mer. 58. (dum tamen non interueniat
fraus ad excludendum ſubſtitutum)
Ita Dueñas, regul. 350. Ioann. Garcia,
gloſſa. 21. numer. 21. Sarmient. lib. 1.
ſelectarum, cap. 8. & alij, quos in prin
cipio retulimus. Vltra quos illam o-
pinionem dicit communem Ruy-
nus, conſi. 163. numer. 6. & 7. volum.
3. quem & alios refert: & ſequitur
Dueñas ſupra, numer. 8. quia illa
ſubſtitutio (ſi ſine liberis deceſſe-
rit) verificatur in filio legitimato
per ſubſequens matrimonium, vt
probat text. in d. c. cum in cunctis
de electione. Quam opinionem ſe-
quitur Boerius deciſione. 159. Nat-
ta, conſi. 628. numer. 18. Siluanus,
conſi. 3. numer. 22. Aymon Craueta,
conſi. 591. numer. 81. Cæphalus, conſi.
111. numer. 4. & dicit etiam commu-
nem Sfortius, Odd. in tractatu com-
pendioſę ſubſtit. in fi. nu. 6. Anto. Ga
briel, lib. 6. communium, titul. de legi
timation. concl. 1. n. 90. & Hierony.
Gabriel, conſi. 21. in. 4. dubio, vbi e-
tiam dicit communem, Burſat. conſi.
17. num. 18. volum. 1. & ratio eſt, quia
61 quemadmodũ princeps ſecularis po-
teſt per reſcriptum legitimare filios
naturales, ac ſi eſſent de legitimo ma
trimonio nati, quo ad omnes ſucceſ-
ſiones, honores, & prærogatiuas (vt
ſupra traditum eſt) ita eodem modo
poteſt ſummus Pontifex, per reſcrip-
tum, vel legem generalem diſponere,
legitimatos per matrimonium, per in
dè haberi, ac ſi eſſent de legitimo ma
trimonio nati & procreati: vt opti-
mè tradit Hieronym. Gabriel ſupra,
numer. 32. Decius, conſi. 520. numer.
10. Et ſic iſti legitimati, ex die con-
62 ceptionis videntur legitimati, quaſi
ab initio videantur nati ex legitimo
matrimonio: vt notat Abb. in d. c. tã-
ta, nu. 1. & 7. Ripa, in d. §. ſi quis roga
tus, nu. 47. Guillermus Benedictus, in
c. Raynuntius, verbo vxorem, num.
181. vbi dicit, quod iſti filij legitima-
63 ti per ſubſequens matrimonium, vi-
dentur ab initio habere implicitum
ſtatum legitimitatis, cum macula e-
rat purgabilis propter maritalem af-
fectũ, pro animarum fauore, ad corre
ctionem peccati, ad ſcandala euitan-
da: vt aduertit Calderinus, tit. de fœu-
dis, in rubric. nu. 5. Cacheranus, deciſ-
ſion. 119. nu. 19. Burſatus, conſi. 18. nu.
23. & Hieronymus Gabriel d. conſi.
21. nu. 32. pro qua ſententia facit bo-
nus tex. in d. l. cum quis, in fine. C. de
naturalibus liberis. ex quib⁹ remanet
comprobata & fulcita hęc ſententia,
quod in fideicommiſsis, maioratibus
fœudis, emphiteuticis, & alijs dona-
tionibus, & conceſsionibus, ab homi
ne factis, alicui & ab eo deſcendenti-
bus, de legitimo matrimonio natis,
64 vel legitimè natis, includãtur & con
tineantur filij legitimati per ſubſe-
quens matrimoniũ: quæ opinio com
munis eſt & recepta, & ab ea non eſt
recedendum in iudicando & conſu-
lendo: maximè, quia in dubijs capien
65 da eſt opinio, quæ ſtat pro matrimo-
nio, pro legitimatione, & pro habilita
tione prolis, Abb. in c. fi. de re iudica
ta per illum tex. & in c. 2. n. 3. de cog-
66 natione ſpirituali. Iaſſ. in l. 1. numer.
8. ff. ſoluto matrim. vbi Socinus iu-
nior, nu. 71. Burſatus ſupra, conſi. 18.
numer. 10. Sed diſputationis gratia,
(vt nihil intactum relinquamus) con
trariam opinionem plures magni
nominis doctores amplectuntur,
aliquibus rationibus & fundamen-
tis, & primo facit pro contraria opi
nione, quia teſtator, dum vocat le-
gitimè natos, aut procreatos de le-
gitimo matrimonio, reſpexit ad prin
cipium & originem naſcendi, & ſic
legitimati poſtea per matrimonium,
non debent contineri, quia non
67 eſt noſtrum extendere ſcriptu-

ras.



ras. l. comparaciones. C. de fide inſtru-
mentorum, ita arguit ſubtiliter Bal-
dus, in d. §. ſi eius, in fine, & in d. §. na-
turales, & in conſi. 367. vbi dicit,
68 quod debemus conſiderare naturam,
& non accidens: maximè, quia qua-
litas legitimitatis, ſemper cenſetur
conſiderata per teſtatorem ad tem-
pus natiuitatis, & ſic illo tempore
69 adeſſe debet, neque ſufficit quod ex
poſt facto ſuperueniat, tex. in. l. quid
ergo, in princip. ff. de his qui notan-
tur infamia. l. in delictis. §. ſi extra-
neus. ff. de noxalibus. l. Tribunus. ff.
de teſtamento millitis. Et cum plu-
70 res ſint filiorum ſpecies, nonnuli
ex iuſtis nuptijs naſcuntur, alij ex
coitu concubinario (iure ciuili per-
miſſo) quidam verò ex coitu illici-
to, alij autem, qui poſt natiuitatem
legitimati ſunt, alij, qui non ſunt fi-
lij per naturam, ſed per adoptionem,
ſic cum teſtator in conditione vel
diſpoſitione vocat legitimè natos, *
*Sean de legitimo matrimonio.* * Ad pri-
mam conditionem filiorum reſpexit
& ſic ad alias non eſt facienda exten-
ſio in præiuditium ſubſtituti vel gra
uati, quoniam à perſona nominata
71 recedendum non eſt. l. ſi vnus. §. ante
omnia. ff. de pactis. l. ſi ita ſtipulatus.
§. Chriſogonus. ff. de verborum. l.
gallus. §. & quid ſi tantum, de liberis
& poſthumis: Ita Decius, conſi. 88.
numer. 13. & eo maximè procedit,
quia illa qualitas, quod filius ſit legi-
timus, ſubſtantialis eſt, & ſic debet á
72 principio interuenire, & non iubat
ſi ex poſt facto ſuperueniat. l. obliga-
ri. §. tutor. ff. de autoritate tutorum. l.
his verbis. §. interdum. ff. de hæredi-
bus inſtituendis. l. matrem. C. de pro-
bationibus. Et illa dictio, * *De legi-
timo matrimonio*, * ex ſua primordia
li natura denotat cauſam proximam,
immediatam, & naturalem. l. ſi eo tem
73 pore. ff. de peculio. l. 1. §. ſi ex incen-
dio. ff. de incendio & ruina. l. non
dubium. C. de legibus, capit. cum cau
ſam de electione. Et ſic legitima-
ti per ſubſequens matrimonium,
non videntur ſub illa diſpoſitione
contineri, quia non ſunt nati in
mediatè de materia matrimonij, vt
videntur deſiderare verba teſtato-
74 ris (quæ denotant factum naturæ)
vt ſilicèt naturaliter ſint nati, aut
procreati de matrimonio legitimo,
verè & propriè, non verò per in-
terprætationem, & ciuiliter. l. fina.
C. de his qui veniam ætatis impe-
trauerunt, capit. ſtatutum, de reſcrip-
tis in. 6. l. filium eum difinimus.
ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iu-
ris. Rurſus confirmatur iſta ſen-
tencia, quia legitimati per ſubſe-
quens matrimonium, quanuis ef-
ficiantur ſimiles legitimè natis, &
ex diſpoſitione legis atribuantur il-
lis ſucceſsiones, quas habent legi-
timi, tamen inter ſe differunt, quia
ab initio, in primo ſtatu concep-
tionis & creationis, non ſunt legi-
timi, nec de legitimo matrimonio
nati: ſolum enim inter ſe habent
quandam ſimilitudinem, vt in d. §.
75 reliqui, & ſimile non eſt idem. l. quod
Nerua. ff. de poſiti. Ergo de pri-
mo ad vltimum manifeſtè conſequi-
tur, quod diſpoſitio teſtatoris rela-
ta ad vnum caſum, non debet ex-
76 tendi ad alium caſum ſimilem, ſed
potius debet ſeruari in ſpecifica
forma. l. qui hæredi. l. Mæuius. ff.
de conditionibus & demonſtratio-
nibus: præcipuè, quia legitimatio
77 nunquam trahitur retrò. Authen-
tico quibus modis naturales effi-
ciantur legitimi. §. liceat igitur, ibi:
* *Et ſuos de cætero*, * & ibi, * *Ex hoc
facto ex inde filios*. * Et probat tex.
de iure regio, in d. l. 4. titul. 15. part.
4. ibi: * *En adelante heredan los bienes
del padre, è auran honra de hijos legiti-
mos*, * & in. l. 9. eiuſdem tituli, ibi:
* *Son dende en adelante legitimos, è an to-*



*das*

*das las honras que los fijos que nacen de*
*caſamiento derecho,** Et licet illa iura
loquantur in filio legitimato per reſ
criptum principis, idem eſt dicen-
dum in legitimatis per ſubſequens
matrimonium, vt docet Ioann. An-
dreas, in regul. ſine culpa, de reg. iuris
in.6. in mercurialib⁹. Bald. in. l. benig
nius, in fi. ff. de legibus, Alciatus, lib.
3. paradox. capit. 12. Aretinus, in d. l.
gallus. §. & quid ſi tantum, num. 24.
de liberis & poſthumis, Tiraquellus
de iure primogenit. quæſtion. 34. nu-
mer. 8. Cæphalus, conſi. 82. nume. 20.
Rolandus, conſi. 100. num. 37. volu.
2. & profectò iſtam opinionem com-
probat deciſio tex. in d. c. tanta, qui
filij ſint legitimi, ibi: **Poſt contractum*
78 *matrimonium,** ergo non antea? & ibi,
**Legitimi habeantur** quaſi dicat, quod
reputentur & habeantur pro legiti-
mis, & ſic per fictionem, cum aliud ſit
79 eſſe tale, aliud haberi pro tali. l. mer-
cis appellatione, vbi gloſ. ff. de verbo
rum ſignificatio. Bart. in. l. maritus. ff.
ad l. Iuliam de adulterijs, vndè benè
dicit Cæphalus ſupra, quod illa legi-
timatio eſt poſt hac, non verò ante
hac, & ſic videtur impoſibile, vt qui
per naturam à principio non fuit le-
gitimè natus, ex poſt facto ſit legiti-
mus, & de ligitimo matrimonio, quia
in his, quæ ſunt iuris, in quibus ali-
quod factum intercedere oportet, li-
80 cèt lex fingat factū interceſſiſſe, illud
eſt per fictionem, vt docet Bart. in d.
l. ſi is qui pro emptore, in. 3. quæſt.
principali. ff. de vſucapionibus, cum
81 facta pro infectis haberi non poſſint
l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis, &
poſt liminio reuerſis. l. verum. ff.
de regulis iuris. §. ſed naturalia, inſti-
tut. de iure naturali gentium, vel
ciuili, gloſſa notabilis, in capit. ſi Pau
lus, verbo ſuſcitarem, 22. quæſtion. 5.
Iaſſ. in. l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acqui-
renda poſſeſsione, per illum tex. Ergo
cum ex primæua conceptione & na-
tiuitate, filius non ſit legitimè natus,
illud quod iam à principio fuit fa-
ctum, non poteſt pro infecto haberi,
& ſic talis legitimatio per ſubſequēs
matrimonium, non debet aliquid o-
perari in præiudicium ſubſtituti. Et
ſic procedit illa communis & re-
cepta opinio, quod in iure primoge-
82 nituræ, is qui primò naſcitur legiti-
mus, & naturalis, præfertur legitima
to poſt matrimonium, quamuis hic
naturaliter primò natus fuiſſet, ita
Henricus Boi. in d. cap. tanta, Alex.
conſi. 5. numer. 7. & latè Tiraquelus
d. quęſtion. 34. Socinus iunior, conſi.
52. numer. 7. volum. 1. Aldobrandinus
in. §. fi. n. 14. inſt. de nuptijs. Molina,
83 lib. 3. de Hiſpanorum primogenijs
cap. 1. nu. 7. quod quidem ex eo pro-
cedit, quia naſcendi initium conſide
ratur, & ius quæſitum non poteſt ne-
mini auferri, per alios filios ſequen-
tes natos, quibus non propiè conue-
84 niunt verba teſtatoris, vocādo* *Legi
timos, & de legitimo matrimonio nacidos,*
* & ſic nec debet conueniri diſpoſi-
tio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto.
l. hos accuſſare. §. omnib⁹. ff. de accuſ
ſationibus. Et à propietate verborum
nō eſt recædendum. l. non aliter. ff. de
leg. 3. & limitata diſpoſitio, limitatū
85 debet producere effectum. l. in agris.
ff. de acquirendo rerum dominio. l.
age cum Geminiano. C. de tranſactio
nibus. Ex quibus rationibus & funda
86 mentis poteſt ſuſtineri hæc opinio,
quam ſequūtur Baldus, in d. l. filium
cum diffinimus, & in. l. paulus, num.
4. ff. de ſtatu hominum, & in. l. gal-
lus. §. ſi eius, in fi. & in. c. innotuit, nu.
12. de electione, & in conſilio. 29. vol.
3. & conſi. 367. volum. ſ. & in d. cap. 1.
§. naturales, & Butri. in d. cap. per ve-
nerabilem, nu. 17. Imola, in d. c. inno-
tuit. Alex. conſi. -. volum. 6. vbi conſu
luit pro hac opinione. Roſelus in tra
ctatu legitimationis. 1. p §. vlt. nu-
mer. 6. Barbacia in. l. cum acutiſsimi,
nu. 251.



nu. 251. C. de fideicommiſsis. Guido
Papa, quæſt. 482. Curti. ſenior, conſi.
73. Lucas de Pœna, in l. eos. C. de his
qui ſponte munera. Albertus Brunus
de ſtatutis excludent. fœmin. articul.
12, numer. 76. Decius, conſi. 555. Ruy-
nus, conſi. 92. lib. 3. Curtius iunior,
in tractatu de fœudis, primo mem-
bro. 3. partis principalis, numer. 41.
& conſi. 64. nume. 12. Mantua, conſi.
38. numer. 12. volum. in. 1. Natta, conſi.
602. & conſi. 624. numer. 14. volum.
1. Beroius, conſi. 167. volum. 2. Cepha
lus, conſi. 82. nu. 12. Rolandus, conſi.
100. vol. 2. Decianus conſi. 88. nu. 12.
vol. 2. Riminaldus iunior, conſi. 222.
Menochius, conſi. 16. num. 6. vol. 1. &
conſi. 173. numer. 71. vol. 2. Mantica
de coniecturis vltimarum volūt. lib.
11. titul. 12. numer. 14. Alciatus conſi.
187. lib. 9. & conſi. 59. numer 3. vbi di-
cit, quod bis & ter fuit iudicatū pro
hac ſententia in ſupremo Mediola-
nenſi Senatu. Ex quorum autoritati-
bus & fundamentis, hęc opinio eſt ſa
tis ſuſtentabilis, ſed à prima receden-
dum non eſt in iudicando & conſu-
lendo, ex rationibus ſupra relatis,
quæ omnia ſunt valdè notanda, quia
ſunt vſui quotidiano cōtingentia, tā
in ſcholis, quam in tribunalibus iudi
cum, & ita communiter conſulitur,
& practicatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iuri offerendi nullo tempore præſcribi-
tur.*
2 *Actio hypothecaria præſcribitur contra de
bitorem per triginta annos, nec ea quæ
conſiſtunt in facultate vtentium præſ-
cribuntur, vt portare crucem, & ſi-
milia.*
3 *L. 63. Tauri declaratur, vt non procedat con
tra tertium poſſeſſorem.*
4 *Præſcriptio decem, vel viginti annorum,
ſufficit contra tertium poſſeſſorem.*
5 *Hypotheca dotalis præſcribitur per tertium
poſſeſſorem, per decem annos inter præſen
tes, & viginti inter abſentes.*
6 *Præſcriptio incipit currere mulieribus à
tempore quo maritus vergit ad inopiam.*
7 *Si per decem annos quo maritus vergit ad
inopiam mulier non petat dotem ſibi re-
ſtitui, poſteà non audietur.*
8 *Mulier conſentiens in venditione rerum
dotalium, videtur remitere hypothecam.*
9 *Præſcriptio contra poſſeſſorem rerum hypo-
thecatarū à quo tempore currat ſunt tres
opiniones.*
10 *Impedito agere non currit præſcriptio.*
11 *Felicianus de Solis reprobatur in ſuâ opinio
ne.*
12 *Mulier conſentiens cum iuramento alie-
nationi rerum dotalium, poteſt petere
pretium dotis ab hæredibus mariti, nu-
mer. 8.*
13 *Renunciatio iuri hypothecæ, non ſortitur
effectum (marito non exiſtente ſoluendo)*
14 *Bona dotalia debent extare tempore reſti-
tutionis dotis: & an ſufficiat extare tem
pore renunciationis hypothecæ.*
15 *Renunciatio hypothecæ eſt donatio inter vi
rum & vxorem, & ſic prohibita.*
16 *Mulier ex pacto liberatorio inito cum ma-
rito non remanet obligata.*
17 *Mulier pro viro obligari non poteſt.*
18 *Authentica, ſiuè à me. C ad Veleianum, de-
claratur.*
19 *Opinio Afflictis damnatur, ex d. authentica
ſiue à me.*
20 *Renunciatio hypothecæ iurata à muliere,
valida eſt.*
21 *Gloſſa in authentica ſi qua mulier, commu
niter damnatur.*
22 *Si mulier neget virum fuiſſe ſoluendo tem-
pore renūciationis, creditores verò bono-
rum contrarium affirment, mulieri incū-
bit onus probandi.*
23 *L. in rebus, de Ciure dotiu n declaratur.*
24 *Dominium rerum dotalium non tranſit in
maritum, neq; in emptores bonorū, quan-
do maritus non eſt ſoluendo.*
25 *Mulieri cōpetit rei vendicatio contra quem
libet poſſeſſorē, nō obſtāte dotis æſtimatio
ne, quando maritus non eſt ſoluendo.*

26 *Dominium rerum dotalium reuertitur ad mu lierem ipſo iure, quando maritus non eſt ſoluendo.*
27 *Aeſtimatio dotis degenerat, & fingit lex nunquam præceſiſſe in damnum vxoris.*
28 *L. in rem ff. de rei ven dicatione, interpretatur.*
29 *Dominium non eſt deambulatorium.*
30 *Dominium naturale mulieris, per æſtimationem rerum dotalium non alteratur.*
31 *Intellectus Queſſadæ traditus ad. l. in rebus, reprobatur.*
32 *Dominium & rei vendicatio, non concurrunt.*
33 *Omnis qui prætendit dominium actu permanens, eſt potentior quolibet alio creditore.*
34 *Maritus eſt dominus rerum dotalium, conſtante matrimonio.*
35 *Mulier habet dominium naturale rerũ dotalium constante matrimonio.*
36 *Si creditores rerum dotalium offerant vxori æſtimationem, liberantur à reali reſtitutione.*
37 *Mulier conſtante matrimonio ad recuperã dam dotem alienatam, habet actionem, etiam ſi offeratur illi æſtimatio dotis.*
38 *Duo in ſolidum, non poſſunt eiuſdem rei hàbere dominium.*
39 *Maritus dicitur dominus de præſenti rerũ dotalium, vxor verò dicitur domina dè futuro.*
40 *Plures intellectus aſſignantur ad dificultatem ſupra traditam.*
41 *Dominium vxoris de præſenti eſt conſiderabile, non verò de futuro.*
42 *Tertius intellectus traditur & reprobatur.*
43 *Quartus intellectus aſsignatur & reprobatur, contra omnes.*
44 *Differentia dominij ſecundum plus, vel minus, non difert à ſubſtantia.*
45 *Quintus intellectus Pineli, ſuſtineri poteſt, declarando. l. doce ancillam. C. de rei vẽdicatione.*
46 *Sexta opinio, & intellectus ad d. l. in rebus, proponitur.*
47 *Lex in rebus eſt noua deciſsio, introducta fauore mulierum.*
48 *Nouus intellectus, & 7. ad d. l. in rebus, vltra omnes aſsignatur.*
49 *Dominium ciuile, & dominium naturale, differunt inter ſe.*
50 *Inconueniens neque repugnantia eſt, vt vnus habeat dominium ciuile eiuſdẽ rei, alter vero naturale.*
51 *Lex ciuilis tribuit marito dominium ciuile, & naturale remanet penes vxorem.*
52 *L. in rem. ff. de rei vendicatione, declaratur.*
53 *L. 1. §. ſi vir & vxor. ff. ad Silanianum, declaratur.*
54 *L. Lucius. §. idem reſpondi. ff. ad municipalem, declaratur.*
55 *L. dè die. §. quidam etiam. ff. qui ſatisdare cogantur, declaratur.*
56 *Reſolutio quæſtionis traditur.*
57 *Bona dotalia non ſunt in bonis mariti.*
58 *Vir repræſentat imaginem vxoris in re dotali.*
59 *Poſſeſsio duplex eſt, ciuilis, & naturalis.*
60 *Azonis opinio reprobatur.*
61 *L. 2. tit. 30. par. 3. declarat ius commune.*
62 *Opinio Parladorij damnatur.*
63 *Dominium duplex eſt.*
64 *Poſſeſſio eſt duplex, ciuilis, & naturalis.*

## QVAESTIO. 3.

### *Vtrum debitor, qui per triginta annos pignus luere neglexerit, cadat à iure offerẽdi pecuniam, & pignus ſit præſcriptum Communis cõtra communem: & quid iure Regio.*

Apud antiquos vtriuſque iuris proceres agitata eſt quæſtio, an debitor, qui per 30. annos pignus luere neglexerit, cadat à iure offerendi pecuniã, & pignus ſit præſcriptum per creditoré: & partem affirmatiuam dicit communem Guido, ſingulari 906. & per triginta annos tali iuri præſcribi poſſe voluit gloſ.





verbo, finis, in. l. ſi finita. §. poſtquã. ff
de dãno infecto, gl. verbo, opponere,
in. l. cũ notiſsimi. §. eodem iure. C. de
præſcript. triginta vel quadraginta
annorum, glo. verbo, alieno, in. l. pig-
nori. ff. de vſucapionibus gloſ. verbo
pignoratitia, in. l. ſi rem. §. omnis. ff.
de pignoratitia actio. gl. in. verb. pro
ſocio, in. l. 1. C. de annali exceptione.
Et hãc opinionem tenet ibi Lamber-
tinus de Ramp. Bald in fi. Angel. nu.
9. idem Bald. & Ang. in d. §. eodem iu
re. Imol. vbi idem Angelus, in. l. pig-
nora. ff. de vſucapion. & hanc opinio
nem gloſſarum dicit communé Bal-
bus, in tractatu præſcrip. in 5. parte. 5.
partis, quęſt. 2. & illam teſtatur etiam
communem Angelus de Aretio in. §.
actionum, nu. 54. inſt. de actio. Ripa
in rubric. ff de pigneribus nu. 14. &
iſtam opinionem ſequũtur Aretinus,
& Iaſſ. in. l. 3. ff. de acquirenda hæred.
hic, nu. 15. ille, in colum. 2. & Couarr.
lib. 1. variarum. c. 9. nu. 3. Aymon Cra
ueta, conſi. 11. nu. 25. & in tractatu de
antiquitate temporũ. 4. p. n. 35. & 37.
& plures refert Couar. ſupra. lib. 1. và
riarum. c. 9. n. 5. vbi latè proſequitur
hãc opinionem. Sed contrariam opi
nionem tenent gloſſatores antiqui,
Rog. Martinus, & Vicẽtius, & Iacob.
de Raben. & Petrus in d. §. eodem iu-
re, vbi Cynus (qui illum legit cum. §.
ſed cum illud) vbi affirmat ſic tenere
doctores antiquos, & modernos. Et
iſtam opinionem contra gloſſas dicit
communem Bart. ibi num. 4. Alberi-
cus num. 3. & dicit etiam communé
Salicetus nu. 8. & alij doctores in d. l.
pignori: tametſi quidam ex illis, quoſ
dam caſus diſtinguãt, reſidentes ſem
per in hoc, quod iuri offerendi præſ-
1 cribi non poſsit: quam eſſe commu-
nem opinionem affirmat Paulus ibi,
& Guillerm. Decius. & Bart. in. §. om-
nis. ff de pignoratitia actione, vbi Sà
licetus, affirmat, hanc opinionem eſſe
de iure magis fundatã, & dicit com-
munem
contra gloſſas Paulus ibi, nu. 5. Salice
tus, in. l. licet. C. de iure deliberandi,
col. 2. Abb. in. c. quoniam frequenter
§. in alijs, n. 44. vt lite non conteſtata.
pro qua ſentẽtia eſt text. in. l. purè. §.
fina. ff. de doli exceptione. l. Paulus.
§. vltim. ff. quibus modis pignus vel
hypotheca Sol. l. cum notiſsimi. §.
1. & ſequenti. C. de præſcriptione 30.
vel. 40. annorũ. l. quod ſi nolit. §. ſed ſi
quid ita venierit. ff. ędilic. io ædicto.
& in. l 2. C. de pactis inter emptoré &
venditoré: pro qua ſentẽtia facit tex.
de iure regio in. l. 18. tit. 13. p. 5. ibi, *
*Ca pues q̃ le paga la deuda que auia ſobre la
coſa, no le finca otro derecho ninguno,* * &
ſic ſequitur manifeſtè quod creditor
nõ poterit opponere præſcriptioné:
pro qua tamen ſententia põdero et ã
verba tex. in. l. 44. illo titulo. Et part.
2 ibi, * *Quandoquier que el ſeñor de la coſa
le dieſſe ſu deuda, tenudo ſeria de ſela de-
ſamparar,* * & ſic debitor omni tempo
re habet ius offerendi pignus, & hanc
dicit æquiſsimam opinionem, & in
practica tenendam, Alciat. in rubric.
de pręſcrip. nu. 65. & eſſe conſcientię
tutiorem, dicit Didacus Perez in. l. 2.
tit. 13. lib. 3. ordi. col. 1228. & Anton.
Gomez. 1. tom. variarum. c. 9. nu. 27.
& Azeued. in. l. 4. tit. 15 nu. 5. lib. 4. re
copil. vbi ad hoc ponderat verba di-
ctæ legis partitæ, & ratio eſt, quia ea
quæ conſiſtunt in facultate, non pręſ
cribuntur. tex. in. l. viam publicam.
ff. de via publica, Couarr. variarum
reſol. c. 9. nu. 3. lib. 1. doctores in. l. 2.
C. de ſeruit. & aqua, vbi Padilla num.
19. Ripa, in. c. cum Eccleſia ſut trina,
de cauſa poſſeſ. & propiet. n. 51. & in
l. quominus. n. 133. de fluminib⁹. Et eſt
communis opinio, ſecundum Anto.
Gabriel titul. de præſcrip. conclu. 10.
Bart. in d. l. quo minus, nu. 27. & plu-
res pro hac ſententia refert Anton.
Theſaurus, in deciſsione Pedemon-
tanea 16. nu. 4. Ioann. Garcia de nobi
litate, gloſ. 35. à num. 57. & 65. ex qua

ratione defend adhuc, capellanos
chori ſanctę Eccleſiæ Toletanæ, ad-
uerſus parochos huius ciuitatis, vt
prædicti capellani proceſsionaliter,
& cum cruce poſsint ingredi ſuas pa
rochias, ad ſepelienda corpora defun
ctorum, cum ab antiquo habeant il-
lud ius, & licet per triginta annos
non vſi fuerint illo iure, non præſcri
bitur, cum portare crucem inproceſ
ſionibus conſiſtat in facultate illorũ.
Et pro hac ſententia in proprijs ter-
minis plura adduxit Oldra. in conſi.
3 225. n. 13. & 14. vbi allegat bona iura,
ex quibus in queſtione principali ve
nit declaranda. l. 63. Tauri, quæ li-
cet videatur facere pro prima opinio
ne, tamen ſi benè conſideretur loqui-
tur in caſu diuerſo & contrario, vide
licet, quãdo actio hypothecaria præſ
cribitur contra creditorem per ſpa-
cium triginta annorum, nõ verò cre
ditor contra debitorem: & licet Go-
meci⁹ ibi teneat, quod illa lex proce
dat contra tertios poſſeſſores rerum
hypothecatarũ, tamen (ſalua illius pa
ce) toto cœlo errat, quia illius legis
deciſsio, ſolũ loquitur reſpectu cre-
ditoris, non verò reſpectu tertij, quia
contra tertium poſſeſſorem bonorũ
4 rei hypothecatæ, ſufficit præſcriptio
ordinaria decem, vel 20. annorum.
Ita probat tex (ſic intelligendus in) l.
1. & 2. C. ſi aduerſus creditorem præſ
criptio opponatur, quibus conſonat
l. 27. titu. 29. part. 3. vbi Greg. ita ad-
uertit Caſtillo, & Ciſuentes, ibi cõtra
Gomecium, & tenet Parlador. 1. p re-
rum quotidianarum. c. 1. §. 16. nu. 51.
in fine, & Olanus, in Antinomia iuris,
litera. 5. nu. 24. Villalobos in ærario
comm. num. 33. qui ſic intelligit d. l.
27. tit. 29. par. 3. & Gutierrez practic.
quæſt. lib. 1. queſt. 90. n. 9. Salazar, de
vſu & conſuetudine. c. 11. nu. 50. Aze
uedo in. l. 6. tit. 15. lib. 4. recop. nu. 43.
Menchaca lib. 2. controuerſiarum il-
luſtrium. c. 6. & nouiſsimè Felicianus
de Solis, in tractatu de Cenſibus lib.
3. c. 4. qui omnes contra Gomecium
ſic intelligunt dictam legem, & quod
dicta l. 1. & 2. C. ſi aduerſus credito-
res, nõ ſint correctę, quod quidem ha
bui de facto in cauſa Alfonſi de Chin
chilla in colæ huius ciuitatis, contra
dominam D. Clarã cernuſculo, quæ
poſt viginti annos intentauit actio-
nem hypothecariam contra illum,
tanquam poſſeſſorem cuiuſdam do-
mus ſui mariti prædefuncti, quæ tem
pore matrimonij ſibi pro ſecuritate
5 dotis fuit hypothecata: quæ quidem
excluſſa fuit, ex eo quod hypotheca
dotalis præſcribitur contra mulierẽ
per tertium poſſeſſorem, per decem
annos inter præſentes, & viginti in-
ter abſentes, vt in d. l. 1. & 2. quæ iu-
ra procedunt in hypotheca dotali, vt
tradit Anton. de Burgos, in. c. perue-
nit, num. 23. de emptione & venditio
ne, quod eſt menti tenendum, & illa
iura declarat Sarmient. lib. 2. ſelecta-
rum. c. 9. nu. 5. & Greg. in. l. 18. tit. 13.
par. 5. verbo. **Ge la empeñar*,* Boerius
6 deciſsio. 328. nu. 4. Præterea animad-
uertendum eſt, quod illa præſcriptio
incipit currere mulieribus, ab illo tẽ
pore quo maritus vergit ad inopiam,
& diſſipat bona. Ita probat tex. in. l.
in rebus. §. omnis. C. de iure dotium,
ibi. * *Omnis temporalis exceptio, ſiuè
per decem ſiuè per viginti annorum curri-
cula, ſiuè per triginta vel quadraginta an-
norum metas, ſiuè ex alio quocumque tem-
pore maiori vel minori poteſt opponi mulieri
bus ex eo tempore quo potuit actiones mo-
7 uere,* *Quod quidem adeò verum eſt,
quod ſi per decem annos mulier non
petat dotem ſibi reſtitui, non ſolum
contra tertiũ (qui poſsidet bona hy-
pothecata pro ſecuritate) non po-
teſt agere (vt ſupra dixi) imò neq; cõ
tra maritum. Ita conſuluit Raphael
Cumanus, conſi. 93. nu. 1. quem ſequi-
tur Maſcardus, lib. 2. de probationib.
conclu. 1153. num. 11. & vide eundem
in



in concluſio. 1173. nu. 20. & 21. quan-
do mulier videatur remittere hypo-
8 thecam, conſentiendo marito vt bo-
na alienentur. Quæ omnia notanda
ſunt pro limitatione & declaratio-
ne tex. in. l. 29. tit. 11. p. 4. & vide Gu-
tierrez, de iur. confirm. 1. p. c. 1. nu. 14.
vbi reſoluit, quod etiam ſi mulier cõ
ſentiat alienationi rerum dotalium,
poteſt ab hæredibus mariti ęſtimatio
nem & pretium repetere: quod dicit
eſſe valdè notandum in practica, quia
9 vulgus ruſticorum exiſtimat, quod
eo ipſo quod mulier cõſentit cũ iura
mẽto prædictæ alienationi, nõ poteſt
pretium petere (quod falſum eſt) &
tradit Gomecius in. l. 53. Tauri, num.
37. vbi dicit communem opinio-
nem, & ita fuiſſe iudicatum, Cache-
ranus, deciſsion. Pedem. 44. num. 5.
Afflictis, deciſsio. 209. Boerius deciſ-
ſione 23. nu. 6. & licet præſcriptio in
cipiat currere cõtra mulierem ab eo
die quo maritus vergit ad inopiam,
tamen in alijs creditoribus, qui ha-
bent bona hypothecata pro ſecurita
tẽ debiti (veluti in creditore cenſus)
eſt maxima difficultas, quanto tem-
pore contra illum præſcribatur per
tertium actio hypothecaria: in qua
re, tres congeſsit opiniones Solis de
Cenſibus, lib. 3. c. 4. à nu. 12. ſed illa vi
detur mihi verior opinio, quod præſ
criptio incipiat à die, quo debitor ceſ
ſauit in ſolutione, & creditor ſciens
bona hypothecata eſſe alienata, ceſſa
uit in petitione, vt tradit Parlador. re
rũ quotidianarũ li. 1. c. 1. in §. 16. Alex.
conſi. 58. volum. 5. Afflictis, deciſsio-
10 nẽ. 139. quia impedito agere, non cur
rit præſcriptio. l. 1. §. fin. C. de annali
exceptione. l. fin. de longi temporis
præſcriptione, Menchaca, lib. 2. con-
trouerſiarum illuſtrium. c. 60. num. 3.
& 16. Et ſic cum creditor ignorans
alienationem rerum hypothecarum
non poſsit agere contra tertium poſ
ſeſſorem, neque ſciens, ſoluente debi-
tore, meritò non poteſt contra illum
currere præſcriptio, quia ſciebat ſine
damno ſuo pignus ſuum vbique du-
rare. l. ſicut. §. non videtur. ff. quibus
modis pignus, vel hypotheca ſolui-
tur. Qui tex. ſingularis eſt pro iſta opi
11 nione (quæ verior mihi videtur con-
tra Solis ſupra) cuius fundamenta mi
hi non ſatisfaciunt, vt præſcriptio
currat ab eo die quo tertius poſſeſſor
cœpit rem hypothecatam poſsidere,
12 quia nõ obſtante rei hypothecate a-
lienatione, poteſt creditor debitum
ſuum petere, vt in d. §. non videtur.
13 Vlterius, pro declaratione quæſtio
nis præcedentis, de qua in numer. 8.
animaduertendum eſt, quod ita de-
mum renunciatio iuri hypothecæ fa
cta per mulierem ſortitur effectum,
ſi vir habeat bona in quibus mulieri
conſultum eſſe poſsit in caſu reſtitu-
tionis dotis: ſecus verò ſi alia nõ ha-
beat bona, quia tunc rununciatio ni-
hil operabitur. Ita Bart. in. l. Mæuia.
§. fin. vbi Alex. ff. ſoluto matrimonio
& in. l. iubemus. C. ad Veleianum, vbi
dicit perpetuò eſſe menti tenendum,
14 & ibi eum ſequũtur communiter do
ctores, Dinus, Odofredus, Albericus,
& in. l. pignus. ff. de his quæ in frau-
dem, Afflictis, deciſsio. 311. & 313. vbi
illud ampliat, etiam ſi maritus tempo
re renunciationis habuerit, alia bona,
dum tamen tempore repetitionis do
tis deficiant: quia tunc vxor poteſt
agere (& habet regreſſum ad bona a-
lienata, ſuper quibus iuri hypothecæ
renunciaui) & pro hac opinione al-
legat Imolam, in. c. peruenit, colu. 4.
de emptione & venditione, & ſubdit
hanc opinionem tenuiſſe ſacrũ con-
15 ſilium, quam ſequitur Pariſius, conſi.
75. num. 17. vol. 3. & ratio poteſt eſſe,
quia ipſa renunciatio hypothecę eſt
donatio, & ſic prohibita inter virum
& vxorem, vt in. l. 1. ff. de donationi-
bus inter virum & vxorem, & per to
tum titul. Ita Bart. in d. l. iubemus.
alias,

16 aliàs,ex pacto illo liberatorio rema-
neret obligata mulier ad non agen-
dum.l.vbi pactum.C. de tranſactioni
nibus.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.
de pactis. Quod eſſet abſurdum,cum
mulier pro viro nullo modo obliga-
ri poſsit,vt in.l.ſi qua mulier.C.ad Ve
17 leianum,& in.l.61.Tauri, vbi docto-
res.Et pro hac ſententia facit bonus
tex.in authentica ſiuè à me.C.illo tit.
vbi dicitur,quod ſi vir conſtante ma
trimonio alienauit,ſeu obligauit do-
nationem propter nuptias,in præiu-
dicium vxoris(etiam conſentientis)
nonvaletalienatio,niſi ſuperſint alia
18 bona æquiualentia,viro:aliàs mulie-
ri cõtra poſſeſſorem competit actio
in rem.Ex cuius tex.decisſione, pro-
fectò non poteſt procedere Afflictis
opinio,& ampliatio,quando bona ſu
perſunt tempore renunciationis, li-
19 cetdeficiant tempore exactionis do
tis,cum initium fuerit perfectum, &
renunciatio facta tempore habili: &
ſic Paulus Caſtrenſis ſequitur in hoc
contrariam opinionem,in d.l.Mæuia
§.fin.cuius opinioveriſsima eſt,obiàs
mille licitibus & fraudibus, quæ con
firmari poteſt,ex tex.in.l. de ætate.§.
ex cauſa.ff.vt in poſſeſsionem legato
rum.l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatisdare
cogantur.Antonius Gomez.2.tom.
c.13.nu.7.Palat.Rubeus, in.c.per ve-
20 ſtras.n.13.de donationibus inter.Erit
tamen tutius conſultum emptoribus
bonorum mariti, quando renuncia-
tio iuris hypothecæ fuit à muliere iu
ramento firmata:quia cum ſecũdum
veriorem opinionem,valeat in hoc
caſu donatio inter virum & vxorẽ,
(vt reſoluimus in quæſt.12. nu.5.)ſic
& eodem modo valebit renunciatio.
Quam opinionem tenuit Paulus, &
Iaſſ.in.l. pacta,quæ contra. C. de pa-
ctis,vbi dicunt communem opinio-
nẽ Alex.conſi.8.vol.2.DD.in.l.ſi do-
natione.C.de collationibus, Ripa 3.
parte reſponſorum,reſpon.4.num.6.
vbi dicit han opinionem eſſe canoni
zatam apud DD. quam ſequitur Ro-
landus,conſi.70.nu.19.vol.2. Grãma
ticus,deciſsione.104. nu.73. & hanc
dicit magis communem opinionem
Pariſius,conſi.86.nu.19. & conſi.46.
vol.3.Corneus in authentica Sacra-
menta puberum, nu.81.C.ſi aduerſus
venditionem.Imola in cap.cum con
tingat de iure iur.Decius conſi.202.
Rodericus Xuarez, in titul. * *De las
arras*, * num.23.Et pro hac opinione
21 dicit ſæpius conſuluiſſe Rolandus ſu
pra,& in conſi.8. nu. 16. & conſi.77.
nu.2.& conſi.93.nu. 4. vol. 1.Ruyn.
conſi.41.n.2.vol.5. Afflictis, deciſsio.
311.nu.4.vbi dicit,quod gloſſ. in au-
thentica ſi qua mulier, aliter tenens
communiter reprobatur, fratus
in.l.ſi conſtante,nu. 107.ff.ſoluto ma
22 trimonio.Campecius de dote, titul.
de pactis dotalibus,verſi.13.quæro,&
ſequiturGutierrez de Iuramen.con-
firmat.1.p.c.1.nu.19.vbi nu. 20.reſo-
luit,quod in caſu diſpoſitionis tex.in
d.authentica ſiuè à me,ſi mulier agat
contra emptores bonorum mariti,
ex eo quod bona non ſupererãt mari
to,tẽpore renunciationis hypothe
cæ,quod ſi illud neget emptor, dicẽs
alia plurima bona habuiſſe maritum
ſufficientia,tempore renuntiationis,
quod mulieri nõ emptoribus incum-
bit onus probandi: quòd dicit valdè
ſingulare & practicabile, ex traditis
23 per Paulum in d.l.Mæuius.§. fundus,
nu.4.ff.ſoluto matrimonio,vbi dicit
ſe habuiſſe de facto, & ſic eſt ſemper
menti tenendum, cum ſæpe ſæpius
contingat de facto.Ex quibus ſingu-
lariter venit intelligendus tex. in. l.
24 in rebus,in principio. C. de iure do-
tium,vbi, licet bona dotalia dentur
æſtimata marito,ea æſtimatione,quæ
faciat emptionem:tamen quando ma
ritus non eſt ſoluendo,nec tranſit do
minium in maritum, neque in emp-
tores bonorum dotalium, & ſic mu-
lieri



lieri competit rei vendicatio,non ob
ſtante æſtimatione. Ita notat gloſſa
magiſtra & ſingularis,in d.l.in rebus,
25 verbo æſtimatæ. Et ratio eſt, quia ſo-
luto matrimonio, bona dotalia re-
uertuntur ad dominium vxoris,ipſo
iure(marito non exiſtente ſoluendo)
tex. in.l. in eũ.ff.de religioſis & ſum-
ptibus funerũ,ibi: * *Aequiſsimum enim
viſum eſt veteribus,mulieres quaſi de patri
monijs ſuis,ita de dotib. funerari*.* Melior
tex. in.l.3. §. ſed vtrum.ff.de minori
bus,ibi. * *Quoniam dos ipſius patrimoniũ
26 eſt*. * Quam ſententiam expræſsius
probatur in d.l. in rebus,ibi: * *Volu-
mus itaque, eam in rem actionem quaſi hu
iuſmodi rebus proprijs habere*.Et ibi: * *Per
hypothecam vendicare, cum eadem res &
ab initio vxoris fuerit, & naturaliter in
eius permanſerit dominio*,* & ſic quando
mulieri non eſt conſultum pro rebus
(ſi æſtimatio faceret emptionem)tũc
27 degenerat illa æſtimatio,& fingit lex,
nunquam præceſſiſſe in damnum vxo
ris,& ſic competit illi rei vẽdicatio,
licet dominium non ſit ciuile,ſed tã-
tum naturale: vt in.l. in rem.ff.de rei
vendicatione,ibi: * *In rem actio compe
tit ei,qui iure gentium,aut iure ciuili domi
nium habet*, * & illud dominium natu
28 rale vxoris eſt ſuſpenſũ, & quaſi ſub
vmbra,donec veniat caſus reſtitutio
nis dotis, & compertum ſit,an mari-
tus ſit ſoluendo. Et licet dominium
ſemel acquiſitũ à principio per æſti-
29 mationem rerum dotalium (quæ fa-
cit emptionem,ſuapte natura)nonſit
deambulatorium, ſed permanens, vt
in.l.ſiue poſsidetis. C. de probationi-
bus.l.10.tit.14.par.3.ibi: * *E todo home
que fuere ſeñor de alguna coſa, lo es haſta
30 que le ſea prouado lo contrario*,* & ita no
tant Bart. & doctores, in.l.ſi quis vi.
§.differentia.ff.de acquirenda poſſeſ
ſione:tamen per retrotactionem fin-
gimus nunquam fuiſſe à muliere alte
ratum, neque mutatum dominium,
ſaltim naturale: vt expreſſè denotant
verba dictæ legis in rebus,ibi: * *Et na
turaliter in eius permanſerit dominio*. Et
31 ibi: * *Ab initio vxoris fuerit*. * Quam
opinionem veriſsimam exiſtimo, li-
cet Queſſada in ſuis quæſtionibus,
valdè nitatur eam impugnare ſophi-
ſticis argumentis (in.c.15.n.18.aliter
intelligens,tex.in d.l.in rebus) cuius
intellectus mihi non ſatisfacit, nec
32 ratio in qua fundatur,quòd dominiũ
& rei vendicatio non concurrunt,vt
in.l.ſequitur.§.lana ouium.ff.de vſu-
capionibus: quia hoc non procedit
in dominio reuocabili, argumento
tex.in.l.ex ſextãte. §.latinus.ff.de ex
ceptione rei iudicatæ. Et ſic tenet
Bart.in.l.Iulianus.ff. de damno infe-
cto, & Matthæus de Afflictis,deciſ-
ſione. 8. & 16. maximè quia illud eſt
33 priuilegium dotale, ex quo credito-
res mariti nonpatiuntur præiuditiũ,
cum mulier vendicet ſuum, & pro-
prio pignori incumbat.l.ſi ventri.§.
in bonis.ff.de priuilegijs creditorũ,
per quem tex. dicit Baldus, in d.l.in
rebus,quod omnis qui prætendit do-
minium, actu permanens, eſt poten-
tior quolibet alio creditore: tex.in
authentico de exactione dotis. §.his
igitur, col.6. quod optimè exornat
& declarat Anton. Gomez, in.l.53.
34 Tauri,nu.41.cum ſequentibus: Vnde
reſolutiuè dicendum eſt,quod quan-
uis maritus durante matrimonio ſit
dominus rei dotalis, tam æſtimatæ,
quam in æſtimatæ,vt in.l.doce ancil
lam. C. de rei vendicatione, & in.l.
quanuis.ff.de iure dotium,ibi: * *Quan
35 uis apud maritum dominium ſit*. * Tamẽ
quando maritus in caſu reſtitutionis
dotis non eſt ſoluendo,dominium na
turale reſidet in ipſa vxore,& ſic tam
quam domina poteſt vendicare fun-
dum venditum(etiam æſtimatum)vt
aduertit gloſſ.ibi. Quã exornat Bart.
Baldus & Iaſſ.in.§.actionum, nu.84.
inſtit.de actionibus, Hyppolitus,ſin-
gulari.691.Palac.Rubeus,in. cap. per
veſtras

veſtras,col.45.de donationibus,in antiquis,& in nouis.§. 21. nu.3.& in.§. 36.Iaſſ.in d.§.actionum,numer.84.& Greg.in.l.49.tit.5.p.5.Couarr.practicarum quæſt.c.28.nu.8. Nobelus, in tractatu de dote.8.par. priuilegio.6. fol.41. Mieres de maioratu. 4.part. quæſt.19.nu.17. & illam gloſſæ opinionem dicit communē Gutierrez, lib.3. practicarum quæſtionum.2.p. quæſt.77.nu.12. vbi aſsignat intellectum ad d.l.in rebus,&de iuram.confirmatorio.1.par.c.1.nu.8.& 9. Villalobos in ſuo Aerario communium, litera.d.nu.237.Pinelus, in.l.1.de bonis maternis.3. par.nu.15. cuius gloſ-
36 ſæ,& doctorum opinionem & ſententiam,limitarem,& temperarem,quādo emptores rerum dotalium offerūt mulieri æſtimationem dotis: quia in hoc caſu liberantur à reali reſtitutione)quod æquiſſimum eſt)cum in hoc caſu ipſa mulier nullum patiatur præiuditium, tradendo illi æſtimationē à principio factam,ſuorumbonorum dotalium. Quam opinionem tenet Nobelus,de dote.7. parte. priuilegio 47.& Matthæus de Afflictis,deciſſio.100.Greg.in.l.18.verbo,* *No le finca,* & in.l.34.gloſ 2.tit.13.par.5. & Ioan. Gutierrez in ſupradictis locis,vbi dicit veriorem & benigniorem opinio-
37 nem.Quam intelligunt doctores ſupra.ſi mulier agat ad repetitionē dotis ſoluto matrimonio,ſecus ſi eo cōſtante(in caſibus in quibus id permittitur)quia tunc tertius poſſeſſor,vel creditor poſterior, non admittetur offerendo mulieri dotis ęſtimationē. Quam opinionem ſequitur & defendit,dicens magis communem,Rolandus,conſi.9.nu.58.& conſi. 39. lib.1. & quod àb ea non ſit recedendum in iudicando & conſulendo, & pro ea iam bis Senatus Neapolitanus iudicauit,vt ttradit Afflictis ſupra:pro qua ſententia conſuluit Socinus, conſi. 224.vol.2.& ſequitur Iaſſ.in.l.traditionibus.C.de pactis,nu. 13. Couarr. ſupra.c.8.nu. 8. & Rolandus, conſi. 92.nu.24.vol.2.vbi aſsignat rationē contra Fanum, in tractatu de pigno-
38 ribus.3.membro.5. partis, nu.28.Sed omnia ſupradicta,maxima dificultate cruciantur,ex eo quod duo inſolidum non poſſunt eiuſdem rei habere dominium.l.ſi vt certo. §. duobus vehiculum.ff.commodati.l.3.§.ex cōtrario.ff.de acquirenda poſſeſſione. Si ergo maritus habet dominium rerum dotalium,vt in d.l.doce ancillā, & in.l.ſi prædium.C.de iure dotium, & vxor habet etiam dominium, vt in d. l. in rebus: ergo duo inſolidum eiuſdem rei domini dicuntur, aduerſus iuris principia. Cui dificultati reſpondet Baptiſta de.5.Blas,in priuilegio.117.centuria.2.nu.16.eſſe ſpeciale & peculiare,fauore dotis. argum. tex.in.l ſciēdum.§. ſi fundum. ff.qui ſatis dare cogantur. Quæ ſolutio eſt miſerrimi ingenij, vt in ſimili dixit gloſſ.in.l.filium quem habentem.C. familię hęrciſcundę.Bald.in d.l.in rebus,nu.6 in fin.Corraſius in.l.naturaliter.§.nihil commune,nu.33.ff.de acquirenda poſſeſsione vndè, Paulus, in d.l.doce ancillā,nu.2.aſtrictus hac dificultate reſpōdet,quod maritus dicatur dominus de pręſenti,vxor autem de futuro, & ſic in ſpe,ob reſtitutionem faciendam ſoluto matrimonio. Qui intellectus fuit ex mente gloſſæ,in.l.quanuis. 78. ff. de iure dotiū, & in.l.ſi conſtante.25.§.ſi maritus.ff. ſoluto matrimonio. l. in ſuis, verb. quomodo.ff.de liberis & poſthumis.
39 Quam reſolutionem ſequitur Alex. in d. §. ſi maritus, nu. 3.& Albericus nu.1.in d.l.in rebus Sed ſalua pace tā-
40 torum virorum, intellectus ille non poteſt ſuſtineri, & conuincitur ex tex.in d.§.ſi maritus,in fin. & in d.l. quanuis,vbi dominiū vxoris de pręſenti,eſt conſiderabile, non verò de futuro. Gloſſa autem,in d.l.in rebus, verbo



verbo, iure naturali. Aliū intellectū
41 aſsignat, videlicet, vt maritus dicatur dominus rerum dotalium,cōſtante matrimonio, vxor autem domina non dicatur. Quæ opinio nullum habet fundamentum,& aduerſatur diſpoſitioni & deciſsioni tex.in d. l. in rebus, & ſic non eſt tenenda,licet eā ſequatur Salicetus,ibi, nu.5.& Nobelus dē dote.8.parte, priuilegio.8.nu 1.Angelus in.§.1.inſt.quibus alienare non licet, Iaſſ.in.§. fuerat nu.2.inſt.
42 de actionibus, Palacius Rubeus in.c. per veſtras.§.43.num.2.alij verò ſcribentes,contrariam amplectutur ſententiam,imò,quod dominium rerum dotalium,magis dicatur vxoris, quā viri: vt tradit Duarenus,in rubric.ſoluto matrimonio. Corraſius,in d.§.nihil commune,nu.33.& lib.5.Miſcela-
43 nearum.c.14.Balduin.in d.principio, qui,alienare non licet, Zaſius,lib.2. intellectu.c.5.Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ,rubric.1.§.4.Sed profecto hæc interpetratio non diruit dificultatem,quia differentia dominij,ſecundum plus vel minus,non differt ſubſtantia,argu.tex.in. l. fi.ff. de fundo inſtructo,vnde Pinelus aliū
44 nouum videtur aſsignare intellectū, & ſolutionem, ad pręd ictā difficultatem,ſupra nu.14.dicens,quod non ſit vera allegatio dictę legis,doce ancillam,& quod in ea non probatur communis concluſio,quod maritus ſit dominus rerum dotalium, quia ibi non tan viro conceditur dominiū rerum dotalium,quā exercitium,& ius agēdi: & conſequenter vxori,nō tan negatur dominium, quam actio, cum aliàs videretur abſurdum, quod exiſtente viro, mulier ageret & admi-
45 niſtraret,arg.tex.in.§. patitur, inſt.de iniurijs. Qui intellectus ſuſtineri poteſt, ſed verior intellectus eſt, quod realiter & verè maritus ſit verus dominus rerum dotalium,conſtante matrimonio. Sed illud met dominium, ipſo iure, eo diſſoluto reuertitur ad vxorem,abſque aliqua traditione,vt in d.l.in rebus,& ſic eodem tempore non fuit cauſatum, neque radicatum dominium,in perſona vtriuſque quod iura abhorrēt,imò quod magis
46 eſt,ante diſpoſitionem, tex. in d.l.in rebus non reuerteuatur dominiū rerum dotalium ad vxorem,marito nō exiſtente ſoluendo, quando bona dotalia fuerunt æſtimata, eā æſtimatione,quæ faceret emptionem.l.plerumque. 11. ff. de iure dotium.l.quoties. C.eodem tit.l.18.& 19.& 20.titu.11. p.4. Quam opinionem, tanquam receptam,tradit Nobelus ſupra,& Signorolus, in.l.ſi æſtimatis,nu.2.ff.ſoluto matrimonio, Alex. in.l.3.nu.6.ff.
47 eod. Quæ ſentētia veriſsima eſt, & tenenda. Et ſi mihi liceat, eam in hac difficultate ſententiā in medium proponere(vt omnibus ſit facultas corrigendi & emendandi)nouum intellectum ex viſceribus dictæ,legis,in re-
48 bus,deductum,aſsignauimus, videlicet,vt conſtituamus differentiā inter dominium ciuile, & dominium naturale, ita vt ſi loquamur de primo dominio,vera ſit concluſio, quod duo inſolidum, non poſſunt eiuſdem rei dominiū habere,& ita procedit tex. in d.§.ſi duobus vehiculum. At verò, ſi loquimur de dominio naturali, nul-
49 lum ſit inconueniens, quod maritus habeat dominium ciuile in rebus dotalibus,vxor verò dominium naturale,vt clarè oſtendunt verba, tex.in d. l.in rebus,ibi: * *Cum eadem res, & abinitio Vxoris fuerit, & naturaliter in eius permanſerit dominio*, * & ſic lex ciuilis,ſolum tribuit marito dominium ciuile:
50 at verò dominium naturale remanet penes ipſā vxorē,quod eſt tanti effectus, vt poſsit cum eo hypothecariā actionem exercere, tan ex d. l. in rebus, (quæ eſt peculiaris deciſsio)quam ex
51 iure digeſtorum ex.l.in rem.ff.de rei vendicat.vbi etiam tradit Iuriſconſultus

ſultus hanc dominij differentiam,cu
ius verba ſunt. *In rem actio competit
ei,qui aut iure gentium,aut iure ciuili do-
52 miniũ acquiſiuit.* Ex qua lege omninò
comprobatur noſter intellectus, ex
quo intellectu venit intelligendus
text. aliàs difficilis, in. l.1. §.ſi vir &
vxor.ff.ad Senatum Conſultum Silla
nianum.vbi Iulianus Iuriſconſultus,
ea ratione probat non admitti actio-
nem furtiuam contra vxorem, quia
ſocietas vitæ quodammodo eam do-
minam facit,vt in.l.1.§.expertum.ff.
53 rerum amotarum.Præterea intelligi
tur tex.in.l.Lucius. §. idem reſpondi
conſtante matrimonio.ff.ad munici-
palem ( vbi marito, publica munera
ſubeunti) non cõputauitur dos,quan
uis in eius bonis adque dominio ſit,
cum pariformiter etiam vxor natu-
rale dominium habeat. Rurſus etiam
54 intelligitur tex. ex hac reſolutione,
in.l.de die.§.quidam etiam.ff.qui ſa-
tisdare cogantur, ibi: * *Quidam etiam
aiunt,ſi à marito fundus dotalis petatur,in
rem ſuam fideiuſſuram mulierem,* *quaſi
dicat tex. mulierem actionem in rẽ,
hoc eſt dominium naturale habere,
conſtante matrimonio: & ſic vterq;
tan maritus,quam vxor,domini poſ-
ſunt appellari. Quod videtur ſentire
Greg.in.l.7.tit.20.p.3.verbo,* *De ter
mino.* *
55 Ex quibus veriſsima redditur noſtra
ſententia, & concluſio clara deduci-
tur,quod quãuis iuris fictione mari-
tus(durãte matrimonio) ſit dominus
rei dotalis,tan æſtimatæ quam inæſti
matæ,naturaliter tamen bona dota-
lia remanent in dominio mulieris, &
ſic poteſt vendicare fundum, etiam
æſtimatum (vbi maritus non eſt ſol-
uendo)vt in d.l.quanuis,& l.ſi pro re
§.ſi pro euictione.ff.de euictionibus.
l.ſi quis poſt hanc. C. de bonis proſ-
56 criptorum,ibi: * *Vxor res proprias velu
ti manu in rect vendicet,* * l.dotis. C.
ſoluto matrimonio,& ſic dixit Bart.
in. l. Lucius. §. idem reſpondit.ff.ad
municipalé,quod bona dotalia nõ di
cuntur eſſe in bonis mariti.Quem re
fert & ſequitur Decius, in. l. quod
57 euincitur. ff. de regul.iuris. Campe-
cius in tractatu de.dote.4.p.quæſt.7.
Bald. in d.l.in rebus, nu. 7. vbi dicit,
quod in re dotali vir repræſẽtat ima
ginem mulieris,& in.l.vltima.nu.10.
de iure emphiteutico, quod in illa
imagine repræſentatur naturaliter
dominium mulieris.Cuius dictũ mul
tum conducit pro noſtro intellectu:
58 Neque nouum videatur duplicem eſ
ſe dominium,naturale,& ciuile,cum
etiam duplex ſit poſſeſsio, ciuilis &
naturalis, ſecundum veriorem opi-
nionem,de qua per gloſſam in. l.1.ff.
de acquirenda poſſeſsione:quam di-
cit communem opinionem ibi Iaſſ.
nu.69.& 70.contra opinionem Azo
59 nis,tenentis vnicam tantum eſſe poſ
ſeſsionem,& opinionẽ Ioannis Glo-
ſatoris:ſequitur Couarr.in regul.ma-
lefidei poſſeſſor,in initio.2. partis,de
regulis iuris in.6.Anton.Gomez, in
l.45.Tauri,nu.19.& Didac. Perez,in.
l.1.tit.3.lib.3.ordinamenti, quæ opi-
60 nio eſt hodiè approbata de iure re-
gio,in.l.2.tit.30.par.3.ibi: * *Ciertamen
te dos maneras ay de poſſeſsion, la vna es
natural,è la otra es por otorgamiento de de
61 recho,que llamã en Latin ciuile.* * Ex qua
lege conuincitur opinio Parladori
1.par.rerum quotidianarum.c.9.vbi
defendit vnicam tantum eſſe poſſeſ-
ſionem,ipſamque ciuilem:quiprofe-
ctò loquitur contra communem opi
nionem,& contra diſpoſitionem ex-
preſſam dictæ legis partitę, & ſic il-
lius ſententiam impugnabimus in q.
640.
62 Ex quibus conſtat duplex eſſe do-
minium,ciuile & naturale,duplicem
que poſſeſsionem, ciuilem & natura
lem,& ſic intere ſe habẽt quãdã ſimi
63 litudinẽ & amicitiã.vndè queãdmo-
dum non eſt iuris repugnantia, vt
vnus



vnus poſsideat naturaliter, alter ci-
uiliter, vt in.l.clam poſſidere. §. qui
ad nundinas.ff.de acquirenda poſſeſ-
ſione,ita & eodem modo non eſt in-
conueniens,vt maritus habeat domi
nium rerum dotalium ciuile,vxor vè
rò naturale,vt in d.l.in rebus:qui in-
tellectus nouiſsimus eſt.

## SVMMARIVM.

1 *Reſpublica gaudet beneficio reſtitutionis in integrum.*
2 *Lex finalis.C.de ſacroſanct. Eccleſ. ampliatur ad caſtra ſeu villas.*
3 *Iaſſ.de errore arguitur.*
4 *Confraternitatibus non competit in integrum reſtitutio de iure, ſecus de conſuetudine.*

## QVÆSTIO. 4.

### *Vtrum caſtris,& villis competat beneficiũ reſtitutionis in integrum. Communis cõtra communem.*

Notiſsimum eſt, quod reſpu
blica habet beneficium re-
ſtitutionis in integrum, vt
in.l. reſpublica. C. quibus ex cauſis
maiores, & in.l. rem publicam. C. de
1 iure reipubli. lib. 11. quarum legum
beneficium,etiam ciuitatibus conce
ditur,vt eſt communis opinio ſecun
dum Alciatum,in l.eum qui.ff.de ver
borum ſignificatio. nu.5. dicit etiam
communem Dec.conſi. 42.nu.13. &
etiam dicit communem(ante omnes)
Imol. in.c.1.nume.13.& in. c.auditis,
eodem,num. de in integrum reſtitu-
tio.Principi etiam aduerſus contra-
ctũ conceditur in integrũ reſtitutio,
vt eſt comunis opinio ſecund. Boer.
deciſsio.265.nu.2.quam probat.l.fin.
tit.19.p.6.(licet Cyn.in.q.1. cõtrariũ
tenuerit, & Alber.in d.l.reſpublica)
Quibus ſic præmiſsis, dubium eſt an
caſtris,& villis competat huiuſmodi
reſtitutio: & non competere tenuit
gloſ.in d.l. reſpublica, & eſt commu
nis opinio ſecundum Calcan. conſi.
43.num.1.contrariam tamen ſenten-
tiam,imò quod competat reſtitutio,
tenet Alex.in.l.ſi finita.§. ſi de vecti-
galibus,nu.7.ff.de damno infecto,v-
bi dicit communem Balb.in tractatu
de præſcrip.3.p.5. partis. queſtion.2.
dixit & communem Gomecius in.
§.rurſus, num. 18.inſtitu.de actioni-
bus,& Romanus,conſi.423. Poteſt tã
men ſaluari hæc doctorum contrarie
tas per diſtinctionem Bartoli, in d.
l.reſpublica(poſt Butricariũ)vt gloſ-
ſæ opinio intelligatur in villis ſeu
caſtris,habẽtibus paucos habitatores
ſeu vicinos. Quam Bart.diſtinctionẽ
dixit communem Pariſius, ad ipſum
in d.l. reſpublica,& opinio commu-
nis contra gloſſã videtur probari in
d.l.10.tit.19.p.6. ſed indiſtinctè cõtra
riũ tenet Abb.in.c.1.n.15.de in inte-
grũ reſtitutione,& concluſsionẽ prę
dictam intellige de reſtitutione,quæ
datur ex clauſula generali,vt in.l.1.§.
ſi.ff.ex quibus cauſis maiores,& non
de illa quę competit iure minoris, &
hęc eſt comm.opinio,ſecund.Socin.
conſi.194.nu.5.vol.2.& pro illa parte
2 quod cõpetat reſtitutio,contra gloſ-
ſam facit tale fũdamẽtũ,quia diſpoſi-
tio.l.fi.C.de ſacroſanct. Eccleſ.habet
locũ in caſtris,ſeu villis, & eſt cõmu-
nis opinio ſecund.Alex.vbi ſupra,&
dixit comm.Curt.iunior, cõſi.74.n.
33.& Gomec.in d.§.rurſus, nu.18.in-
ſtit.de actionibus.
3 Ex quibus patet erraſſe Iaſſ.in d.§.
rurſus.n.35.& in d.l.fi.n.16. dum dicit
notabilem eſſe gloſ.in d.l.reſpublica,
ad id quod reſtitutio concedatur nõ
ſolũ reipublicę, ſed etiã ciuitati, ca-
ſtris,vel villis,quoniam(vt diximus)

gloſſ. illa vult contrarium in caſtris, & villis: confert tamen multum authoritas Iaſſ. pro communi opinione contra gloſſam, eo maximè, quod in d. nu. 16. hanc fatetur communem opinionem (vltra ad id citatos) & dicit etiam communem Abb. in c. auditis de in integrum reſtitutione, & Dueñas, regu l. 240. limitatio 9. & ſequitur Gutierrez, libr. 2. Canonicarum, cap. 8. num. 65. vbi illam l. fin. reſoluit procedere in fiſco, & in Eccleſia (licet ſolum loquatur in ciuitate.)

4 Sed an confraternitatibus competat ſimilis reſtitutio, pulchrum dubium eſt, & de hoc ſemel fui interrogatus, & conſului non competere, ex traditis per Ancharranum in cap. auditis, in quæſt. 11. de in integrum reſtitutione, quem ſequitur Paulus Pariſius, conſi. 34. numer. 24. volu. 4. & conſi. 50. vol. 2. & Antonius Gabriel, lib. 6. communium opinionum, titul. de cauſa pia, conclu. 9. num. 21. quem ſequitur Gutierrez in canonicis quæſtioni. cap. 35. numer. 14. ſed contrarium ſemper vidi obſeruari de conſuetudine, & cum caſus contingit in conſilio Archiepiſcopi Toletani ita deciſſum fuit, non obſtante reſolutione doctorum.

## SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt exhæredare filiam quæ contraxit matrimonium ſine illius voluntate, ſecus eſt de iure canonico.*

2 *Potius tolleratur iniuria patris, quam quod libertas matrimonij impediatur.*

3 *Filia de iure canonico, cuiuſcunque ætatis ſit & quomodocunque nubat, non poteſt à patre exhæredari.*

4 *Pater tenetur dotare filiam quæ contraxit matrimonium abſque dotis promiſſione.*

5 *Neceſſaria eſt lex, quæ imponat pœnam filiabus contrahentibus matrimonium ſine patris conſenſu, & cum indigno.*

6 *Lex laicorum poteſt punire contrahentes ſine licentia patris.*

7 *Filia quæ contraxerit matrimonium clandeſtinum, poteſt à patre exhæredari.*

8 *Clandeſtinum matrimonium quotuplex ſit in iure, vt pœna legis. 49. Tauri locum habeat.*

9 *Matrimonium dicitur clandeſtinum, etiam ſeruata ſolemnitate ſubſtantiali Concilij Tridentini, omiſſis tamen publicationibus.*

10 *Lex 4. Tauri declaratur.*

11 *Quando lex punit factum, non eſt curandum de iuris effectu.*

12 *Molinæ opinio circa intellectum legis. 49. Tauri approbatur contra alios.*

13 *Noua opinio authoris circa intellectum dictæ legis. 49. traditur.*

14 *Lex non diſtinguens, generaliter eſt intelligenda.*

15 *Per Concilium Tridentinum non tollitur pœna exhæredationis, de qua in l. 49. contra Azeuedo.*

16 *L. 49. Tauri non contrariatur iuri canonico, ſed adiuuat illud addendo pœnas contrahentibus clandeſtinè.*

## QVAESTIO. 5.

### *Vtrum pater iure actionis compellatur dotare filias, vel ex officio iudicis. Communis contra communem.*

PATER compellitur ad dotandam filiam, iure actionis, ita tenet gloſſa in l. obligamur. §. lege. ff. de actionibus & obligationibus, & eſt communis, & verior opinio, ſecundum Curtium iuniorem, in authentica res quę, numer. 25. C. communia d. legat. & ibi Padill. nu. 75. & iſtam ſequitur Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.





10. nu. 32. qui refert duas communes. Sed contrariam opinionem tenet Bart. in l. mulier. §. cum proponeretur ad Trebell. idem Bart. in l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum, Salicetus in l. fin. numer. 15. C. de dotis promiſſ. & eſt communis opinio ſecundum Guillermum Benedict. in capit. Raynuntius, verbo dotem, num. 24. de teſt. quam opinionem tenet gloſſ. in l. ſi ſocer, verbo conueniri. ff. ſoluto matrimonio (quanuis primā tenuerit etiam Corraſi. in d. l. qui liberos) pro qua facit quia officium iudicis nullam ſupponit obligationem tex. in l. incōmodato. §. ſicut. ff. commodati, & tradit Alciatus, lib. 8. Parergon iuris. c. 3. & vltimam opinionem dixit communem Anania in c. 1. nu. 5. de adulterijs. Solet tamen dubitari, an hæc obligatio dotandi procedat etiam quando filia eſt diues: & partem affirmatiuam tenet gloſſa in d. l. fin. C. de dotis promiſſione, quæ opinio communis eſt ſecundum Ripam, nu. 70. Pariſi. num. 100. Bolonetum. 94. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio, & tradit Padill. in authentic. res quę, nu. 72. C. cōmunia de legatis, & tradit Ioſephus Ludouicus, deciſio. 21. nu. 20. quę opinio approbatur de iure regio in l. 8. tit. 11. p. 4. quam ſententiā dicit veriorem Albornoz, in tit. * *De los contratos,* * lib. 4. tit. 15. cap. 4. quem ſequitur Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 10. numer. 12. qui tradit duas communes contrarias, & ſic contra communem ſupradictam de iure comm. tenet Bart. in l. mulier. §. cum proponeretur, numer. 7. ad Trebell. & in d. authentica res quæ, vbi dicit communem Bulgarin. numer. 28. Alciatus. 66. in d. l. 1. ſoluto matrimonio, Couarr. in 4. 2. part. c. 3. §. 8. num. 8. Corraſi. in d. l. qui liberos, nu. 54. & ſequitur Conanus, lib. 8. commentariorum. c. 8. Duarenus de dotibꝰ. c. 3. Qui fūdātur ex eo, quia dos ſuccedit loco alimentorum, & ſic, quemadmodum pater non tenetur alere filiam diuitem, vt in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius, & in l. 6. titul. 19. part. 4. ſic neque dotare, quia maior eſt fauor dotis (quæ ſuccedit loco legitimæ) quam alimentorum: quæ quidem obligatio dotandi, nō ceſſat in patre, etiam ſi filia ſit maritata: ita Rubeus in c. per veſtras. 3. notabili. §. 22. n. 4. Mexia ad præmaticam de Toledo. 1. part. fundamento 234. & ita tenendum eſt ſecundum Spinum ſupra, nu. 18. contra Bart. in l. obligamur. §. 1. ff. de actionibus & oblig. cuius opinio eſt communis ſecundum Salicetum in d. l. fi. nu. 3. C. de dotis promiſſione, & tradit Guillermus in cap. Raynuntius, verbo dotem quam ei dederat, num. 24. & Baeça de non meliorandis. cap. 5. num. 3. pro qua opinione conſuluit Paulus de Monte Picho, conſi. 3. num. 1. Sed hæc obligatio dotandi filias, quomodocumque ſit, ceſſat in patre, quādo, filia quæ nōdum attingit vigeſſimū quintū annum cōtraxit matrimoniū eo inuito & reluctante (maximè ſi ſit cum viro deterioris conditionis) vt probat tex. in authentica ſed ſi poſt. C. de inofficioſo teſtamen. l. fina. tit. 3. part. 4. & tradit gloſſa in capit. de raptoribus. 36. quæſtion. 1. Antonius in capit. accedens de procuratoribus, Ancharranus conſi. 21. Rodericus Xuarez in l. 2. titulo, * *De los caſamientos,* * lib. 3. fori, Paulus Pariſius, conſi. 29. lib. 3. column. 3. Quę deciſſio profectò etiam iure canonico erat ſeruanda ad reprimendos iuueniles calores, & ne tota familia patris remaneret humilis & abiecta, ex intempeſtiuo & inconſiderato filiarum coniugio, prout benè conſiderauit dicta. l. final. titul. 3. partit. 4. Quæ vtinam ſeruaretur in practica, cum ſit aurea deciſio, & rationi & æquitati conſona, prout optimè ex-

plicat Mieres de maioratu. 1. part.
quæſtion.50.numer.7.
2 Sed contrarium verius eſt de iure
canonico,quia potiuspermittitur,&
tolleratur iniuria( quæ parẽtibus fit)
quam quod libertas matrimonij im-
pediatur,vt tradunt Imola , & Alex.
in.l.1.nu.23.ſoluto matrimonio, Iaſſ.
in d. authentica ſed ſi poſt , Campe-
tius de dote.1. part. quæſtion.13.Co-
uarru. in epitome de ſponſalibus. 2.
part.capit.3.§.8.numer.5. Gregor.in
l.10.titul.1.part.4.Molina de Hiſpa-
norum primoge. lib. 2. capit.16.nu-
mer.6. Didacus Perez in.l. 1.titul.1.
lib.5.ordinament.fol.25. Menochius
de arbitra. caſu. 452. numer. 8. Ma-
tienço in.l.2.titul. 1. gloſſ. 4. numer.
1.& 2.lib. 5. recopil. Azeuedo in.l.1.
titul.1. num.49.lib. 5. recopil. & no-
uiſsimè Gutierrez in practic. quæſt.
lib.2.quæſt.1.numer.3. & Gratian.re
3 gula 83. numer. 11. qui dicit,quod ita
practicatur ; & omnes vno ore con-
ſentiunt,quod iure canonico filia(cu
iuſcunque ętatis ſit , etiam ſi in dig-
nę,& contra patris voluntatem con
trahat matrimoniũ)eſt à patre dotan
da ( contra diſtinctionem Gometij,
in d.l.49.Tauri.)Et non ſolumquan-
do filia dotem promiſsit marito , ſed
etiam quando abſq; promiſsione ma
4 trimonium contraxit, vt tradunt do
ctores in authentica res quę C.comu
nia,de leg. vbi dicit com.Curtius iu-
nior , nu.25.& Padi.nu.75.& Celſus
conſi.38.nu.1.& Veracruz in ſpeculo
coniugiorum.3.par.art. 20. & Moli.
ſupra,nu.7.quos etiam ſequitur Gu-
tierrez ſupra , numer. 4.Baeç.de non
meliorandis filiabus ratione dotis,
5 cap. 18. per totum . Et vtinam fieret
lex , & ſanctio canonica , vt pater
poſsit meritò exhæredare filias , quæ
ſine illorum aſſenſu,&voluntate con
traxerint matrimonium , vt tradit
Couarr.in.4.2.par.§.8. cap.3.in prin.
cum non ſit virginalis pudoris mari
tum eligere , præcipuè indignum:
quæ ſanctio poſtulata fuit tempo-
re Concilij Tridentini , ex multis de
cauſis,quę habentur in oratione,quę
reperitur inter conſilia matrimonia-
lia nouiter edita , non tamen ali-
quod fuit deciſſum neque determi-
natum , quod iure optimo fieri po-
tuiſſet,ex traditis per Sarmiento,lib.
6 1.ſelectarum , capit. 11.nu.8.Et quod
magis eſt,non ſolumhoc procedit de
iure canonico , verum etiam valeret
lex,vel ſtatutum laicorum , puniens
filiam contrahentem matrimonium
ſine patris conſenſu,vt ſentit Sarmiẽ
to ſupra,& eſt de mente Inocentij,in
capit. fin. de ſecundis nupt. & tenet
Baldus in rubric. de conſtitutioni-
bus,in fine,&in c.tenor,de re iudica-
ta,& in.c.clerici de iud.aſsignans ra
tionem , quia talis diſpoſitio laico-
rum,non operatur circa ſubſtantia-
lia matrimonij,ſed circa qualitatem,
& accidentalia,ne in populo ſcanda-
la fiant ex tali coniugio . Idemque
neruoſè defendit Palacius Rubeus
in cap. per veſtras,de donationibus,
notabili.3. §.3. numer. 9.(quod dicit
eſſe notabile & quotidianum) illud
confirmans ex pluribusauthoritati-
bus ſacrę paginæ,licet parum ſibi cõ
ſtans teneat contrariũ in d. c.3. nota
bili.§.9.Neq; miror, cum magis pro
babilis ſit contraria opinio , cum ſit
communis,ſecundumDecium conſi.
231. & in. cap. Eccleſia,numer. 36. de
conſtitutionibus,quem ſequiturCo-
uarru. in.4.decret.2. part. capit.3.§.8.
& Matienço, in dialogo relatorum.
3.par.cap.31. numer.3. & latè Felinus
in dicto capite Eccleſia , num. 59.de
conſt. & ratio eſt, quia eſſet iniqua,
cum auferat liberam nubendi facul-
tatem,vt in capit.gemma,& cap.cum
locum de ſponſalibus.
7 Rurſus liberabitur pater ab o-
bligatione dotandi filiam , quan-
do contraxerit matrimonium clan-
deſti-



deſtinum : vt habetur in. l.49.Tauri,
quę eſt lex.1.tit.1.lib.5.reco. quæ lex
etiam hodie practicatur , & procedit
ſtante cap.primo,ſeſsione. 24. Conci
8 li Tridentini. Quo inſpecto, dupli-
citer matrimonium clandeſtinum po
teſt conſiderari : vno modo, quando
matrimoniũ celebratur ſine teſtibus,
vel ſine parocho,& tũc dicitur matri
monium cnladeſtinum,nullum:ſecũ-
dò modo poteſt conſiderari clandeſti
num,quando omittuntur publicatio
nes, & contrahitur coram parocho,
& teſtibus, & hoc matrimonium eſt
validum,ſed clandeſtinum:ita Nauar
rus in Manuali latino.c. 22. numero.
70.& in Hiſpano. c. 28. Menochius
conſilio.69. numero. 70. volumine.
1.Didacus Perez in. l. prima,tit. pri-
mo. lib.1.ordi. & Marcus Antonius
Cuchus. lib. 5. inſt. Mai.tit.11. de ſa-
cramento matri.n. 69. & Gutierrez
pract.quæſt.lib.2.quæſt. 4. nume. 13.
& Veracruz,in ſpeculo coniugiorũ
in apendice in princ.Azeuedo in.l.1.
tit.1.lib.5.recop.n.40. Spino in ſpe-
culo teſtamentorum,gloſſ. 15. nu. 19.
& 24. idemque tenet Segura Daua-
los.2. parte directorij,iudicum ecle-
9 ſiaſticorum.c.15.numero.32. Vbi ex-
preſsè reſoluit , quod matrimonium
contractum ſecundum formam Cõ-
cilij Tridentini ( omiſsis tamen pu-
blicationibus) dicitur clandeſtinum,
& habebit in hoc caſu locum diſpoſi
tio legis.49.Tauri:quam ſententiam
ſequitur doctiſsimus Ioannes Gutier
rez,ſupra.n.10.contra Molinam, lib.
2.de Hiſpanorum primog.c.16.n. 18.
vbi optimis, & efficacibus fundamẽ-
tis reſoluit,quod.d. l.49.Tauri, & ei⁹
pœna, procedit hodiè in matrimo-
10 nio clandeſtino nullo , quia dicta lex
ſolum punit factum , vt in tex.ibi,*
11 *Mandamos que por el miſmo fecho el pa-*
*dre la pueda desheredar.* * Et quando
lex punit factum, non eſt curandum
12 de iuris effectu. l. quid ergo. §.cum
autem. ff. de his qui notantur infa-
mia. Gutierrez verò, & Segura Da-
ualos, non falſam dicunt opinionem
Molinæ , ſed contrariam æquita-
ti : ego verò ab incunabulis defendi
Molinæ ſententiam , quæ veriſsima
ſemper mihi viſa fuit in puncto iu-
ris ( & conſideratis verbis dictæ le-
13 gis. 49.)nunc autem nouam ample-
ctor ſententiam , quæ nec aduerſa-
tur Molinæ,nec aliorum, imò vtram
que opinionem veriſsimam exiſti-
mo, & quælibet eſt practicanda , &
tenenda ( cum caſus contingat ) vt
nullo modo euitetur pœna. d. legis.
49. ſtante hodie Concilio Tridenti-
no : & ratio euidens eſt, quia in ea
lege diſponitur , quod filia quę con-
traxerit matrimonium (quod ab ec-
cleſia iudicatur pro clandeſtino) pa
ter poterit exhęredari . Sed ſic eſt
quod eccleſia iudicat pro clande-
ſtino,matrimonium validum , quan-
do omittuntur publicationes(vt ſu-
pra diximus , & ſunt gloſſæ in . c.
cum inibitio de clandeſtina deſpon-
ſatione in. §. fin.) & etiam nullum,
quando non fuit coram parocho
vel teſtibus , ergo de primo ad vlti-
mum manifeſtè conſequitur , quod
quomodocumq; filia contrahat ma-
trimonium clandeſtinũ,ex illis duo-
bus modis,pater licitè poterit exhę-
redare eam, & ſic pro hac mea opi-
nione adduci poſſunt authoritates
& fundamenta doctorum , qui om-
nes conſentiunt , quod duplex eſt
matrimonium clandeſtinum,ergo in
vtroque eſt practicanda. d. lex,cum
genericè procedat in matrimonio,
quæ ab eccleſia iudicatur pro clan-
deſtino , & cum non diſtinguat de
valido , vel de inualido , neque nos
diſtinguere debemus , lex , non di-
ſtinguemus . ff. de receptis arbi-
tris , lex,de pretio. ff.de publiciana.

Et ita eſt tenendum, licet Azeuedo in d. l. 1. tit. 1. lib. 5. n. 53. & in fine, teneat, quod pœna exhæredationis eſt ho-
15 diè ſublata per Concilium Tridentinum (quod verum non eſt) quia tam in. l. 49. Tauri, quam in d. Concilio Tridentino, puniuntur contrahẽtes matrimonia clandeſtina, & ſic nulla eſt correctio, imò confirmatio: & ita, vltra ſupradictos doctores tenet Gracian. reg. 83. n. 11. & reg. 194. n. 9. Gregor. in. l. fi. tit. 3. p. 4. & in. l. 10. tit. 1. gloſſ. * *Pue de la desheredar*, * & ratio eſt, quia. d. lex. 49. non contrariatur iuri
16 canonico, ſed adiuuat illud addendo pœnas, quod rectò iure fieri poteſt, vt eſt gloſſa ſolemnis in clementina ne Romani, de electione, verbo tolli, & tradit Couarr. in. 4. 2. p. c. 3. §. 8. n. 5. Matienço in. l. 2. tit. 1. gloſ. 4. n. 2. lib. 5. recop. & ita practicatur ſecũdum Graciam ſupra.

## QVÆSTIO. 6.

***Vtrum pœna commiſsi comittatur inſolidum contra hæredes emphyteotæ, an ſolum pro parte illius, qui non ſoluit penſionem. Communis contra communem.***

### SVMMARIVM.

1 *Lex. 68. Tauri declaratur.*

ALiquis conduxit prædiũ emphytæuticũ ſub annua penſione, & diſceſsit duobus relictis hæredibus, quorum alter ſoluit partem ſuæ penſionis, alter non: dicit gloſſa, in verbo confunderetur, in. l. communi diuidundo ff. com. diuid. pœnam committi inſolidũ contra quemcumq;, eorũ, & quod vterq; cadit à iure ſuo cuius opinionem dicit communem Iaſſ. in. l. 2. num. 57. C. de iure emphytheotico, & hanc ſententiam ſequitur Iulius Clarus. §. emphyteoſis, quæſt. 8. nu. 13. dicens, quod ita debet ſeruari in practica. Et iſtam opinionem dicitur teſtaſſe communé Alex. in. l. 4. §. cato. in. 5. oppoſitione. ff. de verborũ oblig. & idẽ teſtatur Pomates ad Bart. in. l. fraudati. ff. de publicanis, & ratio eſt, quia quoad euitandam pœnam, non ſufficit particularis ſolutio. l. in executionem. § fi. ff. de verborum: ita Albericus in. d. l. 2. vbi Iaſſ. Alciatus in. §. cato. nu. 110. & Hermadettus, nu. 293. vbi dicit communem opinioné, quã videtur ſequi Rolandus, conſ. 17. nu. 16. volum. 2. & Gracian. reg. 188. nu. 2. vbi limitat de iure canonico, referens. 15. limitationes, & Cenedo, in collectanea ad ius canonicum, ad. c. potuit de locato. n. 42. Sed contrariam opinionem, imò quod in hoc caſu pro parte non ſoluentis, pœna committatur, dixit æquiorem & communiorem Albericus, in. d. l. communi diuidũdo. Iacobinus tamen, in authentica qui rem, numero. 56. C. de ſacroſanctis eccleſ. dicit, quod de iure ciuili, videtur verior opinio gloſſæ de ſtricto iure, & quod in iudicando non eſt tutum ab ea diſcedere, attento quod tanti nominis patres illã ſequuntur: & vide, quæ dicem⁹ in queſtione. 14. & in quæſtione. 435.

Ex quibus infero notabilé ampliationé ad. l. 68. Tauri, quæ eſt lex. 1. titulo. 15. lib. 5. recopilatio. vbi pœna commiſsi, appoſsita in contractu emphyteotico, vel cenſuali, eſt ſeruanda (licet ſit magna) vt illa pœna committatur inſolidum contra hæredes emphyteotę. Et illa lex eſt ſeruanda, & practicanda, etiam in annuis redditibus, quando aliquis dat rem fructiferam incenſum, quia tunc procedit dicta pœna cõmiſsi, non vero quando cenſus conſtituitur in pecunia numerata, vt clarè inſinuant verba dictæ legis, ibi: * *Sobre ſu heredad*, * quæ ita ſunt intelligenda, vt tradit Couarr. lib. 3. variarũ. c. 7. nu. 1. Oroſc. in. l. iuris gentium. §. quinimo, nu. 48. ff. de pactis, Mex. ad. l. Toleti, fundamento. 2. num. 37. Aluarus Val. de iure emphiteutico, quæſt. 32. num. 31. & Olan. litera. A. num. 97. Matienç. in. l. 1. tit. 15. lib. 5. recop. gloſ. 2. Gutierr. de iuram. confir. c. 31. nu. 10. & Felicia. de Solis, de cenſib. in prohæmio, num. 23. idem Gutierr. nouiſſimè, practic. quæſt. lib. 2. quæſt. 168. nu. 10. cõtra Ioann. Garcia, cap. 9. nu. 64. de expenſis & meliorationibus.



### SVMMARIVM.

1 *IVramentum multiplex eſt, aliud veritatis, aliud in litem, neceſſarium, & iudiciale.*
2 *Concordia inter has opiniones proponitur.*
3 *Iuramentum dicitur probationis præambulum.*
4 *Probatio eſt rei dubiæ per teſtes, vel inſtrumenta oſtenſio.*
5 *Iuramentum eſt probationis ſpecies.*
6 *Iuramentum, quando defertur à lege vel ſtatuto, habetur loco probationis.*
7 *Lex ſi quando, & leges partitæ declaratur.*
8 *Probatio per iuramentum cuſtodis montiũ vel vinearum, dicitur vera probatio.*
9 *Probatio admittitur in contrarium, aduerſus declarationem iuratam cuſtodis montium: licet lex vel ſtatutum dicat, quod illis plena fides adhibeatur.*
10 *Probationes magis ſunt ampliandæ quam reſtringendæ.*
11 *Declaratio iurata dãnorũ eſt exequẽda, ſaluis rei defenſionibus intermino decem dierum.*
12 *Aeſtimatio rei petitæ reducenda eſt ad veram probationem.*
13 *L. ſed & ſi poſſeſſori. §. fina. ff. de iure iurando, declaratur.*
14 *Verbũ, per inde, non declarat eſſentiam rei, ſed ſimilitudinem.*
15 *Simile non eſt idem.*
16 *Iuramentum eſt releuatio probationis.*
17 *Probatio per iuramentum non eſt admittenda, quando per teſtes infrigi poteſt.*
18 *Iuramentum ex officio iudicis, poteſt deferri actori, vel reo.*
19 *L. 2. tit. 11. par. 3. declaratur.*
20 *Morapetinus auri antiqui, ſunt decem aurei Caſtellani.*
21 *L. 114. ſtyli declarat leges partitarum.*
22 *Iudex, etiam in cauſa magna, ex ſemiplena probatione, & alijs adminiculis cõcurrentibus, poteſt deferre iuramentũ actori.*
23 *Parua vel magna quantitas, ex perſonarũ qualitate regulanda eſt.*
24 *Cautela fauore rei traditur, & reprobatur.*
25 *Delatio iuramenti, non eſt facienda in via executiua.*

## QVAESTIO. 7.

***Vtrum iuramentum habeatur pro legitima probatione Communis contra communem.***

IVramentum in iure non habetur pro legitima probatione: ita tenet gloſſ. in. l. cum de indebito. ff. de probationibus, & eſt communis opinio ſecundum Romanum, in. l. admonendi, nu. 80. ff. de iure iurando, vbi Iaſſ. nu. 382. Hyppolitus in rubric. C. de probationib. nu. 119. & dixit etiam communem Boerius, deciſſio. 85. Contrariam tamen opinioné, imò quod ſit legitima probatio, fatetur eſſe communem Barbacia, conſi. 40. colum. 5. volumin. 3. & plura nouiſsimè congeſsit in hoc dubio Ioſephus Maſcardus volum. 1. probationum, quæſt. 9. per totam, & pro hac opinione eſt tex. in. l. ſed etſi poſſeſſori. ff. de iure iurã. ibi: * *Perinde haberi quod iuratum eſt, acſi probatum eſſet.* *

 Et

Et eſt etiam tex. in.l. fi.§.licentia.C. de iure deliberandi,ibi: * *Vel per ſacramentum illius, ſi aliæ prabationes deffi-ciant.* *

Ex quibus iuribus manifeſtè comprobatur,quod iuramentum eſt vera & legitima probatio : ita Iaſſ. in.l.2. nu.2.C.vnde vi,& in.l. ſi cum te nu.
1 9.C.de tranſactionibus. Reducendo tamen ad amicitiam & concordiam prædictas opiniones, animaduertendum eſt multiplex eſſe iuramentum, quia eſt iuramentum veritatis, & in litem , & iuramentum neceſſarium, & iudiciale. Qua diſtinctione propoſita, dicẽdum eſt,quod aut loquimur de iuramento veritatis, quod eſt illud,quod à præſtatur teſtibus ad veritatem dicendam , item & illud,quod defertur à debenti reſponderepoſitiobus, & etiam illud, cum iudex vt de cõtrouerſia inſtruatur,teſtes vel par-
2 tes interrogat: tunc enim huiuſmodi iuramentũ non dicitur propriè probatio,quia ad probationẽ ( vltra iuramentum ) teſtium re poſitio quiritur,& reſponſio ſeu confeſsio partis interogatæ, & ſic magis dicitur
3 probationis præambulum,quam vera probatio,cum(realiter& propiè loquendo)probatio ſit rei dubiæ per teſtes vel inſtrumenta oſtenſio, vt tradit Maſcardus ſupra,quæſt. 2.vbi plu-
4 ribꝰ modis diffiniuit probationis diffinitionem.Aut loquimur de iuramẽto iudiciali,quod eſt illud,quod à parte parti in iudicio( iudice approbante)defertur,&de iuramento neceſſario,quod à iudice,actori,vel reo , ſolet deferri,cum in iudicio actor ſemiplenè tantũ intentionẽ ſuam confirmauit,vt per iuramentumperfectum fiat, quod ſemiplenè probatum fuit:
5 vt in. l.2.tit.11.p. 3. vbi Greg. Tunc enim,licet verè iſtud iuramentũ propriè probatio nequaquam vocetur, inficiari tamen nequit quin ſit pro-
6 bationis ſpecies.Si verò ex iuris diſpoſitione,vel ex forma alicuius ſtatuti iuramentum ſit præſtandum erit in hoc caſu propriè probatio:vt,probat tex.in.l.ſi quando.C.vnde vi , &
7 in.c. fin.quod metus cauſa.l. 5. tit.8. par. 3. & l.5. tit.11.ead.part.l.4.tit.7. par.5.Quæ iura ita ſunt intelligenda, & ſic ſi ſtatuto, vel aliqua alicuius oppidi, vel ciuitatis ordinatione caueretur,vt de dãno illato ſtaretur iu-
8 ramento damnum paſsi,vel aſſertioni iuratę cuſtodis montis,vel vinearum(prout quotidiè fit)profectò iſtę probationes per iuramentum eſſent verè probationes, & perinde ſequi poteſt condemnatio , ac ſi per teſtes ꝓbatio facta fuiſſet,vt docet Dec. in rubrica de probationibus,&Areti.in c.2.eodem tit.& Viuius,lib.communium,verbo, iuramentum iudiciale.
9 Sed illa probatio non eſt iuris &de iure,imò admittitur probatio in contrarium,etiam ſi lex vel ſtatutum diſponeret , quod ſtetur iuramento alicuius:quia intelligitur,niſi probetur contrarium , efficatioribus rationibus & fundamentis . Ita tenet Albanus,conſi.4.nu.21.& dicit communẽ opinionem Tiraquellus de retractu. §.4.gloſſ.1.nu.3.vbi limitat , numer. 36. non procedere , quando lex vel ſtatutum diſponeret,vt iuramentum habeatur pro plena probatione , vel dicat pleniſsimam fidem iuramento
10 eſſe adhibendam:quia tunc virtualiter videretur diſpoſitum,vt probatio in contrarium non admittatur. Sed verius exiſtimo,vt ſit admittẽda,qualitercũque ſtatutum municipale diſponeret:quia probationes magis ſũt ampliandæ,quam reſtringendæ , niſi contrarium caueatur. Ita tenet Romanus,in.l.qui bona.§.quidam. ff. de damno infecto:quam ſequitur Ruynus,conſi.87.nu.12.volu.3. & Viuius
11 ſupra.Si verò in odiũ alterius , & ob contumaciam,à lege vel ſtatuto iuramentumdeferatur,circa eſtimationẽ

& va-



& valorem alicuius rei,tunc declaratio damnorum vel expenſarum , eſt exequenda, non admiſſa probatione in contrarium, ad impediendam executionem . Facta tamen executione,
12 audiendus eſt reus in termino decem dierum oppoſitionis,&illa ęſtimatio rei petitæ reducenda eſt ad verã probationem per teſtes , & ad arbitrium boni viri(vt iam ſemel vidi iudicatũ
13 in Regali ChãcelariaPinciana).Nec ſupradictæ reſolutioni obſtat tex.ſupra adductus in.l.ſed & ſi poſſeſſori. §.fi.ff.de iure iurando , vbi Vlpianus Iuriſconſultus reſpondit,**Per inde haberi, quod iuratum eſt,ac ſi probatum eſ-*
14 *ſet,* * quia ille tex.non probat concludenter iuramentum eſſe probationis ſpeciem,cum loquatur perverbũ perinde,quod declarat ſimilitudinẽ,non verò identitatem ſubſtantiæ , vt docet Bart. in.l. ſi maritus. §. legis.ff.de
15 adulterijs,& ſi iuramentum eſt ſimile probationi.Sequitur,quod non eſt probatio , cum ſimile non ſit idem: vt in.l.quod Nerua. ff. depoſiti.l. ad ſimilitudinem.C.de Epiſcop.& cleri-
16 cis.Et ſic verius dicendum eſt ( abſolutè loquendo)quod iuramentũ non ſit probatio , ſed releuatio probationis , quæ ſi per probationem in contrarium infringi poſſet, non deberet admitti,vt tradit ſingulariter Romanus,conſi.241.nu.1.Si enim de modi-
17 cò præiuditio ageretur , & actor pro ſe haberet ſemiplenam probationem( in comprobationem ſuæ intentionis)poteſt iudex non ſolum ad petitionem partis ( vt docet Abb.in.c. fin.infine de iure iurãdo.Alex.conſi. 53.nu.5.vol. 1. Anton. Gabriel,titul. de clauſulis, lib.6.communiũ(cõcluſ. 8.num. 15. vbi dicit communem)ſed etiam ex officio iuramentum deferre , vt quod ſemiplenè probatum eſt, perfectum fiat . Ita Abb.in.c.quoſdã de præſſumptionibus,quem ſequitur Decius,in.c.cognoſcentes , in prima lectura de conſuetudine. Modica enim quãtitas eſt hodie declarata per.
18 l.2.tit.11.p.3.ibi: * *Otro ſidezimos,que ſi acaecieſſe pleyto ante algun juzgador,que fueſſe de diez marauedis ayuſo, è no pudieſſe ſer prouado fueras ende por vn teſtigo que fueſſe ome ſin ſoſpecha , è de buena fa-*
19 *ma,que en tal caſo como eſte,deue el juzgador dar la jura à aquella parte que entendiere que dira la verdad,è librar el pleyto ſegũ lo que dixere aquel aquien dio la jura .* *
20 Quæ lex expreſsè cõfirmat noſtram opinionem & ſententiam,vbi Greg. verbo , * *Diez marauedis* , * intelligit de morapetinis auri antiquis,qui ſecundum monetam currentem, erunt hodie decem auri Caſtellani.Eſt tamẽ
21 vidẽda.l.114.ſtyli,quæ declararat omnes leges partitarum , loquentes de morapetinis aureis, vt quolibet morapetinũ auri æſtimetur pro ſex morapetinis noſtræ monetæ.Et licet illa lex part. loquatur in cauſa leui ab ea taxata , tamen non ex eo excludi-
22 tur iudicis arbitrium, vt concurrentibus alijs circunſtantis & præſumptionibus,non poſsit etiam iuramentum deferre in cauſa magna:cum parua , vel ingens quantitas ſit conſideranda,ex qualitate perſonæ.Ita probat tex.de iure canonico,in.c.ex literis de iure iurando:&vltra Iaſſ.Alex. & Romanum, allegatos à Gregorio,
23 ibi,verbo.* *Vn teſtigo.* * plures refert & ſequitur Ioſephus Ludouicus,deciſio.100.n. 7.& ex noſtratibus Parladorius.2.par. rerum quotidianarũ. c.18.nu.fin.approbans Gregorij opinionem & ſententiam. Poterit tamẽ reus ( timens ne iudex actori in ſupplementum probationis iuramẽtum
24 deferat)interponere cautelam,vt præcludat ipſi iudici viam, aſſerẽdo actorem eſſe ſibi ſuſpectum ad delationẽ iuramenti . Quam tradit Maſcardus, volum. 1. probationum, quæſt.9.nu. 56.nihil allegans,niſi tex. in.l.nõ omnis.§.à barbaris.ff.de re militari : qui

 nihil

nihil probat,& ſic à receptiſsima ſententia ex illius cautelę indagatione recedendum non eſt,cum omnia dependeat ab arbitrio iudicis, quod nõ
25 valet cautelis obuiari : in cauſis vero executiuis,non eſt locus delationi iuramenti,etiam ſi debiti ſolutio vnico teſte probetur. Ita ſingulariter tenet Azeued.in.l.1.tit.21.numer.23.lib.4. recopil.

## QVAESTIO. 8.

*Vtrum error iuris impediat longiſsimi temporis præſcriptionem: communis contra communem.*

DVbitari ſolet apud ſcribẽtes, an error iuris impediat longiſsimi temporis præſcriptionẽ(nã in alijs pręſcriptionib⁹. notiſsimum eſt)& partem affirmatiuam dixit communẽ Felinus in.c.de quarta,colu.8.de præſcriptionibus,prout eum refert Curtius iunior, conſi.vltimo,colu.3.in fine,& dicit communẽ Pariſi.in d.c.de quarta, num.9.Alex. cõſi.75.vbi appellat communem,Aymon Crauet.con.17.nu.3. Rolandus à Valle, conſi. 221. vol.1.& conſi.81. vol.2.& ratio eſt, quia bona fides ceſſare videtur propter iuris errorem.l. nunquam.l. ſi fur.§.1.ff.de vſufructu. Contrariam tamen opinionem dixit communem Alexandri. conſili. 75. alias.72.col. 2. de quo belliſsimè per Aymon Crauetta,in tractatu de antiquitate temporum,fol.157.à num.67. & cum ſequentibus:& non ſolum in præſcriptionibus,ſed etiam in vſucapionibus error iuris vſucapionẽ impedit.l. nunquam in vſucapionibus, & d.l.ſi fur.§.1.l.2.§. ſi à pupillo.ff. de vſucapione pro emptore:quod procedit , ſi error iuris ſit obſcuriſsimus, non aliàs,ita tenent Anto. & Imol. nu.20.in.c.cum dilectus de cõſuetudine, Abb.& Felin.n.27.in d. c.de quarta idem in.c.1. nu. 18. de re iudicata, Faber in.l. venditioni ad finem,& ibi Cepola, nu.32. C.de vſucapionibus, Couarr.in.c.poſſeſſor. 2. p. §.7.nu.9. de reg.iuris in.6.& Ant.de Padilla in l.conſtitutiones,n.16. C.de iuris &facti ignorantia,& cum hac diſtinctione poſſumus ad concordiam reducere has duas communes contrarias,licet vltimam dicat magis communem Ruynus,conſi.150.vol. 4. & Anton. Gabriel,lib.5.comm.tit. de præſcrip. concl.14. & vide l.31.tit.14.p.5.

## QVAESTIO. 9.

*Vtrum de pacto ad ſtatutũ valeat argumentum. Communis contra cõmunem.*

SOlent doctores paſsim arguere de pacto ad ſtatutum, dicens, quod illud,quod poteſt fieri per pactum,poſsit fieri per ſtatutum, & è conuerſo,& tale argumentum validum eſſe tenet gloſſ.in rubric. C. de decretis decur.lib.10. & in.l. non eſt impoſsibile. ff. de pactis, & in.l.1.de pręd.decurio.dicto lib.10.quod exornat,Iaſſ.in.§. quędam.n.36,inſtitutis, de actionibus. Et plura in propoſito adducit Cagnolus in.l.iura ſanguinis nu.13.ff.de regu.iuris, & eſt communis opinio ſecundum Boerium, deciſione.221.col.23.

Sed contrariam opinionem gloſſarum tenet Alberic.in rubric.nu.51.C. quę ſit longa conſuetudo,dicens gloſſam in d.rubric.eſſe communiter reprobatam, & ſequitur Guidon Papa, ſingulari.910.Et quod illud argumentum procedat affimatiuè, non negatiuè,adducit plura Iaſſ.in authent.pręterea,
2 n.15. C.vnde vir & vxor.Bart. in



in.l.omnes populi.3. quæſtione,tertiæ principalis quæſtionis.ff.de iuſtitia & iure.n.26.quam dicit communem Iaſſ.in.l.hac conſultiſsima.nu. 5. C.qui teſtamenta facere poſſunt, & Euerardus in locis legalibus,loco.89. cum ſequentibus,& eſt text. pro hac ſententia in.l. ſi. C. de fideiuſſoribus, ſecundum Iaſſ.in.d.l. non impoſsibi-
3 le.ff.de pactis. Ex qua arguendi ratione deciditur illa quæſtio(ſatis apud doctores vẽtilata) an nobilis,qui Hiſpano ſermone* *Hijo dalgo* *appellatur, poſsit priuilegio ſuæ nobilitatis renuntiare,& cum in hac controuerſia adduximus plures doctorum rationes in quæſt.688.(vbi ad longum diſputaui quæſtionẽ illam ) præcipuam annotauimus rationem, quia cũ per legem,vel ſtatutum(iuridicè,& rationabiliter loquendo ) nõ poſsit ſtatui, vt nobilis detrudatur in carcerẽ pro debito ciuili,ita & eodem modo, pactum ipſius nobilis,& conſenſus, vt poſsit incarcerari nihil operabitur, & ſic non obſtante renunciatione, gaudebit ſuo priuilegio, quia quod fieri non poteſt per ſtatutum,ſic neq; per pactum contrahentium, vt ſupra reſolutum eſt.

## QVÆSTIO. 10.

*Vtrum appellatione hæredis cõprehendatur bonorum poſſeſſor. Comm contra comm.*

### SVMMARIVM.

1 *Succeſſor ab inteſtato habet tacitam vocationem à defuncto.*
2 *Lex vnica.C.de his quæ ante apertas tabulas,declaratur.*
3 *Libellus qui de hærede loquitur,ſaluatur in bonorum poſſeſſore.*
4 *Conditiones ſunt ſtrictè interpretandæ.*
5 *Conditiones,quando patitur ſubiecta materia,latiſsimè interpretari debent.*
6 *Lex de Soria,quæ eſt.3.tit.13.lib 4.recop.declaratur.*

BOnorum poſſeſſorem obtinenere in iure,vicẽ hæredis,probat tex.in.l.2. ff. de bonorum poſſeſsione.& in reg.prætor. ff.de regul.iuris,lex.1.§.bonorũ. ff. ad Treb. & lex.hæreditatis appellatione. ff. de verb.ſignifi. & in. l. ſiquis mihi bona. §. ſed ſi mandauerit. ff.de acquirenda hæreditate. Ex qua regula infertur, quod diſpoſitio tex. in.l.conficiuntur,& in.l.quidam referunt.ff. de iure codicillorum,vbi diſponitur,
1 quod ſuccedentes ab inteſtato ſuccedunt ex tacita defuncti voluntate, non ſolum habeat locum de iure ciuili in ſucceſſore,ſed etiam in ſuccedente de iure prætorio ab inteſtato. Ita tenet gloſ.in.l. ſed cum Patrono. §.nam quædam,verbo,habentibus.ff. de bonorum poſſe.gloſ.etiam, vbi illud notat Baldus in rubrica. C.qui admitti.n.24.Iaſſ.in.l.ſi filius, qui in poteſtate.n.24.ff.de lib.& poſth. & eſt gloſ.ſimilis in.l.1.§. ſciendum. ff. de leg.3.contrariam tamen tenuit gloſſ. verbo meruit,in.l.1. §.ſi ex drodante. ff.de coll.bonorum,immò quod ſucceſſor de iure prætorio non dicatur ſuccedere ex tacita voluntate defuncti,quam ibi reputat mirabilem Bart. (putans tamen eſſe falſam)& dicit ſolitariam Bald.in rub.C.qui admitti.n. 24.& illam ſimpliciter reprehendit Imola,in.l.ſi Titio & Mæuio.§. Iulianus.ff.de leg.2. & contra illam tenet Iaſſ.in.l.1.§.ſic autem,n.6. ff. ad Trebelianum,idem in.l.ſi fundum per fideicommiſſum.§.ſi.notabili.2. ff. de leg.1.& meritò carpitur gloſ.abſcriptoribus, quia loquitur contra iura expreſſa,quę citat Iaſſ.in.l.ſi Titio.§. ſi.n.4.ff.de leg.1.& illam reprobat Decius

cius in.l.fi.§.1.n.3.C. quando non pe-
tentium partes, & Socinus in.l. cum filiofamilias.n.77.ff.delegat.1. ex quibus(aud dubiè) videtur reprobata cō muniter. Infertur & ſecundo, quod ſententia gloſſæ in.l.tutor.ff. de bonorum poſſ.habet locum in repudiatione hæreditatis,de iure ciuili:ita tenet Mathellanus, notabili.182.& Iaſ. in.l.pupillorum.C.de repudianda hæ-
2 reditate.Ex qua æquiparatione hæredis,& bonorum poſſeſſoris ſuccedit, quod diſpoſitio tex.in.l.vnica. C. de his qui ante apertas tabulas, quæ cōpetit hæredi ſuccedenti de iure ciuili,vt dicit gloſſa in.l. emancipata. C. qui admitti,& eſt communiter receptum ſecundum Alex.ibi.n. 4. Iaſſ. n. 18.Decius.22.in.2.lectura,& in.1.nu. 4.Iaſſ.in.l.1.§.bonorū.n.8.ff.ad Treb. quod cōpetat etiam ſucceſſori de iure prætorio.Et eſt communis opinio ſecundum Alex. in. d. l. emancipata. n.4.& dixit communem Guillermus Benedictus,in.c. Raynuncius, verbo mortuo itaque teſtatore,el.2.nu. 152.
3 Vndè etiam eſt, quod libellus qui de hærede loquitur,poteſt ſaluari in bonorum poſſeſſore. Ita Baldus in. l. 1. C.vnde liberi,quem ſequitur Decius in d.reg prætor.ff.de reg.iuris.n.2. & Iaſſ.in.l.ſed etſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero.n.18. ff.de iure iurādo. Quibus ſic ſuppoſitis(& alijs omiſsis,quę adduci poterant ) ſuboritur dubium de quo in principali quęſtione,an largo modo appellatione hæredis bonorum poſſeſſor contineatur,an ſtrictè: & quod iura loquentia de hærede habeant locum in bonorum poſſeſſore,tenet Bart.in d.l.1.§.bonorum. ff. ad Treb.arg.tex.in.l. in conditioni-
4 bus.§.ſi patronus. ff. de conditionibus & demonſt.nam ſuppoſito,quod conditiones ſunt ſtrictè interprætandæ,vt in. l. qui hęredi. ff. de con. & demōſ.& in. l.quidquid aſtringēdæ. ff.de verb.dicit text.in d.§. ſi patronus,quod conditio ſi hæres non erit, deficit in bonorum poſſeſſore, & hæc opinio Bart.eſt communis, ſecūdum Iaſſ.ibi ,num.16.&dicit comm. Iaſſ.in.l.1.n.3.ff.de vulg.& hanc opinionem tenet Alciatus,in l. hæreditatis appellatione.ff. de verborum ſignificat.Decius in d.l.prætor.n.4. vbi Cagnolus d.n.4.dicit etiam communem opinionem.

Sed contrariam ſententiam, imò quod largo modo etiam appellatione hæredis veniat bonorum poſſeſſor,tenuit Bart.in d.l.1. numero. 1.ff. de vulgari, cuius opinio communis eſt,ſecundum Ripam in d.§. bonorū. n.3.Primam verò opinionem tenuit Decius,vbi ſupra n.4.& ibi dixit cōmunem Cagnolus.n.4. poſſet tamen reſponderi, tenendo opinionē Bart. in.d.l.1,quod ideò ibi in d.§.ſi patronus,appellatione hæredis venit bonorum poſſeſſor(quamuis conditiones ſint ſtrictè interprætandę) quia ibi nomen hæredis non poteſt intelligi niſi in bonorum poſſeſſore, vt interprętantur ibi Ripa,Imola,& Socinus.Pro qua ſolutione facit tale fun-
5 damentum,quòd conditiones quando patitur ſubiecta materia, debent latè interprętari.Ita Fortunius in. l. gallus.§ & quid ſi tantum,nu. 172. ff. de liberis & poſth.vbi Iaſſ.in.1. lectura.n.33.dixit communem opinionē. Ex quibus infertur noua & vtilis ampliatio ad.l.de Soria,quę eſt lex. 3.tit. 13.lib.4.recop.vbi cauetur, quod hæres ſcriptus eſt mittēdus in poſſeſsio-
6 nem bonorum defuncti(non interueniente legitimo contradictore)vt in. l.fi.C.de ædicto diui Adriani tollendo, vt illa iura etiam procedant in vniuerſali bonorum,poſſeſſore ſuccedente ab inteſtato, de iure prætorio: per quam legem corrigitur communis opinio tradita per Greg. in.l. 2. gloſſ.1.tit.14.p.6.per quam.l.& dicta. l.fi.dicebat,quod illud remedium ſolum



ſum competebat hæredi ſcripto,non verò ſucceſſoribus ab inteſtato ,quā opinionē tenet Micres,de maioratu, 3.par.queſt.17.nu.25.quod dicit procedere etiam de iure regni, & ſequitur Greg. in. l. 2.tit. 14.par.6.gloſ.1. & eſt communis ſecundum Gratum, conſi.50. nu.25. Sed contrarium verius eſt per d.l.3.ibi, * *Por teſtamento, y ab inteſtato.* *

Ex quibus verbis illud notauit doctiſsimus Gutierrez,in.§.ſui,num.73. de hæredum qualitate & differentia poſt Rodericum Xuarez in.l. 8.tit.* *De las herencias,* * lib.3.fori,nu. 12.vbi Valdes in add.4. litera. B.fol.106. & ſic practicaſſe teſtatur Gutierrez ſupra. Et nouiſsimè illa iura declarat ſubtilis Parladorius,lib.2.rerumquotidi.c.5.( qui tamen omiſsit iſtam ampliationem & declarationem)& Burgos de Paz,conſi.39.

## SVMMARIVM.

1 *Iudæus exercens vſuras teſtari poteſt,non obſtante.c.quanquam.*
2 *Imperator non poteſt ſtatuere,quod vſurarius manifeſtus faciat teſtamentum,non præſtita cautione; ſecus in Pontifice.*
3 *Teſtamentum à minore facto, vel furioſo, non conualeſcit adueniente ætate vel iudicio.*
4 *Teſtamentum morte confirmatur.*
5 *Vſurarius præſtita cautione, ad famam reſtituitur.*
6 *Vſurarius infamis dicitur.*
7 *Iudex eccleſiaſticus poteſt procedere cōtra vſurarios,& etiam ſecularis.*
8 *Vſurarius an poſſit filio ſubſtituere pupillariter.*
9 *De facti quæſtione cognoſcit ſecularis,eccleſiaſticus de ſuſtantia contractus.*
10 *Iudices quando poſſunt ſe intromittere,quādo pœna non eſt commenſurabilis delicto,tan eccleſiaſtici quam ſeculares.*
11 *Iudex ſecularis, licet non poſſit tollere canones,poteſt eos adiuuare.*
12 *Vſurarius an poſſit donare cauſa mortis.*
13 *Vſurarius qualiter puniatur,tan clericus, quam laicus,remiſsiuè.*

## QVAESTIO. II.

*Vſurarius manifeſtus quis dicatur in iure, ad interpratationem.capit. quanquam de vſuris in 6. & à quo iudice debeat puniri,eccleſiaſtico, vel ſeculari Communis contra communem.*

IN materia tex.in.c.quanquam de vſuris in. 6. ſe offert in præſenti quędam cōmunis opinio ad inuicem contraria ,quæ(vt gratior ſit) decreuipriùs elucidare,quis ſit in iure vſurarius manifeſtus (vt includatur ſub illius tex.diſpoſitione)& gloſ ſa ibi,reſpondit,illum dici publicum vſurarium,& manifeſtum,qui coram ſacerdote & teſtibus fatetur publicè ſe vſurarium eſſe:ita Abb.coſi.2.n.1. lib. 2. Federic. de Senis, conſi.8.Iaſſ. conſi.78.nu.3.lib.3.Bald.conſi.17.lib. 1.Bart.in.l.2.nu.3.ff.de furtis ,Fulgoſius conſi.138.Couarr.lib.3. variarum c.3. nu.4.& 5. vbi dicit,quod in hoc conueniunt omnes, & ſequitur Nauar.in manual.c.17.nu.280.Menoch. de arbitrarijs,lib. 2. centuria.3. caſu. 235.nu.4.& 11. Iulius Clarus,lib.5.receptarum, ſent.§.vſura, & plures refert pro hac opinione Maſcardus.3. tomo,prob.conclu.1420.nu.3. & eſt communis opinio ſecundum Socinum,conſi.127.nu.1.vol.3. Vndè ſuccedit ,quod in delictis puniendis apud Eccleſiam,fauore animarum confeſsio extraiudicialis facta legitimè probat,putà ſiquis moriens confeſſus fuerit ſe vſurariū,ſpecificans perſonas à quibus extorſit: ita Bald. in.l. 1.C.de falſa cauſa adiecta legato,Feli: in

in.c.de hoc de ſimonia,nu.4.& in.c.
atſi clerici de iudicijs, Bernard. Diaz
regul.125. fol.4. qui limitat illũ tex.
in Iudæis exercentibus vſuras, nam
ex hoc eorum teſtamenta non irritã
tur:ita Aretin.conſi. 158. & ſequitur
Iaſſ.in.l.1.C.de ædendo,nu.9. Alciat.
in.c.cum non ab homine,nu.10.de iu
dicijs,& Corraſius lib.5.Miſcel.c.16.
in fin.& Socin.conſi.70. vol.1.nu.7.
vbi latè de hoc agit, dicens quod nõ
reperitur tactum in ſpecie(qui eſt vi
dendus nu.71.& 72.)in quibus ſolum
tractatur de hac quęſtionę. Idem te-
net Gualdenſis de arte teſtandi, tit.1.
cautela.7.nu. 2.& Tiraquell. de iure
primogenituræ,quæſt.66.num.29.&
pro hac ſententia conſuluit Alexan.
conſi.6.vol.6.& eſt gloſſa penultim.
in.c.Iudæi el.2.de Iudęis. Chriſtianus
verò, qui noſtram Catholicam fidem
profitetur,teſtari minimè poteſt,etiã
ad pias cauſas, niſi præſtita ſatisdatio
ne,de qua in d.c.ita Bart.in.l.1.num.
30. C. de ſacroſanctis Eccleſijs, vbi
Bald.1.lectura,col.3. & 2.lectura,col.
4.verſi. 5. quæritur. Barbacia. clem.
vnica de excep.in verſi. 7.facit,& vi
de nouiſsimè Gutierr. lib.2. canoni-
carum quęſt.c.19. á nu.6.& 13.vbi re
fert quatuor modos,quibusprobatur
aliquem eſſe vſurarium manifeſtum,
vt compręhedantur ſub pœnis, tex.
in d.c.quanquam,& nos dicemus in
quæſt.537.nu.8.
2 Secundo adde, quod etiam Impera
tor non poſſet ſtatuere, quod vſura-
rij manifeſti (non præſtita cautione)
teſtari poſsint:ita Ang.Imol.& Paul.
in.l.teſtamenti.ff.de teſtamẽtis,Bald.
conſi.334.vol.2.(licet Romanus Põti
fex id optimè poſsit,)ita Iaſſ.in.l.1.le
ctura.1.nu.39. C. de ſacroſanctis Ec-
cleſ.aliàs. C. de ſumma Trinitate &
fide Catho.Idem tenet Marcus Anto
nius,in.l.hac conſultiſsima. §. ex im-
perfecto,num. 47. C. de ſacroſanctis
Eccleſijs.

Tertio adde,quod teſtamentum fa
ctum ab vſurario, non præſtita ſatiſ-
datione à principio, non conualeſ-
cit, licet poſtea præſtetur: ita gloſſ.
verb.aliter facta, in d. c. quanquam,
quam ibi ſequuntur doctores,& Ana
nia in. c. quia in omnibus de vſuris,
Francus in rubric.de teſt. nu.38.in.6.
& gloſſæ opinionem teſtatur com-
munem Bald.in.l.vniuerſa,num.1.C.
de pretibus imp. offerendis, & dixit
etiam comm.Laurent.à Rodulphus,
in repitio. c. conſuluit. 2. par.quæſt.
90.de vſuris,Alex.in.l.poſthumo na-
to,nu. 80. C. de contra tabulas,affir-
mantes omnes eſſe communem,in. l.
quod ab initio, ſed Alex. in d. §.ille
caſus,nu.8.credit contrarium eſſe in
iure verius,quod tenuit gloſſ.verbo
manifeſtos, in cle.1.de ſepulturis,vbi
Ioann.Andreas palinodiam recanta-
uit:pro quibus facit, quia teſtamen-
3 tum à minore vel furioſo factum,nõ
reconualeſcit aduenięte ætate, vel ſa
namẽte,vt in principio inſtitutis qui
bus non eſt permiſſum facere teſta-
mentum,& in.§.præterea, eodem ti-
tulo.Sed illa iura procedunt,quando
eſt defectus in teſtante, ſecus verò
quando eſt in teſtamento, vt in d.c.
quanquam:in quo vſurarius nõ red-
ditur inteſtabilis, ſed ſolum eſt prohi
bitum,ne in eius teſtamento poſsint
teſtes interuenire, vt egregiè conſi-
derat Bart.in.l.filio præterito,in fin.
ff.de iniuſto rupto: & ratio eſt, quia
maior eſt defectus in perſona teſtato
ris, & magis conſideratur, quam in
ſolemnitatibus in teſtamento neceſ-
ſarijs,vel in perſona hęredis,arg.tex.
in.l.qui ſoluẽdo,la 1.ff.de hęred.inſt.
& in ſimili hanc rationem deduxit
Iaſſ.in.l.ſi arrogator,nu.36.in fine.ff.
de adoptionibus,& ita eſt tenendum
cum gloſſ.in dicto c. quanquã(quid
quid gloſſ. in d. clemen. vnica de ſe-
pulturis vellit)vt Bart.placuit:ſed re
vera.illæ gloſſæ non ſunt contrariæ,
nam



nam gloſſ.in d.c. quanquam, loqui-
tur, quando vſurarius teſtamentum
fecit ante mortem, & poſtea cauit
4 quo caſu,nimirum ſi conualeſcat,cũ
teſtamentum morte confirmetur, vt
in. c.cum Martæ,de celebratione miſ
ſarum.l.4.ff.de adimẽdis leg.& tẽpo-
re mortis iam erat cautio præſtita.A-
lia verò gloſſ.loquitur, quando cau-
tio eſt præſtanda poſt mortem vſura-
rij,quo caſu benè dicit,quod teſtamẽ
tum non conualeſcit, quod ſecus eſ-
ſet ſi relinqueri: procuratorem, qui
poſt eius mortem præſtaret cautio-
nẽ,vt in verſicul.immò ſatis erit.No
tandum tamen eſt, quod Bart.in.l.fi-
lio præterito,tenet opinionem gloſ-
ſæ,in d. c. quanquam,in verſic.aliter
facta,& eſt communis opinio ſecun-
dum Felin.in.c.cum dilectus,nu.3.de
accuſſationibus,Deci.in regul.quod
ab initio,nu.12.ff. de reg. iuris,& di-
xit commun. Alex. in. l. gallus.§.ille
caſus, nu.8.ff.de lib. & poſth.Et intã
tum verum eſt, quod ſufficiat relin-
quere procuratorem,qui pręſtet cau
tionem poſt eius mortem,quod tunc
conualeſcit teſtamentum: ita Cardi-
nalis in.c. ſignificauerunt,col.fin. de
teſt. & in clem. 1. de ſepult. num.26.
quem ſequitur Felin,in d.c.ſignifica-
uerunt,nu.11.& in.c.ad hæc, nu.2.de
reſciptis, & Gualdenſis de arte teſt.
tit.1. cautela.7.nu.2.vbi refert ſic fuiſ
ſe iudicatum Ferraræ,& Iaſſ.in.l.vni-
uerſa,nu.14.C.de pręcibus imp.ofer.
& dicit Felin. quod ita fuit iudicatũ
in d.capit. ad hęc, column.1. de reſ-
crip.
5 Sed pulchrum dubium eſt,an præ-
ſtita cautione vſurarius reſtituatur
ad famam. Tradit Iaſſ.in.l. admonen-
di,numer.115.ff.de iure iur.vbi tenet
quod ſic,ſed in fine relinquit cogitã
dum.Idem tenet Hyppolitus,ſingu-
lari 107.Bald.in rubric.de vſuris,nu.
2.& ibi Barbacia ad eum, nu.4.idem
Barb.de teſt.2.par.nu. 7.vol.5.in tra-
ctatu doctorum, & videndus eſt Co-
uarru.lib.3.reſol c.3.num.2. qui reſo-
luit, quod vſurarius ſit infamis. l.
4.tit.6.par.7.& eſt communis ſecun
dum Couarr.ſupra.
6 Quarto notandum eſt,illum tex.ha
bere locũ in vſurario ficto. Ita Abb.
& Barbacia in.c ad noſtram,de emp-
tione & vend.Couar. lib.3.variarum
c.3.in verſi.8.Iaſſ.in.l.eius qui in pro
uincia, num.1.ff.de rebus credit.vbi
Curti. & Alciat. ſed contrariam te-
net ibi Deci. nu.2.idem in.l.1.nu.17.
C.de ędendo,& Probus ad Monachũ
in d.c.quanquam,nu.3. & 4.quorum
opinio videtur verior, quoad illum
tex.qui requirit,quod ſit manifeſtus
vſurarius: quidquid dicat Iaſſ.in d.l.
1.nu.9.qui aſſerit contrarium.
Quinto notandum eſt,quod vſura-
7 rius poteſt filijs ſubſtituere pupillari-
ter:ita Ripa,in.l.2.nu. 37.ff.de vulga
ri,Corraſ.in.l.teſt.nu.9. C.de impub.
Præterea notandum eſt,quod non ſo
lum vſurarius punitur pœnis de qui-
bus in illo tex.ſed iudex ſecularis pro
emendandis moribus, & publico in-
tereſſe, poterit criminaliter contra
manifeſtos vſurarios procedere, vt
probat.l.1.tit.6.lib.8. recopil.vbi no-
tat Azeued. nu. 86. Sed quia hæc eſt
8 quęſtio valdè difficilis, prius ſuppo-
no, quod crimen vſurarum eſt mix-
tum:ita tenet gloſſ.in.c.cum ſit gene
rale de foro competenti,gloſſ.in.c.1.
de offic.ordin.& ſic cum ſit mixti fo
ri,iudex laicus poteſt inter laicos co-
gnoſcere, & eccleſiaſticus inter per-
ſonas Eccleſiaſticas. Ita Archidiaco-
nus,in.c.quid dicã.4.quæſt.4. & plu-
res refert Couarr.lib.3.variarum. c.3.
in verſi. rurſus,& in 4.2.par.c. 6.nu.
18.Et hanc eſſe magis receptam ſen-
tentiam dicit Cacheran.deciſsio.137.
nu.10.& 13.& ſequitur Roland.cõſi.
35.lib.1.nu.29.& Iul.Clar.in.§.vſura,
& in practic. criminali.§. fin. quæſt.
37.verſi.quæro,& ſequitur Menoch.
caſu

caſu 398.nu.41. dicens eſſe apertiſsi-
mum, quod vterque iudex poſsit cõ-
tra vſurarium pro crimine procede-
re, & hæc eſt vera & tenenda opinio,
vt teſtatur Gutierr. lib. 2. canonica-
rum quæſt. c.18. à nu.13. & 15. Contra
rium tamen in hoc, imò quod ſit fori
eccleſiaſtici, tenet gloſ. in d.c. quan-
quã, & in clementina diſpendioſam,
verbo vſuris de iudicijs: idem tenet
gloſ. 2. in. c. cum ſit generale de foro
competenti, gloſ. in. c. 1. de officio or
dinarij, gloſſ. in clem. diſpendioſam
de iudicijs: quam opinionem dicit
communem Alberic. in rubric. C. de
vſuris, num.3. & ſequitur Alex. conſi.
29.n.6. Dec. conſi. 170. Iaſſ. conſi.153.
lib.4. Bald. conſi. 443. vol.3. Roland.
(ſibi contrarius) conſi.75. num.14. &
conſi.16. lib. 1. Et gloſſarum opinio-
nem dixit communem Couarr. in. 4.
decret. 2. part. c.6. nu. 18. quod tamen
eſt intelligendum & diſtinguendum
9 tali modo, vt ſi agatur de ſubſtantia
contractus, tunc iudex eccleſiaſticus
cognoſcit, ſi verò de facti queſtione,
tunc procedit contraria gloſſarum
opinio. Ita diſtinguit Bar. in. l. Titia,
nu.7. ff. ſoluto matrimonio, & eſt cõ-
munis opinio ſecund. Ripam. lib. 2.
reſponſorum. c.36. nu.5. & dixit com
munem Alciat. in. c.1. nu.77. de offi-
cio ordinarij, Dec. d. conſi. 170. colu.
fin. dixit etiam comm. poſt alios Co-
uarru. in epitome de ſponſalibus. 2.p.
§.12. num.5. & ſic eſt intelligenda. l.4.
tit.8. lib. 3. ordin. & plures refert Gu-
tierr. de iuram. confir. 1. par. c.2. num.
35. & 37. & in lib. 2. canonic. cap. 18.
nu.20.

Sed contra hanc diſtinctionem &
diffinitionem tenet Pariſius, in tracta-
tu de vſuris, nu.55. qui pluribus fun-
damentis probat, erroneam eſſe opi-
nionem legiſtarum & canoniſtarum,
diſtinguentium inter quæſtionem iu-
ris, & facti: & eſſe diſtinctionẽ verba-
lem idẽ aſſerit Iaſſ. in. l. quoties, nu.7.
C. de iudicijs. Dec. in. c. decernimus,
col.24. verſi.4. eodem titul. Sed com
munis opinio eſt in contrarium, vt
pluribus citatis, tradit Octauian. Ca-
cheranus, in d. deciſsio. Pedemonta-
na 137. nu. 11. & etiam Couarr. in. 4.
de ſpon. 2. par. c. 6. nu.19. & c.8. §.12.
nu.5. idem lib.3. variarum. c.3. Auen-
dañ. in. cc. prætorũ. c.28. & Auiles. c.
50. verb. vſuras. Padill. in. l.1. nu.57. C.
de iuris & facti ignor. Nauarr. in. c.
nouit, notabili. 6. illat. 7. nu. 44. de iu-
dicijs. Spino in ſpeculo teſt. gloſ. ru-
bricæ. 3. part. n.66. Iulius Clar. lib.5.
ſentẽtiarum. §. vſura, in verſi. ex hoc
infertur, & ita pluries fuiſſe iudicatũ
per Senatum Mediolanenſem teſta-
tur Octauianus ſupra, & eſt tex. in. c.
poſt miſerabilem de vſuris, & tradit
Socin. conſi.219. vol. 3. & nouiſsimè
hanc opinionem ſequitur Azeued.
in. l.1. tit.6. nu.87. lib.8. recop.

10 Quibus ſic ſuppoſitis, queſtio no-
ſtra difficilis reputatur, in qua ſunt
varię doctorum opiniones, nam Bal-
dus & Salicetus, in. l. improbum fœ-
nus. C. ex quibus cauſis infamia irro-
getur, tenent, quod iudex ſecularis
nõ poſsit contra hos vſurarios mani
feſtos criminaliter procedere. Sequi-
tur Anan. in. c. quia in omnibus, col.
4. de vſuris, & pro hac parte cõſuluit
Decius, qui allegat plures rationes, &
precipuũ fundamentum eſt, quia cum
per ius canonicum ſint vſurarij pu-
niti, competenter per pœnas poſitas
in. c. quia in omnibus de vſuris, & in
hoc. c. quanquam videtur quod iu-
dex ſecularis non poſsit ſe intromit-
tere ad illos puniendos, nam quando
pœna in eccleſiaſtico foro exteriori
impoſita pro crimine mixti fori con
digna eſt delicto, iudex ſecularis non
poteſt illud crimen iterum, vel alia
pœna punire, ſecus ſi pœna non eſſet
condigna: tex. in. c.2. de maledicis. c.
fœlicis. §. per hoc, de pœnis in. 6. ita
tenet Abb. in. c. de his, de accuſſatio-
nibus,



nibus, & ibi Aretinus, & quando pœ
na non eſt condigna, poteſt iudex ſe-
cularis alia pœna punire, ita eſt com-
munis opinio ſecund. Felin. ibi, nu.13.
(licet verè & realiter illud non aſſe-
rat). Dixit tamen communem, & in
practica receptam Alciatus, in. capit.
1. de officio. ordin. numer. 128. & ex-
plicat Couarruuias, lib.2. variarum,
c.10. nu.6.

Sed his rationibus non obſtanti-
bus (vltra doctores ſupra relatos)
11 contrariam opinionem (imò quod
iudex ſecularis poſsit criminaliter
contra illos procedere) tenet Iaco-
bus Bruticarius, in d. l. improbum,
Fœnus, Ioannes Monachus, Archi-
dia. & Ioannes Andreas, in d. capit.
quanquam, & Matthæus de Afflictis
in. capit. 1. §. pœnarum, num.16. quæ
ſint regalia in vſibus fœudorum: &
pro hac ſententia conſuluit Corne.
conſi.19. volum.3. qui adduxit pluri-
mas rationes, & illa eſt potior ratio,
quod iudex ſecularis, licet non poſ-
ſit tollere canones, poteſt tamen eos
coadiuuare, addens nouam pœnam.
Ita gloſſ. in clem. Romani, verbo tol-
lit, de electione, vbi notat Cardina-
lis, quæſtion.3. Abb. in. cap. pruden-
tiam, in princip. de officio deleg. no
tabili, fin. Felinus in. c. irrefragabili.
§. cæterum, colum. 2. de officio. ord.
idem in. c. quod ſuper his, de accuſſa-
tionibus, col.5. idem in. c.2. de ſpon-
ſalibus, col.2. Decius in. c. quę in Ec-
cleſiarum, colum. 4. de conſti. idem
conſi.11. colum.7. cum pluribus alijs.
Et pro hac parte (vltra rationes Cor-
nei ſupra) adducit ſeptem rationes
Maranta, de ordine iudiciorum, fol.
mihi. 150. num. 12. & 151. numer. 123.
vbi dicit hanc partem veriorem, &
magis iuri conſonam. Et pro vtraque
parte iſtam quæſtionem diſputauit
Alciatus, in. c.1. de offic. ord. adducẽs
plures rationes, & à numer. 80. dicit
iſtam opinionem veriorem, & ma-
gis communem & dixit Iacobus Bu-
tricarius etiam communem, & Go-
mecius, in. c.2. §. ſtatutũ, nu.55. de con
ſtitutionibus, lib. 6. & Couarruuias
in. 4. 2. part. cap.6. in princip. numer.
19. vbi eleganter & latè hoc exornat,
& declarat, & in lib. 3. variarum c.8.
nu.6. & pro hac opinione conſuluit
Ioannes Botta, conſi.72. vbi plures re
fert pro hac ſententia, dicens eſſe ma
gis communem, & veriſsimam, pro
qua adducit tex. in capit. poſt miſe-
rabilem de vſuris, vbi mandatur iu-
dicibus ſecularibus, quod com-
pellant Iudæos ad reſtitutionem v-
ſurarum, & ſic conſtat, quod etiam
de iure canonico conceditur ſecu-
laribus iuriſdictio aduerſus vſura-
rios. Quæ omnia ſunt menti tenen-
da, cum punctus iſte ſit valdè ſubti-
lis, & multum practicabilis.

Prętereà, pro maiori intelligen-
tia tex. in d. capit. quanquam, aduer-
tendum eſt, quod in caſu illius tex.
ſi vſurarius manifeſtus deſierit vſu-
ras exercere, ante reſtitutionem v-
ſurarum non poteſt teſtari (non ſer-
uata illius text. ſolemnitate). Ita te-
nent Lapus, & Dominicus ibi, & Bal-
dus, conſi.162. volumin.2. & eſt com-
munis opinio ſecundum Socinum,
conſi.127. volum.3. in princip. & in
hoc articulo eſt etiam alia commu-
nis contraria, quam diſputamus in
quæſt.396.

12 Rurſus dubitari ſolet, an vſura-
rius manifeſtus poſsit donare cauſa
mortis, & quod poſsit tenet Bald.
in. l. ab executore, numer. 11. C. de
executione rei iudic. Imola in. l. tan
bis, in princ. ff. de donationibus cau-
ſa mortis, & Probus in d.c. quanquã,
num.15. & hæc opinio, eſt communis
ſecundum Ripam in. l.2. num.7. ff. de
leg. 1. & eſt verior ſecundum Socin.
ibi, nu.9. & inuit eſſe communem De
cius, conſi.196. in fi. & illam ſequi vi
detur Couarr. in rubric. de teſt. 3. par.

numer.11.allegans aliquos doctores,
(nullum tamen exdicentibus contra
riam eſſe communé opinionem). Sed
huic opinioni obſtare videtur ſenté
tia gloſſæ in d.c.quanquam ,aſſerens
tex.illum procedere in qualibet vl-
tima voluntate,& dixit illam ſenten
tiam communem Imola,in d.l.tã his,
& ſic contrariam ſententiam tenet
Bald.(palinodiam cantans ) in conſi.
294.volum.2.& Geminianus in d.c.
quanquam.§.fin.numer. 5. & ab hac
opinione non eſſe recedendum dixit
Socinus,in d.l.2.nu.9. & dixit com-
munem Alex.in.l.diſcretis,colum.2.
C. qui teſtamenta facere poſſunt,
prout eum refert & ſequitur Gual-
denſis de arte teſtandi,titul.1.cautela
7.& hanc opinionem dixit commu-
nem Socinus,conſi.127. volum.3 nu.
4. & conſi. 112.volum. 1.numer.3.&
hanc tenet Anania in. capit. quia in
omnibus,de vſuris, numer. 4.vbi la-
tè diſputat quæſtionem , & Curtius
iunior in.l.eius qui,numer. 4.ff.ſi cer
tum petatur , & in conſi.39. numer.
1.& Alexand.in.l.diſcretis,num.2.C.
qui teſt.facere poſſunt, qui dicit ma-
gis communem.Iulius Clarus de do-
nationibus , quæſt. 7. & D. Ludoui-
cus de Peguera, in deciſsionibus cri-
minalibus,capit.31. numer.12.qui di-
cit,quod hæc opinio eſt verior, & a-
nimæ tutior , quia aliter facilè elidi
poſſet diſpoſitio tex. in d.cap.quan-
quam,& tradit Tiraquellus ad.ll.con
nubiales,gloſ.5.num.77.& hanc exi-
ſtimo veriorem & communiorem.
Mirandum tamen eſt de Ripa,qui di-
xit contrariam communem , & de
Couarr.cum eo tranſeunte in.2.par.
rubric.de teſt.num.11.&quod non vi
derint aliquem doctorem ex his di-
cétibus negatiuam opinionem com-
munem ; quod non poſsit vſurarius
donare cauſa mortis, cætera ad iſtum
tex.tradam in quæſt.537.cum ſequen
13 tibus. Clericus vſurarius quibus pœ-
nis ſit afficiendus,& qualiter ab offi-
cio & beneficio ſuſpendendus,tradit
Salzed.in practica ad Ber. Diaz.c.88.
vſq; 90. Nauarr. in manuali. c.23.nu.
91.Didac.Perez.in.l.1.tit.2.lib.8.ord.
& Menoch.de arbitrar.lib. 2. centu-
ria 3.caſu.235.l.4.& 5.tit. 6. lib.8.re-
copilationis, & Pegue. ſupra,qui per
totum.c.31.diſputat plura contra vſu
rarios,defendés vſuram eſſe omni iu-
re prohibitam,& vſurarios eſſe latro
nes,qui mordendo aliorum bona oc-
cupant , & ſic vſura idem eſt quod
morſus,vt teſtatur Dicadus Stella,in
Lucam.c.6.ſuper verbo mutuum dan
tes,nihil indè ſperãtes . Et hæc ſuffi-
ciant pro exornatione huius quæ-
ſtionis.

## SVMMARIVM.

1 *LEx. 1. ff. de donationibus inter virum & vxorem,& c.fin.de donationibus, declarantur.*

2 *Donatio(etiam tacita)inter coniuges eſt in iure prohibita.*

3 *Morte vnius ex coniugibus , confirmatur donatio.*

4 *Ficta traditio(veluti per conſtitutum)ſufficit in donatione cauſa mortis.*

5 *Donatio facta inter coniuges, firmatur iuramento.*

6 *Donatio inter patrem & filium, confirmatur iuramento.*

## QVAESTIO. 12.

### *Vtrum ad validitatem donationis , quæ ſit inter maritum & vxorem , ſufficiat ficta rei traditio, vel ſit neceſſaria vera & realis. Cõmunis contra communem.*

Notiſsi-



NOtiſsima eſt in iure conclu-
ſio , quod donatio inter vi-
rum & vxoré eſt in iure re-
probata ( ne mutuo amore ſe expo-
lient)vel melius(ſecũdum.l.3.ff.de do
nationibus inter)ne mulier inpauper
taté incideret,&deterior ditiorvè fie
1 ret.Et primã concluſionéprobat tex.
in.l.1.ff. illo tit. & in.c.fi.extra eod.
&.l.4.5.& 6.tit.4.part. 4.& alias hu-
ius concluſionis rationes tradit (ex
Plutarcho )Alciatus,lib.3.diſputatio
num.c.14. & Corraſius lib. 2.miſce-
lanearum.cap.25.num. fin.circa quas
rationes videndus eſt Alciatus , in
c.placuit, numer. 97. de pręſcriptio.
& Caſaneus in conſuetudinibus Bur
gundię, rubric.4.§.7.verb.ſuppoſ.n.
15.cum ſequentibus, Guillermus Be-
nedictus in.cap.Raynuntius , verbo
quidam, nu.86.de teſt. & Rip.in ſuis
reſp.c.6.nu.2.Gomecius, in.l.50.Tau
ri,nu.63.& in.l.60. num.1.Iulius Cla-
rus lib.3.ſenten. §.donatio , quæſt.9.
Dueñas,regula.219.Et in tantum ve-
rum eſt,quod non valeat talis dona-
tio inter virum & vxorem , vt idem
ſit inter ſponſum & ſponſam de prę-
ſenti . Hæc eſt communis opino ſe-
cundum Socin, conſi.123. vol.1.nu.3.
& eã ſequũtur plures relati per Due-
ñas,regul.221.ampliat. 1. vbi poſſuit
7.ampliationes & 17.limitationes.Et
2 non ſolũ donationé expreſſã,ſed etiã
tacitã,inter cõiuges non valere tenet
Salic.in.l.ſi donationis.C.de contraé
da emptione,& ſecund. Palat.Rub.in
repetitio.c.in rubri.§.21.nu.5.nó fir-
matur iuraméto donatio tacita,ſicut
neq; expreſſa(vt infra dicemus.n.4)
Si verò in tali donatione interueniat
traditio rei donatę,valebit talis dona
tio,& per mortem confirmabitur:ita
tenet gloſ.ſingularis , iuxta tex.in.l.
Papinian.ff.de donationib.inter virũ
& vxoré,& eſt communis opinio ſe-
cund.Iaſſ.in.l.frater à fratre. n.45.ff.
de cõdictio. indebiti, in.2. lectura,&
in.1.nu.20.& dicit etiam communé
Palac.Rub.in.l.17.Tauri, nu.11.& So
cin.regul.105.falencia.1.dicit cõmu-
nem Tiraquell.de conſtituto,1.p.nu.
84.aliàs 48.cũ ſequentibus ; & Paul.
de Caſtr.conſi.138. vol.1.nu.1.Couar.
in rub.de teſt.3.p.n.3.Cagnol.in.l.con
tractus,num.43.de reg.iuris, & dixit
communem Roderic. Xuar.in.l.quo
niam in prioribus , limitatio. 5. C.de
3 inofficioſo teſtam. Et vide caſum in
quo donatio non cõfirmatur morte
mariti,qué tradit Iaſ.nu.11.& Zaſi.in
l.2.in princ.ff.ſoluto matrimonio, &
alium tradit Tiraquell.poſt leges con
nub.gloſſ.5.nu.59.& in.l.ſi vnquam,
verbo donatione largitus,num. 154.
& 170. C. de reuocandis donationi-
bus,& in nu.134.dixit optimum ver
bũ(quod habui de facto) quod vt ta-
lis donatio valeat,requiriturquod ſit
æqualis , aliàs etiã ſi fuerit reciproca
nó valebit data inęqualitę,neq; mor-
te confirmabitur,quod tenementi,&
latius dicam in quæſt. 140.nu.8.
4 Redendo tamen ad noſtram princi
palem quæſtioné,partem affirmatiuã
quod per fictam rei traditioné confir
metur donatio inter virũ & vxoré,
tenet Rub.in rub.§.36.n. 7. & in.n.9.
dixit aureã gloſſ.in l.2.C.de dote cau
ta non numerata,quæ tenet iſtã con
cluſioné, & dixit ordinariã,& cõmu
niter approbatam Soci.in.l.1. §.ſi vir
vxori,num.14.ff.de acquirenda poſ-
ſeſsione,& citat aliquos additio Segu
ræ,in.l.vnum ex familia. §.ſed ſi fun-
dum,nu.124. ff.de lega. 2.& latè diſ-
ſerit Tiraquellus , in.l.2.§.creditum,
num.37.ff.ſi certum petatur.
Sed contrariã opinioné(imò ꝙ non
ſufficiat traditio ficta ad cõfirmatio-
nem donationis)tenet Ripa,& alij ab
eo relati, in lib.3. reſpóſorum.c.17.in
fine. Hodiè autem per legem 17. Tau-
ri , ſufficit ficta rei tradictio ad con-
firmationem donationis ; & ita Ci-
fuentes ibi,num. 2. illud notauit, &

 poſſuit

poſſuit. 9. caſſus, in quibus idem operatur traditio vera, quam ficta. Idem tenet Antonius Gomez ibi, num. 15. & in l. 45. Tauri, nu. 31. quod ſemelhabui de facto, & ita conſului.
5 Aduertendum tamen eſt, quod ſi donatio inter coniuges fuerit iurata, ſtatim valet, neq; ad confirmationé erit neceſſaria rei donatæ traditio. Ita Bar. in l. ſi quis pro eo, in fine. ff. de fideiuſſoribus, idem Bart. in l. Seius, & Augerius. ff. ad l. falcidiam, & eſt communis opinio ſecund. Abbatem, vbi Prępoſitus in d. c. fi. de donationibus, inter virum, & eſt communis ſecundum Iaſſ. in l. pacta quæ contra. C. de pactis Anto. Gabriel, lib. 3. comm. tit. de donationibus, conclu. 3. Couarr. in rubric. de teſt. 2. p. nu. 10. qui alios refert, vltra quos reperies, quod illam dixit communem Ripa d. lib. 3. reſpõſorum. c. 4. nu. 6. & reſpon. 6. nu. 2. & in l. ſi vnquam, quæſt. 13. n. 35. C. de reuocandis donat. & in q. 14. nu. 30. Dixit etiam communem Purpuratus, in d. l. 2. §. creditum, nu. 32. ff. ſi certũ petatur, & Alciat. in c. cum contingat, nu. 197. ff. de iure iurand. dixit etiam communem Corn. conſi. 77. num. 15. vol. 1. Roma. conſi. 44. Barbac. conſi. 59. volu. 2. & ex noſtratibus idem tenet Greg. in l. 4. tit. 11. p. 4. gloſſ. 1. Gometius in l. 53. Tauri, nu. 66. & in 2. tom. variarũ, nu. 26. c. de reſtitutione minorum, Dueñas vbi ſupra, regul. 219. Michael Craſſus de ſucceſsionibus. §. 29. nu. 11. Tellus Fern. in l. 17. Tauri, nu. 92. & Iul. Clar. lib. 4. receptarum ſent. §. donatio, quæſt. 9. Et ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo, reſoluit doctiſsimus Ioan. Gutierr. de iuram. confir. 1. par. c. 3. nu. 7. qui latè proſequitur iſtam ſententiam, pro qua fa-
6 cit; quia donatio inter patrem & filium in poteſtate conſtitutum, firmatur iuramento, ſecund. Bald. in l. irritũ, nu. 8. C. pro donato: cuius opinio communis eſt ſecund. Alex. conſi. 8. nu. 3. lib. 2. Roland. à Valle, conſi. 8. n. 19. lib. 1. & conſi. 25. nu. 15. & 77. lib. 2. Iul. Clar. §. donatio. q. 8. aſſerẽs hodie nullam habere difficultatem in practica, quam ſequitur Hieronym. Gabriel, conſi. 63. dicens magis cõmunẽ.

Contrariam tamen ſententiam in hoc dixit communem Corn. conſi. 221. nu. 2. lib. 1. & 186. num. 18. lib. 2. & in conſi. 36. nu. 2. lib. 3. & magis communem Legiſtarum, & Canoniſtarũ, Ripa, in 11. reſponſ. & in. 5. lib. 3. & duas communes contrarias refert Fabius Turretus, cõſi. 97. à nu. 39. vol. 1. Sed veriorem eſſe contrariam dixit, & cõmunem Dec. conſi. 216. & 239. col. 1. & dicit etiã cõmunem idẽ Dec. in l. pacta quæ contra. C. de pactis, & aſſerit etiã cõmunem Crot. in l. frater à fratre, nu. 17. ff. de cond. in deb. & latiſsime Gutier. ſupra, c. 4. & per Ant. Gabri. ſupr. lib. 3. cõcl. 4. Sed his, & alijs fundamentis nõ obſtantibus, contrariam opinionem, imò quod donatio inter virũ & vxorẽ non firmetur iuramẽto, tenet Bar. ſibi cõtrari⁹, in d. l. 1. de don. inter virum & vxorẽ, & ibi Bald. Sal. & Fulgoſ. idem Bart. in l. cumquis decedẽs. §. Ticiam. ff. de leg. 3. & Angel. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſoribus, Henric. in d. cap. fin. de donationibus, & hanc opinionem dixit communem Socin, conſi. 65. volu. 1. Curtius ſenior, conſi. num. 20. cum ſequentibus, & Alciatus, & (ab eo relati) dicto numer. 292. & tradit à Dueñas, regula. 219. ampliatione. 2. in verſicul. contrariam opinionem, & hanc aſſerit communem Caſſaneus, in conſuetudinibus Burg. rubric. 4. in verb. ſuppoſſe, nu. 27. vbi dicit, quod doctores, qui tenent iſtã partem ſunt longe plures, & excellentiores, & longe maioris authoritatis: tamẽ ipſe fallitur, quia prima opinio eſt verior & communior, & ab ea non eſt recedendum in iudicando





& conſulendo, vt tradit Gutier. ſupr. maximè de iure canonico, vt in c. quanuis pactum de pactis in 6. c. licet mulieres, de iure iurãdo, in 6. ꝙ etiam eſt ſeruãdum de iure ciuili, cum illud iuramentum poſsit ſeruari licitè, ſine interitu æternę ſalutis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Lex ſi fundum. ff. de fundo dotali, declaratur.*
2 *Concordia opinionum refertur.*
3 *Præſcriptio immemorialis procedit in rebus prohibitis alienari.*
4 *Molina reprobat Gomecium.*
5 *Bona maioratus Hiſpaniæ præſcribuntur per longi temporis præſcriptionem contra poſſeſſorem.*
6 *Præſcriptio immemorialis nocet omnibus maioratus ſucceſſoribus.*
7 *Præſcriptio immemorialis habet vim tituli, & priuilegij.*
8 *Bona maioratus præſcribi poſſunt, quando perueniunt ad dominum non prohibitum alienare.*

## QVÆSTIO. 13.

### *Vtrum res prohibita alienari, præſcribi, vel vſucapi poſsit. Communis contra communem.*

REM prohibitam alienari, vſucapi, vel præſcribi non poſſe, tenet gloſſ. per tex. ibi, in l. 2. C. de vſucapione pro emptore, quam dicit communem Ripa, in l. filius familias. §. diui. ff. de legat. 1. numer. 113. & Alexand. conſi. 1. num. 23. volum. 4. & dixit communem Ferdinandus de Loazes, in d. §. diui, numer. 506. eandem opinionem tenet Bart. in l. vbi lex. ff. de vſucapionibus, vbi Pomates ad ipſum dixit communem. Dixit etiam communem Tiraquell. de iure primogeniturę, quęſ. 30. nu. 4. & in tractatu de vtroq; retractu. §. 1. gloſ. 9. num. 246. vbi alios citat pro hac opinione, quam ſequi-
1 tur Socinus regul. 13. in verb. alienare, Euerard. in Topi. loco. 23. pro qua opinione facit tex. in l. ſi fundum. ff. de fundo dotali, cuius tex. eſt comm. intellectus, quod ibi fuit tradita poſſeſsio non vacua, ita intellexit Iaſſ. in §. ſic itaque diſcretis, col. 1. in fine, inſtitutis de actionibus, & eſt cõmunis intellectus, ſecund. Rogerium de Monte, in l. traditionibus, colum. 3. C. de pactis, & pro limitatione illius text. videndus eſt Socinus in. l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquirendã poſſeſsione, & dicit magis communem opinionem Anto. Gabriel, lib. 5. tit. de præſcriptionibus cõclu. 1.

Sed contrariã opinionẽ, imò ꝙ res prohibita alienari poſsit præſcribi, tenet Bar. in d. §. diui. n. 22. cui⁹ opinio comm. eſt ſecundum Balb. in tractatu præſctip. in. 5. parte. 5. partis. quæſt. 4. num. 34. & latè Rodericus Xuarez, allegatio. 3. & Socinus, conſi. 75. vol. 1. Tiraquellus de retractu lignagier. §. 1. gloſſ. 9. num. 247. qui refert duas communes opiniones contrarias.
2 Sed hęc contrarietas poteſt ad amicitiam redduci, & concordiam, vt prima opinio procedat in pręſcriptione 10. vel. 20. annorũ, ſecunda verò opinio in pręſcriptione longiſsimi tẽporis 30. vel. 40. annorũ: nã huiuſmodi præſcriptio rectè procedit in rebus
3 prohibitis alienari, ſecũ. Paul. in l. fi. § ſed quia noſtra, alias, ſin autẽ. C. communia de legatis. Et hanc opinionẽ, & cõcordiã dicit comm. Carol. Molin. ad Alex. conſi. 29. vol. 3. & latè Socinus, conſi. 251. colum. penul. & cõnſi. 266. colum. 6. volum. 2. & tradit Mo-
4 lina (his non tacitis) lib. 4. de Hiſpanorũ primogen. c. 10. n. 2. contra Gomeciũ in l. 40. Tauri. n. 90. Pro qua ſententia benè facit, tex. in d l. fi. §. ſin autem. C. communia delegatis: & ſic bo

6 na maioratus Hiſpaniæ, præſcribitur per longi temporis præſcriptionem, contra poſſeſſorem, & ſi fuerit præſcriptio immemorialis, omnibus nocet ſecund. Moli. ſupr. nu. 9. Greg. in l. 10 tit. 26. p. 4. in verb.* *Ni le empece*,* & Xuar. allegatio. 3. & ratio eſt quia in memorialis præſcriptio habet vim tituli, & priuilegij: tex. in l. hoc iure.
7 §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & ſtiua. c. ſuper quibuſdam. §. præterea
8 de verborũ ſignificatione, & ſic præſumitur, ꝙ præceſsit regia facultas, vel conſenſus inſtituentis in tali alienatione, quę cauſatur per præſcriptionẽ; vt notant DD. in l. ſciendũ. ff. de verborum oblig.

Limitanda tamen eſt ſingulariter concluſio illa, quando res prohibita alienari perueniſſet ad dominum nõ prohibitũ, quia tunc benè poſſet præſcribi per alium tertiũ, etiã præſcriptione longi temporis. Ita Paul. Caſtr. in l. fi. §. ſin autẽ ſub conditione, col. 3. C. cõmunia deleg. & Cor. in l. fi. C. in quibus cauſis in integrũ reſtitutio colu. fi. vbi Cyn. in oppoſitione. 6. & Paul. & Salicet. Bald. in l. 2. C. de vſucap. pro emptore, Xuarez ſupra, allegacion. 3. Ripa in d. §. diui, nu. 116. Pariſius, conſi. 23. num. 196. volu. 1. & dicit eſsè communem opinionem Loaces, in d. §. diui. n. 608. (licet contra tenuerit Curt. iunior, in authentica res quę. c. cõmunia deleg.) Sed prima opinio communior eſt & tenenda, in iudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 14.

*Vtrũ dominus propria authoritate poſsit priuare emphytheotã emphytheoſi, ſi penſio non ſoluatur intra biennium. Comm. contra comm.*

Emphytheota ſi nõ ſoluit canonem intra trienniũ, poteſt per dominum repelli, & priuari emphytheoſi. Ita probat tex. in l. 2. C. de iure emphitheotico, ibi:* *Si Dominus voluerit*,* & ibi, *Voleti*,* & ibi notant Angelus, Baldus, & Salicetus, & plurimi citati per Tiraquellum, in l. ſi vnquam, verbo reuertatur. C. de reuocandis donationibus, numer. 8. & idẽ tenet vnico verbo, poſt leges connubiales, gloſſ. 6. numer. 93. & eſt communis opinio ſecundum Iacob. in authent. qui rem, nu. 84. C. de ſacroſanctis, & dicit communem Curt. iunior, conſi. 100. aliàs. 110. nu. 23. & conſi. 149. nu. 3. Hoc præmiſſo, dubiũ eſt in quæſt. principali, an Dominus propria authoritate poſsit emphytheotam priuare emphytheoſi, canonem non ſoluentem, an requiratur authoritas iudicis: & partem affirmatiuã tenet gloſ. verb. expelli, in c. potuit delocato, gloſ. in verb. repellere, in l. 2. C. de iure emphiteotico; & eſt communis opinio ſecundum Tiraq. in d. l. ſi vnquam, verb. reuertatur, nu. 145. & 74. & dicit communem Dec. conſi. 146. n. 7. & latiſsimè (pro vtraque parte) Iacob. in ſupra, nu. 85. vſq; ad numerum 86.

1 Sed contrariam opinionem, imò quod requiratur authoritas iudicis, dixit communem Albericus, in d. l. 2. numer. 3. C. de iure emphyteotico, prout refert Socinus, conſi. 167. numer. 14. volum. 2. Quam opinionem ſequutus fuit parlamentum Delphynatus, vt refert Guido Papa, deciſſione. 107. numer. 1. & hanc dicit æquiorem, & tutiorem Iulius Clar. in. §. emphyteoſis, quæſt. 11. & quod ita ſeruatur in practica, & ita tenẽdũ eſt in iudicando & conſulendo, licet contraria opinio ſit cõmunior, quod poſsit domin⁹ propria authoritate expellere ita reprobatur, cõmuniter gloſſa. in d. l. 2. in quantum tenu it, quod per libellum dominus petat à iudice emphyteotam repelli, ſecundum Socinum, conſi. 167. num. 17. vol. 2. adde tamen, quod in hoc caſu requiritur partis citatio, vt eſt cõmunis opinio, ſecund. Iaſſ. in d. l. 2. n. 11. & noſtra concluſio eſt intelligenda in rebus Eccleſiaſticis, vt in c. potuit delocato. In re autem profana, requiritur triennium, vt in l. 28. tit. 8. part. 5. & quomodo, & quo caſu ſit practicanda, tradit Couarruuias, lib. 3. reſolut. cap. 7. num. 1. in verſi. praxis tamen eſt, & Matthæus de Afflictis, deciſsio. 80.



## SVMMARIVM.

1 *Circa tex. & eius materiam in l. vnica C. ſi de momentanea poſſeſsione fuerit appellatum, refertur communis opinio contraria.*

2 *Minor, qui appellare non poteſt in cauſa poſſeſsionis, poteſt in integrum reſtitui, & de iure canonico appellari poteſt.*

3 *De nullitate agi poteſt, quando appellatio prohibetur, & ibi declaratur. l. 64. Tauri,*

4 *Minor læſus poteſt reſtitui etiam in beneficialibus, & ibi intelligitur tex. in cap. fi. de iudicijs, in 6.*

5 *Minor in beneficialibus, maior reputatur.*

6 *De iure regio in cauſa poſſeſsionis admittitur appellatio.*

7 *De negatio appellationis in cauſis poſſeſſorijs, intelligitur quoad effectum ſuſpenſiuum, ſecus quoad de volutiuum.*

## QVAESTIO. 15.

*Vtrum à ſententia lata in cauſa poſſeſsionis appelletur ad materiam legis vnicæ. C. ſi de moment. poſſeſsion. fuerit appellatũ. Communis contra communem: & quid iure regio.*

Non leuis ſe offert diſputanda quæſtio, an à ſententia lata in cauſa poſſeſſionis, (circa tex. in d. l. vnica) admitatur ap-
1 pellatio. Et in primis ſuppono, quòd licet de iure ciuili à ſententia poſſeſſionis non appelletur, vt tenet Ripa, dicens communem in. c. ſæpe, nu. 3. de reſtitutione ſpoliatorum, dicit etiam communem Imola, conſi. 142. num. 4. Decius in. l. fin. C. de ædicto diui Adriani tollendo, & Pariſius, conſi. 108. vol. 1. num. 13. Couarr. practicar. quæſt. c. 23. nu. 8. Molin. lib. 3. de Hiſpanorum primogen. c. 13. nu. 9. & nouiſsimè Felicianus de Solis, in tractatu de cenſibus, lib. 2. capit. 1. numer. 11. Gracian. regul. 413. & Salzedo ad Bernandum Diaz, regul. 36. limitatione fin. & Gutierrez in practicis canonicis, cap. 34. nu. 99. in tantum, quod neque ſupplicatio admittitur ſecundum prædictos doctores; quod eſt de mente Bart. in. l. 2. ff. de appellationibus recipr. Abb. in. capit. cum ad ſedem, in fin. de reſtit. ſpol. tamen de iure canonico benè appellatur, & in hoc non eſt dubiũ, ſecundun Bar. in d. l. 2. & hæc eſt commmunis opinio ſecundum Salicetum, in d. l. finali, & dicit communem Abb. in d. capit. cum ad ſedem, Alexandr. conſi. 99. volumin. 5. & dixit communem Decius, conſi. 28. column. 3. in fine, & Curtius iunior, conſi. 168. numer. 39. idem tenent relati per Robertum Marantam, de ordine iudiciorum, fol. 185. numer. 295. dixit etiam communem Iafredus Balb. deciſsione. 445. & fatetur communem Corraſius, in. l. naturaliter. §. nihil commune, numero. 8. ff. de

ff.de acquirenda poſſeſsione,Ripa in l.hoc interdicto, num.10.ff.quorum bonorum, dixit etiam communem Matthæus,de Afflictis,deciſsio.Neapolitana.269.nu. 2. & aliquas limitationes adducit ad illum tex.Bernard. Diaz, regul.36. Dueñ.regul. 24. qui ſolum Corraſium citat, dicens hanc eſſe communem, quod illa lex vnica procedat inquolibet poſſeſſorio,quã ante eum dixit communem Decius, in d.conſi.28.nu.5.& hæc communis opinio approbaturin l.28.deMadrid, prout tradit Gomec. in. l. 45.Tauri, nu. fin. in verſi hodie autem de iure regio.

3 Aduertendum tamen eſt,quod licet à ſententia in poſſeſſorio de iure ciuili non poſsit appelari, poteſt tamen talis ſentẽtia de nullitate argui. Iſta eſt communis opinio ſecundum Curtium iuniorem, conſi. 163.nu.9. & ſic hodie ex. l. 64.Tauri,licet non admitatur apellatio à mãdato de exequendo, vt notant ibi DD. & Azeuedo in l.3.tit.21.lib.4. de recop.nu. 2.Bernard.Diaz regul.43. tamen ſi allegetur nullitas notoria,prout eſt defectus iuriſdictionis,vel quod perſona contra quam fit mandatũ de exequendo, non eſt contenta in obligatione,tunc,licetnõ admittatur appellatio ad ſuſpendẽdã executionem, admitetur ęquidem exceptio nullitatis. Ita Couarr. in practicis.c.25.nu. 4.Oldra.conſi. 106. & Mexia ad legẽ Toleti, in reſpon. ad ſecundam partem,in.1.fundamento, fol.mihi.165. nu. 26. & Azeued.in. l.3.tit.21.lib.4. recop.nu.6.&tradit Anton.Gabriel, lib.6.comm.tit. de ſtatutis cõclu.3.& Gomecius.3.tomo variarum. cap.12. nu.8 in fine,quæ ſunt notanda pro limitatione &declaratione dictę legis, quæ licet loquatur in caſu nullitatis, eſt in telligenda,quãdo allegatur nullitas,quę requirit altiorẽ probationẽ & indagationem: ſecus autem quando nullitas eſt notoria, & conſtat ex actibus proceſſus.

4 Præterea notandum eſt, quod illa lex habet locum in quolibet poſſeſſorio, vt eſt communis ſecundum Decium,conſi.28. nu.5.Sed dubitari ſolet circa illam legem, an ea ratione qua minor non poteſt appellare à ſententia poſſeſsionis,non poſsit in integrum reſtitutionem petere, & gloſſa ibi magiſtraliter tenet,quod non cenſeatur prohibita in integrum reſtitutio:quam concluſsionem ſequuntur doctores,ſecundũ Gom.Arias in l.26. Taur.n. 108.& eſt gloſ.in d.l. 1.verb. reformationem. exqua collige,quod quanquam minor. 25.annis admitatur in aliquo actu, tanquam maior, vel iudicialiter, vel extraiudicialiter, tamen non per hoc cenſetur interdicta in integrum reſtitutio,ſi aliàs ſibi competebat, ſequitur ibi Cyn.Odofredus,Bart.Alber.Bald.Paulus,& Salicetus,& plurimi relati per Boeriũ, deciſsio.350. col. 8.& dixit communem Alex.in l.more. ff.de acquirenda hæred.Iaſſ.in l. ſciendum,num.33. ff. de verborum dixit comm. Socin. in conſi.299.vol.2.

Ex quibus infertur intellectus ad c. ſi.de iudicijs lib. 6. vbi in beneficialibus minor admititur in iudicio.Nam tex. ille non excludit, leſionẽ quia ſi minor ibi læſus fuerit,poterit nihilo minus reſtitui,licet contrariũ tenuerit Mauricius de reſtitutio.c.247.dicẽs paſsim determinari, quod minor admiſſus vt maior,nõ reſtituatur, & in c.114.in princ.non eſſe verum minorem in iudicio poſſeſſorio, vt maiorem admiti.

Sed verius eſt, quod minori competat reſtitutio,ſi lęſus fuerit,ita Couarru.lib.1.variarum.c.5.à nu. 8. qui latè agit de materia illius tex. & nouiſsimè Flamin.de reſignatio.beneficiorum, lib. 3. quæſt.7.qui latiſsimè declarat,quando minor in ſpiritualibus



bus & beneficialibus poſsit contrahere ſine ſpe reſtitutionis.

Ex quibus venit reprobãdadoctrina gloſſæ in. l.ait prætor in princ.ff. de minoribus,quę vult minorem nõ reſtitui aduerſus renunciationem
5 beneficij, etiam ſi fuerit læſus in ea, ex ea ratione,quia minor in beneficialibus,maior reputatur per tex. in d.c. fin.quam gloſſam ſequitur Cardinalis in.c.ex parte de reſtitutione ſpoliatorum,Peruſinus in.cap.dudum de pręb.in.6.quam intelligerem,quando iam beneficium eſſet alteri collatum,& ſic re non integra,arg.tex. in l.fin.C.de ſententiã paſsis & reſt.iuxta authenticã, idem eſt de Neſtorian. C.de hæreticis,aliàs minor reſtituendus erit,ſecundum gloſſam in d.c.ex parte:quam frequentius DD. ſequuntur,ſecundum Gouarr.lib.1.variarũ. c.5.nu.1.Matienç. in. l.1.tit.11.gloſ.7. nu.5.contra Pinelum in.l.2.de reſcindenda.1.p.c.3.nu. 16.de quo artic.videndus eſt Greg. in. l. 56. tit.5.part.5. verbo,* *Menos,* * circa finem.

Rurſus concluſio principalis huius quæſtionis eſt intelligenda,& declaranda quoad effectum retardandæ executionis,ꝙ non admitatur appellatio in poſſeſſorio iudicio,ſecus autem quoad effectum deuolutiuũ: ita Bar.in.l.2.ff.de appell. recipiẽd.Bald. in d.l.vnica, Abb. in.c.cum ad ſedẽ, de reſtitutione ſpoliatorũ.Et eſt communis opinio ſecundum Robertum Marantã, de ord. iud.fol.285.nu.94. in quo articulo eſt etiam alia communis opinio contraria,nam Decius in conſi.28.num.4.tenet contrariam ſententiã, imò quod indiſtinctè prohibeatur appellatio quoad vtrunque effectum; vbi dicit communem: ſed
6 1.opinio eſt tenenda, ſecundum Ripam in d. c. ſæpe,de reſtitutio.ſpoli. n.3.quẽ ſequiturParlado lib.2.rerum quotid.c.5.nu.31.opinio tamen Dec. ſuſtineripoteſt de iure regio, quo in ſpecto,appellatio habet locum(etiam
7 in poſſeſſorio) quo ad effectum ſuſpenſiuum,& deuolutiuum, ita quod ſit impedienda executio ſententiæ, interpoſita appellatione,vt in d.pragmatica.42.quæ eſt. l. 9.tit.7. lib.5.recopil.ita tenet & declarat vltra omnes Ioan.Garcia,de Hiſpanorum nobilitate,gloſſ.1.§.2.nu. 5. vbi nouiter d.l.vnicam,interprætatur,& tenet expreſsè Gomecius, in d. l. 45. Tauri, nu.fin.in fine,& Gutierr.in ſuis canonicis quęſtionibus.c.35. nu.97.vbi limitat,& declarat hanc concluſionẽ.

## QVAESTIO.16.

*Vtrum confeſsio præiudicet confitenti, nõ ſequuta aceptatione: & quid iure regio. Communis contra communem.*

Confeſsio vt præiudicet confitẽti,debet fieri pręſente parte, tex. in. l. certum.§.ſi quis abſente.ff.de cõfeſsis. Quem tex.pluribus exornat, & limitat Hyppolit. in rubric.de prob. num.89.aliàs 106. idem in ſingulari.202.Felin.in.cap.ſi cautio de fide inſtrumentorum,& nouem falencias poſsuit ad eam Dueñ. regul.119.& iſtam concluſionem docet gloſſ in.l.cum de indebito.§.vlti. ff.de prob.quã ſequunturBald.conſi. 380.volu.5.Ruynus,conſi.199.nu.13. vol.2.Natt.conſi.21.nu.9.lib.1.Hyppolytus de Marſilis,ſingulari.339. & hanc dicit communem opinionem Hercul.intractu deprob.neg.nu.198. in verſi.46.fallit.Anton. Gabriel,tit. de confeſsis,lib.1.cõclu.1.& Maſcardus lib. 1.de probationibus conclu. 347.qui vltra omnes latiſsimè explicat iſtam materiam,& Tiraq.de retractu.ligna.§.1.glo.14.nu.55. Quę quidem concluſio,non procedit in confeſsionefacta ad liberandum,quia etiã

parte abſente obligat, & eſt commu-
nis opinio ſecundum Baldum conſi.
466.vol.4.& diximus in quæſt. 210.
ſed gloſ.in.l.idem in duobus.ff.de pa
ctis,dicit talem confeſsioné non ple-
nè probare,cuius opinio videtur có-
munis ex traditis per Felin. in d.c.ſi
cautio,nu.32.& in hoc articulo duas
contrarias opiniones refert Mencha
ca,lib.3.de ſucceſsionum creation.1.
1 part.§.23.num.29. qui reſoluit,quod
confeſsio extraiudicialis(etiam libe-
ratoria)non nocet confitenti,non ſe
quuta aceptatione.Quo ſic permiſſo,
dubiũ eſt in quæſtione principali, an
ſit neceſſaria acceptatio, vel ſuficiat
2 quod pars fuerit præſens,vt prȩiudi-
cet confitenti, & quod requiratur a-
ceptatio partis, & non ſufficiat eius
præſentia, tenet Alex.conſi.174.nu.
7.vol.6.& dixit communem Ripa in
rubric. ff. de verborum, num.22.vbi
Alciat.nu.3.& in præſſumptione.21.
regul.3.Acoſt. in.l.ſi ex cautione,nu.
9.C.de non numerata pecunia.
3 Sed contrariam opinionem (imò,
quod non requiratur aceptatio par-
tis)teſtatur communem Maranta,de
ordine iudiciorum,cap. de confeſsis,
nu. 2. & dixit communem Socinus,
conſi.228.nu.6.vol.2.&Dueñ.regul.
119.limitatio. 1. & Roland.conſi.26.
nu.8.& 19.vol.1.Pariſi.conſi.30.num.
45.vol. 2. quam opinionem ſequitur
Anton.Gabriel,lib.3.conclu.2.tit.de
confeſsis,& Gutier.de iuram. confir.
1.par.c.54.nu.20.& pro hac opinio-
4 ne eſt tex. in.l.plubia Mæuia.§.fin.ff.
depoſiti .l. cum de indebito. ff. de
probationibus.l.fi. tit.13. par.3. & ſic
Gutierr.ſupra,defendit iſtam eſſe ve-
riorem,& tenendam ſententiam,tan
de iure communi,quã regio, & quod
non ſit neceſſária acceptatio, quãdo
confeſsio ſit parte prȩſente, maximè
5 ex.l.2.tit.16.lib.5.recop.(licet in hoc
videatur tenere contrarium) Men-
chaca,de ſucceſsionum creatio.lib.3.
1.par.§.23.nu.27. quam dicit eſſe no-
uam opinionem, & exiſtimo veram
ex d.l.2.

## QVAESTIO.17.

*Vtrum in confeſsione extraiu-
diciali,de iure canonico,requira
tur præſentia partis. Com-
munis contra cõmu-
nem.*

DVbitari ſolet apud ſcriben-
tes, an confeſsio extraiudi-
cialis requirat de iure cano-
nico prȩſentiam partis pro ipſius va
liditate & confirmatione, & partem
negatiuam tenet gloſ.in.cap.quotiès
cordis oculus. 1. quæſt.7.& eſt com-
munis opinio,ſecundum Felinum in
cap.ſi cautio,nu.27.de fide inſtrumen
torum,& etiam dixit communẽ De-
cius, conſi. 163.col.2. & Curtius iu-
nior, conſi.168.nu.10.& dicit etiam
communem Couarr.in.c.quanuis pa
ctum,in.2.par.§.4.nu.1.de pactis,lib.
6.& Alciatus in rubrica de verborũ,
num.11.
1 Sed contrariam ſententiam,imò
quod etiam de iure canonico requi-
ratur præſentia partis,dixit commu-
nem Alex.conſi. 180.vol. 6. aliàs nu.
7.dixit etiam communem Iaſſ.in.l.ta
le pactum,in princ.n. 18.ff.de pactis,
Alex.conſi.325.col.2.vol. 2.quã opi-
nionem ſequitur Menchaca, de ſuc-
ceſsionum creatione.1.par.§.23.n.26.
qui refert duas communes opinio-
nes contrarias,& Ruynus conſi.120.
vol.5.qui dicit iſtam communem, &
adducit gloſſ. in.d. cap. ſi cautio,vbi
Abb. nu. 16. notat,idem Alex.conſi.
179.nu.7. vol. 2. & Aymon Craueta
(qui plures refert) conſi.281.num.6.
&pro hac ſententia conſuluit Natta,
conſi.101.nu.14.in.3. part.(& hanc di
cit



cit magis communem opinioné Her
culan.in tractatu de proband. negat.
nu.198.verſi. 46. fallit,& Paulus Ca-
ſtrenſis,conſi.155.vol.2.vbi dicit Ca-
noniſtas hoc pro indubitato tenere
& Corne. conſi.123.vol.1.deciſ.Pede
montana.164.
2 Tamen primà opinio magis vera
& communis mihi videtur(de æqui-
tate canonica)quia ȩquitas canonica
non cõſiderat præſentiam partis, ſed
ſolam mentem,vt in.c.iuramenti.22.
quæſt.5.& gloſ.ſupra, in d.c.quoties
cordi,& in,c.1.de pactis,& iſtam ſen
tentiam amplectitur. Ioſephus Maſ-
card.in vol. 1. probationũ, cõcl.347.
nu.58.vbi refert plures doctores pro
vtraque parte,à nu.57. Et re vera,in
tot varietate opinionum hȩc eſt quȩ
ſtio pro amico, licet mihi magis pla-
ceat vltima opinio,propter ſummam
æquitatem canonicam, quæ non cu-
rat de apicibus iuris.

## *SVMMARIVM.*

1 *Cap.at ſi clerici de iudicijs, declara-
tur.*
2 *Confeſsio extraiudicialis facit indicium
ad torturam,ſecundum aliquos: ſed con-
trarium eſt verius.*
3 *Confeſsio extraiudicialis geminata,facit in
dicium ad torturam.*
4 *Confeſsio duobus teſtibus comprobata,tem
pore & loco,facit indicium ad tortu-
ram.*

## QVÆSTIO. 18.

*Vtrum confeſsio facta coram iu
dice incompetenti, faciat indi-
cium ad torturam. Com-
munis contra com-
munem.*

COnfeſsionem factam corã iu-
dice incompetenti,non face-
re indicium ad torturam te-
net Anton.in.c.at ſi clerici, de iudi-
tijs, per illum tex. vbi clericus con-
uictus, & confeſſus de crimine co-
ram iudice ſeculari, non punitur: &
hæc eſt communis opinio ſecundum
Marcum Antonium,in.l. fi.ff.de quæ
ſtionibus,n.214.& 215.& dicit Imol.
in d.cap.at ſi clerici,quod hȩc eſt ve-
rior opinio.
1 Sed contrariam opinionem, imò
quod talis confeſsio faciat indicium
ad torturam,tenet Imol. in d.cap.at ſi
clerici,nu.7.&dixit communẽ Alex.
nu.7.Decius.8.Lancelotus col.1.So-
cinus,colu. 3. in.l.magiſtratibus.ff.de
iuriſdictione omnium iudic.& dixit
communem opinionem Boerius,de-
ciſsio.90.num.3.& quod ita ſeruatur
2 in practicà,teſtatur Imola ſuprà. Qui
bus non obſtat tex.in d.c.at ſi clerici,
vbi confeſsio facta coram iudice in-
competenti,eſt ipſo iure nulla (& ex
ea nullo modo poteſt ſequi condem-
natio)quia ille tex. procedit quando
agitur depuniendo delicto pœna or-
dinaria,ſecus verò quando agitur ad
torturã.De cuiꝰ tex. intellectu,vltra
ordinarios agit Gomec.in.3.tom.va-
riarum,cap.12.num.8.in fine,& in.13.
nu.8.qui mouet quæſtionem, an con
3 feſsio extraiudicialis faciat indicium
ad torturã: & gl.in.l.capite.5. ff.de a-
dulterijs tenet quod ſic,quæ eſt com-
muniter approbata ſecundum Hyp-
politũ,ſingulari.310.& in.l.1.§. diuus
Seuerus.ff.de quȩſtionibus.
4 Sed illa gloſſȩ opinio non eſt vera,
imò contrarium eſt tenendum in cõ
ſulendo & iudicando, quod tamẽ in-
telligerem in confeſsione ſimplici,
ſecus ſi confeſsio fuerit geminata,ex
traditis à Bart.in.l.cum ſcimus.C.de
agricolis & cẽſitis,li.12.Paul.cõſi 172.
& conſi. 100. & tunc talis confeſsio
debet duobus teſtibus probari, qui
depo-

deponant de tempore & loco:ita reſoluit D.Luduuic.de Peguera in ſuis quæſtionib.c.17.nu.3. Et eſt vidédus tex.in.l.7.tit.10.par.3. in gloſ. * *Algun hombre,* * & quę dicemus in.q.393.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pœna falſi eſt arbitraria,cū qualitas perſonæ conſiderari debeat.*

2 *Falſitas debet dolo cōmitti, ad incurrēdam pœnam falſitatis.*

3 *Falſitas eſt mutatio veritatis.*

4 *Pœna clerici falſarij traditur remiſiuè.*

5 *Falſitas nemini nociua non punitur pœna ordinaria delicti,ſed arbitraria.*

## QVAESTIO.19.

### *Vtrum falſans inſtrumenta, vel teſtes, cadat à cauſa. Communis contra communem.*

COnclusio iuris eſt, quod falſans acta cauſæ cadit à cauſa: ita probat text.in. l. infraudé. §.quoties.ff.de iure fiſci,quod tamen intelligitur per ſententiam,non ipſo iure,ſecundum Bald. in. cap. olim de reſcriptis,vbi repræhendit Andream Siculum,col.10. qui aſſerebat contrarium,cuius opinionem ſequitur Boerius,deciſio.291. colu. 2. Sed profectò verior eſt Baldi opinio,quia verbū cadat (de quo in dicto.§.quoties) denotat ferendam ſententiam,& iſta eſt verior,& communior opinio, ſecundum Tiraquell. in. l. ſi vnquam, verb.reuertatur.nu.188.C.de reuocādis donationibus.

Quo ſuppoſito, dubium eſt,an idé ſit dicendum, ſi aliquis falſauerit teſtes, vel inſtrumenta: & in tali caſu non cadere à cauſa tenet Bart. in. §. quoties, & eſt communis opinio ſecundum Boerium, deciſsio. 291. nu. 3.& rurſus in col. fin. dicit eſſe communem opinionem bis,&dicit etiam communem Felin.nu. 20. & Decius, num.21.in.c.cum venerabilis de exceptionibus. Contrariam tamen opinionem, imò quod falſans inſtrumenta cadat à cauſa,dicit communē Cardinalis in.c. olim. 12. notabil.de reſcriptis,& de pœna falſi,loquitur tex. in.l.1.§.fin.ff.ad.l. Corneliam de falſ. & tradit Gomec.in.l.83. Tauri,nu.13, & latè Caſtillo ibi,& Menoc. de arb. caſu.306.n.4.&eſt tex.de iure regio, in.l.6.tit.7.part.7.vbi Greg. verbo. *
1 *Deſterrado,* * dicit,quod pœna falſi eſt arbitraria,quia ſecundum illam legé partitę,debet cōſiderari qualitas perſonę.Eſt tamen neceſſarium ad incurrendam pœnam falſi,quod falſitas dolo comitatur, aliàs non dicitur propriè falſum. lex neque exemplum.C.
2 de accuſationibus : & ſecund.Baldū, vbi eſt bona mens & intentio,ibi nō poteſt eſſe falſitas: ita notat Greg.in l.1.tit.7.par.7. verbo. * *Mudamiento de verdad,* * Et illa lex,eſt ad hoc ſatis notabilis,vbi ponitur diffinitio falſita-
3 tis,quę eſt veritatis mutatio, vt docet Marſil.conſi.77.nu.8.Ruyn.cōſi. 42.nu.18.vol.2. Crauet. conſi. 75.nu. 17.Alex.conſi.15.nu.3. Roland.conſi. 38.n.38.volu. 1.Cęphal. conſi. 330.n. 18.Menoch. conſi.98.n.23.vol.1.Iul. Clarus.§.falſum,verſi.vtens,Et de pœna clerici falſarij plura tradit Salzed. in practica ad Bernardum Diaz,cap. 117.Iulius Clar. receptarum ſent.§.fi. quæſt.36.Didac. Perez,in.l.23.tit.19.
4 lib.8.ordinamenti, & eſt bonus text. in.c.ad falſariorum, de crimine falſi, cuius pœna apud Hiſpanos ſeruatur ſecundum Salzedum ſupra,nu.5.litera.A.Nauarr.in manuali.c.27.
5 Si verò falſitas nemini eſt nociua, non imponitur pœna ordinaria delicti,ſed alia leuiori,vt tradit Speculator in titul.de teſte.§.1. in verſi.item, quod,



quod& eſt de mente Bart.in.l.ex falſis.C.de trāſactionibus,Bald.in.l.eos. C.de falſis, gloſſ. in.l. damus. C.eod: quā communiter DD ſequuntur,ſecundum Decium in.l.1. §. creditum, nu.7.ff.ſi certum pet.Alex.conſi.145. lib.6.Iul.Clar.in. §.falſum,qui plures allegat:& vide Gutier. in authentic. ſacram.pub.nu.62.C.ſi aduerſus venditionem.

## *SVMMARIVM.*

1 *FAma vt plenè probet, debet eſſe conſtās, perpetua,ſine contrarietate & varietate.*

2 *Teſtes deponentes de fama, debent declarare perſonam à qua audierunt.*

3 *In Curia Romana ſeruatur communis opinio contraria.*

4 *Verbum publicè interpretari debet,ideſt publica voce,à populo.*

5 *Teſtimonium de auditu eſt exorbitans à iure communi.*

6 *Fama debet eſſe ſolida,in concuſſa, non vaga,non leuis,nec contraria.*

## QVAESTIO.20.

### *Vtrum publica vox & fama probetur per teſtes, dicentes ita publicè audiuiſſe.Communis contra communem.*

NImis neceſſaria erat lex regia, quæ poneret requiſita qualiter probari poſsit publica vox & fama,quia nihil tan frequens in iudicijs verſatur, quam probatio per publicam famam,pręcipuè in cauſis nobilitatis, & in ſucceſsione bonorum abſentis, qui publicè dicitur ex hac vita migraſſe,&in hac quæſtioneBart.(pręceptor comm.)in l.deminore.§. plurium,nu.31. ff.de minoribus reſoluit, teſtes non probare publicam famam, ſi dicant ſe audiſſe aliquid publicè per ciuitatem, vel à maiore parte:idem tenet in.l.Labeo. ff.de ſuppellectili legata,quem ſequitur Angel.in.l.ea quidem.C.de accuſationibus, Imol.in.c.cum oporteat, extra eodem tit.& dixit communem Angel. in. l. 3.ff.ad Macedonianum, Curtius iunior (immemor Angeli) conſi.122.nu.9. & dixit communem Imol.in.l.hæredes palàm,in princ.ff. de teſt.prout refert Alex.conſi.2.nu.
1 16.vol.7.& ratio eſt,quia(vt fama plenè probet)debet eſſe conſtans & perpetua,generalis, & vniuerſalis apud omnes,ſine varietate, & ſine contrarietate:itaprobat tex.ſingularis in.c. de parentela,el.2.35. quæſt. 6. ibi: * *In quibus omnibus,nec contrarietas,nec varietas vlla reperiri debeat:* * Et hoc ſentit Bart. in d.§.idem Labeo, dum dixit; quod fama debet eſſe illęſa; & conſtans:ita Bald.in.l.cōuenticula. C.de Epiſcopali aud. Cumanus, conſi.78. Curt. iunior,conſi.17.Bald. conſi.77. nu.9.vol.3.Rolandus à Valle,conſi.31. nu.48.vol.1.Aymon Crauet.de antiquitate temporum.1.par.in verb.viſo de fama in antiquis,nu.9.fol.96.& in nobis,fol.104.& alia in propoſito tradit Corneus,conſi.78. col.1.vol.3. & eſt tex.in.c.licet ex quadam de te-
2 ſtibus.Vbi eſt neceſsè,quod nominétur perſonæ,à quibus teſtes dicūt audiſſe: Anchrrani conſi.194.qui dicit; quod de facilè poſſet inueniri teſtes, qui diceret ſe audiuiſſe vnus ab vno, alter ab altero,& ſic in infinitum, ex quo plurimum fama & hominis opinio lædetur,&pro hac opinione Bar. (quę communis eſt)plures refert,&ſequitur Maſcard. volum. 2.de probationibus,conclu.1074.num. 10.& in conclu.749.nu.4.vbi refert duas cōmunes opiniones,& dicit Calcaneus, conſi.8.nu. 11. quod Bart.opinio ita vera eſt & communis, quod in iudicando eſt ſequenda.

Sed contrariam ſententiam & opinionem

nionem tenet Baldus,in.l.teſtium.C.
de teſtibus, & in.c.literas, num.2.de
prçſſumptionibus, Salicet. in d. l. ea
quidem,& hanc dicit communē opi
nionem Andreas Sicul.conſi.72.col.
2.vol.4.& dixit etiam communē(cō
tra Bart.) Calcan. conſi. 77.nu. 15. &
latè per Iulium Clar.lib. 5. receptarū
ſent.§. fin. quæſt. 6.in verſic.debent
etiam dicere,qui adduxit duas com-
munes contrarias in nu. 14.& plures
allegat contra Bart.contra quem di-
xit Caſsiadorus in deciſsione.3.nu.7.
de probationibus, quod eſt commu-
3 nis opinio, & quod ita ſeruatur in
Curia Romana,dixit Pariſius, conſi.
52.in fi.lib.3.Ferretus,conſi.168.num.
19.& ſecundum Iuliū Clarum ſupra
aduocatus,qui vellet ſuper hoc inſiſ
ſtere reputaretur cauilloſus, & pro-
culdubio ſuccumberet,& dicit Cor-
neus,conſi.84.litera.G.lib.1. & cōſi.
68.litera.B.lib.2. & in conſi. 198. li-
tera.G.eod.vol.& in conſi.216.litera
H. lib. 3. quod ita obtinuit in cauſa
propria,contra BenedictumCapram:
& ratio eſt(ſecundum doctores)quia
ſi Bartoli opinio ſeruaretur in pra-
ctica,vix reperiretur ex mille teſtib[9]
4 vnus,qui rectè ſuper fama publica
deponeret,& ſic Bald.vbi ſupra,& in
d.c.literas,num.2.de præſſumptioni-
bus tenet oppoſitum,dicens,quod te
ſtis, qui deponit ſe aliquid audiuiſsè
publicè,probat famam,quia illud ver
bum publicè interprætari debet,
ideſt publica voce à populo. In qua
varietate opinionum, profectò hæc
quæſtio eſt ſatis arbitraria,&pro ami
co:tamen veriorem opinionem eſſe
Bart ſemper exiſtimaui,& ratio vera
eſt,quia cum hoc teſtimonium de au
ditu ſit exorbitans à regulis iuris, op
5 portet vt ſit conſtans apud omnes,
perpetuum,& perpetuo tenore, ſine
contrarietate,ſine varietate,& repug
nantia.Ita doctiſsimus Ioannes Gar-
cia ( quondam meritiſsimus fiſci pa-
tronus ) in tractatu de nobilitate,
gloſ.18.§.1.nu. 13. & Octauianus Ca-
cheranus,in deciſsione Pedemonta-
na.101.nu.17.& Maſcard.( qui plura
congeſsit circa probationem famæ
publicæ)in.1.vol.concl.396.& 183.&
411.& 546.nu.13.& in vol.2,conclu.
748.nu. 10 .vbi dicit,quod fama de-
6 bet eſſe ſolida, inconcuſſa,excellens,
non vaga,non leuis,& non cōtraria,
ſecundum Bald.d.conſi.77.nu.6.vol.
3. & in conclu. 749. vbi etiam refert
duas communes contrarias,& in nu.
7.reſoluit,quod quando teſtes depo-
nunt ſuper fama, non ſufficit dicere
audiuiſſe publicè,& à pluribus, quia
& plures ſunt quatuor, & non ma-
ior pars populi:ita Aretin.conſi.103.
nu. 2. Imola teſtatur communem,in
l. hæredes palàm, in princip. de teſt.
quem ſequitur Natta,conſi.18.nu.11.
lib.1.Cçphalus,conſi.225.nu.41.lib.1.
Bald.conſi.277.nu.1.lib.3. quos ſequi
tur Maſcardus ſupra,qui ampliat, &
limitat prçdictam concluſionem, &
latiſsimè proſequitur iſtam materiā,
ad quem eſt recurrendū, & in concl.
750.& 754.vol.2.& Dueñ.regul.299.
vbi ampliat & limitat noſtram con-
cluſionem,& in nu.9.allegat.l.14.tit.
14.par.3.vbi traditur modus qualiter
probetur mors per famam publicam,
& eſt optima lex partitæ.3.tit.30.p.
7.ibi: * *Fama ſiendo comunalmente entre los omes de aql lugar,* * vbi Greg.verb.* *Fama,**reſoluit aliqua practicabilia,&
dicemus in.quæſ.302.&probāt etiam
verba dictæ legis.14. ibi: * *Entre los de aquel lugar.* *

## QVÆSTIO. 21.

### *Ad legem filio præterito ff. de iniuſto rupto. Communis contra communem.*

TEſtamentum in quo filius eſt
præteritus,ita demum eſt nul
lum ſi ipſe petat, gloſſ. magi-
ſtra in d.l. filio præterito: cuius opi-
nio communis eſt ſecundum Tira-
quellum,in.l.ſi vnquam,in verbo re-
uertatur,nu.13. C. de reuoc.donatio-
nibus,quod tamen notabiliter eſt in-
telligendum,quando alijs filijs nō eſt
ius quçſitum ex prçteritione,quia in
illorum præiudiciū nō poteſt appro-
1 bare teſtamentum, ità Paulus ibi,nu.
8.Imola,nu.29.quos ſequitur Anto.
Gomez, in. l.22. Tauri, numer. 24.
Sed in quæſtione principali contra-
riam opinionem dixit communem
Iaſſ.in.l.2.num.23.C.de contra tabu-
las,dicens,quod ipſo iure ſine petitio
2 ne eſt nullum teſtamentum. Idem te-
net Guillermus Benedictus,in.c.Ray
nuntius,verbo in eod. teſtamento,el
2.nu.94.de teſt.& dicit communem
Boerius,deciſsio.94.&Bernard.Diaz
regul.725.Et ratio eſt,quia etiam for
3 ma,quç reſpicit priuatam vtilitatem,
non poteſt omitti: ita gloſ.in.c.diſ-
pendia,verbo proceſſus,de reſcriptis
in.6.quam ſequitur,&dicit communem Crotus,in.l.nemo poteſt, num.
23.ff.de legat.1.& dicit veriorem Mē
cha.de ſucceſsionū creatio.§.4.n.29.
Sed hçc ratio,licet communis ſit,nō
deſunt,qui contrariam dicant magis
communem opinionem,prout eſt De
cius, in.l.hac conſultiſsima.C.qui te
ſtamenta facere poſſ.Bart.in.l.1.§.ſed
ſi filius.ff.deleg.3.Aretinus in rubric.
ff.de lib.& poſthumis, Abb.in.c.fi.§.
his autem,de officio deleg.qui fundā
tur in d. l. filio præterito, ibi: * *Licet*
4 *ſubtilitas iuris refragari videatur.* * Pri-
ma tamē ratio fūdatur in.c.tuis quç-
ſtionibus.39.de teſt.& à teſt. vbi par-
tes poſſunt remittere iuramentum te
5 ſtibus:quem tex.intellexit Mencha-
ca,ſupra d.§.4.nu.29.& in. §.9.nu.4.
qui aſsignat ad illū tex. duos intelle-
ctus.In hac autē quçſtione(licet bre-
ui)habes duas communes contrarias
vna in quçſtione principali,altera in
6 ratione ad quæſtionem:de quo valdè
miror,cum parum (& vt melius di-
cam nihil)ſit in iure, quod ſubuerti
non poſsit in tot doctorū varietate.

## QVAESTIO. 22.

### *Vtrum in ſingulis actibus iudiciarijs, ſit neceſſaria partis citatio. Communis contra communem.*

COnſilium eſt ad euitandū mul
titudinem citationum in ſin-
gulis actibus iudiciarijs, vt
fiat à principio cauſæ citatio genera
lis ad totam cauſam, ad ſingulos dies
& horas,& ad omnes & ſingulos act[9]
cauſç,vſque ad ſententiam diffiniti-
uam incluſiuè, cum comminatione,
quod in citatos(contumacia non ob
ſtante) procedetur ad cognitionem
& pronunciationem,& tunc poterit
iudex in tali cauſa procedere abſque
alia citatione. Ita Imola in.c.conſu-
luit de officio de leg. Bald. Angel.&
idem Imola in.l.qui ante calendas.ff.
de verborū oblig.Idemque eſt in eo,
qui non eſt in partibus longinquis,
fortè quia de eius longa abſentia fu-
tura timetur,vel dubitatur, vel ne la-
teat:& hæc eſt communis opinio ſe-
cundum Balb.deciſsio.42.Citatio au
tem per ædictum in hoc caſu nullius
erit momenti,quia ſolum inducit prç
ſumptam ſcientiam,quæ non ſufficit
vbi vera notitia exigitur:ita ſingula
riter Ruynus,conſi.62.num.20.lib.5.
quem refe[illegible] & ſequitur Menoch.de
recup.poſſeſsio.rem. 5.nu.230. Hyp-
politus de Marſilis,ſingulari.259.pro
qua opinione facit tex. in. cap. cum
in tua,qui matrimoniū accuſare poſ-
ſunt,& c.fi.vbi gloſ.verbo perempto
rio,de electione lib.6.&declarat Ay-
mon,

mon,conſi.177. Roland. conſi.18.nu.
16.vol.1.vbi dicit,quod non valet ci-
tatio per ædictum, quando perſona
citanda eſt certa, vel de facili poteſt
certificari,& ita ſæpius vidi practica
tum in conſilio Archiepiſcopi Tole
tani. Si verò perſona contra quam
proceditur ſit abſens,extra regnum,
vel prouinciam, tunc non eſt citan-
dus,ſed ſufficit vt detur curator bo-
nis:ita tenet gloſ.in.l. ab hoſtibus per
tex.ibi.ff.ex quibus cauſis maiores.l.
4.tit.29.part. 2. vbi Greg. & in.l.12.
tit.2.par.3.& in.l.14.tit.14.par.3.& te
net Gutierr.de iuram.confir.1. par.c.
23.num.6.

Quibus ſic ſuppoſitis, contrariam
opinionem in quęſtione propoſita,
(imò quod quādo citatur aliquis exi
ſtens in longinquis, vel remotis par-
tibus,valeat talis citatio pro vna vi-
ce,& non aliàs,nec ad alios actos iu-
diciarios)tenet Abb.in.c. fi.nu.11.de
dilationibus,Alex.in d.l.qui ante ca-
lendas,Iaſſ.in.l.ne quidquam.§. vbide
cretum,nu.37.ff.de offic. Proconſu-
lis: quam opinionem dixit commu-
nem Marāta,de ordine iudic.fol.172.
nu.118.

3 Prima tamen opinio eſt hodiè in
praxi recepta (& ſemper fuit)quod
procōſilio à principio traditur,&ſic
iſtæ duæ communes opiniones con-
trarię,poſſunt reduci ad cōcordiam,
vt prima opinio ſit limitatio ſecun-
dę:& quando aliqua dificultas in ma
teria citationis occurrerit, videndus
eſt Paz in ſua praxi,primæ partis pri-
mi tomi.3.temp.qui per totum caput
explicauit materiam citationis.Et an
credatur nuncio,dicenti aliquem ci-
taſſe,quando pars illud negat,ſunt
duę communes contrariæ,quas
congero in quæſt.381. quod
quotidiè contingit in
praxi.
(12.)

## SVMMARIVM.

1 Authentica nouiſsima.C.de inofficioſo teſtamento,declaratur.
2 Legitima eſt relinquenda filijs, titulo inſtitutionis.
3 Legitima relicta parentibus à filijs,eſt relinquenda titulo inſtitutionis.
4 Legitima quæ debetur filio arrogato,eſt relinquenda titulo inſtitutionis.
5 Statutum eſt iuris correctorium.
6 Lex.5.tit.8.par.6.declaratur.
7 De iure regio legitima eſt relinquenda filijs titulo inſtitutionis.
8 De iure canonico legitima non eſt relinquenda titulo inſtitutionis.
9 Per illa verba, relinquo filio decem pro ſua legitima,non inducitur titulus inſtitutionis remiſsiuè.
10 Legitima conſideratur tempore mortis patris,& non alio tempore.

## QVAESTIO.23.

### *Vtrum legitima ſit relinquenda filijs de iure canonico, titulo inſtitutionis. Communis cōtra communem, & quid iure regio.*

ANtea quam perueniamus ad
communem contrariam,quæ
ſe offert explicanda circa
tex.in authentica nouiſsima.C.de in
officioſo teſtamento,prēmitto filijs
relinquendam eſſe legitimam, titulo
inſtitutionis: nec ſufficièt alio quo-
uis titulo ita probatur in authent.vt
cū de app. cognoſcitur. §. ſancimus,
coll. 8. & tenet gloſ. in d. authent.
nouiſsima: quam opinionem dicunt
cōmunem ferè omnes ibi, vltra quos
dicit communē Curtius,in authent.
ex cauſa,nu.10. C.de lib. præt.& etiā
dicit communem in d.authēt.nouiſ-
ſima, numer. 52. idem poſt Iaſſ. in.l.
hac



hac conſultiſsima. §. ex imperfecto,
num. 13. C.de teſtam. Corneus, in.d.
authentica ex cauſa, numer. 8. & di-
xit communem Boerius,deciſio.267.
colum.1.vbi belliſsimè hunc articu-
lum explicat, & fatetur etiam com-
munem eſſe, Euerard.in topicis legali
bus,loco. 53. Guillermus Benedictus
in capit. Raynuntius, verbo. in eod.
teſtam,el.1.numer.15.de teſtam.& te-
net gloſſ.ibi, verbo relinquens, vbi
communiter doctores, ſecund. Imo-
lam ibi,colu.14. & Guillermum, qui
limitat.27.modis,& tradit Gutierrez
de iuramen.confir.2. part. cap.3 .per
totum, Padilla, in.l. eam quam,num.
76.C.de fideicomm. Burg. de Paz,in
l.3.Tauri.6.conclu.primæ partis,nu-
mer. 888. Iulius Clarus,lib. 3.recep-
tarum ſenten.§. teſtamen. quæſtione
38.&Molina, de Hiſpanorum primo-
genijs,lib.2.c.15. num. 15. & Greg.in
l.5.tit.8.par.6.gloſſ.2. Matienç. in.l.1.
tit.4.gloſſ.10.num.50. lib.5 .recopil.
vbi latè proſequitur iſtam quæſtio-
nem, diſtinguens quinque tempo-
ra:digeſtorum, codicis, authentico-
rum,& iuris canonici,& regij.

Secundò notandū eſt,quod legitima
3 relicta parētibus à filijs,eſt relinquen
da titu.inſtitutionis: argum.tex.in.l.
nam & ſi parentibus.ff.de in officio-
ſo,& hęc eſt cōmunis opinio ſecun-
dum Salicetum, in.l. omni modo. C.
de inofficio,teſtamento, & Iacob.in
l.pater filium.8.ff.eod.& dixit etiam
communem Gualdenſis,de arte teſt.
tit.3.cautela. 1. num. 8. & Franeus,in
repetitione.c.ſi pater,de teſt.in. 6. &
Guillermus,ſupra, fol.247.(licet Iaſſ.
in d.authenti.nouiſsima,nu. 38.dicat
contrarium de iurę veriſsimum.)

Tertio notandum eſt, quod legi-
4 tima,quæ debetur filio arrogato (de
qua in.l.ſi arrogator.ff.de adoptioni-
bus, & in.l.7.titul.16.part. 4. & l.11.
titu.5.par.6.)eſt relinquenda filio titu
lo inſtitutionis quam opinionē dixit

communem Alciat.in.l.filius qui pa-
tri,nu.36.ff.de lib.& poſt.

5 Rurſus notandum eſt,quod ſi ſtatu
tū augeret legitimā filiorū,ſufficeret
vt quoquo titulo relinqueretur: ita
Bald.in.l.maximum vitium, numer.
15.C.de lib.pręt. quem ſequitur Pau-
lus in.l. final. §. in computatione. C.
de iure delib.&Alexand.(dicens hoc
ſingulare eſſe)in additionibus ad Bar.
in.l.his verbis,litera.F.ff.de hęredib.
6 inſtit. & ratio eſt, quia ſtatutum eſt
iuris correctorium,& ab eo non re-
cipit interpræationem.

Sed profectò hæc ratio commu-
niter reprobatur, ſecundum Alcia-
tum, libr. 1. de verborum ſignifica-
tione,columu. 14.quarè. Alexand.in
l. inter cætera, numer. 5. ff. de lib.&
poſth.(allegando Romanum,& Imo-
lam)tenet contra Baldum, quem e-
tiam increpat Iaſſ. in. d. authentica
nouiſsima, numer. 24. Alciatus,ta-
men(alia ratione)ſequitur Bald.opi-
nionem vbi ſupra, colum. 13. de quo
articulo, vltra antiquos videndus eſt,
Rodericus Xuarez,in. l. quoniam in
prioribus,limitatione.15.C.de inoffi-
cioſo teſtamento,vbi concludit con-
7 tra Bald.Ex cuius tamen doctrina in-
fertur, quod de iure regio legitima,
quæ aucta eſt per.l.9.tit.5. lib.3. fori.
l.1.tit.6. lib.3.eod.& per.l.28. Tauri,
non eſt neceſſariū vt relinquatur ti-
tulo, inſtitutionis. Ita Baldus, in.l.
maximum vitium, numer. 15. C. de
liberis præt. cuius dictum dixit eſ-
ſe notabilè, atque menti tenendum,
Paulus,in.l. final. §. in computatio-
ne,nume. 12. C. de iure deliber. idem
in authentica nouiſsima. C.de inof-
ficioſſo.teſta. Padilla,in. l. eam quam,
nu.75.C.de fideicommiſ.Sed contra-
rium inuit.l.5.tit.8.p.6. vbi expreſsè
diſponitur,q legitima ſit reliquenda,
titulo inſtitutionis, q etiam tenet ad
ditio ad Segurā,in.l.cū patronus,nu.
40.& Xuar.in.d.l.quoniam in prior
F bus

bus,& Gutierrez de iuram.confir.2.par.c.3.nu.7.(his non citatis)& dixit comm.Gomez Arias in.l.4.Tauri.n.56.& 57.licèt contrarium tentauerit Segura in.d.l.cum patronus, nu.4.& Ioannes Lupus, in.l.6.Tauri,num.3.quorum opinio confunditur per.d.l.5.tit.8.p.6.& tenet Rodericus Xuarez,in.d.l.quoniam in prioribus, in interpratatione legis regni, num.1.& Menchaca de ſucceſsio.creatione, lib.2.§.20.num.140 & dicit communem Iulius Clarus,lib. 3. receptarum ſenten.§.teſtamentum,quæſt.38.& ſequitur Molina ſupra,nu. 21. maximè hodiè ex.l.1.titul.4.lib.5.recopil. l.1.titul.2.lib.5.ordin.per quam (contra alios) tenet Caſtillo, in. l. 24.Tauri, quod non ſit neceſſarius titulus inſtitutionis,& Burg. de Paz in.l.3.nu.888.& Calatayud,in.l.6.Tauri,&Roxas in epitome ſucceſsionum.c.8.nu.29.quos ſequitur Molina,ſupr.c. 15.à nu.16.verſi.hodiè tamen,& Gracian.regu.199.n.11.& Gutier.pract.quęſt.lib.2.q.34.Matienç.in.l.1.tit.4.lib.5.recop.glo.10.nu.66.vbi dicit ita fuiſſe iudicatũ in Pinciana Chancelleria, &ita eſſe tenẽdũ de iure regio,in iudicando & conſulendo.Et hanc opinionẽ nouiſsimè ſequitur Azeued.in d.l.1.à nu.164.&.165.& ita tenendum eſt in iudicando & conſulendo,contra Spinum in ſpeculo teſtamentorũ,glo.17.nu.30.& Rojas. c.7.& Angulo,de meliorationibus,in.l.1.gloſ. 1.nu.38.quę concluſio venit limitanda,quando Eccleſia inſtituitur hęres,vel alius pius locus,& filio aliquid relinquitur pro legitima,ſine tit.inſtitutionis, Ita Bart.in.l.1.n.6.C.de ſacroſ.Eccle.quã opinionem tenet Matthęus,notabili.114.& Socin.regu.152.& illa Bar.opinio communiter approbatur ſecund.Alex.in.l.inter cętera,n.4.ff.de liberis,& poſth (prout eum refert Iaſſ.in d.authen.nouiſsima.n.20.) ſed cõtra Bart.tenet Barba.conſi.38. vol.3.col.3.& 10. qui dicit, quod opinio Bart.eſt communiter damnata.Et an per illa verba,relinquo filio decem pro ſua legitima,inducatur titulus inſtitutionis,videndus eſt Mencha.lib.2.de ſucceſsionum creatio.§.20.nu. 254. qui refert duas cõmunes opiniones contrarias, & dicit quod eſt quæſtio pro amico,prout ſunt ferè omnes,quæ in hoc libro per me cumulantur, & vide Acoſtã in.c.ſi pater.3.p.verb.priuare non poſsit,nu.39.de teſtamentis.

Quibus ſic explicatis, pro ornatu
8 quæſtionis deueniendũ eſt ad cõmunem contrariã,vtrũ legitima de iure canonico ſit relinquenda filijs tit.honorabili,inſtitutionis,& partem affirmatiuã dixit cõm.Iaſſ.in d.authẽ.nouiſsima.n.31.idem in rubri.ſoluto matrimonio.nu.31.& dixit comm.Alex.conſi.70.n.7.vol. 2. Gualden.de arte teſtandi, tit.3. cautela. 1. dixit etiam comm.Barba.conſi.38.vol.3. col.7.in verſi.5.Couarr.in.c.Raynuntius. §.1.nu.1.de teſt.vbi aduertit de hac communi contraria, in verſi.7.

Sed contrariam opinionem dixit communem Alex. (ſibi contrarius)in.l.inter cætera.n.6.ff.de liber.& poſth.Quam tenuerunt Abb.antiquus,&Hoſtien. in.d.c.Raynuntius, in verſi.omnino,&Forcatulus in neciomantia iuris, dialog. 35. per totum,& Bald.in.l.fi.nu. 10. C.familiæ erciſcundę vbi etiam dicit comm.ſed illum,& alios reprobat Rojas, de ſucceſsionib.c.7.nu.7.vbi dicit contra Bart. eſſe veriorem,&communiorem opinionẽ,quã ſequitur Matienç.in.d.l.1.gl.10.n.55.dicẽs receptiorẽ,& veriorẽ,quæ opinio eſt hodiè approbata ex.d.l.5.tit.8.p.6.quæ lex ſeruari debet,etiã de iure canonico,cũ cõtrariũ nõ habeamus diſpoſitũ eo iure,vt in.c.1.& 2.de noui operis nũciatione,maximè ex.l.20.Tauri, per quam l.illud tenet Gomecius, variarum reſolutio.1.tom.c.12.num. 21. & Spina ſupra, numer. 60.vbi explicat à quo tempore ſit conſideranda legitima, & dicit duas communes eſſe contrarias:ſed profectò fallitur,cum ſolũ cõmunis ſit opinio,quod tempus mortis conſideretur,vt tradit Afflictis in d.authentica nouiſsima,num. 382.Peralta in. l. cum patronus, numer.17.de leg.2.

## QVAESTIO.24.

### *Utrum legitima quæ debetur filio arrogato, ſit aucta per tex. in authentica nouiſsima. C. de in officioſo teſtamento. Communis contra communem.*

IN quæſtione propoſita dubitant doctores,an legitima, quæ filio arrogato debetur ſecundum tex. in.l.ſi arrogator.ff. de adoptionib. l.7.titul.16.part. 4. ſit aucta per .d.authenticã nouiſsima, & partem afirmatiuam innuit eſſe communem opinionem Portius,in.§.cum autem,numer.13.inſtitutis,de,adoptionibus.

Sed contrariam opinionem dixit communem Iaſſ. in d. l. ſi arrogator, numer. 53. pro qua opinione facit, quia legitima fratrum non eſt aucta per d.authẽticam, ſed eſt hodiè quarta, ſecundum communem opinionem relatam per Alex. quem refert Curtius iunior, in. l. 1. numero .3. ff.de inofficioſo teſtamento,vbi ipſe poſtea dixit contrariam eſſe veriorem opinionem, imò,quod etiam legitima fratrum ſit aucta per illam authenticam, quæ magis vera videtur, & eſt optima declaratio, & ampliatio ad illa iura.

(?)



## QVAESTIO. 25.

### *Utrum ſucceſſor poſsit rem vitioſam defuncti bona fide incipere præſcribere. Communis cõtra communem.*

MAgna apud doctores eſt in iure controuerſia, in reſolutione quæſtionis præcedentis,in qua plurimi tenuerũt,quod ſucceſſor debet vti acceſsione ſui prędeceſſoris,& quod non poſsit rẽ poſeſſã incipere,præſcribere ex propria perſona, & partem negatiuam tenet gloſſ.fin.in.l.fi.C.communia de vſucapionibus, gloſſ.in. l.nihil.C.de vſucapione pro hærede, ſimilis gloſſ.in. l. vitia C.de acquirenda poſſeſſione,& in.l.quod ipſis qui ff.de reg.iuris, in gloſſa magna in fine, & eſt alia gloſſa. in. l. Pomponius. §. cum cum quis,in verſicul.cum quis .ff.de acquirenda poſſeſsione:quam ſententiam tenet Abb.in. c. ſi diligenti,nu.30.de præſcrip. & in. c.nihil, num.8.ff.eod.& eſt communis opinio ſecundum Alexand. conſi.172.nu. 23.volu.6.&dixit communem ibi,in d.§.cum quis,nu.21.vbi Iaſſ.nu.25 dixit etiam communem, & Socinus, conſi.106.num.4.Felinus in. c.ſi diligenti, numer.6.de præſcrip.Angelus in d.l.nihil, Decius, conſi.172.aliàs.272.numer.5. Alex. conſi.51. num.10.vol.5.& dixit etiam communem Curtius iunior,conſi. 181. nu.5. & conſi.177.nu.14.fatetur etiam communem Cagnolus, in regula ,qui vice alterius, numer. 16. ff. de reg. iuris,Bernardus Diaz, regul. 172. aliàs. 572. & iſtam opinionem tenet Bart.in. l.cum hęredes.ff.de diuerſis, & tempor.præſcript. & dicit communem Paulus, conſi.50.aliàs. 150. & conſi. 299. Alexand.conſi.134. volumin. 2. & dicit magis communem Antonius Gabriel,

briel, lib. 5. com. tit. de præſcriptionibus, concl. 1.

Contrariam tamen opinionionem (imò quod ſucceſſor poſsit bona fide à ſe incipere præſcriptionem) tenet Dinus in d. regul. poſſeſſor, num. 42. cuius opinio dixit communem Socinus, conſi. 203. colu. penul. volu. 2. & dixit communem Matthæus de Affi. i ctis, deciſsione Neapolitana. 4 num. 7. & eſſe communem opinionem canoniſtarū, dixit Antonius & Abb. in d. cap. ſi deligenti, & dicit communem Imolam, in repetitio. cap. fin. nu. 18. de præſcrip. & eſt magis communis opinio, ſecundum Iaſſ. vbi ſupra, num. 28. & Couarr. in regul. poſſeſſor 2. par. §. 9. per totum, & ſequitur Menchaca (pluribus citatis) lib. 2. controuerſiarum illuſtrium, cap. 73. num. 6. quod ampliat contra communem, etiam ſi ſucceſſor vtatur acceſsione ſui prędeceſſoris (dum tamen habuerit bonam fidem). In qua doctorum controuerſia, Angelus in. l. ſi ego. §. partus. ff. de publi. aſsignat concordiam, quod opinio gloſſarum procedat de iure canonico, altera verò Dini de iure ciuili: quæ concordia reijcitur, recepta ea quę traditur per Bal. in d. l. nihil. C. de vſucap. pro hærede: videlicit, quod opinio gloſſarum procedat in præſcriptione longi temporis, Dini verò, in præſcriptione longiſsimi: quæ concordia eſt communis ſecundum Socinum, conſi. 60. volum. 1. & in conſi. 203. col. penult. & fin. Sed profectò hæc eſt quæſtio pro amico, data bona fide, in nouo poſſeſſore præſcribente, & opinio Mencha. ſupra, ſatis iuridica mihi videtur, etiam de iure canonico, licet contraria ſit magis communis, & in practica recepta ſecũdum Fabium Turretum, conſi. 63. nu. 3. qui plures refert.

(.?.)

## QVAESTIO. 26.

*Vtrum hæres non conficiens inuentarium, perdat Trebellianicam, ſicut perdit falcidiam. Communis contra communem, & quid iure regio.*

Circa materiam authenticę ſed cum teſtator. C. ad. l. falcidiā, & l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Treb. ſunt plura ſingularia, & quædam contrariæ communes opiniones, & in quęſt. propoſita. Partem affirmatiuam (quod ſicut hæres perdit falcidiam perdat Trebellianam, ſi nō conficiat inuentarium) tenet Decius, conſi. 481. nu. 16. qui dixit communē, & Corn. conſi. 303. qui etiam dixit communem, in colu. 4. volu. 1. & in conſi. 22. vol. 2. & dicunt etiam communem relati per Couar. in. c. Raynunt. §. 11. nu. 20. de teſt. & Curt. iunior, conſi. 54. nu. 7. & plura fundamenta pro vtraq; parte adduxit Franciſcus Porcell. in tractatu de inuentario, cap. 16. nu. 6. & ita fuiſſe obſeruatum adixit Aufrerius, in deciſione Toloſana. 314. & Iacobus de Belloviſo, in authentica de hęredibus & falcidia. §. ſic nobis, & dixit communem Alex. in d. l. Marcellus, num. 11. Iaſſ. num. 68. Alex. conſi. 29. volu. 5. Paulus, conſi. 164. Cumanus, conſi. 70. Iaſſ. conſi. 84. volu. 1. dicens, quod ab hac opinione non eſt recedendum: idem in conſi. 114. volu. 4. Ruynus, conſi. 135. volumin. 3. & conſi. 152. volumin. 5. Rolandus à Valle, conſi. 27. volum. 1. Burſatus, conſi. 44. num. 19. vol. 1. & Anton. Gomez. 1. tom. variarum, capit. 5. numer. 12. & Michael Craſſus, recep. ſent. §. Trebellianica, quęſt. 7. & iſtam opinionē ſequitur Menchaca, de ſucceſsionum creatione, lib. 1. §. 8. numer. 13. & dixi in quæſtion. 691. in fine, & ſequitur Gregorius, in. l. 10. titul. 6. part. 6. & Purpuratus, conſi. 1. numer. 5. volu. 1. vbi dicit communem.



Sed contrariam opinionem, imò quod Trebellianica non perdatur propter non confectum inuentarium, tenet Bart. poſt Cynum, in. d. l. Marcellus, numer. 8. & hęc eſt communis opinio ſecundum Claudium, ibi, & dicunt communem plures relati per Couarruuiam, in d. cap. Raynuntius, vltra quos dicit communem Calcaneus, conſi. 37. numer. 7. Imola in. l. hęc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quam per legem falcidiam, Alexan. & Bart. in d. authentica ſed cum teſtator, numer. 12. diſſerit latè Molineus ad Alexand. conſi. 67. volum. 4. & pro hac parte fuit iudicatum, ſecundum Caſsiodorum in titul. de teſtam. deciſsione. 3. & Corſetus de Trebellianica. §. fin. in tractatu doctorum, volum. 2. & plures dicentes eam communem refert Alexand. conſi. 29. volum. 4. & conſi. 67. numer. 2. volumin. 2. qui dixit veram & communem, & in praxi receptam, & ſequitur Romanus, conſi. 276. numer. 8. & iſtam opinionem ſequitur Sarmiento, lib. 2. ſelectarum. c. 7. nu. 8. & Spino in ſpeculo teſt. gloſ. 35. num. 9. quod ampliat etiam in filio, & in gloſ. 35. nu. 54. vbi refert duas communes, & iſtam ſequitur Rolãdus, conſi. 77. volum. 1. & ita fuit iudicatum, ſecundum capellam Toloſanam, in deciſio. 314. & hæc opinio communiter ſeruatur, ſecundum Bald. conſi. 92. vol. 2. & ſecundum Guidon. deciſio. 53. & infinitos doctores pro hac opinione congeſsit Ioann. Botta, conſi. 63. nu. 8. quam quæſtionem diſputat Gomec. in d. 1. tom. c. 12. qui ſequitur hanc vltimā opinionem, quā dicit veriorem Cuman. conſi. 141. & Decius conſi. 236. qui dicit veriorem, & magis cõmunem, & Corneus, conſi. 168. volu. 1. Craueta, conſi. 12. & conſi. 21. vol. 2. Natta, cōſi. 220. qui dicit, quod ab hac opinione non eſt recedēdum in iudicando & conſulendo, & Menchaca de ſucceſsionum creatio. lib. 1. §. 8. num. 14. & plures allegat Craſſus ſupra, quæ quæſtio eſt pro amico, cū de iure regio in hac quęſtione nihil ſit diſpoſitum, quia. l. 7. tit. 11. p. 6. ſolum loquitur in falcidia, quam perdit hæres non conficiens inuentarium. l. verò ſequēs. 8. quæ loquitur in Trebellianica, illud non diſponit; & ſic cum ſit lex pœnalis, non debemus facere extenſionem de vno caſu ad alium: gloſſa in authentica quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccl. quod latius declarabitur in quæſtione ſequenti, quæ eſt appendix ad ſupradicta.

## SVMMARIVM.

1 *Falcidia & Trebellianica, pari paſſu deambulant.*
2 *Diſpoſitum in vno caſu, cenſetur diſpoſitū in alio ſimili.*
3 *In materia correctoria non fit extenſio.*
4 *Hæres non faciens inuentarium, perdit falcidiam.*
5 *De legatis pijs ſoluitur falcidia, ſi teſtator illud diſponat.*
6 *In teſtamento militis non habet locum detractio falcidiæ, neq; Trebellianicæ.*
7 *Authentica de hæred. & falcidia. §. penulti declaratur*
8 *Lex. 12. tit. 5. par. 6. declaratur.*

## QVÆSTIO. 27.

*Vtrum diſpoſitio loquens in falcidia, habeat locum in Trebellianica, pro declaratione præcedentis quæſt. Communis contra communem.*

(.?.)

PRoſequendò materiam præce
dentis quçſtionis, pro prima
parte communis opinionis fa
cit,quia falcidia & Trebellianica pa
ri paſſu ambulant,vt eſt tex.in.l Ti-
tia,cum ſimilibus.ff.ad.l.falc.ergo cũ
à lege antiqua ſint çquiparatæ,ſequi
tur quod illud quod lex noua( authẽ
ticç,ſed cũ teſtator)diſponit in vno,
cenſetur & in alio diſponere, per re-
gul.gloſſæ in.l. quod vero contra.ff.
de legibus,gloſ.in.l.ſi quis ſeruo alie
no.C.de furtis: circa quas eſt viden-
dus Iaſſ.in.§.ex malicijs,nu.30 inſtit.
de actionibus,Crot.in repeti.l omnes
populi,col.38.ff.de iuſtit.& iure,
Aym. Craue. de antiquitate tempo-
rum, in.4.p.in prin.n. 98.cũ ſeqq.&
gloſſæ ſentẽtiam dixit comm. Curt.
in authent. ex cauſa, nu.10.C.de lib.
præter. & in conſi. 124.nu.17. & eſt
comm.ſecund.Iacob. in. l.pater filiũ,
nu.9.ff.de in offic.teſta.Et gloſſarum
opinio amplectenda eſt( etiam ſi lex
noua eſſet correctoria iuris commu-
nis )& hæc eſt communis opinio ſe-
cund.Curt.in.l.tranſigere, nu. 42.ff.
de tranſactionibus,&dixit comm.in
authentica non licet,nu.29. C.de lib.
præteritis.Idem in.l. 2.nu.12.ff.de in
offic.teſta.idem in conſi.150.nu.4.&
dixit etiam communem Iaſſ. nu. 19.
in authent.quas actiones.C. de ſacro
ſanct.Ecle.&hãc opinionẽ tenent ali
qui doctores,quos tradit Couar.in.c.
Raynald.§.3.nu.6. de teſtam.

Sed aduerſus hanc rationem eſt alia
communis contraria, imò ꝙ opinio
gloſſarũ non habeat locũ in materia
correctoria; & hanc ſententiã dixit
comm.Additionat.gl.in.§.fi.in verb.
placuerit,inſtitutis, ex quibus cauſis
manumittere nõ licet. Sed profectò
nimium fallitur. nam contraria opi-
nio frequentiſsima eſt,& crebiori aſ
ſenſu doctorum recepta,vt ſententia
gloſſarum amplietur ad materiã ex-
orbitãtem, ſecund. Soc.in.l.2.col.fi.
ff.de leg. 1. & idem erit in odioſis,&
eſt comm.opinio ſecund.Belon cõſi.
96.vol.1.n.1.licet ſecus ſit in materia
correctoria & pœnali,ſecũd.Bermõ.
de publicis concub.pag.89.n.16.&vl
tra ſupradictos,gloſſarũ opinionẽ di
xit comm.Curt.iunior, conſi.124.n.
17.& eam limitat Bernar.Diaz,regul.
429.& ſic receptiſsima eſt gloſſarum
opinio,pro qua facit,quia diſpoſitio
text. in authentica ſimiliter. C. ad.l.
4 falcidiam, quæ prohibet detractio-
nem falcidiæ de relictis ad pias cau-
ſas,habet etiam locum in Trebellia-
nica,prout tenet Bart.in d.l.Marcel-
lus, & eſt communis opinio ſecund.
Alex.ibi, num.4.Iaſſ. nu.20.Euerar-
dus in topicis legalibus,nu. 168.dicit
etiam communem Socinus,conſi.78.
nu.1.vol.1.& conſi.8. nu. 6.& conſi.
114.numer.fi. eod. volumin. & Cur-
tius iunior, conſi.120. numer. 13.vl-
tra quos hanc dicit communem Co-
uarr.poſt plures in.capit.Raynaldus.
§.3.num.7.de teſt.& Bertachi.in tra-
ctatu de Epiſcopis. 4. part. numer.
69.idem teſtatur Angelus, in tracta-
tu de teſt.gloſ.17.& 89.&dixit com-
munem Rolandin. in tractatu,floſ.
teſta.rubric.28. & Ioannes à Garro-
nibus,in authenti.ex teſt.nu.16. C.de
ſecundis nuptijs ( vide tamen Corn.
conſi.95.col.fi.qui alios refert pro cõ
5 traria).Eſt tamẽ aduertẽdũ, quod po
teſt teſtator iubere vt delegatis pijs
ſoluatur falcidia: ita tenet Ripa, in.l.
nemo poteſt,nu.128.ff.de leg.1.

Ruſus facit pro hac ſẽtẽtia,quia diſ
poſitio tex.in authen.ſed in ea re.C.
ad.l.falcidiã,habet etiam locũ in Tre
bel. ita Bald. ibi, & Curtius ſenior,
conſi.37.colu.fin. & Curtius iunior,
conſi. 160. numer. 2. & Euerardus in
topicis legalibus, loco. 16. column.
6 196. & conducit etiam,quia ſicut in
in teſtamento militis non habet lo-
cum falcidia(vt eſt tex.in auth.aliàs,
in.l.in teſtamẽto. C.ad.l. falcidiam.l.
in



in teſtamento. C. de teſtam. militis)
ita non habet locum Trebellianica.
Hæc eſt cõmunis opinio ſecundum
Alex.in d.l.Marcellus, quod tamẽ in
tellige de iure digeſtorum,& codicis:
nam de iure authenticorum, ex teſt.
militis benè deducebatur falcidia,vt
eſt tex.vnicus,& ibi gloſ.in verb.mi
litari,in auth.de hæred.& falcidia,in
verſi.5.§.penult.quç eſt cõmunis opi
nio ſecund. Alex.in.l.1.§.ſi filio,colu.
7 penul.ff.ad Treb.& dixit etiam com
munẽ Sali.in. l.in teſt.C. ad legẽ falci
diã, & Corn.in.l.in teſt.C.de teſt.mili
tis:quod quidem à pari procedunt in
Trebellianica, vt eſt communis opi-
nio ſecundum Soci.in d.l.1. §.ſi filio,
col.fi.Dixit etiam comm.Claud.n.fi.
Ripa,col.penul.Iaſſ.in d.l.Marcellus,
n.7.& in d.l.inteſt.&dixit comm.De
cius in.l.precibus,nu.20.vbi Curt.iu
nior,n.70.C.de imp.&alios citat Gal
liaul.in.l.Centur.col.5.de vulg.& Lã
celot.Polit.in tit.de cõpẽdioſa.n.21.

Contrariam tamen opinionem di-
xit veriorem Angel. & Socin.in d.l.
ſi filio.Hodiè autẽ de iure regio cor-
rigitur communis opinio (ſaltim in
falcidia)per.l.4.tit.11.p.6.&idem vi-
detur dicendum in Treb.per.l.12.tit.
5.part.6.

## QVAESTIO. 28.

*Vtrum per teſtatorem Trebellianica prohiberi poſsit, ſicut falcidia. Communis contra communem.*

PRoſequendo materiam quç-
ſtionis præcedentis,quæritur
oportuné,an ſicut teſtator poſ
ſit prohibere falcidiã in ſuo teſtamen
to,poſsit etiã prohibere Trebelliani-
cam: & partẽ affirmatiuã tenet gloſ.
fi(& in corpore,vnde ſumitur)in au-
thent.de hçred.& falcidia,in. §.ſi ve-
rò expreſsim,glo.in verb.liceat.§.ſed
quia,inſtit.de fideicom. hæred. quas
ſequitur Euerar.in loco.16. & plures
relati per additionem ad Segurã in.l.
cum patronus, nu.3.ff.de leg.2.idem
Bart.in.l.Marcellus,nu.7.& dixit cõ-
munẽ Alciat.lib.5. paradoxorũ.c.19.
& hanc dicit magis comm. Tob.No
nius conſi.22.& Sfort.Oddi.conſi.8.
nu.2.qui refert ita fuiſſe iudicatũ per
Senatum,& ſacrum Conſiliũ Medio-
lanẽſe,&quod ita bis Rota iudicauit.
Ripa in.l.nemo poteſt.n.44.ff.de leg.
1.Iaſſ.in d.l.Marcellus.n. 45.& in.l.fi
lium quem habentem,nu.11.ff.de lib.
& poſth.& hanc fatetur comm. Ni-
caſ.in prin.inſtit.ad legem falcidiam,
& Belon.in.§.ſed quia,& Rolãdin.in
1.p.florum vltimarum volũt.rubric.
29.&Duren.de arte teſtãdi,nu.5.cau
tela.31.nu.2.& Catellian.Cota,verſi.
Trebellianica,in ſuis memorabilibus
& alios pro hac ſententia refert An-
ton.Gabriel, lib.4.com.tit. 13.cõcl.1.
tit. ad Trebel. vbi hanc dixit magis
cõmunem opinionem. Quç quidem
opinio,profectò non cõprobatur ex
d.§.ſi verò expreſsim, neq; ex verbis
authẽt.ſed cũ teſtator,quæ loquitur
in falcidia,ſed ex regula iuris antiqui
vtramq; deductionẽ çquiparantis,ſe
cund.Alciat.in.l.licet. n.18.C.de pa-
ctis,vbi ipſe tenet:cõtrariũ in codicil
lis,quod etiã repetit Alcia.lib.3.para-
doxo.c.18.Rip.in.l.nemo poteſt,nu.
44.& plures citat Coua.qui proſequi
tur iſtã quæſtionẽ in.c.Rayna.n.6.de
teſt.idẽ Rip.in.l.3. in prin.n.19.aliàs
15.& in.§.deniq;, verb.3.ad Treb.Et
hãc opinionẽ in practica ſeruari te-
net Guid.Pap.cõſi.140.& in deciſio.
53.& dixit cõm.Barb.conſi.10.vol.4.

Sed contrariã opinionẽ tenet gloſ.
in d.authẽ.ſed cũ teſtator,Bar.in.l.ne
mo poteſt,Alex.in d.l.Marcellus.q.3.
&Alciatus in paradoxis.c.19.lib.5.&
alios citat Couar.ſup.& dicit cõmu-
nẽ additionator ad Romanũ,in d.au-
then.ſed cum teſtator,& dicit etiam

communem Crotus,in d.l.nemo poteſt,Natta,conſi.528.nu.5.& eſſe conſuetudine receptam dicit Iulius Clarus.§.teſtamentum,quæſt.63.& hanc dicit æquiorem & benigniorem Rolandus,conſi.12.num. 6. lib.1.& Decianus conſi.28.nu.38.lib.1.Burſatus, conſi.44.nu.19.& 348.nu. 26.& Antonius Gomez.1.tom. variarum.c.5. nu.11.qui adducit plura fundamenta, Padilla in.l.poſt mortem, nu.28.C.de fideicommi. & dicit magis communem Greg.in.l.6.tit.11.par. 6.& communiorem appellat Oroſcius,in.l.pa
1 ctum inter hæredem,num.6.ff.de pactis,& plura fundamēta adduxit Gutierrez,in.d.l.nemo poteſt, num.322. Et ea eſt inter alias ratio potiſsima, quia falcidia eſt inducta in fauorem teſtatoris(vt hæres inuitetur ad adeūdam hæreditatem ) & ſic nimirum,ſi ipſe poſsit prohibere falcidiam,at verò Trebellianica nō ideò ſtatuta eſt, vt hęres adeat ( quia cogi poteſt adi-
2 re)ſed ne hæredis inſtitutio vana ſit, & ne ſolo nomine ipſe hæres directis actionibus gaudeat,& ſic principaliter in fauorem hæredis, vndè nō poteſt teſtator Trebellianicam prohibere.Quæ opinio hodiè eſt approbata in d.l.fi.tit.11.par.6.vbi hoc cauetur, ſi benè verba legis perpendātur.

## QVÆSTIO. 29.

*Vtrum diſpoſitio tex.in d. authentica ſed cum teſtator habeat locum quando Eccleſia eſt hæres inſtituta. Communis contra communem.*

Difficilis eſt & ardua queſtio, quę in præſēti venit diſputāda pro explicatione materię dictæ authenticæ, an habeat locum quando Eccleſia eſt hæres inſtituta, & non fecit inuentarium : & partem affirmatiuā(quod teneatur ad integra legata, & perdat falcidiam) tenet gloſſa,ibi,in verbo patiaris,ex.l. fin.C.de iure delib.in quo gloſſa illa ſingularis à doctoribus reputatur, & dicit comm. Iaſſ.in d. l.fin.§.fin.C.de iure deliberādi:quæ opinio comprobatur à ſimili in authentic. de hæred. & falcid.§.pupillis, vbi pupillus hæres inſtitutus, ſi non confecerit inuentarium,tenetur ſicut maior,vltra vires hęreditarias( non petita reſtitutione in integrum ) ergo ſimiliter Eccleſia tenebitur, vt notat Romanus in rubric.ff.de acquirenda hæred.

1 Sed contrariam opinionem(imò quod Eccleſia non teneatur vltra vires hæreditarias)dixit communē Felinus,in.c.de quarta de pręſcrip.col, 3.Aretinus in d.rubric. de acquirenda hęred.Bart.in.l.1.nu: 46. C. de ſacroſanct.Eccleſ.Bald.in d.l.fi.C.de iure deliber. Abb. in c.Eccleſię ſanctę Mariæ, nu.18.de conſtitutionibus,& alios citat Couarr.in.c.1.de teſtamentis,nu.14.(qui refert duas communes contrarias) & dicit eſſe quæſtionem dubiam,pro qua fatit tex.in. l.1.§.an
2 bona.ff.de iure fiſci, vbi fiſcus habet priuilegium,vt non conueniatur vltra vires hęreditarias(quando inuentarium non confecit ) ergo ſimiliter Eccleſia gaudere debet hoc priuilegio,argu.tex.in. c.1. de in integrum reſtitutione:maximè, quia præſumptio
3 ſubtrahendi res hæreditarias, (ex qua ſtatuitur obligatio cōtra hęredem,qui non confecit inuentariū) ceſſat in Eccleſia. Sed Couarr.iſtam rationem increpat, & aſsignat intellectum ad d. §.an bona,& etiam concordiam, vt prima opinio procedat
4 quoad creditores hęreditarios,ſecunda verò quoad legatarios, quæ eſt de mente Alex.& Cornei,in d.§.fi. Alia concordia poteſt aſsignari, vt prima
5 opinio procedat de iure ſtricto,ſecūda verò de æquitate,vel ſaltim petita reſtitutione in integrum , vt in d.§. pupillis, cum pręlatus iura Eccleſiæ
6 non poſsit deteriora facere , vt in.c. 1. de in integrum reſtitutione, & de hac quæſtiōne vide Padillam in.l.1. numer. 80. C. de iuris & facti ignorantia.

## QVAESTIO.30.

*Vtrum teſtator poſsit prohibere detractionē Trebellianicæ filijs primi gradus. Cōmunis contra communem, & quid iure regio.*

Rvrſus dubitari ſolet circa prędictam authenticā,an teſtator poſsit prohibere liberis primi gradus detractionem Trebellianicæ,in qua quęſtione Bart.& Salicetus,in.l. iubemus. C.ad Trebel. exiſtimant non poſſe prohibere liberis primi gradus(inſtitutis,& rogatis reſtituere)& eſt communis opinio ſecundum Decium; conſi.81.col.2.nu. 3.& dicunt communem relati,à Couarr.in.c.Raynuntius.§.11. nu. 7. de teſt. & dixit communem Ripa,in.l. nemo poteſt,nu.52.ff.de leg.1.& fundamenta huius opinionis tradit Rolandus,conſi.5.vol.4. vbi refert duas communes, Menchac. de ſucceſsionum creatione.§.8.num.12.qui refert etiam duas communes opiniones cōtrarias, & Padilla in.l.poſt mortem, nu.29.& 30.C.de fideicomm.& Gregorius in.l.fi.tit.11.par. 6. verb.* *De los bienes*, * Quod extende habere locū in filijs legitimatis, ex per me traditis in quæſt.2.

Sed contrariam dicunt communē plures relati per Couarru.vbi ſupra, vltra quos illam dicit cōmunem Corſetus,in tractatu de Treb.§.1.& 3.volumi.2. tracta. & Gualdenſis de arte ſtandi,tit.5.cautela.31.& dicit veriorem additio,ad Oldradum,conſi.248. nu.5.& ſeruari in practica dixit Guido Papa,in deciſsione.51.& cōſi.140. & dixit communem Curtius iunior, conſi. 12. & 120.nu.12. & conſi.160. num.20.

Prima tamen opinio eſt magis cōmunis,& in practica recepta(vt pluribus citatis)conſuluit Tiberius Decianus,conſi.127.nu.27.lib.3. & cōſi. 28.num.38.lib 1. & Roland.conſi,31. nu.29. qui dicit eſſe communiorem, & in practica obſeruatam, & ſequitur Cæphal. conſi.715.nu. 13. & hanc eſſe veriorem , & communiorem teſtatur Burſatus, conſi. 13.num.44.& conſi. 44. nu. 19.& conſi. 102.nu.13. lib.1.& Simō de Pretis,conſi.47.nu. 17. & pluries vidiſſe in practica eſſe receptam,& obſeruatam,dicit Fabius Turretus,conſi.77.nu.40.volu. 1.qui alios refert pro hac ſententia .Aduertendum tamen eſt ad dictam authenticam ſed cū teſtator,quod filius non conficiens inuentarium, non priuatur ſua legitima,imò poteſt deducere legitimam portionem(ex ipſis legatis)ita gloſ.in d.authentica,verbo excedunt,ſimilis gloſ. in.l.ſcimus. §.penult.verſi.ſacramento. C. de iure deliber.vbi Alex. dicit hanc eſſe communem opinionē , & eſt ſimilis gloſ. in authentica hoc amplius. C. de fideicomm.verbo naturale,& dicit cōmunem Corneus , conſi. 189.colū.7. vol.4.Guido Papa,de ciſsio. 53. & dixit comm.Calcaneus, conſi.57.nu.6. & Porcelinus in tractatu de inuentario.c.5.nu.5.vbi latiſsimè diſputat ad partes.Dixit etiam communem Galliaula, in.l. Centurio,nume.227. ff.de vulg.& dixit etiam communem Paulus de Mōtepico,in.l. in quartam,nu. 273. ff. ad. l. falcidiam, vbi dicit vix poſſe diſcerni,quæ ſit communis opinio in hac queſtione,in qua loquitur

dubiè Alciatus,in.l.cum proponas fi-
lios,nu.23.C.de pactis, & hanc dicit
magis cõmunem Belonus, conſi.80.
nu. 19. & dixit comm. Iaſſ.in d.l.ſci-
mus.§.penul.nu.2.& Segura in.l.3.§.
fin.num.112.ff.de lib.& poſth.& eius
additio.Couarr.in.c.ſi hęredes,num.
10.de teſt.inquo articulo refero duas
communes contrarias,in quæſt. 691.
Tamen hæc opinio eſt hodiè appro-
bata de iure regio,in.l.7.tit.11. par.6.
de quo artic.videndus eſt Greg.in.l.
12.tit.5.p.6.in verb.* *Todos los otros bie nes,* * & in.l.fi.tit.11.ver.* *Maguer el te nedor.* * Et vtrũ hodiè falcidia & Tre
bellianica procedant, diſputat Parla-
dorius,rerum quoti.1. par.c.11.Burg.
de Paz in.l.3.Tauri,nu.959. Padill.in
l.eam quam, nu.109.C. de fideicom-
miſsis,Acoſta in.c. ſi pater,verbo abſ
que deductione,u.3.de teſta.lib.6.Go
mecius in d.l.3.nu.80.& pro vtraque
plures doctores & rationes congeſ-
ſit Matienç.in.l.1.tit.4. gloſ.19.nu.5.
vſque ad nu.18.& Spino(qui ita dicit
practicari) in ſpeculo teſtamẽtorum,
glo.8.à n.88.vſq; 91. & iam ſemel ita
practicaui,& obtinui,quod non poſ
ſit hodie detrahi quarta falcida, cum
ſine hęrede ſuſtineatur teſtamẽtum,
ex.l.ordinamenti. 1. tit.4.lib.5.quod
alibi latius dicem⁹, & ex ratione quæ
ſtionis ſequentis apparebit.

## QVAESTIO. 31.

*Vtrum teſtator cenſeatur pro-hibere falcidiam ex illis verbis,* Cumplido y pagado mi teſtamẽ to,y todas las mandas,y legados. *Cõmunis contra communem, & quid iure regio.*

NVnc autem venit explicãda
illa quęſtio (ſatis neceſſaria
pro complemento materiæ
dictæ, authenticæ ſed cum teſtator)
an ſi teſtator diſpoſuerit: Volo tota le
gata integra,& omnia ſolui ab hære-
de meo(vt in.l.fin.C.ad Treb.)an per
illa verba cenſeatur prohibita dedu-
ctio falcidiæ. Et quod(non obſtanti-
bus verbis ſupradictis) hæres poſsit
falcidiam detrahere, tenet Romanus
in d.authentica,ſimiliter, dicẽs,quod
in hac quæſtione omnes doctores in
Italia ſecum conuenerunt ( excepto
Paulo)qui poſtea idem conſuluit.Idẽ
tenet Angelus,in d.authentica,& plu
res relati per Boerium, deciſsio. 44.
num.32.Capra conſi. 36.& 88.Oldra-
dus,conſi.248.Socin. conſi. 14.& 34.
vol.1.Bertrand.148. quęſt. 3. & dixit
communem Romanus, conſi.239. &
videtur dicere cõmunem Iaſſ.conſi.
84.vol.1.dixitque veriorem Carolus
Molineus ad Alex. conſi.5.vol.3.nu.
15.& conſi.133.volum.5.& conſi.201.
vol.6. Et de hac quæſtione fuiſſe du-
bitatum inter iuriſconſultos ſcribit
Alex.ab Alex.lib.2.c.23. (quãuis ipſe
non intellexerit in quo cõſiſteret du
bium)& vide Tiraquell. poſt.ll.con-
nub.glo.7.nu.100. Et vltra hic allega
tos hanc dixit comm. Crotus, in.l.ne
mo poteſt,col.13.ff.de leg.1.nu.31.Pa
dilla in.l.poſt mortem,C.de fidei com
miſsis,nu.31.Et ratio eſt,quia cum te
ſtator poſsit expreſsè prohibere fal-
cidiam, vt in.d.authentica,non ſatis
expreſsè dicitur prohibuiſſe per illa
verba,ęquipolencia,omnia legata,&
integra legata.

Sed his non obſtantibus, contra-
riam opinionem(imò quod in prædi
cto caſu,hoc eſt, quando dixit teſta-
tor:Volo tota legata & integra ſolui,
vel reſtitui, non poſsit detrahi falci-
dia,neque Trebellianica) tenet Bart.
in.l.Cęnturio,nu.27.ff.de vulgari, &
dixit communem ibi Ripa,num.130.
Anton. Gabriel. lib. 4. comm.tit.ad
Treb.cõcl. 3.4.5.& 6. vbi poſſuit plu
ra exempla, veluti reſtituas omnia
bona,



bona,& pleno iure, integram hæredi
tatem,totam hæreditatem, quia hæc
verba operantur expreſſam prohibi-
tionem. Et hanc dixit comm. Alex.
conſi.5.vol.3.nu.15. Bertrandus,cõſi.
241.vol.3.& dixit etiam communem
Boerius d. deciſio.44.n.33.Crotus in
l.nemo poteſt,col.13.ff.de leg.1.& di-
xit communem Corſetus,in tractatu
de Treb.§.2.Guid.Papa,deciſsio.337.
& dixit communem Gualdenſis,de
arte teſtandi, tit.5.aliàs.3.cautela.31.
& magis comm. dicit Dec.conſi.31.
aliàs. 81. & dicit etiã comm. Alciat.
in d.l.Cænturio,nu. 90. vbi diſputat
pro vtraq; parte,& dixit comm. Ti-
raquellus,poſt.ll.connub. gloſ. 7.nu.
99.vſq; 104.& dicit comm.Boerius,
deciſsio.193.col.2.& Galliaula,in d.l.
Cænturio,nu.399.ff.de vulg.&Belo-
nus conſi.64.cum duobus ſequenti-
bus,quam tenet gloſſa ſingularis,in.
l. decem. ff. de fideicomm. lib.Quæ
opinio hodiè veriſsima eſt, vt tradit
Matienç.in.l.1.tit.4.gloſ.19.à num.5.
vſque 18.vbi latiſsimè diſputat de iu
re regio iſtam quæſtionem: quam opi
nionẽ dixit veriſsimam Padilla, in.l.
poſt mortem,nu.31.C.de fideicomm.
& refert duas communes Burgos de
Paz in.l.3.Tauri,num. 974.& 977.&
Gutierrez in.l.nemo poteſt, nu.316.
ff.delegatis.1.vbi ſic intelligit.l.6.tit.
11.p.6.ibi: * *Si el teſtador les defendieſſe ſeñaladamente que no la ſacaſſen,* * quæ
verba ita interprætari debent.

Aduertendum tamen eſt,pro perfe-
cta materia illius authenticæ, vt non
habeat locum in foro conſcientiæ,
nam in eo hæres non conficiens in-
uentarium, non tenetur vltra vires
hęreditarias:& hęc eſt cõmunis opi-
nio Theologorum, ſecundum Bart.
in rubric.ff.de acquirenda hæred.nu.
3.vbi Iaſſ.dicit communem:dixit eã-
dem communẽ Segura in.l.1. §. ſi vir
vxori,nu.127. ff. de acquirenda poſ-
ſeſsione,Alciatus in.c.nobis de iudi-
cijs,nu.34. & dixit communem Co-
uarr. ( horum immemor)in epitome
de ſponſ.2.par.§.8.c.6.nu.10.& in.c.
1.de teſt.num. 17. & Gomecius in.l.3.
Tauri,nu.121.Greg.in.l. 10.tit.6.par.
6.verbo. * *Las mandas,* * Menchac.de
ſucceſsionum creatione,lib.1.§.2.nu.
12.idem tenet Spino ,in ſpeculo teſta
mentorum, gloſ. 35.nu. 56.qui aſsig-
nat rationem,& impugnat opinionẽ
Pauli in rubrica de acquirenda hæ-
red.& Federici de Senis, conſi.21.aſ-
ſerentium contrarium ( quam etiam
reſoluemus eſſe communem in quęſt.
464. ) Adde etiam,quod neq; de iure
canonico hęres tenetur vltra vires
hæreditarias,non conficiens inuenta
rium, & hæc eſt communis opinio ſe
cundum Prepoſitum, in.c.Epiſcopus
12.quæſt.2. & vide communem con-
trariam in quęſt.411.Et an minor nõ
conficiens inuentarium reſtituatur,
vide Ioann.Garciam de Hiſpanorum
nobilitate, gloſ.6.§.2. nu.24.qui te-
net quod ſic.

## QVAESTIO.32.

*Vtrum ſignum tabellionis ſit de ſubſtantia ſcripturæ Communis contra communem, & quid iure regio.*

PRo ſubſtantia publicæ ſcrip-
turę requiritur,quod ſignum
apponatur: ad hoc ſolet alle-
gari tex.in.l.fi.C.de aſſeſſoribus, ibi:
* *Signum quod ſolitum eſt chartis impo-nant,* * & hæc eſt communis opinio
ſecundum Bart.in.l.ſi quis ex argen-
tarijs, num.32. ff. de ędendo,& dicit
magis communem Boerius,deciſsio-
ne. 36. num. 8.& hæc videtur magis
communis, quam tenet gloſ. verbo
illam,in authent. de inſtrumẽtorum
cautela & fide. §. ſed etſi inſtrumenta
in verſi.oportet, & ibi Bart.num.5.
Rolan-

Rolandus à Valle,conſi.44.num.40. lib.1.Dinus,Iacobus de Arena, Bart. & Imola,in.l.ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus.ff.de teſt.Abb. in. c.1.de fide inſtrumentorum,colu.4.& ibi Felin. & Decius,nu.13.Horozco,in.l.ſi quis ex argentarijs, nu. 62. in. §.ſi initiũ, ff.de ędendo, & alios refert Padilla, qui dicunt communem in.l.ſi qua beneficia, nu.14. C.de diuerſis reſcriptis,Couar.practic.quęſt.c. 20.num.5. Burgos de Paz in.l.3.Tauri. 1.p.cõcl. 7.n.1240.Craueta,conſi. 72.qui dicit communem:pro qua conſuluit Franciſcus Purpuratus, in caſu de facto ſibi contingenti,conſi.572.vol.2.

Sed contrariam opinionem ( imò quod ſignum non ſit de ſubſtantia) dixit communem Imola, in d.cap.1. Alex. ad Bart. in. 1. conſtitutione.ff. noui,nu.5.&dixit etiam communem Abb.in rubric.ff.de noui.ope.nunc. nu.14.& dicit Bertrand. conſi. 133.in 2.par.quod fatuus eſt iudex,qui fidẽ adhibet ſcripturę ex ſola ſigilli appoſitione: quem refert & ſequitur Caſan.in conſuetudinibus Burgundiæ, in cõcluſionib⁹,&approbatur in glo. verbo ſigne, el .1. fol. 286. quæ refert pœnam contra notarios,qui mutant & variant ſigna conſueta apponi in ſcripturis.In qua varietate opinionum,Bart.ſupra,nu. 6.aſsignat cõcordiam, vt prior opinio, procedat de conſuetudine,ſecunda verò de iure, & Bartolum ſequitur Cagnolus, ibi, nu. 104. Et poſt hæc ſcripta vidi plures doctores, quos tradit Maſcar. in cõcl. 920.nu. 2. vol. 1.qui nullum allegat qui dicat communem, ſed de iure regio,quod ſeruandum erit.

Prima opinio eſt recepta ex l. 54. tit.18.par.3. vbi Greg. verb. * *Su ſigno*, * & etiã probatur in.l.3.Taur.ibi, * *Y el ſigno del eſcriuano*, * & in. l. 12. tit.25.lib.4.recop.ibi, * *Signar los regiſtros*, * Quæ lex,licet loquatur in prothocolis,tamẽ ex identitate rationis idem eſt in cæteris ſcripturis:ita Burgos de Paz,conſi.20.nu.2. qui plures allegat pro iſta ſententia(licet non referat d.l.partit.)& Gregorium,ibi,expreſſè hoc tenentem,in verbo. * *Su ſigno*, * qui dicit, quod ita ſeruatur, Couarr. pract. quæſt. c.20.num.5.& Burgos de Paz,ind..l.3.Tauri.2.part. cõcl. 7.num.1240.& Matienç.in.l.2. tit.4.gloſ.7.nu.5.lib.5.recop. & nouiſſimè per totam quæſtionem latè proſequitur doctiſsimus Gutierr.pract. quæſt.lib.1. quæſt. 138. contra Oroſcium in d. l. ſi quis argentum. §.initium,nu. 60. ff. de ædendo, & Padill. in d.l.ſi qua beneficia. Quod intantũ verum eſt,& ſeruandum, quod aliàs ſcriptura in qua deficiat ſigum Tabellionis,non mandabitur executioni,& erit optima exceptio ad impediendam executionem,cum ſit exceptio iuris, & quæ prouenit ex ipſo inſtrumento,vt notant doctores moderni ſupra,& Gutierrez,nu.2.col.2. vbi,tan de iure communi, quam regio ſequitur primam opinionem in ſcripturis publicis, in quibus dicit, quod ſit neceſſarium ſignum Tabellionis, & quod ita eſt tenendum in praxi, & ſequitur Didacus Perez,in l.2.tit.5.lib.5.ord.colu. 434. Azeued. in.l.13.tit.25.nu.44.lib.4. recop.& in l.2.tit.4.nu.19.lib.5.

## *SVMMARIVM.*

1 *Furioſus non punitur ob delictum commiſſum ante furorem.*
2 *Deus non dimitit peccatum mortale commiſſum ante furorem.*
3 *Delictum furioſi commiſſum ante furorem non purgatur ſuperueniente furore.*
4 *Furioſus ſatis ſuo furore punitur.*
5 *Furioſus non ſentit ſupplicium.*
6 *Furioſus non excuſatur à publicatione & confiſcatione bonorum,propter crimẽ hæreſis,num.3 in fine.*

Quæſt.



## QVAESTIO. 33.

*Vtrum filius furioſus poſsit exhæredari,quando cauſa ingratitudinis antè furorem fuit commiſſa.Communis contra communem.*

FIlium furioſum,qui ante furorem cauſam ingratitudinis aduerſus patrem cõmiſerat ( ob quam iure exhæredari poterat)exhęredari nõpoſſe multi cenſuerunt,& dicit eſſe communem opinionẽ Iaſſ. in.l.patre furioſo, nu.24.aliàs.42.ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris: quia furioſus non ſolum non punitur ob delictum commiſſum in furore,verum nec etiam ob delictũ com-
1 miſſum ante furorem.Quam opinionẽ tenet Baldus in.l.furioſum. C. qui teſtam.facere poſſ.cuius opinio communis eſt ſecundum Alex.ibi,& Iaſſ. nu.7.& Lancelotus Politus, in tractatu de ſubſtitutione,in rubrica de exẽplari, num.12. & eſt communis opinio ſecundum Ripam,in.l.fi.nu.229. C.de reuoc. donationibus,Guillerm. Benedictus in.c.Raynutius,in verbo ſi abſque liberis moreretur, el.2.nu. 13.de teſt. & illam dixit communem Cagnolus,in.l.in negotijs contrahẽdis,nu.1.vbi Decius nu.4.ff.de regul. iur. quam dixit communẽ Marcus Antonius Bauer,in. §.item furioſi,nu
4 inſtitutis,quibus non eſt permiſſ.facere teſtamentum.Et dicit bis eſſe cõmunem Ludouicus Carrerius,in practica criminali.§.circa,nu.14.&dixit etiam communem Iaſſ. in. l. penult. num. 7. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. Idem Iaſſ.& Ripa, in.l.ex facto.ff.de vulg.Iaſſ.nu. 30. Ripa.33.& Beroius, 284.Auend. reſpon. 35. numer.3.Couarr.in clem. ſi furioſus,num.2.in initio.3.partis de teſtamentis.

Sed contrariam opinionem dixit communem Iaſſ.in.l.ex facto,nu.29. ff.de vulgari,quam opinionẽ ſequitur Mench.lib.3.de ſucceſsionũ creatione.1.par.§.21.nu.256.vbi dicit opinionem Iaſſonis in.d.l.patre furioſo, neq; veram neq; communem eſſe,& ꝙ ex eo conuincitur,quia Deus Op-
2 timus Maximus non dimittit peccatum mortale comiſſum à furioſo ante furorem(imò ſi in eo decedat condemnabitur)ergo ſi furioſus commiſſit cauſam ingratitudinis ante furorem,de contentis in authent. vt cum de app.cognoſ.§.illud quoque capitulum,verſi.cauſas,collatio.8.& glo. in.c.quintauallis,de iure iurãdo &ſic nulla eſt ratio quod ſuperueniente furore exhęredari non poſſit,quia delictum à principio commiſſum, non fuit purgatum proter furorem ſuper
3 uenientem.Quam opinionem ſequitur Spino,in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.rubric.10.part.nu.3. qui refert duas communes,quam ſequitur Dueñas,regul.259.limitatio.3.

Sed contrariam ſequitur Iul.Clar. §.teſtamentum,quæſt.41.nu. 8.& facit.l.de creationibus.C.de epiſcop.audientia.l.fin. §.ſed cum antiquitas.C. de curatore furioſi, & ſequitur Anton.Gomez,de delictis.3.tom.c.1.nu. 72.pro qua facit.l.9.tit.1.p.7.&.l.fin. tit.1.par.1.& Auend. reſpon. 35.nu.3. Azeued.in.l.1.tit.13. nu. 28. lib.4.recopi.Gratian.reg.214. n.11.qui aſſignat intellectum ad.l. diuus.ff.de officio pręſidis(in qua fulcitur contraria ſententia)idemq; reſoluit ipſe Menchaca(ſibi contrarius)lib. 2.controuerſiarum illuſtrium.c.96.nu. 11. vbi reſoluit opinionem Iaſſ. eſſe communem,ſequens hanc opinionem.At verò, ſi perpetrato delicto hęreſis, aliquis in furore inciuerit, licet in corpore non puniatur, bona ſua veniunt confiſcanda,& fiſco applicanda:vt tradit Rip.in.l.ex facto,nu.72.

ff.de

ff.de vulg.Igneus.in.l.3.§.ignoſcitur,
numer.71. ad Sillan. & Simancas, de
cathol.inſtitutio.cap.26. num. 11. &
vide Bart.in d.l. ex facto, numer.19.
6 de vulg.Alex.32.& Ripa.72. Ex qui-
bus rationibus,& iuriũ diſpoſitioni-
bus,hęc opinio magis vera eſt in pũ-
to iuris,negari tamen non poteſt, ex
ſupra traditis, quod opinio Iaſſ. eſt
communis, prout referunt doctores
ſupra,de quibus non recordatus fuit
Menchaca, cuius opinio duriſsima
eſt,cum furioſus ſatis ſuo furore pu-
niatur,vt in.l.diuus.ff. de officio præ
ſidis,& fruſtra punitur, qui non ſen-
tit ſupplicium, neq; velle, neq; nolle
habet, & ſic ipſe Menchaca palino-
diam recantauit, in.d. c.96. vbi plu-
res refert pro opinione Iaſſ.dicentes
communem(prout eam appellat Rò-
manus, in d.l. furioſum,& Hippoly-
tus,in.l.1.num. 58.ad.l.Corneliam de
ſiccarijs)quę opinio verior& ęquior
eſt,& ab ea non eſt recedendum in iu
dicando & conſulendo. Ita etiam te-
net Auendañ. in.cc.præt.2. p.cap.16.
numer.16.

Eſt tamen aduertendum,quod licet
furioſus excuſetur à pœna, non ta-
men excuſaretur à publicatione bo-
norum:ita Baldus,& doctores,in d.l.
furioſum,& Iaſſ. in d.l.patre furioſo,
num.39.

## QVÆSTIO. 34.

### *Vtrum cautio ſecuritatis ab inimico præſtanda duret ſolum per triginta dies, & quanto tempore. Communis contra communem.*

IN iure receptum eſt re,à perſonæ
cautionem ſecuritatis non eſſe
pręſtandam, tex.in.l.qui bona.§.
qui damni.ff.de damno infecto.l.10.
tit.32.par.3. à perſona tamen perſonę
præſtanda eſt,nã ſi quis timeat ſe poſ
ſe offendi ab aliquo, poterit cautio-
nem petere:tex.in.l.denunciamus.C.
de his qui ad Eccleſiam confug.& te
net Bart.in.l.illicitas. §.ne potentio-
res.ff.de officio præſid. Florianus in
l.æquiſsimum.ff. de vſufructu,& Pla
ça de delictis,lib.1.c.7.Menochius de
arbitrarijs,cẽturia ſecunda, caſu 139.
cum duobus ſequentibus,&eſt com-
munis opinio ſecundum Alexand.ad
Bart.in.l.2.in princ. numer.24.ff. ſo-
luto matrimonio,quam regulam tra-
dit Bernard.Diaz,regul.510. vbi Sal-
zedo, adduxit. 10. ampliationes, &
declarat Gomec.de delictis.c.6.num.
16.& Plaça,cap. 7. nu. 1.Auiles in.cc.
præt.c. 6.nu.8.

Quo ſuppoſito,nunc autem dubiũ
eſt,quanto tempore illa cautio ſecu-
ritatis duret, & quidam exiſtimant
triginta dies tantum durare,ex tex.
in autenthico demandatis Principũ.
§.ſed neq;,coll.3.& hanc dicit com-
munẽ Albe.in d.l.illicitas.§.ne poten
tiores, numer. 11. in verſicul. item
quæro.

Contrariam tamen opinionem,
(imò quod illud tempus relinquatur
arbitrio iudicis)tenet Bart.ibi,num.
7.& hanc eſſe communem opinionẽ
tenet Ripa,in rubric.de damno infe-
cto,nu.23. Guillerm.de Cuneo.in tra
ctatu ſecuritatis,nu.35. Angelus in.l.
dies cautioni, vbi Alex. nu. 5.ff. qui
ſatiſdare cogantur, & ſequitur Padi-
lla,in.l.ſi ſuper poſſeſsione, nu.29.C.
de tranſactionibus, Felin. in rubrica
de tregua & pace,nu.10.Plaça,de de-
lictis.c.7.num.4.vbi reſoluit,quod ſe
cundum perſonarum qualitatem, po
teſt iudex decennium pręſtituere.Idẽ
tenet Ang. & Imola, in.l.penult.de
præt.ſtipulat.capella Toloſana,in de-
ciſione. 489. Menochius de arbitra-
rijs,caſu.141.in lib.2.nu. 3. & in caſu
140.reſoluit,quæ dicatur iuſta cauſa
præſtan-



præſtandi cautionem.In qua quęſtio
ne eſt aduertendum in praxi, quod
præcedẽte partis petitione, iudex de
bet condemnare reum ad præſtandã
cautionem cum fideiuſſoribus:ſi ve-
rò ſolum ex officio ꝓcedatur,poterit
reum condemnare ad præſtandã cau-
tionem iuratoriam, & ita concilian-
tur gloſſæ contrariæ,in. c. ex tranſ-
miſſa, & in. c.litetas de reſtitutione
ſpoliat.& in.c.Benedicto.33.quęſtio.
2.& dicit communem Felinus vbi,ſu
pra,num 10.& Plaça, nu.2.quod qui-
dem etiam habet locum,quanuis qui
cautionem prędictam petit cauſam
inimicitiæ,præſtiterit: ita Alex.in.l.
qui bona. §. ſi quis iuſta,ff.de damno
infecto, & Felinus, & Plaça ſupra,cõ
tra Angelum,Paulum,& Romanum,
in d.l.qui bona.§.qui damnum.Nota
tamen ſingulariter,quod hæc cautio
operabitur,etiam ſi, extra territoriũ
pars fuerit offenſa: ita Hyppolitus
de Marſilis,in.l.fin.num. 20.de iuriſ-
dictione omnium iudi. & in ſingula-
ri.53.quod dicit ſummè notandũ; &
Salzedo ſupra,ampliatione.9.in regu
la.510.& Padilla in d.l. ſi ſuper poſſeſ
ſione.C.de tranſactionibus. nu.28.

## QVÆSTIO. 35.

### *Vtrum datum ambaſsiatoribus ſeu legatis, cadat in illorum comodum, vel Principis aut reipublicæ mittentis eos. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DOnata ambaſsiatoribus cæ-
dunt commodo illorum, &
nõ commodo Principis, vel
reipublicæ mittentis illos, & hæc eſt
communis opinio ſecundum Alcia-
tum,in tractatu præſumptionum, in
præſſumptione.18.regul. 1. num,2.&
hanc ſequitur( dicens magis commu
nem)Gutierrez, practi. quæſt.lib.2.
quæſt.119.nu.5. & eam dicit commu-
nem Iacobinus,in l. cum aliquis,nu.
12. C. de iure delib. & ratio eſt,quia
præſumuntur donata reſpectu ipſo-
rum,&nõ reſpectũ mittentium illos:
ita tenet gloſſ.in. l. ſi verò.§.itẽ quia
quid.ff.ſoluto matrimonio, gloſſ.in.
l.ſed ſiplures.§.in arrogato.ff.devulg.
alia in. l. qui proprio. §. procurator,
vt in cæteris. ff. de procuratoribus.
Et pro hac opinione facit optimus
1 tex in.l.ſocium qui in eo. §.fi.ff.pro
ſocio,& eſt communis opinio ſecun
dum Euerardũ in thopicis legalibus,
loco.79.fol. 490. in verſic.& gratia
exempli.Idem tenet Rolandus,conſi.
10.num.9.& 12.vol. 1. Tiraquellus in
l.ſi vnquã, verb.donatione largitus,
nu.54.C.de reuocand.donationib.&
nouiſsimè Maſcardus, vol.1.de pro-
bationibus,concl.563.nu.8.& Ioann.
Garcia de expenſis, tit.de coniugali
aç quęſtu.nu.11.

Sed contrariam opinionem dixit
2 communem Albericus,in.d.§.procu
rator,nu.9.qui diſtinguit, aut eſt do-
natares magna,vel modica: quaſi di-
cat,quod qualitas rei donatæ debeat
conſiderari. Circa quam diſtinctio-
nem videdus eſt Aretinus, poſt Ang.
in.d. §. in arrogato,Abb. & Calderi-
nus in. c. poſtulante,de conceſsione
prebendæ; ſed verius dicendum eſt,
3 quod prima opinio procedat, quan-
do conſtabat quod contemplatione
legati donatio facta fuit, tunc illi ad
quiritur, ſi verò mittentis illum aut,
ſumus in dubio,&tunc attendi debet
rei qualitas,vt tradit Euerardus, vbi
ſupra, & tradit(in caſu ſimili,in quo
4 conſuluit de facto)Azeued.in.l.3.tit.
9.libr.5.recopilat.numer. 7.Gutier-
rez, lib.2.pract.quæſtion.119 in caſu
illo ſimpliciter. An id quod donatur
vxori à conſanguineo mariti,ſit vxo
ri applicãdum,an verò marito,vel an
5 erunt bona multiplicata, durante
matri-

matrimonio, in qua quæſtione facit
prædictā diſtinctionem, & quia breuitati conſulo, illud amplius non proſe
quor & quia non eſt præſentis ſpecula
6 tionis. Hodiè verò, de iure regio nihil poſſunt recipere, vt in l. 21. tit. 9.
par. 2. vbi Greg. verbo, * *Alguna coſa*, * & declarat Azeued. in l. 1. tit. 7.
lib. 6. recopil.

## *SVMMARIVM.*

1 *LEx venditor ff. de iudicijs, declaratur.*
2 *Qui tenetur de euictione, non poteſt declinare forum.*
3 *Vbi ceptum eſt ſemel iudicium, ibi & finē accipere debet.*
4 *Contraria communis opinio in quæſtione principali proponitur.*
*Laicus & clericus hæredes laici, debent coram iudice eccleſiaſtico conueniri.*
6 *Eccleſia ſuccedens priuato, non vtitur iure priuati.*
7 *Bona clericorum & Eccleſiæ, eodem gaudent priuilegio.*
8 *Priuatus habens aliquod ius commune, cum eccleſia Romana, vtitur priuilegio, & præſcriptione eccleſiæ competenti.*
9 *Lex. 57. tit. 7. p. 1. declaratur.*
10 *Olanus reprobat opinionem Greg. & Couar. circa intellectum legis partitæ.*
11 *Clericus in pluribus caſibus, poteſt coram iudice laico conueniri remiſsiuè.*
12 *Opinio Olani reprobatur à Ahumada, qui dicit quod ſomniauit.*
13 *Verba dictæ l. 57 ponderantur, & declarantur.*
14 *Executio poteſt fieri per iudicem ſecularem in prædio à laico hypothecato, licet à clerico poſsideatur.*
15 *Opinio Parladori defenditur, & fundatur authoritate & ratione vltra eum.*
16 *Lex ſi creditor. §. fi. ff. de diſtractione pignorum, declaratur.*
17 *Prohibitio alienationis cum expreſſa rei hypotheca; impedit dominij traſlationem.*
18 *Res vendita, non obſtante pacto de non alienando, præſumitur ad huc durare in dominio venditoris.*
19 *Clericus cenſuarius ſi laico ſuccedat, poteſt coram iudice laico conueniri.*
20 *Clericus ſuccedit cum onere in re hypothecata.*
21 *Succeſſor in re vēdita, tenetur ad onera realia, & ad penſiones præteritas, & decurſas, & decimam.*
22 *Iudex ſecularis non poteſt contra perſonam clerici mittere mandatum de exequendo.*
23 *Clericus ſi ſuccedat in cenſu à laico cōſtituto, non poteſt per cenſuras contra laicum procedere.*
24 *Fœudatarius non poteſt alienare fœudum in eccleſiam.*
25 *Alienatio in potentiorem eſt prohibita.*
26 *Statutū populi valet, quod laicus non poſsit alienare in Eccleſiam res tributarias, licet alij teneāt contrarium.*
27 *Cap. 3. ſeſsio. 25. Concilij Tridentini declaratur.*

## QVAESTIO. 36.

### *Vtrum clericus ſucceſſor laici, (cæpta inſtantia cum defuncto) poſsit conueniri, coram iudice ſeculari. Cōmunis contra communem.*

SAtis anceps & dubia eſt in iure
queſtio illa, corā quo iudice ſit
conueniendus clericus, qui laico
ſucceſsit (contra quem lis erat
mota) & in hac queſtione clericū lai-
1 ci ſuceſſorem teneri, & debere proſe
qui, & cōtinuare inſtantiam, cęptam
coram iudice ſeculari, à ſuo prædeceſ
ſore (coram ipſo iudice laico) tenet
Imola in l. ſi cum hominem. ff. de fideiuſſoribus (aliàs de fidei comm.) Angel. & Paul. in l. hæres abſēs. §. 1. ff. de
iud. & dicit paſſum eſſe ambiguum
Barba. in c. quia, col. 8. de iudi. tenent
alij



alij plures relati per Cagnolum, in l.
2. C. de pactis inter emptorē & vend.
nu. 175. vltra quos hanc tenet Boer. deciſione. 69. nu. 32. Alex. ad Bart. in authenti. & conſequenter, num. 19. C. de
ſent. & interlo. Guiller. Benedictus, in
c. Raynuntius, verb. vxorem, el. 2. n.
124. de teſt. & hanc dixit communē
Rogerius de Nuta, in l. 1. nu. 61. ff. de
iudicijs, & ratio deſumitur ex lege
venditor. ff. de iudicijs. l. 1. C. vbi in
1 rem actio exerceri debeat, vbi qui tenetur de euictione, non poteſt declinare forum, ſed cauſam defendere coram iudice ſeculari, vt notat Guillermus Benedictus, vbi ſupra, nu. 417. &
ex alia ratione, quia vbi ceptum fuit
ſemel iudicium, ibi debet finem acci-
2 pere. l. vbi ceptum. ff. de iud. l. 56. tit.
6. par. 1. l. 33. tit. 5. par. 5. Couar. practi.
quæſt. c. 8. Anton. Gomez. 2. tom. variarum. c. 2. nu. 39. Matthæus de Afflictis, deciſione. 227.

Sed his non obſtantibus, cōtrariam
opinionem (imò quod hoc caſu non
teneatur clericus proſequi inſtātiam
coram iudice ſeculari) tenet Anton.
3 & Abb. in. d. c. quia verò. vbi. Felin.
col. 3. & Decius, col. fi. & hæc opinio
fuit ſeruata in praxi ſecund. Lancelo.
Politum, & Iacob. in d. l. hęres abſens,
in principio: & hęc eſt verior opinio
ſecund. Cagnolum, vbi ſupr. nu. 186.
vbi latè pro vtraq; parte, & hanc opinionem dicit magis comm. Maran. de
ord. iud. fol. 121. nu. 13. & hanc tenet
Ripa, in c. decernimus. nu. 22. de iud.
vbi innuit eſſe comm. & dicit Iaſ. in.
4 l. emancipati, num. 3. C. de collation.
quod laicus, & clericus hęredes laici,
debent cōueniri coram iudice eccleſiaſtico, Mencha. de ſucceſsionū creatione. §. 22. n. 70. Spino, in ſpeculo teſtamentorū, gl. 33. nu. 72. Et vltra om
5 nes pro hac opinione facit, quia quādo
eccleſia ſuccedit priuato contra quē
erat inchoata præſcriptio. 10. vel. 20.
annorum, nō ſufficit præſcriptio priuati contra eam, ſed ſecundū priuile-
6 giū, quod habet eccleſia in ſuis rebus
præſcribēdis debet pręſcribi. Hęc eſt
comm. opinio ſecund. Iaſſ. in authen.
quas actiones. n. 36. C. de ſacroſ. eccle.
ergo idem eſt dicendum de rebus clerici, quia res clericorum, & eccleſiæ,
eodem gaudent priuilegio, gloſ. in. c.
7 quamquam de cenſibus, in. 6. gloſ. in
c. eccleſiæ ſanctę Mariæ, de conſt. cū
ſimilibus: quas intellige in caſibus à
iure expreſsis (nam in his gaudēt res
clericorum priuilegio rerum eccleſiaſticarum) comm. eſt ſecund. Dec. in
d. c. eccleſię ſanctæ Marię, nu. 21. vbi
Catelinus. n. 10. & latius Barba. nu. 4.
cum ſeqq. pro quo etiam facit, quod
tradit Innocent. in. c. audientiam de
præſcriptionib', quod ſi priuatus ha-
8 beat aliquod ius cōmune cū eccleſia
Romana, non currit cōtra eū minor
præſcriptio centū annorū, vt in authen. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl.
tradit Marſi. in l. de minore. §. tormenta, nu. 16. ff. de quæſt. & Graciā, regu.
367. nu. 5. Nec omittam quod dixit
Barb. conſi. 1. col. 23. vol. 3. (& eſt communis opinio) quod res clericorum
9 non gaudent eodē priuilegio quo res
eccleſiæ, quod intelligerem in caſibus à iure non expreſsis.

Quibus ſic pręhabitis, verior ſęper
mihi viſſa fuit 1. opinio, tam de iure
communi, quam hodiè regio, ex l. 57.
tit. 6. p. 1. quam in hunc ſenſum intellexerunt Greg. ibi. verb. * *Demanda*, * &
latiſsimè de illius tex. intellectu agit,
Couarr. pract. quæſt. c. 8. Auendañ. de
exequendis mandatis. c. 1. nu. 33. Di-
10 dacus Perez, in l. 3. tit. 13. lib. 3. ord. &
contra omnes Olanus, in antinomia
iuris, litera. C. numer. 26. qui tenet
(& neruoſè defendit contra Greg.
& Couar.) quod licet lis ſit cepta cū
defuncto, vel non, in quocumque caſu, clericus hæres laici eſt conueniendus coram iudice ſeculari, & illud
nouiſsimè declarat Parladorius, lib.
G 2. quotid.

2.quotid.c.fi.§.1.nu. 10.& Xuarez,in
l.poſt rem iudicatam, extenſione.1.à
nu.4.Villalobos,in verb.clericus,nu.
40.&in tractatu communium.n.103.
& Queſſada, in ſuis quæſtionibus. c.
4.nu.7.qui aſsignat intellectum ad.l.
32.tit.2.p.3.& ad.l.7.tit.31.p.2.l.6.tit.
11 1.p.1. in quibus iuribus poteſt cleri-
cus coram iudice ſeculari conueniri:
ita Guillermus Benedictus,vbi ſupra,
verb.& vxorem,nu.127.&Paz in ſua
praxi.22.tom.præludio. num. 41. vbi
reſoluit,quod illa lex non ſeruatur in
praxi,& Ahumad.in.d.l.57.glo.5.qui
12 tenet contra Olanum, & dicit quod
ſomniauit,Auil.in.cc. præt. c.10.verb.
* *La execucion,* * nu.66. Spino,ſupra,
nu.75.quod quidem veriùs mihi vide
tur,prout quotidie practicatur,intel
ligendo legem illam, quando lis fuit
cepta & conteſtata cum defuncto lai
co,vt denotant verba illius legis,ibi:
13 * *Otro ſi quando el clerigo hereda los bie-
nes del ome lego,* * & ibi: * *Tenudo es el
clerigo de fazer derecho ante aquel juz-
gador ſeglar,do le faria aquel de quien he-
reda el auer,ſi fuera viuo,* * & ibi: * *Ha
demanda,* * & ita tenet Menchaca,de
ſucceſsionum creatione. §.22. num.
70.& 72.qui refert in hac controuer
ſia duas communes opiniones con-
trarias, quæ poſſunt reduci ad con-
cordiam, ſi prima opinio intelliga-
tur lite cepta,& conteſtata coram iu
dice laico, ſecunda verò re integra,
contra Olanum, qui in vtroq; caſu
voluit directè contrarium,ex.d.l.par
titæ,& Rubeum in rubrica de dona-
14 tionibus. §.39. nu. 8. Vnum tamen
in præſenti non omittam (quod ſæ-
pius,&ſępiſsimè in praxi contingit)
an executio fieri poſſit per iudicem
ſecularem,in prædio, & poſſeſsione
ſpecialiter obligata,&hypothecata à
laico,cum pacto de nō alienādo,quæ
ex aliquo titulo tranſibit in eccleſia
ſticā perſonā,& ſemper fuimus huius
opinionis,vt rectè executio fieri poſ
ſet:& illud tenet nouiſsimè Parlado,
15 lib.2.rerū quotid.c.fi.§.1.n.12. vbi di-
cit audiendū non eſſe clericū prędij
poſſeſſorē,ſi allegauerit fori pręſcrip
tionē,qui nihil allegat pro ſua ſentē-
tia.Pro cuius intelligētia eſt ſupponē
da diſpoſitio tex.in.l.ſi creditor.§.fi.
16 ff.de diſtractio.pig.ibi, * *Et magis eſt
nullā eſſe vēditionē,vt pactioni ſtetur.* *&
ſic cū vēditio & alienatio rei hypo-
thecatæ ſit nulla,propter pactū quod
pręceſsit de non alienando, ſequitur
17 quod alienatio poſtea facta eſt nulliꝰ
momenti,& cōtractus (ipſo iure)nul
lus,& ſic clericus nullo iure poteſt ſe
defendere,cū executio à iudice laico
18 rectè procedat in re ſpecialiter hypo
thecata(etiā ſi à clerico poſsideatur)
quia talis executio poteſt rectè,&di-
rectè fieri contra tertiū rei poſſeſſo-
rē(nulla facta excuſsione)ex eo quia
19 res vendita ſēper præſumitur eſſe in
dominio principalis debitoris:ita Ro
deric.Xuar.in.l.poſt rem iud.limita-
tione.1.nu.5.& Gutier.lib.2.practic.
queſtion.q.132.n.9. qui benè hoc de-
clarat,in.l. nemo poteſt,nu.30.& 31.
ff.de leg.1.Parlado.lib.2. rerū quotid.
c.fi.4.p.§.5.nu.19.Mattheus de Affli-
ctis,deciſsio.95.& Felicia.de Solis,de
cenſibus.lib.3.c.6.per totum,& in cle
rico cenſuario,qui ſucceſsit laico,idē
tenet Guillermus de Cuneo, in.l. de
his.C.de epiſcop.& cleric.& expreſ-
ſè tenet idē Olan.in ſuis antinomijs,
litera.C.nu.31. qui reſoluit,ꝙ ratione
cenſus poteſt clericus cōueniri corā
iudice ſeculari,cū ſuccedat in re cum
ſuo onere. l. fi. C. ſine cenſu,vel reli-
quis fundū comp.non po.l.Imperato
res. ff. de publica. idemque reſoluit
Guillermus Benedictus,in.c.Raynun
cius, verbo,ex vxore, nomine Ade-
laſ. numero. 34. de teſtam. vbi dicit
quod ita ſeruatur in practica, & ſic
tenetur talis ſucceſſor ad penſiones,
& tributa præterita, & etiam ad de-
cimam,vt tradit Abb. in. capit.cum
homi-



homines,nu.6.de decimis, & Federi-
cus de Senis,conſi.81. & Tiraquellus
18 de retractu lignagier.§.29.gloſ.2.nu.
7.& Gigas,de penſionibus,queſt.44.
Auendañus,in. cc. prætor.c. 1.nu.33.
qui dicit, quod ratione hypothecæ
poteſt clericus conueniri coram iu-
dice ſeculari,& ratio eſt,quia hęc om
nia ſunt onera realia, vt tradit Affli-
ctis,ſupra,nu.4.& ſequitur poſſeſſo-
rem,tanquam lepra leproſum,& vm-
bra hominem. §. item ſeruiana, vbi
Iaſſ.inſtitutis de actionibus,quod de
clarat Guido Papa, quæſt.79.Eſt ta-
19 men aduertendum,quod iudex ſecu-
laris non poteſt aliquid facere in per
ſonam clerici,nec contra eum mitte
re mandatum de exequendo, ſed ſolū
cōtra bona obnoxia tributo:ita Bald.
in authent. ſed etſi periculum.C.ſine
cenſu,vel reliq.quod ſequitur Greg.
in.l.51.tit.6.p.1.verb.* *Por razon de ſus
perſonas,* * & in.l.24.tit.15.p.7.verb. *
*El ganado,* * Auend.in.cc. præt.2.p.c.
14.nu.31.quod ſequitur Gutier.pract.
quæſt.lib.1.q.4.nu.2.Azeued.in.l.11.
tit.3.lib.1.recop.nu. 12. idem Gutier.
lib.2.pract.quæſt.132.nu. 9.vbi ſequi
tur dictum Bald.in. l.his.C.de epiſco
pis & clericis,tenentis,quod pro tali
bus cenſibus & tributis,clerici in re-
bus ipſis poſſunt conueniri,ſecus au-
tem contra perſonam, vt in authent.
ſtatuimus.C.illo titulo.
20 Sed dubium eſt(&referam,ꝙ in facti
contingentia bis mihi contingit) an
conſtituto cēſu inter perſonas laicas,
poſsit dominus cenſus illum aliena-
re in eccleſiam,vel eccleſiaſticam per
ſonam, vt debitor cenſus conuenia-
tur per cenſuras coram iudice eccle-
ſiaſtico,ad ſolutionē redditTuum & tri
butorum:& nō recordor aliquem in
terminis quæſtionem iſtam tetigiſſe:
ego verò ſemper fui in ea ſentētia(vt
licet valeat alienatio,vel donatio cē-
ſus in eccleſiam) nō poterit eccleſia
per cenſuras procedere contra cēſus
debitorē,neq; corā iudice eccleſiaſti
co,& ratio eſt,quia eccleſia quæ ſuc-
ceſsit priuato, debet illiꝰ iure vti,quā
21 do agitur de præiuditio tertij, maxi-
mèquia ex regula iuris,nemo plꝰ iuris
in aliū trāferre poteſt, quā ipſe habet.
Rurſus,debitor cēſus ſine facto ſuo
eſſet obligatus in duriorē cauſā,ſi per
cenſuras eccleſiaſticas cōtra illiꝰ per
ſonam ageretur. Et eſt alia ratio,quia
actor prout eſt eccleſia,in hoc caſu de
bet ſequi forū rei, cui ipſe à princi-
22 pio ſe ſubmiſsit, aliàs multis ſūptibus
grauaretur,cōparēdo corā iudice ec-
cleſiaſtico extra patriā & domiciliū,
abſq; aliqua ſui fori renūciatione.Et
vltra rationes ſupradictas,ꝑ hac ſētē
tia facit tex.in aut.de alienatione em-
phiteoſi.§.1.vbi fœudatariꝰ nō poteſt
alienare in eccleſiā ex eo quia aliena
ret in potētiorē, facit etiā ratio tex.
23 in.c.fi.de alienatione iudicij mutādi
cauſa facta,ibi:* *Vt aduerſarias ad eccle
ſiaſticū forum trahat,* * tex. in.l. 1.ff.illo
tit.l.30.tit.2.p.3.l.15.& 16.tit. 7.par.3.
Dueñ.regul.88.Socin.84.facit etiam
quod tradit Bald.in. c.quæ in eccleſia
rū.n.8.de conſtitutionib.quod valet
24 ſtatutū populi, quod laici nō poſsint
alienare in clericos, vel eccleſias, res
tributarias vel collectarias,& ſi ven-
dātur,licitū erit laicis defendere ſuas
iuriſdictiones.Idemq; tenet Bart.in.l.
reſcripto.§.fi.n.5.ff.de munerib.&ho
noribꝰ.Et de veritate huius dicti Bal.
videndus eſt Didac.Perez,in.l.1.tit.3.
lib.1.ord.col.90. & Gutierr.ſupra.q.
25 132.n.5.Præterea facit pro hac ſenten
tia.d.l.57.tit.6.p.1.&.c.3.ſeſsio.25.Cō
cilij Tridentini, ibi:* *In cauſis ciuili-
bus ad forum eccleſiaſticum quomodoli-
bet pertinentibus, contra quoſcunque, e-
tiam laicos, per cenſuras non procedatur,
26 tam in procedendo, quam definiendo,* * Et
ſic mihi tutius videtur,quod eccleſia
non poſsit procedere contra laicum
cēſualiſtam,virtute ceſsionis,ſeu do
nationis,aut venditionis factę à lai-
co,

co,per cenſuras poterit tamen coram iudice eccleſiaſtico, procedendo per viam executiuam in foro laici,per requiſitoriam,licet aliquantulum videatur obſtare communis opinio,de qua ſupra,in nu.4.ex traditis per Iaſ. in d.authen.quas actiones,nu.36.&ſequens communis opinio. 37.

## QVAESTIO. 37.

### *Communis cōtra communem in confirmatione quæſtionis præcedentis.*

FIſcus in iure plurima habet priuilegia,& inter alia hoc potiſſimum eſt, quia inſtantia cepta cum priuato(cui fiſcus poſtea ſucceſsit)non tranſit in fiſcum,vt fiſcus coram iudice priuati teneatur illam perficere:ita reſoluit Decius in capit. quia. G nu.10. de iudicijs, vbi dicit eſſe communem opinionem, & hoc eſt potiſsimū fundamentum quæſtionis præcedentis.

Sed contrariam opinionem dixit communem Curtius iunior,in l.hæres abſens,num. 12. ff.de iudicijs,pro qua eſt tex.in l.fiſcus cum in priuati. ff.de iure fiſci,Queſſada in ſuis quæſtionibus.c.4.nu.8.

## SVMMARIVM.

1 *Papa iudicauit,quod lapſo biēnio non admittatur exceptio nō numeratæpecuniæ.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ eſt biennalis in vtroquē foro.*
3 *Standum eſt deciſioni iuris ciuilis,etiam in foro canonico,quando contrarium non reperitur expreſſum.*
4 *L.9.tit.1.p.5.declarat ius canonicū,& ſecūdum eam in vtroq; foro iudicandum eſt.*
5 *Lapſo biennio tenetur iurare debitor ſi ſoluit pecuniam.*
6 *Exceptione excluſa in via executiua, non excluditur iuramentum,etiam lapſis decem diebus.*
7 *Debitor lapſo biennio,nō admittitur ad probandum contrarium.*
8 *L.in cōtractibus §.ſuper cæteris declaratur.*
9 *Apocha ſolutionis, lapſis triginta diebus probat ſolutionē,ſed non inducit liberationem.*
10 *Dini opinio falſo recitatur à doctoribus pro prima opinione.*
11 *Debitor nūquam præſcribit cum mala fide ex aliquo lapſo temporis.*

## QVÆSTIO. 38.

### *Vtrum exceptio non numeratæ pecuniæ, competat poſt bienniū de iure canonico. Communis contra communem, & quid iure regio.*

EXceptionem non numeratæ pecunię,de ęquitate canonica competere poſt biennium tenet Din. in regul. locupletari de reg. iur.in 6.& eſt communis opinio ſecund.Boerium,ibi,ad eum: dixit etiā communem Felin.in c. ſi cautio, nu. 61.de fide inſtrum.&Gomecius,in c. 2.§.ſtatuto,nu.30.de conſt.in. 6.& dicit etiam comm.Imola, in c.fi.nu.32. de ſolutionibus,Hippolytus, ſingulari.463.Roman.conſi.4.nu. 2.& deciſione Toloſana. 318. vbi confirmata fuit hæc ſententia.

Sed contrariam opinionem tenet idem Hippol.(ſibi cōtrarius) ſingulari.277.&Anto.Caſius,ad Angel.in §. idem iuris,nu.4.in fi.inſtit.de exceptionibus, & plures refert & ſequitur Dueñ.(pro hac ſentētia)regu. 271.n. 2.vbi hanc dicit magis verā &communē opinionē,&duas comm.opiniones contrarias refert Mench. de ſucceſsio.creatio. lib.1.§.9. n. 22.& hæc vltima opinio eſt tenenda & practicanda,



canda, ſecundum iuris ciuilis regulas,cum de iure canonico non habeamus contrariam diſpoſitionem.Idemquè tenet Speculator,titulo de in integrum reſtitutione.§.1. verſi.ſic autem nondum eſt,vbi refert,quod Cle
1 mens Papa IIII. pronuntiauit contra Treuerenſem electum,quod non poſſet(lapſo biēnio)cōtra certos mercatores opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Idemque refert Archidiaconus,in c.ſi quis Epiſcoporum.3.quæſt.6. Iaſſ.in l. cum quis,nu. 18.in fine.C.de iuris & facti ignorantia,vbi reſoluit contra plures, quod in vtroque foro, ciuili,& canonico,
2 exceptio illa ſit biennalis, neque ex authorum contrarijs opinionibus,recedendum eſt à iuris ciuilis deciſionibus claris & expreſsis,cum non ſit contrarium diſpoſitum de iure ca
3 nonico,& ſic ſtandum eſt iuri ciuili, (etiā in foro canonico ) tex.in c.1.& 2.de noui operis nunciatione.c.licet ex ſuſcepto,de foro competenti,glo. in c.per venerabilem,qui filij ſint legitimi.Quæ opinio,non ſolum procedit de iure canonico & ciuili, ſed
4 etiam de iure regio, ex tex.in l.9.tit. 1. p. 5. ibi: * E ſi ſe callare,que no lo moſtrare aſsi,ante que dos años paſſen deſpues que fizo la carta,dende en adelante no podria poner tal querella:* vbi Greg. verb. *.Bien aſsi,* mouet quæſtionem,an de ęquitate canonica(lapſo biennio) admittatur debitor ponens poſitionem creditori,quod pecuniam non numerauit.Et licet nō decidat,& remaneat cum ſcrupulo,tamen reſolutiuè dicēdum eſt,per illam legem non excludi probationem ex delatione iuramēti partis,cum lex ſolum excludat exceptionem.Ita docet magiſtraliter Bar. in l.in cōtractibus.n.51.C.de non numerata pecunia,& ſic in cauſis executiuis,licet lapſis decem diebus nō admittantur probationes, vt tradit Aued.in cc.pręt.1.p.c.16.& Pala.Rub. & Caſtill.in l.64. Tauri,tamēn exceptio per iuramentum creditoris nō eſt excluſa:ita diſponit l. 72. tit. 4.lib.3. recop.& Parlado.5.p. rerum quotid. c.fi.§.10.n.26. Quod in tantū eſt verum in noſtro caſu,quod procedit etiam ſi debitor poſt biēnium recipiat
5 in ſe onus probandi contrarium. Ita tenet & declarat Acoſta,in l.ſi ex cautione,verſ.vltimo fallit.n.6.(ſic decla
6 rans,& ponderans verba dictę legis partitę)niſi illud probet ex confeſſione ipſius debitoris,quia tunc(etiā lapſo biennio,& triginta diebus cōdemnādus eſt,& ſic eſt intelligendus, tex. in l.in contractibus. §. ſuper cæteris, C.de nō numerata pecunia.ita in terminis tradit Imol.in l.ſi acceptolatū. §.1.ff.de aceptilationibus,Bart.conſi. 160.& Acoſta, ſupr.in verb.ſexta & vltima differentia.n.4. vbi dicit,quod talis apocha ſolutionis, lapſis trigin-
7 ta diebus probat ſolutionem,ſed non inducit liberationē, niſi verè & realitèr pecunia ſoluta ſit. l.Publia.§.fi. ff. depoſiti: & ſic non alio probationis genere debitor admittendus eſt, vt
8 placet Acoſtę,ſupra, nu.6.vbi diſputat noſtram principalem quæſtionē, & tenet aduerſus plures doctores(allegātes Dinum ad illam concluſionē) quod de iure canonico perpetuò,exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poſsit(cū illud non reſoluat)ſed aliud ſatis diuerſum, videlicet, quod
9 debitor,qui certoſcit ſe non numeraſſe pecuniam(& ſic habet malam fidē) non præſcribat nedum biennio, ſed neque decēnio,nec aliquo lapſu temporis.In quo caſu non eſt ſtandum le
10 gibus ciuilibus, ſed deciſionibus canonicis: vt in c. fi. de preſcriptionibus. Quę opinio non repugnat noſtræ veriſimę reſolutioni,traditę pro contraria parte, à qua recedendum non eſt in iudicando & conſulendo, vt ex reſolutione ſequentis quæſtionis etiam demonſtrabimus.

## *SVMMARIVM.*

1 *EXceptio non numeratæ pecuniæ impedit executionem, & ibi Parladorius increpatur.*

2 *Recognitio chirographi non impedit viam executiuam, contra Parladorium.*

## QVAESTIO. 39.

### *Vtrum tranſacto biennio ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, admittatur probatio in contrarium ex parte creditoris. Communis contra communem, & quid iure regio.*

ITA vera & certiſsima eſt ſuperior concluſio, quod licet aliquis vellet probare poſt biennium pecuniam ſibi non fuiſſe numeratam, non admittetur: ita tenet Albericus (poſt plures antiquos) in.l. fi. numer.2.&3. C. de non numerata pecunia, & eſt communis opinio ſecundum Curtium iuniorẽ, in.l. 2.§.appellata, nu.7.ff.ſi certum petatur, & pro hac ſententia facit tex.in.§.planè, inſtitutis, de literarum oblig. & hæc eſt verior opinio, ſecundum Conanum, lib.1. comentariorum iuris ciuilis.c.6.col.11.& Acoſtã (qui latè proſequitur hunc articulũ, referens duas communes contrarias) in.d.l. ſi ex cautione, limitatione fin.

1 Sed contrariam opinionem, quod admittatur, dixit comm. Fulgoſi. in.l. ſi ſub ſpecie. C. de poſtul. Greg. in.l. 9. titul.1.par.5. verbo, * *Bien aſsi,* * & verb. * *Por eſta razon,* * ſequendo Imolam in.c.fin.de ſolutionibus, & Salicetum, in.d.l.ſi ex cautione, in.1.& 3. quæſtione. Idemque tradimus in quæſtio. 365. & tradit Menchaca, de ſucceſsionũ creatione, lib.1.§.9.n.22.

Prima tamẽ opinio hodiè eſt approbata per.d.l.9.tit.1.p.5. licet (ea nõ obſtante) teneat contrarium Menchac. ſupra, nu.25. ſed profectò verba dictæ legis ſatis inſinuant contrariũ, ibi. * *E ſi ſe callare que lo no moſtraſſe aſsi ante que dos años paſaſſen deſpues que fizo la carta, dende en adelante no podria poner tal querella: è ſi ſe la demandaſe deſpues, ſeria tenudo de darle los marauedis, bien aſsi como ſi los huuieſſe recebido,* * Et hoc tenet Greg. verb. * *Bien aſsi,* * qui de ęquitate canonica ſe inclinat in cõtrariam ſententiã, cui libenter accedo, & adeò vera eſt communis opinio, de qua ſu-

1 pra quod etiam in via executiua admittetur probatio intra decem dies, opoſit. quia talis exceptio nõ numeratæ pecunię impedit executionem, vt tenet Auend. in tract. * *De las exceptiones, num.* 1. * & de exequendis mandatis.1.par.c.16.nu.11. & Dueñ.regul. 260.n.7. Didac.Per.in.l. 4.tit.8.lib.3. ord.gl.1. & Gomec. 2.tom. variarum c.6.nu.3.& Paz, in ſua praxi.4.par.1. par.1.tom.c.3.nu.5. Quæ opinio abſque controuerſia erat, nouitèr tamẽ Parladorius, in lib.2.rerum quotid.c. fi.1.p.§.5.num.12. non abſolutè tenet iſtam ſententiam, ſed adhibita diſtinctione, videlicet, quod ſi à principio reus negat in recognitione, numeratam fuiſſe ſibi pecuniam, tunc nõ ſit locus executioni, & per conſequens habebit locũ exceptio nõ numeratæ pecunię: ſi verò reus ſimpliciter recognoſcit, poſtea verò alleget exceptionẽ, audiẽdũ nõ eſſe: quia cõtra cõfeſſionẽ fictã in iudicio, non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, vt tradũt DD. in.l.1.C.de cõfeſsis.l.generaliter. C. de non numerata pecunia. Sed hęc vltima diſtinctio mihi nõ ſatisfacit, & ſic teneo, ꝙ licet reus reco-

2 gnoſcat chirographũ (dũ tamẽ neget numeratã fuiſſe illi pecuniã) poterit poſtea allegare illam exceptionem, & eſt admittẽda, quia illa recognitio ſolũ procedit reſpectu chirographi, nõ

verò



verò reſpectu debiti, & quemadmodum contra ſcripturam publicam poteſt talis exceptio allegari, ita à fortiori & contra chirographum recognitum, quia reſpectu executionis, idem operatur ſcriptura publica, quod chirographum recognitum: & tamẽ omnibus notum eſt, quod contra ſcripturam publicam poteſt allegari talis exceptio (quia eſt de impedientibus viam executiuã) ergo multo fortius idem eſt dicendum in chirographo recognito ſimpliciter, quia aliud eſt recognoſcere chirographum, aliud fateri debitum. In hoc tamen, quando debitum confitetur, plana eſt Parladorij opinio, quod recognitio mereatur executionem (ſaluis debitoris defenſionibus) vt etiam tenet Gutierrez, lib.1.practicarum, quæſt. 123.nu. 3. & nos diximus in quæſtione.362. numer.12.

## QVÆSTIO. 40.

### *Vtrum officium iudicis ſit duplex, vel triplex. Comm. contra comm.*

QVotuplex ſit officium iudicis, varię ſunt ſententiæ, & opiniones doctorum & gloſſarum. Et tandem Bart.in.l.1.nu. 12. ff. de iuriſdictione omnium iud. profitetur (omiſsis cæterorum ſententijs) iudicis officium eſſe triplex, nobile, mercenarium, & aduerſum, cuius ſententiam teſtatur ibi eſſe cõmunem Curtius iunior, nu.84.

1 Sed contrariam opinionem (imò quod ſit duplex, nobile, & mercenarium) dixit communem ibi, Zaſius, nu.7.& Panormitanus, in.c.fin.nu.5. de officio, iud. vbi dicit communem, quam ſequitur Corraſius, in. l.1.§.ſi

2 quis ita, in fine.ff.de verborum oblig. Et quanto tempore præſcribatur officium iudicis, tradit Gracian, regula.372.

Sed profectò hæc quæſtio parum fructuoſa videtur, quia quomodocunquè ſit, officium iudicis, triginta annis pręſcribitur, vt docet gloſſ.in.l. quærela C.de falſis, & in.l.ſicut. C.de pręſcriptione triginta, vel quadraginta annorum: quas commendat Baldus, in.l.2. C. de executione rei iudicatę, Bart.in.l.prætor.§.final.ff.de noui operis nunciatione, & in.l.ſocietatem.§.arbritrorum genera.ff.pro ſocio, Iaſſ.in.§.rurſus, nu. 12.& in.§.fuerat, num.22. inſtitutis, de actionibus, & dicit communem opinionem Rodericus Xuarez, in.l. poſt rem iudicatam.ff.de re iudicata, notabili.1.ad fi. Couarru. in regul. poſſeſſor. 3. part. nu.4.de regulis iuris, libr. 6. Oroſcius in.l.1.ff.de iuriſdictione omnium iudicum, nu. 9. Tiraquellus, de retractu, lib.1.§.35.gloſſ.4.num. 4. & alios refert & ſequitur Gracian, regu.372. vbi poſſuit ad illam regulã ſex limitationes.

## QVAESTIO. 41.

### *Vtrum Princeps concedendo alicui iuriſdictionem, cenſeatur etiam conceſsiße merum & mixtum imperium. Communis contra communem.*

PRinceps concedens alicui territorium, cum iuriſdictione, cenſetur etiam concedere merum, ac mixtum imperium: ita tenet Guillerm. Rayne. & Bald. in.l.cũ multa. C.de bonis quę lib. & eſt comm. ſecund. Iaſſ.in. l. imperium, nu.11.ff.de iuriſdictione omnium iudicũ. Idem tenet Ancharranus, in regula acceſſoriũ de reg. iur. in.6.in.3.quæſtione

 princi-

principali. Xuarez allegatione. 7. Mo-
lineus in conſuetudinibus Pariſien-
ſibus, tit. 1. §. 1. gloſ. 5. num. 47. Pariſius
conſi. 9. lib. 1. nu. 16. Paulus Caſtrenſis,
conſi. 406. lib. 2. & hanc opinionem
dicitetiam communem Gouarr. pra-
cticarum quæſt. c. 1. nu. 9. in verſi. no-
nā concluſio, vbi reſpōdet dificultati-
bus; quæ opinio tenēda eſt, quia apud
omnes eſtmagis recepta: quā etiā di-
cit communem Decius, in. d. l. impe-
rium, nu. 27. & in. c. licet cauſam, de
probationibus, & refert duas com-
munes Couarr. in fi. in verſi. quarto,
& regulariter, & tradit Boerius, de-
ciſsione. 127.
1 Contrariam tamen ſentētiam (imò
quod merum & mixtum imperium
non cenſeatur conceſſum, niſi expreſ-
ſè dicatur) dicit communem Curtius
ibi, nu. 42. Ex qua ratione plures quæ-
ſtiones in praxi intelliguntur, vt tra-
dit Matthæus de Afflictis in rubric.
37. nu. 6. lib. 3. conſt. Neapol. & Iaſſ. in
l. quominus. ff. de fluminibus, & Me-
xia, ad regiam Toleti, * *De los termi-
nos*, * 9. part. 2. fund. nu. 77. & Maſcar-
dus de probationibus, cōclu. 217. nu.
17. vol. 1. Iaſſ. in. l. ſi conuenerit. n. 45.
ff. de iuriſdictione omni. iud. Et an cō-
ceſſa villa, cenſeatur conceſſa iuriſdi-
ctio, & territorium, diſputat Couarr.
ſupra, & Greg. in. l. 68. tit. 18. p. 3. gloſ.
* *Tal Villa*, * & diſputat Matienç. in. l.
1. tit. 10. gloſ. 21. nu. 24. lib. 5. recopil.
Olanus litera. I. num. 86. & nouiſsimè
Gutierrez, practic. quæſt. lib. 2. quæ-
ſtion. 130.

## *SVMMARIVM.*

1 *IVdex ordinarius poteſt in caſibus in-
firmitatis, vel abſentiæ, delegare cauſas
meri & mixti imperij.*
2 *Infirmitas vxoris iudicis, vel filiorum, eſt
iuſta cauſa delegandi.*
3 *Cauſæ meri & mixti imperij, quæ dicantur
remiſiuè traditur.*
4 *Iudex non poteſt delegare cauſam mortis,
vel abciſsionis membri.*
5 *Lex. 4. titul. 9. lib. 3. recopilationis amplia-
tur.*
6 *Caſus de facto circa dictam legem. 4. re-
fertur.*

## QVAESTIO. 42.

### *Vtrum multitudo cauſarum ſit iuſta, cauſa delegandi cauſas meri & mixti imperij. Communis contra communem, & quid iure regio.*

MVltitudinem cauſarum nō
eſſe iuxta cauſam delegan-
di cauſas meri ac mixti im-
perij, tenuit Bart. in. l. 1. nu. 12. ff. de of-
cio eius cui mandata eſt iuriſdictio:
cuius opinio eſt communis, ſecūdum
Decium ibi, nu. 76. & dixit commu-
nem Iaſſ. nu. 85.
Sed contrariam opinionem (imò
quod ſit iuſta cauſa) dixit cōmunem
ibi Purpuratus, nu. 478. & faciūt tra-
dita per Felinum in. c. quoniam, num.
1 4. de ſimonia. Et ſic in caſu infirmita-
tis, vel abſētiæ, poteſt ordinarius cau-
ſas meri & mixti imperij delegare: ita
Bart. & communiter doctores, in. l. 1.
ff. de officio eius cui mand. vbi dixit
comm. Iaſſ. nu. 77. Baldus in. l. impe-
rium. ff. de iuriſdictione, om. iud. tra-
dit Couar. lib. 3. variarum. c. 20. & eſt
tex. in. l. 18. tit. 4. par. 3. l. 4. tit. 9. lib. 3.
recop. ibi, * *Si fueren dolientes, o flacos,*
2 *de guiſa que no puedan juzgar.* * Quod
quidem in tantum procedit, vt non
ſolumpropterinfirmitatem propriā
iudex poſsit cauſas delegare, ſed etiā
propter infirmitatem vxoris, filiorū,
aut fratrum: ita gloſ. in. cap. communi-
nis, verb. ſuorum. 23. diſtin. quam gloſ-
ſam cōmendat Abb. in. c. quærela, el
1. de procurat. Alex. in. l. quęſitum. ff.
de re iud. Iaſſ. in. d. l. 1. ff. de officio e-
ius, Celſus in reportorio ad Felinum,
verbo infirmitas, Bernard. Diaz, regu.
517. Tiraquell. de pœnis temper. cau-
ſa. 51. nu. 78. Hyppolitus, in rubrica
de fideiuſſoribus, nu. 231. Maranta, de
ordine iudi. 6. par. 2. membro de con-
3 tumacia, nu. 3. Et cauſas meri & mixti
imperij tradit Caſaneus, in conſuetu-
dinibus Burgundiæ, rubric. 1. in prin.
verb. droicte, num. 69. cum ſequenti-
bus, quæ omnia limitāda ſunt in cau-
ſa mortis, vel abciſsionis mēbri, quas
cauſas delegatus decidere, vel deter-
4 minare non poterit, vt tradit Socin.
nus in. l. 1. §. huius rei, nu. 9. ff. de offi-
cio eius; & eſt communis opinio ſe-
cundum Oroſcium, in. l. nec quidquā
§. vbi decretum, num. 28. ff. de officio
Proconſulis, & Villalobos in ſuo æra-
rio communium, verbo delegare, nu.
38. cum ſequentibus, & in antinomijs
iuris. §. debitor, num. 5. quem ſequitur
Gracian, regul. 258. nu. 4. pro qua ſen-
tentia eſt tex. in authent. de collatori-
bus. §. ad hoc prohibemus.
5 Quæ omnia ſunt notanda pro de-
claratione, & ampliatione dictę legis
4. tit. 9. lib. 3. recop. cuius diſpoſitio
ſeruata fuit in praxi, & ſecundum eā
nobilibus oppidi de Vargas fuit con-
ceſſa regalis exequutoria, cū illis op-
poneretur, quod tenerent ſeruire of-
ficia perſonalitèr, abſque aliqua dele-
gatione) etiam data cauſa de conten-
tis in. d. l.) quam declarat Azeued. ibi,
nu. 5. & Auendañus, in. cc. præt. 1. p.
cap. 3. num. 5.

## *SVMMARIVM.*

1 *FIdes ſcripturæ publicæ reprobatur per
duos teſtes, etiam de non contentis in
inſtrumento.*
2 *Teſtes ad impugnandam ſcripturam, debēt
deponere de toto tenore ſcripturæ.*
3 *Pluralis loquutio, duorum numero eſt contē-
ta, & in duobus teſtibus verificatur.*
4 *Magis creditur viuæ voci, quam mortuæ.*
5 *Tres teſtes requiruntur ad reprobationem
ſcripturæ publicæ, ſecundum vnam opi-
nionem.*
6 *Inſtrumentum de perſe habet authoritatem
duorum teſtium.*
7 *In ſcripturis publicis, tres teſtes debent in-
teruenire, vel duo tabelliones publici.*
8 *Tabellioni magis eſt credendum quam
teſti.*
9 *Lex. 117. tit. 18. par. 3. declaratur, & eſt cor-
rectoria iuris communis.*
10 *Legalitas teſtis probanda eſt, quando im-
pugnatur inſtrumentum.*
11 *Lex. 115. tit. 18. par. 3. declaratur.*
12 *Caſus de facto refertur, & quid in eo fuit
iudicatum in prima, & ſecunda inſtan-
tia.*
13 *Arbitrium iudicis multum operabitur in
reprobatione inſtrumenti publici.*
14 *Teſtis qui dicit, quod non recordatur de eo
quod dictum eſt in inſtrumento, non pro-
bat contra eum.*

## QVAESTIO. 43.

### *Vtrum fides ſcripturæ publicæ teſtibus annullari poſsit. Communis contra communem, & quid de iure regio.*

DIficilis, dubia, & cōtrouerſa
eſt in iure noſtro quęſtio, illa
quibus teſtibus ſufficiat pro-
bare inſtrumentū falſum eſſe; vt nul-
la fides illi adhibeatur: in qua quęſtio-
ne varij varia dixerunt, & Abb. in
hac quæſtione illius fuit opinionis
in. c. cum Ioannes, num. 13. de fide in-
ſtrumentorum (poſt Inocentium, &
Ioan. And.) vt exiſtimet duobus teſti-
bus falſitas inſtrumenti comprobari
1 poſſe, vt nulla fides ſcripturæ publi-
cæ adhibeatur, quem ſequitur Felin.
ibi, nu. 35. Grammaticus, conſi. 51. nu.
4. Zaſius lib. 2. ſingularium reſp. c. 23.
nu. 13. & dicit communem opinionē

Socinus ſenior,conſi.143. nu.12.vol.
1.qui plures allegat,& ſic conſuluiſſe
in ciuitate Paduæ,& dicit communẽ
Boerius,deciſsio.118. num. 12.per to-
tum,qui refert duas communes ad.l.
1.§. ſi quis neget. ff. quemadmodum
teſtamenta aperiantur , nec referre
quod ſint,vel non de deſcriptis in in-
ſtrumento , vt tradit Socinus,ſupra,
quem ſequitur Maſcardus,volu.1. de
probationibus,concl.919.nu.9.vbi la
tẽ declarat,& ampliat,& Deci.conſi.
101.num.1.& Iaſſ.conſi.153. nu.5.vol.
2.Baldus,conſi.21.nu.3. vol. 4.vbi di-
cit,quod tales teſtes debent depone-
2 re de toto tenore inſtrumenti,& pro
bare concludenter ſubſtantiam ne-
gotij:arg.tex.in.l.ſi quis iniquum.C.
de ędendo.l.lutius,vbi gloſſ.ff.de in-
famibus,quod ſequitur Aymon Cra-
ueta,conſi.75.nu.28.& eſt tex.vbi no
tat gloſſ.verb.per teſtes,in. l. optimã
C.de contrahenda & comit. ſtipula-
tione,ibi: * *Vel ſaltem per teſtes vndiq. idoneos,& omni exceptione maiores à oſtẽ derit ſe,vel aduerſarium ſuũ eo die à,ciuita te abfuiſſe,* * Et licet ille tex. non de-
claret numerum teſtium , ſufficit ta-
3 men vt de numero plurali loquatur,
vt in duobus teſtibus verificetur illa
deciſio, ex vulgata regula iuris.Idẽ-
què videtur probare tex. in.c. tertio
loco de probationibus,vbi gloſ.magi
ſtra,verbo,teſtium,quę aſsignat ratio
nem , quia magis creditur viuæ voci
4 quam mortuæ, vt in authẽtico de fi-
de inſtrumentorum.§. ſi verò. c.cum
Ioannes.§.porrò de fide inſtrumento-
rum . Quam opinionem etiam dicit
communem Couarr. lib.2. variarum
c.13.nu.11.vbi in verſi.ſecunda con-
cluſio(maximè) dicit procedere,quã
do illi duo teſtes ſunt de contentis in
inſtrumento , ex tex.in.c.tam literis,
de teſtibus,quæ eſt communis ex Fe-
lino,in.d.c.cum Ioannes,nu.46.Cor-
neus,conſi.232.lib.1. Aymon , c onſi,
56.qui eleganter loquitur.Et poſt hęc
ſcripta hanc opinionem tenet doctiſ
ſimus D.Ioan.Vela,de punitione deli
ctorum.c.24.verſi.ſecundo, & Aze-
ued.in.l.13.tit.25.à nu.36.lib.4.recop.

Sed his non obſtantibus, contrariã
opinionem ( imò quod duo teſtes nõ
ſufficiant ad impugnandum inſtru-
mentum publicum) tenent gloſſæ,in
d.l. optimam , & in. d.c.tertio loco,
vbi tres,vel quatuor teſtes dicũt eſſe
neceſſarios . Quam ſententiam(vltra
5 doctores ibi)ſequuntur Abb.& Imo-
la,& Felinus.num.43. Alex.conſi.93.
lib.5.Decius,conſi.101.& Aymon,ſu
pra,quos refert & ſequitur Couarr.
dicto lib.2.c.13. verſi. 11. & Menoch.
qui magiſtraliter loquitur, explicans
benè iſtam materiam per plures con-
cluſionęs,in lib.2.de arb.centuria.2.
caſu.105. quæ opinio communis eſt,
vt tradit Boerius in deciſione.118.n.
12.& aſsignant rationem Couarr.&
6 Menochius ſupra, quia inſtrumẽtum
de perſe habet vim & authoritatem
duorum teſtium propter notarij,vel
tabellionis authoritatẽ : ita Ruynus,
conſi.36.nu.1.lib.4.&Bologninus,in
additionibus ad conſilia , Ioannis de
Anania,conſi.97.n.4.& probatur in.
l.54.tit.18.p.3.ibi,* *Abonda en toda carta publica,que ſean dos eſcriuanos publicos por teſtigos:y ſino ſe pudieren hallar,reciban tres omes buenos.* *

Ex quibus cõſtat,non ſufficere duo
teſtes ad impugnandum inſtrumentũ
7 publicum , quia eſſet æqualis proba-
tio:& ſic potius eſt credendum tabel
lioni,vt tradit Alex.conſi.70.lib.1.&
conſi.65.lib.2.Aymon Craueta,cõſi.
74.num.3.& Couarr. ſupra,num.10.
8 Iure autem regio,neceſſarij ſunt qua
tuor teſtes , omni exceptione maio-
res,ad impugnandam veritatem ſcri-
pturæ publicæ, & duo ſi tabellio non
interuenit:ita probat tex.in.l.117.tit.
18.par. 3. ibi : * *Si lo pudieſſe probar con quatro omes leales , deuele valer, è no deue ſer creyda la carta que moſtrauan,* * vbi
notat Greg.verbo omnes , qui dedit
conſilium quod fiat articulus de,ido-
neitate , & legalitate teſtium,intelli-
gens legem illam(& benè)quando fit
10 probatio per teſtes extra contractũ,
& in eo non deſcriptos , ſecus autem
ſi impugnetur inſtrumentum per te-
ſtes deſcriptos in eo:quia in hoc caſu
omnes debent conteſtare contra in-
ſtrumentum,vt in.l.115.tit.18.part.3.
ibi: * *Eſtonces acordandoſe todos los teſtigos de la carta en vno,deuen ellos ſer creydos,è no el eſcriuano.* *

11 Quod quidem eſt intelligendum
(ſecundum Greg.ibi,verbo. * *E los teſtigos*) * quando tabellio viuit, & de-
ponit pro inſtrumento,&ipſe eſt bo-
næ opinionis ( quod eſt probandum,
vt tradit Mieres,de maioratu.4.part.
quæſt.20.nu.31.)

Secus verò tabellione mortuo , vel
non deponente, & atteſtante pro in-
ſtrumento : quia tunc per teſtes deſ-
criptos,vel non deſcriptos,poteſt in-
ſtrumentum impugnari: quod quidẽ
habui de facto,& ſic conſului,nonta
12 men obtinui in prima inſtantia,licet
tabellione mortuo, tres teſtes de con
tentis in quodam teſtamento depo-
nerent , tempore conditi teſtamenti
non habere teſtatorem integrum in-
tellectum.Dicebat enim iudex,quod
omnes teſtes de teſtamento illud,de-
berent deponere,cum tabellio fuiſſet
integræ famæ & opinionis . In cauſa
verò appellationis , in Regali Chan-
cellaria Pinciana anullatum fuit te-
ſtamentum,& ſuceſſerunt ab inteſta-
to cõſanguinei propinquiores: & ſic
illa doctrina Gregorij , eſt valdè ſin-
gularis,& vera,& menti tenenda.Fa-
13 teor tamen , quod in hac quæſtione
multum operabitur arbitrium iudi-
cis, qui cautè & diligenter inſpicere
debet perſonam tabellionis, & teſtiũ,
&quis eorũ veriſimiliora deponat.Et
in varietate opinionum de iure com
muni,iſtam opinionem ſequitur Me-
nochius,ſupra,caſu.105. nu.42.ſequẽ
do Bart.in.d.l.1.§.ſi quis neget,num.
12.ff. quemad. teſtam.aperiantur , &
vide Tiraquellum,in præfactione,ad
14 l. ſi vnquam,nu.47. C.de reuocandis,
&quando teſtis non contradicit inſ-
trumento, ſed dicit ſe non recordari,
vide Gutierr.conſi.38. nu.7.

## *SVMMARIVM.*

1 *Relatio quæ fit in venditione ad aliam ſcripturam,non viciat venditionem, etiam ſi non conſtet de ea.*

2 *Verbum(ſecundum conſtat poſsitũ in ſcriptura,non ponitur conditionaliter,ſed totaliter.*

3 *Confeſsio quæ ſe refert ad aliquem inſtrumentum non probat, niſi de eo conſtet.*

4 *Solutio facta per relationem ad libros rationum non probat , niſi per libros cõſtet de tali ſolutione.*

5 *Caſus de facto , inter ciuitatem Toleti & fideiuſſores Chriſtophori Ortiz ſui receptoris , refertur , circa apocham ſolutionis.*

6 *Poſt perfectam diſpoſitionem puram ſi tempus adijciatur , non facit legatum conditionale.*

## QVÆSTIO. 44.

### *Vtrum ſcriptura publica, vel alia iuris , vel hominis diſpoſitio, referens ſe ad aliud de quo non conſtat, vitietur . Communis contra communem.*

QVæſtio iſta ſatis vtilis eſt,& in praxi neceſſaria, & profectò indigeret regia deciſione , in qua dificultate gloſſa,communiter recepta in. c. ſancti Siluani, de verborum ſingnificat.in verſi.fiat fides , dicit nõ eſſe neceſſarium quod oſtendatur ſcriptura , vel priuilegiũ, vel

vel apocha, de quibus fit mentio in
1 alia ſcriptura publica. Hæc eſt com-
munis opinio ſecundum Boerium,
in deciſione .281. numero. 13. Idem
tenet Bartol. in. l. 1. numero. 13. ff. ſi
certum petatur, vbi reſoluit, quod
ſi teſtis dicat Titium mutuaſſe Seio
centum, ſicut continetur in tali in-
ſtrumento, quod hoc dictum nõ pro-
bat, niſi appareat de inſtrumẽto, quia
vbi nullum eſt ſubſtantiuum, non cõ
gruit relatiuum, gloſſ. in. cap. 1. de fi-
de inſtrumentorum, pro qua opinio-
ne facit tex. in. l. in teſtamen. 28. ff. de
conditionibus & demonſtrationi-
bus, vbi illud notat Bald. idem tenet
Speculator, in titulo de inſtrumento
rũ editione. § .reſtat, in fin. vbi dicit,
quod ſi in aliquo inſtrumento conti-
netur, quod Titius promiſsit Sempro
nio centum quæ ſibi debebat ex cau-
ſa venditionis cuiuſdam equi, prout
continetur in inſtrumento ſcripto
talis notarij, quod valet talis diſpoſi-
tio, et obligatio, etiam ſi non conſtet
de tali inſtrumento, ad quem fit rela-
tio, & rationem aſsignat Iaſſ. in. l. ad-
monendi, in prima lectura, nu. 29. ff.
de iure iurando, vbi pluribus rationi
bus confirmat iſtam cõcluſionem, &
Paulus, ibi, nu. 14. quod dicit, quia il-
2 lud verbum (ſecundum cõſtat ex alio
inſtrumento) non ponitur conditio-
naliter (pro ſi) ſed totaliter (pro quia)
vt in. c. Abb. de verborum ſignifica-
tione, gloſſ. in. c. ſi Romanorum. 19.
diſtinctione, quod ampliat Iaſſ. ſupr.
in prima lectura, num. 40. & in ſecun
da, num. 27. ad contractus & vltimas
voluntates, & ad reliquas diſpoſitio-
nes (etiam legales) vt in. l. fi. C. de do-
tis promiſsione, ibi: * *Neque enim leges
incognitæ ſunt, quibus cautum eſt,* * & tra
dit Ioann. Garcia, de Hiſpanorum no
bilitate, gloſſ. 41. numer. 1. ex prag-
matica de Cordoua, quę facit mentio
nẽ de alia pragmatica de qua non cõ
ſtat.

Sed contrariam opinionem dicit
etiam cõmunẽ Boerius, ſupra, quãdo
in inſtrumento nõ refertur totus te-
nor alterius ſcripturę. Bart. in authẽ-
tico ſi quis in aliquo documẽto, vbi
Paulus illud declarat, Angelus, in. l.
ſciendum. ff. de verborum, Baldus, in
l. 2. nu. 4. C. de errore aduocatorum,
3 vbi dicit, quod confeſsio quæ ſe re-
fert ad aliquod inſtrumentum, non
probat, niſi conſtet de inſtrumento,
quod ſequitur Maſcardus, de proba-
tionibus, concl. 1319. num. 21. vbi re-
4 ſoluit (alijs citatis) quod ſolutio facta
per relationem ad libros rationum,
non probat, niſi per libros conſtite-
rit de tali ſolutione, & in venditione
facta per procuratorem, referentẽ ſe
ad mandatum de quo non conſtat, te-
net Matthæus de Afflictis, in deciſio
ne. 273. vbi refert pro hac ſententia
fuiſſe iudicatum: quam opinionẽ ſe-
quitur Socinus, conſi. 266. vol. 2. Pe-
trus Gerard. ſingulari. 39. in fine, Bot-
ta, conſi. 5. nu. 25.
5 Quod quidem nunc habeo de fa-
cto in cauſa fideiuſſorum Chriſto-
phori Ortiz (quõdam receptoris hu-
ius ciuitatis Toleti) qui contendit
probare ſolutionem debiti, ex quibuſ
dam apochis publicis, in quibus con
tinetur quædã ſumma morapetinorũ
(prout continetur in alijs apochis ci
uitatis) & aduocati ciuitatis, intẽdũt
illud non ſufficere, ſed neceſſarium eſ
ſe quod cõſtet de apochis ad quas fit
relatio: quod mihi verum non vide-
tur, ex traditis pro prima opinione,
quibus non obſtant tradita pro ſecũ
da, quia eſt diſtinguendũ, aut illa ver-
ba (prout conſtat ex alijs ſcripturis)
ponuntur per modum diſpoſitionis,
vel per modum relationis: in primo
caſu procedit diſpoſitio, & opinio
contraria: in ſecundo verò hæc no-
ſtra, cum in dicta apocha cõtineatur
diſpoſitio certa, & non conditiona-
lis, videlicet, quod ille ſoluit tantum,
illa



illa enim verba, quæ ex poſt factò, ſe-
quuntur poſt perfectam diſpoſitionẽ
(prout conſtabit ex alijs apochis)
non mutant ſubſtantiam, cum ſolum
per modum relationis apponãtur. l.
demonſtratio falſa. 17. §. 1. ff. de cond.
6 & demonſtratio. argu. tex. in. l. ex his
verbis. C. quando dies legati cedat,
vbi poſt perfectam diſpoſitionem pu
ram, tempus ſi adicijatur, non facit le
gatũ cõditionale. l. Firmio Eliodoro.
§. fin. ff. illo tit. l. obligationũ. §. con-
ditio. ff. de actionib. & oblig. Decius,
conſi. 522. vol. 4. Boerius, deciſsione
281. in. 2. par. Sarmiento, in. l. gallus. §.
idem credendũ, nu. 7. de lib. & poſth.
& tradit Paulus, ſupra, nu. 14. idem in
conſi. 139. num. 3. volum. 1. quod qui-
dem adhuc pendet de facto. Et poſt
hæc ſcripta vidi Maſcardum, in vo-
lum 2. probat, in concl. 923. vbi poſ-
ſuit regulam, quod inſtrumentum fa
ciens de alio mentionem non pro-
bet, cum octo limitationibus, qua-
rum ſecunda facit pro noſtra opinio
ne, & tradit Ceruantes in. l. 1. Tauri,
nu. 30. & 31. & Ioannes Botta, conſi. 5.
num. 29. & rationem huius regulę aſ-
ſignat Ioannes Garcia, de nobilitate,
gloſſ. 41.

## *SVMMARIVM.*

*1 Conſenſus domini requiritur in præſcri
ptione immemoriali, ſecundum ali-
quos.*
*2 Immemorialis præſcriptio, qualiter probe-
tur remiſsiuè & ibi declaratur. l. 5. titu.
2. par. 1.*
*3 Teſtis poteſt deponere de eo quod vidit in
pupillari ætate.*
*4 Scientia Principis an requiratur in præſcri
ptione immemoriali, & habet fundatã
ſuam intentionem quoad iuriſdictionem
vniuerſalem regni.*
*5 In præſcriptione iuriſdictionis contra Re-
gem, non requiritur illius ſcientia: &
quando ſufficiat ſcientia officialium.*
*6 Lex. 1. tit. 15. lib. 4. recopil. declaratur.*

## QVAESTIO. 45.

### *Vtrum in præſcriptione immemoriali requiratur ſcientia & patientia aduerſarij. Communis contra communem, & quid iure regio.*

IN præſcriptione immemoriali
quod non requiratur ſcientia,
& pacientia aduerſarij, innuit
gloſſ. verb. in memoriam, in. l. hoc iu-
re. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia
na & eſtiua: cuius opinio communis
eſt, ſecundum Alex. conſi. 6. volu. 1. in
fine, Iaſſ. in. l. imperium, verſi. 20. ff. de
iuriſdictione omniũ iud. dixit com-
munem Felinus, in. c. cum nobis, col.
fin. & in. c. de quarta, col. fi. de præſ-
crip. Balb. in tractatu præſcrip. 2. par.
3. par. principalis, in verſi. 5. & 6. quæ-
ro, num. 23. Decius, conſi. 85. & dixit
communem Purpuratus, in. d. l. impe
rium, nu. 191. & Tiraquellus, de iure
primogenituræ, quæſt. 4. num. 45. &
de nobilitate, quæſt. 14. vbi refert A-
lexand. conſi. 6. vol. 1. dicentem com-
munem.
Sed contrariam opinionem tenuit
Bart. in. l. ſi publicanus. §. in omnibus
ff. de publ. & vect. nu. 2. Abb. in. d. c.
cum nobis, num. 4. & dicit commu-
nem Palacius Rubeus, in repetitione
c. per veſtras. 2. notab. in. §. ſed eſt pul-
cra dubitatio, fol. 80. num. 34. & 43.
& in nouis, fol. mihi. 395. Sed pro pri
ma opinione facit ratio, quia in præſ
criptione tanti temporis, præſumi-
1 tur titulus, & bona fides, & omnia ſo
lemniter acta; vt tradit Bald. in. c. ſi
diligenti, in fine, de præſ. quem ſequi
tur Balbus (& dicit eſſe benè notan-
dũ) in tractatu præſcrip. 2. par. 3. par-
tis princip. in verſi. ſexto quæro, nu.
18. fol.

18.fol. 34. quod tamen non procedit
in alijs præſcriptionibus, vt tradit
Alex.con ſi.69.nu.11.vol.3. & Aymõ
Craueta,de antiquit. fol. 201. in par-
uo,nu.16.cum ſequentibus.Sed ſi be-
nè conſideretur Rubei doctrina,vbi
ſupra, non loquitur in præſcriptio-
ne,ſed ſolum in conſuetudine,ad quã
inducendam dicit, quod requiratur
Regis ſcientia,&pacientia eius cuius
intereſt,vt in.c.bonę,el.2.de poſtula-
tione præl.l.2.C.de ſeruit. & aqua.Et
non eſt eadem ratio de præſcriptio-
ne ad conſuetudinem,imò in hoc cõ
trarium reſoluit Balbus, in.d.tracta-
tu.1.p.quæſt.10.nu. 8.vbi dicit,quod
in præſcriptione immemoriali,debet
probari ſcientia,& patientia aduerſa
rij,ſecus autem in cõſuetudine,quod
tenet Abb.in.c. fin.nu.13. de conſue-
tudine,vbi Barbac. nu.71.dicit com-
munem(quam pluribus citatis)exor-
nat Dueñas, regul.141.licet non de-
ſierint,qui in conſuetudine etiam di
cant contrarium, vt eſt gloſſ.in.cap.
in iſtis.§.leges,in. 4. diſtinctio.Abb.
conſi.7.vol.2. quæ opinio eſt de iure
partitarum approbata,vt in.l.5.tit.2.
par.1.ibi: * *Sabiendolo el ſeñor de la tie-*
*rra, è non lo contradiziendo*, * & notat
Greg.in.l.3.eodẽ tit. & part.in verſi.
* *Conſintiendolo el ſeñor*, * vbi in fine re
ſoluit,quod in conſuetudine imme-
moriali, non eſt neceſſaria probatio
ſcientiæ principis, ex.d.l.hoc iure.§.
ductus aquæ.ff.de aqua quotid.&.c.
ſuper quibuſdam.§. præterea,de ver-
borum ſignificatione, & notat Imo-
la, in.l. ſi publicanus.§.fi.ff.de publi.
& vectig. & illam legem partitæ de-
clarat Auend.de exequendis mand.c.
1.nu.2.&.c.8.nu.3.& in dictionario,
verb.**Coſtumbre.**Ex lege verò ordina
menti,contrarium eſt diſpoſitum,vt
in.l.11.tit.1.lib.7.ord.quæ eſt.l.1.&.2.
tit.2.lib.7.recop.quę ſunt intelligen
dę ſecundum tradita per Greg. in.d.
2 l.3.verb.* *Conſintiendolo.* * Formam ve
rò probandi immemorialem, tradit
gloſſa ſingularis, verbo memoria,in
cap.1.de pręſcriptionibus,in.6.cuius
opinio communis eſt,ſecundum Cur
tium iuniorem,conſi.61.nu.12.& plu
ra tradit Salazar,de vſu & cõſuetud.
cap.10.nu.44.& tradit Greg.in.l.15.
tit.31.par.3.in verb. * *Acordandoſe*, *
Otalora,de nobilitate. 3. par.c.7.nu.
4.Matienço,in.l.1.tit. 7. lib.5.recop.
gloſſ.9.Molina,lib.2.de Hiſpanorum
primogen.c.6.nu.31.DD.in.l.41.Tau
ri, Burgos de Paz, conſi. 16.num.16.
& in quæſtio.2.nu. 19.cum ſequenti-
bus.DD.in.l.ſi arbiter.28.ff.de proba
tionibus.Sed illius immemorialis for
ma(dequaper gloſ.in.d.cap it.1.) po-
teſt probari,ſecundum Ioannem An
dream,ibi(cuius opinio cõmunis eſt,
ſecundum Alexand. conſil. 16. nu-
mer. 12. volumi.5.) per teſtem depo-
nentes de eo ꝙ in pupillari ętate vi-
derũt,& tenet gloſſ. in verbo,nec im
3 pubes.§.teſtis autẽ, inſtitutis de teſt.
cuius opinio communis eſt ſecũdum
doctores ibi.Forma autem probandi
immemorialẽ traditur in.l.6.tit. 13.
lib.3.ordinamenti,vbi vectigalia non
præſcribuntur,ibi: * *Los pechos y tribu*
*tos à nos deuidos*, * l. 6. tit.29.par.3.vbi
Greg.verb. * *Tributos*, * De iure tamẽ
communi dicebat Bart.in.l.publica-
nus. §. in omnibus. ff.de publi.quod
in pręſcribendis vectigalibus requi-
rebatur ſcientia principis, vel domi-
ni:de qua quęſtione vidẽdus eſt Boe-
rius,in deciſione. 277.iura verò reg-
ni præſcribi non poſſunt,etiam cum
ſcientia & pacientia principis, licet
ſit pręſcriptio immemorialis,vt tra-
dit Palacius Rubeus, in repetitione
capituli per veſtras, notabili.2.§.1.n:
43.per totum,fol.409. imò eſt neceſ-
ſarius titulus,vt tradit Matienço, in
4 l.1.tit.10. gloſſ. 21. lib.5. recop.& l.1.
tit.15.lib. 4. recop. ſed hoc nõ poteſt
procedere in præſcriptione in me-
moriali,cum habeat vim tituli, vt in
d.§.



d.§.ductus aquæ, vt tradit Rubeus,ſu
pra,in verſiculo,vnum finaliter,& in
pręſcriptione meri,&mixti,imperij,
dixit communem Curtius, iunior,
conſi.158.num.12. quæ opinio appro
batur de iure regio, in.d.l.6. tit.29.p.
3.vbi notat Greg.verbo iuſtitia,& di
cit,quod in pręſcribenda iuriſdictio
ne,& mero imperio, contra inferio-
res dominos, ſufficiunt decem anni,
& eſt.l.6.tit. 13. lib.6.ordi. vbi Dida-
cus Perez,col.1425.tradit,quod Rex
Caſtellę habet in ſuo regno fundatã
intentionem ſuam,quoad poteſtatem
ſupremam,& iuriſdictionem, vt tra-
dit Couarr.practicarum quęſt.cap.1.
num. 9. vbi illud confirmat pluribus
rationibus,& Greg.in.l.1.tit. 18.par.
2.Otalora de nobilitate.3. p.princip.
in.2.par.c.5.nu.5. & 3. part.c.2.num.
7.Padilla,in.l.altius, nu.3.C.de ſerui-
tutibus,Menchaca,controuerſiarum
5 illuſtrium. c.85. & 86. & 87.Xuarez,
allegatione.7. & Auendañus,de exe-
quendis mandatis.c.1. nu.22. qui re-
ſoluit,quod regis ſcientia non eſt ho
diè neceſſaria in præſcriptione iuriſ-
dictionis,cum ſit neceſſaria immemo
rialis pręſcriptio:ita Montaluus, in
d.l. 6.tit.11. lib. 2.fori.l.1.tit.15.lib.4.
recop. vbi Matienço, gloſſ.1.num.1.
Rubeus,ſupra,nu.43. Dueñas, regul.
141.Couarr.in regul.poſſeſſor. 2.par.
nu.8.Didacus Perez,in.l. fi.tit.13.lib.
3.ord.Oroſcius,in.l. imperium,num.
40.ff. de iuriſdictione omnium iud.
Molina,lib.2.deHiſpanorum primo-
gen.c.6.nu.32.& 46. & Matienço,in
l.1.tit. 10.lib.5.recop.gloſ.19.num.5.
& nouiſsimè Gutierrez,lib1..practi-
carum., quęſt. 84.numer. 3. qui benè
declarat Salzedo, ad Bernardũ Diaz,
regula. 397. in verſicul. 2. adnotan-
dum., & Greg.in.d.l.5. titul. 2. par.1.
gloſ.fi.Mẽchaca in quæſtionibus vſu
frequentib.c.3. Padilla, in.l.2.de ſer-
uitutibus & aqua,nu. 4.& idem Auẽ
dañus,in ſuo dictionario, verbo. * *Co*
*ſtumbre*, * & in.cc.pręt.c.8.& 19. n.2.
Villalo.in ſuo ærario communium,li
tera.P.num.299.qui aſsignat rationẽ,
& nouiſsimè Gutierrez. 2. part.pra-
cticarum, quęſt. 31. num.9.qui dicit
communem opinionem, quod non
requiratur ſcientia,nec pacientia re-
gis, in præſcriptione immemoriali,
in præſcribente regalia, iuriſdictio-
6 nes,pedagia,& ſimilia, & quod etiã ſi
requireretur in alijs rebus,ſufficeret
ſcientia officialium,& auditorũ, ita
Iuann.Garcia,de Hiſpanorum nobi-
litate,gloſſ.7.num.7.idem Gutierrez,
practicarum quæſtionum,lib.1.quęſt.
85.num.3.& quæſt.86.nu2.. & ſic ve-
nit declaranda & limitanda.d.l.1.tit.
15.lib.4.recopilationis ex quibus pri
ma opinio communis( de qua ſupra)
eſt tenẽda,quod in præſcriptione im
memoriali contra priuatum,ſiuè con
tra regem, non requiratur ſcientia,
nec pacientia eius,cum illa immemo
rialis habeat vim tituli, & priuilegij,
(vt ſupra traditum eſt)imò quod ma-
gis eſt,non ſolum eſt præſcripta iuriſ
dictio accumulatiuè, ſed etiam priua
tiuè,ex.d.l.1. vt aduertit Parladorius,
rerum quotid.2. part.c.1.nu.13.& 14.

## *SVMMARIVM.*

1 *TRibutum non præſcribitur contra Re-*
*gem.*
2 *Creare notarios,legitimare ſpurios,nũ præſ*
*cribitur contra Regem.*
3 *Regi conceſſa in ſignum recognitionis non*
*præſcribuntur, ſecus ea quæ particulari*
*priuilegio.*
4 *Lex.1.tit.15.lib.4.recop.declaratur.*
5 *Suprema iuriſdictio Regis,eſt ius publicum*
*regni.*
6 *Iuriſdictio ſuprema nonpræſcribitur,etiam*
*per tempus immemoriale.*
7 *Iuriſdictio ſuprema eſt regni infixa ſicut ce*
*ro in oſſibus,& ſic auelli non poteſt.*
8 *Papæ ſuprema poteſtas non præſcribitur.*

## QVAESTIO. 46.

### *Vtrum ſuprema poteſtas Papæ vel Regis præſcribi poſſit. Communis contra communem, & quid iure regio.*

EST alia queſtio præcedétis proxima, an ſuprema poteſtas Romani Pontificis, vel Cæſaris, poſſit præſcribi: & non poſſe tenet Abb. in c. per venerabilem, col. fi. qui filij ſint legitimi, idem in c. cum non liceat, per illum tex. de præſcriptionibus. Et hæc opinio eſt magis cómunis, ſecũdum Socinum, conſi. 275. colu. 3. lib. 2. pro qua opinione facit tex. in l. competit. C. de præſcriptione 30. annorum, vbi præſtatio tributi, quæ fit in recognitionem vniuerſalis dominij, tempore non tollitur: & hinc eſt quod tributum non preſcribitur contra Regem, vt tradit Rubeus, in repetitione c. per veſtras, notab. 2. §. 1. nu. 43. in verſi. hinc eſt, pro qua ſententia facit l. 6. tit. 29. p. 3. l. 6. tit. 13. lib. 3. ord. in verſi. * *E las otras leyes,* * & notant doctores, quos ſupra retulim⁹ in queſtione præcedenti, & Greg. verb. iuſticia, in d. l. 6. Auend. in cc. præt. 1. part. c. 1. num. 21. Gutierrez, practicarum quæſt. lib. 1. quæſt. 87. nu. 4.

1 Sed contrariam opinionem (imò quod talis præſcriptio procedat aduerſus poteſtatem principis temporalis) tenet Bart. in l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia arcenda, & in l. infamé. C. de publicis iud. & in l. hoſtes. ff. de captiuis, & poſtlimi. & hanc opinionem eſſe magis cómunem aſſerit Aymon Crauetta, de antiquitate temporum, fol. 168. num. 19. & 20. & tradit Boerius, in deciſione. 264. nu. 19. cum ſequentibus, & dicit communem Balbus, in tractatu præſcriptionum, 2. p. quæſt. 4. in verſi. 2. principaliter, quinte partis princip. nu. 1. Otalora, de nobilitate. c. 3. Couarr. in regul. poſſeſſor 2. par. §. 2. nu. 7. qui loquitur in illis re-
2 bus, quæ reſeruantur principi ratione dignitatis, vt creare notarios, legitimare illegitimos, vectigalia inducere, & ſimilia, & in obedientia Imperatori debita dicit communem Balbus, ſupra, in 2. par. 5. part. quæſt. 2. In qua queſtione diſtinguendum eſt, videlicet, quod ea quæ ſunt reſeruata in ſig-
3 num principalis recognitionis, non poſſunt vllo tempore præſcribi, ea verò quæ ſpeciali priuilegio conceduntur, benè præſcribuntur tempore immemoriali, & hæc eſt communis opinio ſecundum Pyrrum, in conſuetudin. Aureli. de preſcriptionibus. c. 4. prout eum refert, Villalobos, in ſuo ærario, litera. P. nu. 298. & tradit Couarr. in d. regu. poſſeſſor. 2. par. §. 2. in verſi. ſecunda rerum ſpecies, & dicit communem Zaſius, conſi. 16. lib. 2. num. 12. Auiles, in cc. præt. c. 1. num. 11. Hodiè verò, prima opinio eſt approbata de iure regio, ex l. 1. tit. 15. lib. 4. recop. ibi: * *Pero la iuriſdicion ciuil, ò*
4 *criminal ſuprema, que los Reyes hã por mayoria, y poderio real, que es el de la fazer y cumplir donde los otros ſeñores y juezes la menguaren, declaramos que eſta no ſe puede ganar ni preſcribir por el dicho tiempo, ni por otro alguno.** Ita declarat Gutierrez, practicarum quæſt. lib. 1. quæſt. 88. Matienç. in l. 1. tit. 10. gloſ. 10. nu. 2. lib. 5. Didac. Perez, in l. 6. tit. 13. lib. 3. ordinamenti, & tradit nouiſsimè Parladorius. 2. par. rerum quotid. c. 1. per totum, nu. 15. & 16. vbi illud ampliat, etiam conſentiente principe, vt tradit Ioannes Andreas, ad Speculatorem, in titulo de iuriſdictione om. iudicum, gloſſ. magna, Decius, conſi. 307. Bald. in l. 1. §. in initio. ff. de officio præfecti vrbis, Lucas de Pœna, in l. 1. C. de præb. ſcol. lib. 12. Paulus Caſtrenſis, in conſi. 7. nu. 6. vol. 1. qui aſſignat rationem, quia illa ſuprema iuriſdictio regis, eſt quoddã ius publicum regni, & ſic cum omnes tangeat, debet ab omnibus approbari, vt in
5 reg. iuris. l. ius publicum. ff. de pactis. l. iuris gentium. §. paciſcar. ff. de pactis, aliàs totum regnum læderetur, & ſentiret nouitaté, quod nec licitũ, nec conueniens eſt, argumen. text. in cap. intellecto, de iureiurand. cap. non liceat. 3. quæſtio. 2. & tradit Corſetus, de poteſtate regia. 1. part. queſt. 4. Boerius, deciſion. 50. num. 12. Couar. in regul. poſſeſſor. 2. part. §. 2. num. 7. & tradunt doctor. vbi latè Felinus, in capit. cum non liceat, de præſcriptionibus, & eſt communis opinio, ſecundum Socinum, conſil. 275. libr. 2. á qua receſsit Méc. (pluribus rationibus & fundamentis) in capit. 82. controuerſiarum illuſtrium, vbi num. 17. confitetur contrarium procedere de
6 iure regio (licet ſub dubio.) Mihi veró contraria opinio magis vera, & communis videtur, tam de iure communi, quàm regio, vt iuriſdictio ſuprema præſcribi non poſsit, etiam
7 per tẽpus immemoriale, quia ita oſsibus inhæret, & regi infixa eſt, vt nullo pacto, nulloqué iure auelli queat, vt ſupra probatum eſt, & clariſsimè probatur in l. 1. tit. 15. li. 4. recop. vbi expreſsé illud notat Azeuedo, num. 36. Gregor. in l. 6. titul. 29. part. 3. Villalobos, in antimonia iuris, litera. P. numer. 28. & in ſuo ęrario commun. verb. * *Preſcripcion,* * numer. 330. Auendan. in cc. prætor. cap. 5. 2. part. numer. 9. & Auiles, in cc. pretor. ca. 1. gloſſ. 1. num. 3. Didacus Perez, in l. 5. tit. 4. lib. 1. ordin. Caſſaneus in conſuetud. Burgund. rub. 1. de iuſtitijs, in prin. nu. 107. facit etiam lex. 18. tit. 4. par. 3. ti. 3. l. 6. li. 3. ordin. & in ſuprema
8 poteſtate Papæ idem aſſerit Innocen. in cap. bonæ, el. 2. de poteſt. prelat. cómuniter approbatus, ſecundum Frãc. Bereng. in ſuo tract. de iuriſdic. Epiſcop. & authoritate Rom. Pō. axiomate. 1. pag. 2. Couar. in d. reg. poſſeſſor. 2. part. §. 2. nu. 8. quos ſequitur Azeuedo, ſupra, numer. 39. qui vſque ad numerum. 77. perdocté & curioſé declerauit iſtam materiam præſcriptionis contra regem, & in quibus bonis & rebus præſcriptio verificetur.



## SVMMARIVM.

1 *Allegatio tituli neceſſaria eſt, non tamẽ probatio.*

2 *Longum tempus dicitur decennium, in l. ſi quis diuturno.*

3 *Bona fides ſemper præſumitur in præſcriptionibus.*

4 *Ex dominio præterito inducitur præſumptio præſentis poſſeſsionis.*

5 *In ſeruitute diſcontinua non requiritur tituli allegatio.*

6 *Lex, ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruitus vendicetur, declaratur.*

## QVAESTIO. 47.

### *Vtrum tituli demõſtratio requiratur in præſcriptione ſeruitutum realium. Communis contra communem.*

IN præſcriptione ſeruitutum realiũ nõ requiritur tituli demóſtratio, ita probat tex. in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruitus vendicetur, & ra- 1
tioné aſsignat Bart. in l. ſeruitut. predio. in verſ. ſecũdo quęro, de ſeruit. in generali. Imol. n. 2. in c. ſi diligenti. de preſcri. Paul. in d. l. ſeruit. Saliz. in l. 1. opinio. 6. C. de ſeru. vbi dicit com. Cepola, in tractatu de ſeruitutibus, cap. 20. col. 3. & dicit eſſe ſpeciale in ſeruit. realib. vt ſine titulo pręſcribãtur, vt tenet gloſ. in d. l. ſi quis diuturno, & eſt com. opin, ſecũdũ Abb. in c. 4.

de præſcription.col.2. & Cepola, vbi
ſupra, & eſt textus de iure regio, in
l.15. tit.31.part.3.de cuius legis intel-
lectu & materia agit( vltra antiquos
in locis ordinarijs) Olano; in anti-
monia iuris,litera.A.numer.136.Par-
ladorius.1. part. rerum quotid. cap.1.
§.8.numero.23. vbi declarat dict.l. ſi
quis diuturno. Solet tamen dubitari,
quæ ſit ratio differentiæ, vt in ſer-
uitutibus realibus non requiratur ti-
tulus, & in incorporalibus ſic, & ra-
tio eſt, quia in incorporalibus tra-
ctatur de maiori præiudicio, vt dicit
Dinus, in regula poſſeſſor, de regul.
iuris in.6. & Bart. in dict.l.ſeruitutes
prædiorum, numer.5. & in.l.2.C. de
ſeruitutibus & aqua, vbi Baldus. Sed
aliam rationem, & veriorem tradit
Gracian.regul.370. numero.1. Sed ad-
uertendum eſt, quod tituli allegatio
neceſſaria eſt, & ſufficit probatio per
vſum decem annorum, vt voluit glo.
in dict.l. ſi quis diuturno, per text.
in.l. cum de in rem verſo.ff. de vſu-
ris, vbi ex diuturna præſtatione vſu-
rarum, præſumitur contracta obliga-
tio, quod quidem ſatis probat dict.
l.15.tit.31.part.3. ibi,* *Regando ſu here-*
*dad diez años, eſtando ſu dueño en la tier-*
2 *ra, e veinte ſiendo fuera della,** & ſic lon-
gum tempus in illa lege dicitur de-
cennium, vt etiam tenet gloſſa ibi,
in parte, longo, quę communis eſt, ſe-
cundum Curtium iuniorem, in.l. ſi
certis annis, numer.23.C. de pactis,
quam gloſſ. dicit communem Bernar
dus Diaz, regul.26. & pro opinione
gloſſæ facit tex.(qui communiter al-
legatur) in.l. ſi adulterium cum ince-
ſtu.§. idem Pollioni.ff. de adulterijs,
3 ibi,**Bona fide interuenit vtrique, ſi error*
*allegetur.** Ex quibus deducitur, quod
licet bona fides ſemper præſumatur
in præſcribente(vt tenet gloſ.in.l.ſu-
per longi.C. præſcrip.longi temp. &
gloſ. in prin. de vſucap. & eſt com-
munis opinio, ſecundũ Curt.iun.cõſ.
28.num.4. & tradit Tiraquel. in tra-
ctat. de præſcrip.§.1. gloſſ.2. Bernar-
dus Diaz, Reg.558. Gracian. regu.54.
tamen illa bona fides eſt alleganda, vt
ibi reſoluit nu.15.& tradit Bal. in ca-
pit.ſi quis per triginta, ſi de fæudo fue
rit controuerſia, Caſtillo, in.l.63. Tau
ri, numero.52.&.53. Matthæus de Af-
flictis, deciſion.178. nnmero.14. An-
gelus, in.§. ſed iſtæ quidem, nnmer.9.
inſtit.de actionibus. Felinus, in cap.2.
numero.3. de præſcriptionibus quod
4 quidem confirmatur ex eo, quia licet
ex dominio præterito inducatur præ
ſumptio, quod hodié ſit dominus,
qui ab antiquo poſsidebat, intelligi
tur tamen, ſi dominium allegetur, vt
eſt com. oppin. ſecundum Alex. in.l.
ſi minorem.C.reſtit. in integrum, vt
etiam in preſcriptione immemorali
eſt neceſſaria tituli allegatio, vt in.d.
§.idem Pollioni, & hoc tenent plures,
quos refert Aymon Craueta, de anti-
quit. temp.fol.146.nu.47.&.49. Sed
cõtrariam opinionem ( imó quod nó
requiratur allegatio tituli) tenet glo.
in.c. ſuper quibuſdam.§. præterea, in
parte, non extat, de verb. ſignific.quá
ſequuntur citati per Aymon, ſup. qui
dicit hanc opinionem eſſe magis có-
munem. Quod quidem ſine dubio
procedit in ſeruitutibus diſcõtinuis,
in quibus non requiritur tituli alle-
gatio, quam dixit communem Bar.in
d.l. ſeruitutes, numer.4. ſed etiam in
hoc contrariam opinion. tenet gloſ.
in.l.1. §. denique .ff. de aqua pluuia
arcenda, & in.d.l. cu de in rem ver-
ſo, gl. fiet, in.d.l. ſeruitutes prædiorũ,
vbi Paulus dixit hanc communem
opinionem, & eandem dixit com-
munem Florianus, in dict.l. cum de
in rem verſo. Imola, & Iaſſ.in.l. qui
in aliena.ff. de acquirenda hæred. A-
lexander, conſil.69. volumine.5. An-
gelus, in dict.§.æquè ſi agat, num.14.
inſtituti.de actionibus, Felinus, in
dict. cap. de quarta, Socinus, reg.431.





& pluribus citatis dicit etiã cõ. Padi-
lla, in.l. ſi aquam, num.18.C.de ſeruitu
tibus & aqua, Curt.Iun.conſ.174.nu.
28. & dicit etiam com.Corn.cõſ.293.
lib.3. col.3.in princ.Boerius, deciſ.42.
nu.35.quæ opinio ſatis clarè probatur
6 in.d.l. ſi quis diuturno, ibi **Nõ eſt ne-*
*ceſſe docere de iure.** ( id eſt de titulo. Ex
quibus verbis non ſolum excluditur
probatio tituli, ſed etiam allegatio il-
lius, vt aduertit Padilla, ſupra, qui re-
fert plures rationes ad text. in cap.1.
de præſcriptionibus in.6.qui videtur
obſtare huic opinioni.

## SVMMARIVM.

1 *Impedito de facto agere, non currit præſ-*
*criptio.*
2 *Aduerſus præſcriptionem triginta, vel qua*
*draginta annorum datur reſtitutio, ex*
*capite ignorantiæ.*
3 *In præſcriptione centum annorum datur*
*reſtitutio, ex capite ignorantiæ.*
4 *Aduerſus quadriennium conceſſum, ad pe-*
*tendam reſtitutionem datur reſtitutio,*
*quando eſt impedimentum de facto.*
5 *Ignoranti & impedito currit præſcriptio.*
6 *Præſcriptio eſt introducta, nè rerum domi-*
*nia ſint in ſuſpẽſo; & finis litibus eſt im-*
*ponendus.*
7 *Poſt impletam præſcriptionem, non nocet*
*ſcientia rei alienæ.*
8 *Titulus præſcriptionis de nihilo ſeruiret, ſi*
*ſemper concederetur reſtitutio.*
9 *Lex.1.C. de vſucapione transformanda, in-*
*ducitur pro iſta opinione.*
10 *Præſcriptio complera, non debet plus opera-*
*ri, quam res iudicata.*
11 *Aduerſus tres ſententias conformes datur*
*reſtitutio in integrum ex clauſula gene-*
*rali.*
12 *Leges regni loquentes de præſcriptione non*
*habent locum, probata ignorantia iuris,*
*& facti.*
13 *Lex.63. Tauri limitatur, & nouiſsimè de-*
*claratur.*
14 *In præſcriptionibus non cenſetur excluſa*
*petitio reſtitutionis in integrum, ex ca-*
*pite ignorantiæ.*
15 *Petitio reſtitutionis in integrum, impedit*
*executionem.*
16 *Præſcriptio iuris exequendi, currit contra*
*eccleſiam, & contra regem.*
17 *Reſtitutio in integrum, etiam tranſactis*
*40.annis, ex capite ignorantiæ, competit*
*eccleſiæ & pauperibus.*

## QVAESTIO. 48.

### *Utrum aduerſus præſcriptionẽ decurſam concedatur reſtitutio in integrum, ex capite ignorantiæ. Communis contra communem, & quid iure regio.*

NOtabilis, & dubia ſequitur
diſputãda quęſtio, quam tra
dit Bart. in.l.1.§. ſi quis au-
tem .ff.de itinere, actuque priuat. an
ille, contra quem decurſa eſt præſ-
criptio (propter iuſtam ignorantiam
facti) poſsit petere reſtitutionem in
integrũ, aduerſus decurſam præſcrip-
tionem, ex clauſula generali, ſi qua mi
hi iuſta cauſa videbitur. In qua quæ-
ſtione Bart. ſupra in ea eſt ſententia,
quod contra impeditũ, impedimento
facti currat præſcriptio, licet impedi
tus reſtituatur, & ſic dicit ſe intellige
textum in.l. final.C. de præſcriptio.
longi tempor. Quam opinionẽ tenet
Ang.in.l.fin.ff. ſi quis teſtament. li-
ber eſſe iuſſus fuerit, per legem ſtil-
licinius .ff. de ſeru. ruſticorũ. præd.
idem Angelus, in dict.l. fin. C.de pręſ
criptione longi temp. & eſt tex. vbi
notat gloſſa in.l.2. C. quibus non
objjciatur longi temporis pręſcrip-
tio .l. ab hoſtibus in principio.ff. ex
quibus cauſis maiores, text. in.l.ſi par
tem, in princ.§.1.ff. quemadmodum
ſeru.amit. & eſt textus ſimilis in.l. ſi

locus eodem tit. & hanc dicit com-
munem Iaſſ. in. §. rurſus, inſtit. de a-
ctionibus, & Couar. in reg. poſſeſ-
ſor. 3. part. §. 3. numer. 1. Pinelus, in
authentic. niſi tricenale, num. 58. C. de
bonis quæ lib. & dicit communem
Matthæus de Afflictis, deciſione. 329.
& Romanus, conſilio. 149. Natta, con
ſilio. 162. numero. 38. Bernardus Diaz,
regula. 571. vbi Salzedo, plures con-
geſsit pro hac ſententia. Et hanc di-
cit magis communem opinionē So-
cinus, in l. cum filius. §. in hoc num.
8. ff. de verborum obligationibus, qui
plures allegat pro hac ſententia ( pro
qua dicit vidiſſe plures clariſsimos vi
ros conſuluiſſe) quā dicit com. Corn.
conſil. 164. vol. 2. Dec. conſ. 29. Alex.
conſ. 169. vol. 2. & plures pro hac ſen-
tentia dicentes communem citat Ti-
2 raquel. de vtroque retract. §. 35. gl. 4.
nume. 35. & 75. Quā opinionē ſequi-
tur Burſat, conſil. 26. num. 34. Rolan.
conſ. 68. nu. 10. li. 4. Tiber. Dec. cōſ. 2.
nu. 134. li. 2. Simon de Pret. conſi. 157.
numero. 18. & hæc opinio eſt magis
communis, & ita practicatur, ſecun-
dum Fabium Turretum, conſil. 36.
numer. 13. volumin. 1. Sfortius Oddi.
conſil. 13. num. 37. Quæ concluſio am-
pliatur à Doctoribus, vt etiam pro-
cedat in præſcriptione triginta, vel
quadraginta annorum, quam dicunt
communem opinionem relati per Ti
raquellum, ſupra, num. 36. & Aymon,
numer. 44. & dixit communem Cag
nolus, in regul. qui in alterius, num. 6.
ff. de regul iur. & Balbus de præſcrip
tion. 4. part. 4. partis princip. quæſt.
29. nu. 4. cum ſequent. & quod magis
3 eſt dicit Cagnolus, ſupra, eandem eſſe
communem opinionem, in præſcrip-
tione centum annorum, vt in ea com
petat in integrū reſtitutio, ex capite
ignorantię, quam dicit com. Bertran.
conſilio. 15. volumine. 1. numero. 43.
& Curtius iunior, conſilio. 57. num. 3.
Et aduerſus quancunque pæſcrip-
tionem, ratione ignorantiæ, com-
petere reſtitutionem, dixit commu-
nem Ioannes Mauri. in tractat. de re-
ſtitu. ca. 60. & vltraſup. relatos (quod
cōpetat in præſcriptione. 30. vel. 40.
annorum) dixit communem Boerius,
deciſ. 39. num. 3. & in num. 6. qui laté
procedit, & Gualdenſis, de arte teſtā
di, titulo. 11. cautela. 6. & Alciatus,
4 libr. 1. de verborum ſignificat. colu.
35. in princip. vbi dicit receptius te-
neri. Pro qua ſentētia facit, quia qua-
driennium quod datur ad petendam
in integrum reſtitutionem, adeó vti-
les eſt, quod ſi quis ſteterit per centū
annnos probabiliter ignorās, ſemper
durat, ita Baldus in l. falſam. C. ſi ex
falſis inſtrumentis, quem plures ſe-
quūtur ab eo allegati in. c. 1. de in in-
tegrum reſtitutione. libr. 6. quam o-
pinionem tenent relati per Tira-
quellum, ſupra, numero. 47. & . 43.
Bernardus Diaz, regula. 653. & dixit
commun. Balbus, de præſcription.
1. part. 6. partis. col. 5. Alexand. con-
ſilio. 116. volumin. 5. Felinus, in capit.
vigilanti. de præſcription. & Ay-
mon, de antiquitate temporum, fol.
165. numero. 57. & dixit commun.
Decius, conſilio. 36. volumine. 1. An-
charranus, conſil. 170. num. 8. & plu-
res, quos refert, & ſequitur Socinus,
ſupra, Gualdenſis de arte teſtandi, tit.
11. cautela. 1. numero. 4. & dicit etiam
commun. Bertrandus, conſilio. 15. vo-
lumine. 1. numero. 43. & Curtius iu-
nior, conſilio. 57. numero. 3. Pro qua
ſententia eſt bonus text. in dicta. l. ſi
partem. §. 1. ff. quemadmodum ſeruit.
amittantur, vbi ſi neſcio ſeruitu-
tem mihi legatam, & ideó ea non
vtor, non currit contra me præſ-
criptio, & datur reſtitutio, quæ. l.
ſatis probat iſtam ſententiam, & eſt
etiam text. in authentica malæ fi-
dei. C. de præſcription. long. tempo.
lex



lex ſicut. C. de præſcription. trigin-
ta. vel quadraginta annorū, vbi igno-
ranti, & impedito, currit præſcriptio,
ſed dabitur reſtitutio ex. d. c. ignoran
5 tiæ (vt ſupra dictum eſt.)
Sed his nō obſtantibus, contrariā opi
nionē (imò quod aduerſus præſcrip-
tionē. 30. vel. 40. annorū non cōpetat
reſtitutio, ex c. ignorantiæ) dicit cō-
munem, Igneus, in. l. 3. §. ſi conditioni,
num. 126. ff. ad Syllanianum, & dicit
etiam comm. Decius, conſil. 375. nu-
mer. 5. & relati per Tiraquellum, vbi
ſupra, gloſ. 4. num. 37. & dicunt com-
mun. relati á Couarru. in regu. poſ-
ſeſſor. 3. part. §. 3. num. 2. de reg. in. 6.
& Burgos de Paz, conſil. 41. num. 47.
qui hoc extendit etiam procedere de
iure regio, cum contrarium non ſit
diſpoſitum, ſequitur Salzedo, ad Ber-
nard. Diaz, regul. 571. pro qua ſen-
tentia facit talis ratio, quia ſi admit-
teretur contra præſcriptionem legi-
timé cauſatam reſtitutio in integrū,
ex cap. ignorantiæ, ſemper rerum do
6 minia eſſent in ſuſpēſo, & in incerto,
contra. l. bono publico. ff. de vſuca-
pionibus, & poſt centum annos (re-
perto inſtrumento debiti) poſſet cre-
ditor, vel eius heredes (præ textu ig-
norantiæ) petere reſtitutionem in in
tegrum, ex clauſula generali: & ſic
7 nunquam eſſet litium finis, contra
legem properandum. C. de iudicijs,
capit. finem litibus de dolo & con-
tumacia. l. final. ff. pro ſuo, quæ di-
rectè loquitur in præſcriptione.
8 Pręterea facit pro hac opinione,
quia poſt impletam preſcriptionem
non nocet ſcientia rei alienæ preſ-
cribenti, vt eſt communis opinio,
vt tradit Dueñas, regul. 44. numer. 4.
pluribus citatis (ex communi voto
Theologorum (& nos dicemus in
quæſtion. 657. Ergo ignorantia eius,
contra quem præſcribitur, non debet
aliquid operari contra præſcribentē,
9 quia aliás titulus præſcriptionis de
nihilo in iure ſeruiret, ſi ſemper con-
cederetur reſtitutio, ex capite ig-
norantię, poſt completam præſcrip-
tionem, & eſſet magna confuſio, ſi
in quocumque tempore res debita
peti potuiſſet. Et iſtam opinionem
tenet gloſſa in capit. auditis, de reſti-
tutione in integrum, vbi concludit,
quod contra pręſcriptionem quadra
ginta annorum non datur reſtitutio,
ne aliás lex verbis videatur impoſi-
ta. Pro qua ſentētia eſt textus (ſecun
dum aliquos) in. l. vnica. C. de vſuca-
pione transformanda, ibi, * *Per bienniū
miſeri rerū dominij excludebantur, & nul-
10 lus eis ad eas reſeruabitur regreſſus.* * Er-
go ſi nullus datur regreſſus, ſequitur,
quod beneficium reſtitutionis in in-
tegrum excluditur. Ex quibus hæc
quæſtio ſatis anceps, & dubia reddi-
tur, cum pro vtraque parte ſint for-
tiſsima fundamēta, & maximè pro cō
11 traria vrget alia noua ratio, quia
præſcriptio completa non debet plus
operari, quam ſententia tranſlata
in rem iudicatam. Sed ſic eſt, quod res
iudicata reſcinditur ex nouis inſtru-
mentis (ex clauſula generali, & petita
reſtitutione, ex capite ignorantiæ)
vt tradunt Doctores in. l. imperato-
res. ff. de re iudicata, vbi Iaſſ. & Ale-
xand. dicunt communem, & nos di-
cemus in quæſtion. 542. & etiam ad-
uerſus tres ſententias conformes, il-
12 lud tenent Ioannnes Garcia, de no-
bilitate, gloſſa. 6. §. 2. numero. 5. Er-
go ſequitur manifeſté, quod aduer-
ſus præſcriptionem completam, da-
bitur in integrum reſtitutio, ex di-
cto capite ignorantiæ. Quę opinio
æquiſsima eſt, licet contraria ſit ſa-
tis iuridica, & magis vera, illamque
defendit per. 23. rationes & funda-
menta, Menchaca, libro ſecundo con
trouerſiarum illuſtrium, capit. 75. qui
dicit illud procedere in quacumque
præſcriptione, etiam ordinaria. Ex
quibus infertur notabilis declaratio,
H 3 &

& ampliatio ad omnes leges regni, lo
quentes de præſcriptione, vt in.l.1. &
13 8. & per totum tit.15.lib.4. recopila-
tionis, in quibus iuribus per certum
temporis ſpatium cauſatur præſcrip-
tio, vt in omnibus illis caſibus poſ-
ſit allegari ignorantia facti, poſt im-
pletam præſcriptionem, vt reſtitutio
ex capite ignorantiæ concedatur, &
illud non ſolum exiſtimo procedere,
quando præſcribitur actio perſona-
lis & realis, ſed etiam quando preſcri
bitur ius exequendi per decem an-
nos, vt in .l.63. Tauri, quæ eſt.l.6. ti-
14 tul.15.lib.4.recop. in quibus caſibus
non admittetur illa exceptio ad im-
pediendam executionem, quando
actor ignorabat de iure, & de facto,
pecuniam ſibi deberi (quia ſucceſſit
in iure alterius tanquam hæres) qui
petita reſtitutione in integrum po-
15 teſt petere executionem, virtute in-
ſtrumenti publici, non obſtãte, quod
ius exequendi ſit præſcriptum, quia
probata ignorantia tam iuris, quam
facti, mandabitur inſtrumentum exe
cutioni, nõ obſtante, quod ſit legiti-
mè cauſata præſcriptio, quia nun-
quam in præſcriptionibus cenſetur
excluſa petitio reſtitutionis in in-
tegrum, ex capite ignorantię. Quod
16 quidem eſt menti tenendum, quia
alibi non reperies ſcriptum: & eſt
optima declaratio, & exceptio ad
dict.l.63. Tauri, & probatur ratione,
quia, quemadmodum reo executato
conceditur à lege, vt contra inſtru-
mentum poſsit opponere exceptio-
nem reſtitutionis in integum( vt eſt
communis opinio ſecundum Auen-
dan. in.cc.pretor.c.4. num. 18. Aze-
ued.in.l.1.tit.21. nu.275. lib.4. recop.
Oroſciũ in .l. ſi feriatis, n u.111. ff. de
ferijs, Couar. pract. quæſt.c.25.nu.6.
Villalob. in ærario. com.li.2. nu.258.
Didac.Per.in.l.8.tit.4.li.2. ordinam.
poſt Bart. in .l.4.§. condemnatum.
ff. de re iudicata, vbi Ripa, num.30.
& Alexand.26. dicit magis commu-
nẽ, & ſequitur Gutierrez, pract.quę-
ſtion, libr.1. quæſtion.133. numero.2.
& Paz, in ſua praxi.4. part.1. tom.
cap.3. numer.9. & nouiſsimè Ioan.
Garcia, de nobilitate, glo.6.§.2.nu.17.
vſque ad finem capituli: ita parifor-
miter actori debemus concedere, vt
poſsit etiam petere prædictam reſti-
tutionem, ex capite ignorantiæ, ad-
uerſus decurſam, & legitimè comple-
tam præſcriptionem: quæ quidem
17 pręſcriptio etiam currit contra eccle
ſiam tranſacto decennio: ita Grego-
rius.in.l.22.tit.29.par.3.ver. * *Treyn-
ta años,* * quem ſequitur Paz, ſupra
num.15. in fine, & quid contra Regẽ,
tradit idem Gregor. in .l.6. titul. &
part. ſupra. verbo, *Tributos.* Quibus
ſi obijciatur exceptio præſcriptio-
nis, ex dict.l.63.Tauri, poſſunt repli-
care, opponendo aliam exceptionem,
ex capite ignorantiæ (petita prius
18 reſtitutione in integrum, & conceſ-
ſa ex clauſula generali) quæ reſtitu-
tio indiſtinctè ex.cap.ignorãtiæ com
petit eccleſiæ & pauperibus, etiam
poſt.40. annos, vt tradit Belonus, &
dicit eſſe communem opinionẽ, con-
ſil.46. num.15.(contra Alexan.) Sar-
mien. lib.2. ſelectarum, cap.10.

## QVAESTIO. 49.

### *Ad.l. finalem .C. de ſacroſanctis eccleſijs. Communis cõtra communem, & quid de iure regio.*

IN quatuor caſibus de contentis
in.d.l.fin. in rebus relictis iure hę
reditario, & in legatis, donationi
bus, & venditionibus, eccleſia & ciui
tas habent priuilegiũ, vt non minori
tẽpore, quã per centum annorũ curri
cula, prẽſcriptio cauſari poſsit, quę le
gis diſpoſitio iam hodiè per authent
quas



quas actiones( quę poſt legem ſequi-
tur) correcta eſt, & illa præſcriptio re
dacta ad prẽſcriptionem. 40. anno-
rum, & hæc eſt communis opinio ſe-
cundum Boerium, deciſio.264.nu.22.
vbi reſoluit, quod illa correctio, & li
mitatio præſcriptionis, procedit tam
in eccleſia, quam in ciuitate, præter
1 quam in æcleſia romana, quæ cen-
tum annorum gaudet ſpatio & priui
legio, & ſic caſus ille ſpecialis, firmat
regulam in contrarium. l. nam quod
liquidè.§. fi. ff. de penu legata.l. ius
ſingulare.ff.de legibus,
Sed contrariam opinionem (imò
2 quod illa lex non ſit correctoria in ci
uitate) dixit communem Aym. Cra-
ueta, de antiquitate tẽporum.fo.144.
nu.37.& 38. & dixit communem opi
nionem Iaſſ.in d.authentica, quas a-
3 ctiones, nu.21. vbi gloſ.verb.exclu-
duntur, refert Ioannem, & Pileum
hanc partem tenentes, ex.l.ſancimus
C.de teſta. l. præcipimus. C.de appel.
vbi traditur regula, ꝙ illud quod nõ
mutatur, ſtare non prohibetur, gloſſa
autem impugnat iſtam rationẽ, quia
maior eſt ratio in eccleſia, quã in ci
uitate, & ſic fatemur(& nõ eſt negan
dum) quod illa lex ſit correctoria in
eccleſia, & etiam in ciuitate: arg.
tex.in authentica, multo magis. C.de
ſacroſanct.eccleſ. l.illud.ff.de ad.l.A-
quiliam. l.1. C. de diuerſis reſcriptis,
4 vbi traditur, quod vbi eſt eadem, vel
maior ratio, eadem debet eſſe iu
ris diſpoſitio, quam opinionem ſe-
quitur Riminaldus, in.§.2.nume.22.
inſtitutis, per quas perſonas nobis ac
quiritur, & hæc opinio eſt hodiè ap-
probata, ex.l.7.tit.29.par.3. vbi Greg.
5 verb. * *De quarenta años,* * & tradit Co
uarr.practic.quęſt.c.37.nu. 8. qui de-
clarat qualiter procedat illa præſcrip
tio quadragenaria in rebus ciuitatis
publicis, quę ſpecialitèr ſunt conſti-
6 tuta ad vſum omnium hominum, vt
via publica, platea, ſimilia, & reliqua
idemque tradit in regula peccatum,
2.par.relect. §. 9. nu. 8.& Rodericus
Xuarez, allegatione. 5.per totam: de
qua re eſt videnda.l.3.tit.3.lib. 7.ordi.
vbi latè per Didacum Perez.

## SVMMARIVM.

1 *Lex.7.tit.1.par.6.declaratur.*
2 *Solemnitas quæ requiritur in teſtamẽto inter extraneos, requiritur hodiè in teſtamento inter liberos.*
3 *Correctio legis.3.Tauri procedit reſpectu numeri teſtium, non verò reſpectu qualitatis, illorum.*
4 *Fœmina poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos(contra plures) ex.l.3.Tauri.*
5 *Fœmina de iure communi eſt idoneus teſtis in teſtamento inter liberos.*
6 *Hermaphroditus eſt idoneus teſtis in teſtamento inter liberos.*
7 *Melioratio facta à patre in teſtamento imperfecto, non valet.*
8 *Lex.4.Tauri declaratur.*

## QVAESTIO. 50.

### *Ad.l. hac conſultiſsima. § ex imperfecto (de teſtamentis. Communis contra communem.*

APud ſcribentes ingens cõtro-
uerſia eſt( ſed hodiè parum
fructuoſa) an.§.ex imperfecto
habeat locũ in filijs legitimis, & natu
turalibus tantũ, vel ſolum in naturali
bus & non legitimis: & partem affir
matiuam dixit comm.Dec.conſi.610.
Boer.deciſio.240.n.12.vbi(poſt Paul.
& gl.in.d.§.ex imperfecto) cõcludit,
ꝙ illius tex.diſpoſitio, ſolũ procedit
in filijs legitimis, & naturalibus.
Sed contrariam opinionem(imò
quod etiam procedat in filijs natu-
ralibus, & non legitimis) tenet
Paulus, in dicto.§.Salicetus, in.l.fin.

C.familiæ erciſcundæ, & eſt commu
nis opinio, ſecundum Couarru.(im-
memorem Boerij,& Decij)in.4.2.p.
§.4.c.8.num.13.in qua quæſtione nó
eſt inſiſtendum,quia licet de iure cõ-
muni eſſet valdè neceſſaria illius ve-
ritatis indagatio, &etiam de iure par
1 titarum,vt in.l.7.tit.1.par.6.(quæ diſ
ponit,& confirmat illam iuris com-
munis deciſsionem ) tamen hodiè ex
l.3.Tauri,eadem ſolemnitas requiri-
2 tur in teſtamento inter liberos, quæ
requirebatur in teſtamento inter ex-
traneos,& ita aduertit Greg.in.d.l.7.
verb. * *A los hijos,* * & Cifuentes, &
Caſtillo, in.d.l. 3. verb. * *Entre los hi-
jos,* * vbi Gomecius,num.59.reſoluit
illa iura eſſe correcta:quod tenet ex-
preſſè Cifuentes,in.d.l.3.Tauri,quem
ſequitur Couarr. 2.par. c.8.§.4.nu.3.
Matienç.in.l.2.tit.4.lib. 5.recop.glo.
1.Angulo,in.l.7. tit. 6.gloſ.1.num.6.
lib.5.recop.Gutierrez,practic.quæſt.
3 lib.2.quæſt.35.Et an illa correctio ſo-
lum habeat locum reſpectu numeri
teſtium,vel etiam reſpectu qualitatis
illorum,eſt difficillima queſtio inter
ſcribentes modernos, quia D.Caſti-
llo,in.d.l.3.verb. * *Siete teſtigos,* * reſol
uit, quod illa lex eſt correctoria in
omnibus, & ſic quod teſtes in teſta-
mento inter liberos,debeant eſſe maſ
culi,& non fœminæ : quod ſequitur
Greg. in. d.l. 7. verb. * *De teſtigos,* *
quos nouiſsimè ſequitur Gutierrez,
pract.quæſt.lib.2.quæſt.36.

4 Sed contrariam opinionem ( imò
quod in teſtamento inter liberos,fœ-
minæ ſint idonei teſtes,ſicut de iure
communi)tenet ſubtiliter Tellus Fer
nand.(contra Greg.& Caſtill.)in.l.3.
Tauri,a nu. 13. vſque 17. vbi Gome-
cius,nu. 53. & Matienço,in.l.2.tit.4.
gloſ.1.nu.15.lib.5.recop.Quæ opinio
iuridica mihi videtur, cum ſit com-
munis opinio, quod de iure commu-
5 ni in teſtamento inter liberos,fœmi-
na ſit idoneus teſtis,vt tradit Gratus,
conſi.90.nu.3. lib.2. Guillermus Be-
nedictus,in.c.Raynuntius, verb. te-
ſtamentum, el.1.num.65.& 68.de te-
ſtamentis, quæ diſpoſitio non corri-
6 gitur per.d.l.3.imò(quod magis eſt)li
cet hermaphroditus(qui magis inca-
leſcit ſexui fœmineo)non poſsit eſſe
teſtis in teſtamento, vt tradit Moli-
na,lib.2.de Hiſpanorum primogeni.
c.8.nu.26. & Guillen de Ceruantes,
in.d.l.3.Tauri,nu. 155. & probatur in
l.10.tit.1.par.6.illud non procedit in
7 teſtamento inter liberos.Solet tamen
apud ſcribẽtes dubitari,an d.§.ex im-
perfecto, & eius deciſio procedat,
quando pater facit meliorationẽ filio
in teſtamento minus perfecto,& par
tem affirmatiuam tenet Paulus,in.d.
§.cuius opinio communis eſt,ex tra-
ditis per Tellum Fernand.in.l.3.Tau
ri, 1.part.num.21.Mencha.de ſucceſ-
ſionum creatione.§.21.nu. 67.& ve-
riorem,& communiorem appellat Spi-
no,in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.
18.num. 34. pro qua opinione addu-
citur.l.2.tit.4.lib.5.recop.quę lex ni
hil probat. Sed contrariam partem ſe
quitur Couarr.in. c.Raynuntius.§.1.
n.3.de teſt.ex ea ratione, quod lex ap
probans teſtamentum minus perfe-
ctum inter liberos, intelligitur quã
do ęqualiter fit inſtitutio,non verò
quãdo fit melioratio,ꝙ ſequitur Ti-
raquellus,de primogenit.quæſtio. 4.
nu.4.& eſt communis opinio ſecun-
dum Socinum,conſi. 27.nu.19.vol.1.
& conſi.189.nu.44.vol.2.

8 Ex quibus datur intellectus ad.l.4.
Tauri,vt illa lex nõ procedat in me-
lioratione facta per patrem inter fi-
lios, vt docet Rodericus Xuarez,in
l. quoniam in prioribus, limitatione
10.numer.4. licet contrarium teneat
Gregorius,in.l.5.titul.31.part.7.in fi-
ne,& Tellus Fernand.in.d.l.4.Tauri,
numero.14. Mieres, de maioratu. 1.
part.queſt.1.numer.50.Molina,lib.2.
de Hiſpan. primogen. c. 10.num.69.
Matienç.



Matienç.in.l.3.tit.4.lib.5.glo.6.quos
ſequitur Auendañ.in.d.l.4.gloſ.5.nu.
10.& Gracian,regul.55.num. 16.qui-
bus accedo.

## QVAESTIO. 51.

*Vtrum de iure communi ſint ne
ceſſaria dotalia inſtrumenta,ad
matrimonij validitatem, & ad
filiorum ſucceſsionem. Commu-
nis contra commu-
nem.*

DVbitari ſolet apud ſcribẽtes
de quæſtione preſenti, ſup-
poſito,quod de iure canoni-
co(vt valeat matrimonium )nõ ſunt
neceſſaria dotalia inſtrumenta:ita tẽ
net gloſ.in.c. 130. queſt.5. & eſt com
munis opinio,ſecundum Prepoſitum
in.c.tanta, num. 17.qui filij ſint leg.
quã etiam dicit comm.Decius,conſi.
155.nume. 1. circa quod dubitatur a-
1 pud doctores,vtrũ procedat quoad
vim,& valorem matrimonij tantum,
vel ſolum quo ad ſucceſsionem fi-
liorum ,ad quam in locis imperiali
ſubiectioni ſubiectis (niſi matrimo-
nio pręcedant nuptiala inſtrumenta)
non admittuntur,vt probat tex.in.l.
Imper.§.præſenti. C.de nupt.Et hoc
tantum procedere quo ad valorem
matrimonij in illis locis,& non quo
ad ſucceſsionem filiorum,tenet Bald.
in.l. ſi quã illuſt. C. ad Orficianũ ; &
eſt communis ſecundum Curtium iu
niorem,conſi.136.col.2.volu. 1.Lucas
de pen.in.l.4.C.de his qui ſpon.mun.
ſub.libr.10. Socinũ, iunio, conſi.52.
vol.1.

2 Sed contrariam opinionem, quod
etiam quoad ſucceſsionem filiorum
valeat matrimonium (etiã ſi non in-
terueniant dotalia inſtrumẽta ) dixit
communem Carolus Ruynus, conſi.
211.colu.2.vol.1. & Anton.Gabriel,
lib.6.com.tit.de legitimatione, con-
cluſio.1.num. 11. & ab hac opinione
non eſſe recedendum dixit Pariſius,
conſi.13.nu.49.vol.2. Mieres,de ma-
ioratu.2.part.quæſt. 1.nu.6.vbi aſſig-
nat rationem,& Couarr.in.4.2.part.
c.8.§.2.num.8.vbi reſoluit contrariã
3 opinionem non eſſe receptam, & ma
ximè hodiè,ſtante Concilio Triden-
tino.c. 1.ſeſsio. 24. de reformat. ma.
vbi ſeruata forma illius(tex.in matri
monijs contrahendis)proles indè ſuſ
cepta eſt legitima ( etiam ſi nuptialia
inſtrumenta non interueniant)ſi ve-
rò omittatur forma illius(etiam quo
ad publicationes) ſi poſtea detegatur
aliquod impedimentum conſangui-
4 nitatis,proles non erit legitima,vt in
c.cum in hibitio.§.ſi quis verò,de clã
deſtina deſponſatione.Et nos latè di-
cemus in quæſt.696.nu.5.& defendi-
mus illud procedere hodiè,ſtante diſ
poſitione ſancti Concilij Tridenti-
ni, vt nouiſsimè reſoluit Guillen de
Ceruantes,in.l. 6. Tauri,nu.21.& 22.
cuius opinio veriſsima eſt.

## QVAESTIO. 52.

*Vtrum diſpoſitio tex.in cap. red
integranda.3.quæſtio. 1.habeat
locum in ſucceſſore particulari,
cum titulo & bona fide.Com
munis contra commu-
nem.*

REmedium tex.in. d. c.redin-
tegrãda,quod ſpoliatis com-
petit,eſt pleniſsimum,& ma-
gis generale & vtilius,quam alia om
nia remedia poſſeſſoria,& non currit
cum alijs remedijs, ſecundum Lan-
fran.in rubrica de cauſa poſſeſ.& pro
pie.colum .3. Alex.conſi. 94.col.fin.
volum.5.cuius tex.materiã latiſsimè

explicat Alex. & Socinus, in.l.rèquæ nobis. ff. de acquirenda poſſeſsione, Ripa, in.c.ſæpe,nu.2.vſque ad.30.de reſtitutione ſpoliatorum, Anto.Gabriel,lib.5. comm.tit. de reſt.ſpoliatorum,concl.5.& Anton.Gomez, in.l. 45.Tauri,nu.118.& 192. Menochius, de recup.poſſeſsione, remedio.15.nu. 5.Sarmiento,de redditibus eccleſiaſticis.1.par.c.4.num. 11.& vltra omnes Gutierrez,in ſuis queſtionibus canonicis.c.34.per totum,vbi latiſsimè & doctiſsimè(more ſuo)diſputat noſtrã quæſtionem,& refert in ea duas communes ad inuicem cõtrarias. Sed antea quam ad queſtioné deueniamus
1 aduertendum eſt, quod remedium illius tex.competit pro rebus, & iuribus incorporalibus, vt tradit Socin. poſt Bart.in.l.rem quæ nobis, quæſt. 5.& Ripa,in.c. cum eccleſiaSuttrina, de cauſa poſſ.& prop.nu.101.

2 Præterea aduertendum eſt,quod remedium illius tex.eſt nouum,& hæc eſt comm.opinio,ſecundumCorneũ, conſi.282.col.6.idem,conſi.18.vol.1. &dixit comm.Corn.in.l.naturaliter. §.nihil commune,nu. 66. & 68.ff.de acquirenda poſſeſsione, dixit etiam comm.Abb.in.c. cum ad ſedem, nu. 26.de reſtitutione ſpoliat. & Barba. conſi.24.vol. 4. col.1.vbi clarius loquitur.Nunc autem ( his præmiſsis)
3 pro declaratione illius tex.in queſtione principali propoſita dicendũ eſt, quod remedium illius tex. generaliter competit ei, qui ſine iuſta cauſa cecidit à ſua poſſeſsione, quę ad aliũ peruenit,ſiuè bona,ſiuè malafide,ſciẽter,ſiuè ignoranter, ſiuè cum vitio, ſiuè ſine vitio, ſiuè cum titulo, ſiuè non:& ſic,quod indiſtinctè detur cõ
4 tra poſsidentem titulo, & bona fide, tenet Inocentius, in. c.quærelam de electione,& eſt communis opinio ſecundum Alex.conſi. 91.col.fi.vol.5. & in conſi.92. col.3. eodem volu. & dixit communem Abb. in. d.c.cum ad ſedem,Socinus, conſi. 89. Decius, conſi.75.aliàs.57. & dixit magis communem Maranta,de ordine iudi.fol. 8.num.50.& in nobis in. 4.par.principali.7.diſt.fol.179. Lapus,allegatione.52.nu.7.qui dicit comm. & quod ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo,& Caſiodorus, deciſione.7. in tit. de reſtitutio.ſpol. & dicit com.Matthæus de Afflictis, in deciſione Neapolitana.361.nu.33. qui refert ita fuiſſe iudicatum, Ancharranus,conſi.42.Corneus, conſi.65.litera.R.lib.2.Socin. ſenior, conſi.89. lib.1.& conſi.18.nu. 32. Ripa, in.d.c. ſæpe, num. 28 qui plures allegat pro hac communi ſententia, & Roland. conſi. 50. nu.11. & in conſi.72.nu.7. vol.2.vbi dicit communem,&magis communem, deciſio Pedemontana. 95.nu.6.quæ refertpro hac opinione, ſic iudicatum fuiſſe, & eam ſequitur Anton.Gomez, ſupra.nu.192.quam multorum teſtimonio dicit communem, & Puteus, lib.2.deciſione.176. num.2.& pro hac ſententia ſępius dixit conſuluiſſe Iaſſ. in. d. l. rem quæ nobis,nu.19.& conſi.72.lib.4. & pro hac ſententia ( ne magis immoremur in doctorum allegationibus ) plures alios ( quos longum eſſet recenſere) refert authores Gutierrez, in ſuis canonicis quæſtionibus.c.34.nu.59.

Sed contrariam ſententiam ſequi-
5 tur Bart.in.d.l.rem quæ nobis,qui reſoluit,quod illius tex. diſpoſitio,non procedit contra poſsidentem cum titulo & bona fide,& dicit comm.Ripa,ſupra, num.28. in.d.c.ſępe,& latè Corraſius, in. d.l.naturaliter. §.nihil commune,nu.86.qui dicit comm.& Alciatus,in.l.mulieris, num.10.ff.de verborum ſignificatione,&Socinus, conſi.39.nu.5. vol. 3. dicens hanc eſſe magis communem opinionem legiſtarum,Pariſius,conſi.1.nu.166.vol.1. Brunus,conſi.19.num. 25.Calcaneus, conſi.116. num. 3.Bertrandus, conſi. 54.



54. numer.5. volum.1. Rubeus, conſil.4. &. conſil. final. numero.9. Ruinus,conſ.49. num.11. lib.4. Anchar. conſ. 310. num.7.in fin. Gozadinus, conſ. 28. numer.36. Iaſ.( ſibi contrarius)conſ.2.lib.3. Mantua, conſ.99. num.2. lib.2. Natta, conſ. 188.libr.1. Cephalus,conſ.4.num.1.& conſ.100. num.22. Menochius, de recuperand. poſſeſ. remed.15.nume.89. & Molina, de Hiſpanorum primogenijs, libr.3. cap.13. numer.53. & alios plures pro hac ſententia refert & ſequitur Gutier. ſupra, num. 63. col.3. qui reſoluit, quod in hac quæſtione difficili & controuerſa, non eſt recedendum ab hac opinione, imó eſt tenenda in
6 iudicando,& conſulendo, quæ(in eo iudicio) veriſsima & iuridica eſt,quia per illum textum non tolluntur præſcriptiones legitimè cauſatæ cum titulo & bona fide, quia aliàs maximũ abſurdum ſequeretur, videlicet illud remedium eſſe introductum & inuentum ad ſpoliandos omnes iuſtos poſſeſſores, habentes titulum & bonam fidé:ita Sarmient. de reddit. eccleſia.
7 1.par.cap.4.numer.11.& ſic ceſſarent omnes leges,& canones,qui loquuntur de præſcriptione,quòd non eſt dicendum:argum. text.in.l. ſi quando. C. de inofficio.Fateor tamẽ,quod eſt quæſtio de apicibus iuris,& quod indiget Cæſarea deciſione, interim tamen eſt quæſtio pro amico.

## QVAESTIO. 53.

*Vtrum diſpoſitio illius text. in cap. redintegranda, & eius remedium non ſolum competat pro rebus clericorum, & eccleſiæ, ſed etiam laicorum. Communis contra communem, & qui iure regio.*

QVeſtio, quæ in hoc dubio venit diſputanda,ſatis vtilis & neceſſaria eſt, & quotidiè contingit de facto:in qua re pro parte affirmatiua(vt pro rebus laicorũ, ſiué mobilibus, ſiué immobilibus cõpetat illud remedium) tenet Anton. in cap. ſæpè, de reſtitutione ſpoliat. & in cap. cum ad ſedem, & eſt communis opinio, ſecundum Imol. in.l. rem quę nobis,& tradit Socinus, conſil.266.num.18.vol.2. & dixit etiam com.Co.r in.§. nihil commune, numer. 68.& hanc opinionem communiter obſeruari dicit Imola, in dict. cap. cum ad ſedem( licet contrariam exiſtimet veriorem)dixitque comm. Alexand.conſil.91.aliàs.94. volum.5. eandem,de iure communi,& conſuetudine dixit communem idem Alex. conſ.94. vol.5.numer.13.& in cõſ.51. numer.1. Et quod in practica ſeruetur hęc opinio,dixit Maranta, de ordine iudiciorum.4.part.in.7.diſt.numer.50. fol.179. & alios refer Antonius Gabr. lib.5. com. opi.concluſ.5. in tit. de reſtit.ſpoliator. Et eſſe magis communem opinionem fatetur Gomezius, in.l.45. Tauri, num.192. & tradit Rolandus, conſ.50. num.3. lib.2. & alios refert Menochius, de recuperanda poſſeſ. rem.15. num.13. vbi dicit eſſe crebiorẽ noſtrorũ ſententiã,& quod ſæpiſsimé ſeruari vidit.

1 Sed contrariam opinionem (quod illud remedium non competat laicis, vel pro rebus laicorum)tenet Abb. in dict.cap. cum ad ſedem,num.27.& in dict.cap. ſæpé. num.9. quam tenent plures relati per Barbaciam, in conſi. final. colum.fin. vol.4. & dixit veriorem & communiorem Corneus, conſil.282.col.4.vol.3. & conſ.18. vol.1. col.4.& conſ.23. col.fin. vol.1.& veriorem appellat Imola, ſupra, Ripa, in dict. cap.ſæpe,numer.21. Menoch. vbi ſupra, Sarmient. de redditibus eccleſiaſticis.1.part.cap.4. numer. 11. Que

Quæ opinio(ſub dubio)verior vide-
2 tur, *Gutierr. in canonicis quæſtio-
nibus(ſaltim de iure cõmuni)in capi-
te.34. num.4. ſed de iure regio appro
bata eſt hodiè.1.opin. in.l.30. titul. 2.
part.3. ibi, * *Forçado ſiendo algun home de coſa que quiſieſſe deſpues demandar en juyzio, en ſu eſcogencia es de fazer eſta demanda a aquel que la fallaren, o al otro que la forçò por ſi, o mandò a otro forçarla, o aquel que recibio del que ſabia, q̃ l.i auia forçado.* *Vbi expreſsé notat Gregor.
verb.* *Fallaren**. Et ſic,ſi laicus fuerit
ſpoliator, poterit conueniri coram
ſuo proprio iudice laico, ſi verò fue-
rit clericus, coram iudice eccleſiaſti-
co,vt tradit Menoc. ſupra num.209.
Tiraquellus de vtroque retract.tit.1.
§.8. gloſ.3. numer.10.

## *SVMMARIVM.*

1 *PEr tabelliones, vel notarios acquiritur obligatio abſentibus.*

2 *Obligatio, quæ nobis per notarios acquiritur, vtilis eſt, non directa.*

3 *Abſenti nullum ius acquiritur ante aceptationem.*

4 *Ratihabitio ſufficit, quod ſit tacita, & qualis dicatur tacita ratihabitio.*

5 *Lex.7.tit.11.par.5. declaratur.*

6 *Lex quoties.C. de donat. quæ ſub modo, declaratur.*

7 *Lex.2.tit.16.lib.5. recop. declaratur.*

8 *Alteri per alterum, de iure regio ſine ceſſione obligatio acquiritur.*

9 *Donatio facta abſenti, valet ſtatim ſine aceptatione, contra plures doctores Regni.*

10 *Donator non habet animum ſe obligandi ante aceptationem.*

11 *Contraria doctorum opinio, quod donatio ſtatim ſit valida, abſque abſentis aceptatione.*

12 *Lex, qui abſenti.ff. de acquirenda poſſeſſione, procedit in amiſſione poſſeſſionis, quæ ſine animo non acquiritur.*

13 *Verba debent cum effectu intelligi.*

## QVAESTIO. 54.

### *Vtrum ratihabitio ſit neceſſaria, vt abſenti vtilis actio acquiratur per tabellionem. Communis cõtra communem, & quid iure regio.*

VVlgatiſsima regula iuris eſt,
quod alteri per alterum regu-
lariter non acquiratur.l.ſtipu
lationes non diuiduntur.§. alteri, de
verbor. á qua regula excipiuntur no
tarij, ſiué tabelliones,nam per eos no
1 bis abſentibus acquiritur,ſi nobis ſti-
pulentur.ita tenet gloſ. in.l.2.ff. rem
pupilli ſaluam fore,quam dicunt com
munem relati per Tiraquellũ, in tra-
ctatu de cõſtituto.limita.30.in.3. par.
num.23.Pro qua ſententia eſt hodié
l.7.tit.11.par.5. ibi, * *Y los eſcriuanos de Concejo,** Et ibi,* *Porque eſtos ſon como ſieruos publicos,** Vt in.l.17.tit.2.part.3.
& dicit Albericus in toto mnndo
ſeruari,in.l.2.ff. rem pupilli ſaluam fo
re,Oldradus,conſ.30. Bald. in.l. certi
condictio.§. ſi nũmos. in verſ. inter-
dum.ff. ſi certum petatur, vbi dicit
communem practicam, & conſuetu-
dinem id obſeruare. Anchar. cõſ.340.
in .2. dubio. vbi dicit neminem de
hac re dubitare,& ita ſe habere practi
cam communem & vniuerſalem, vbi
què,Corneus, conſ.50. lib.1. & cõſ.6.
lib.2.Decianus, reſponſ.39. num.144.
vol.2. Cephal. conſ.440. numer.30.
&.44. Burſat. conſ. 33.num.2.&.179.
num.70.&.304.num.51. & Ruynus,
conſ. 47. num.2. vol.5. Riminaldus,
conſ.224 num.33. &.247.numer.237.
Guido Papa deciſ.45. qui ita dicit
fuiſſe iudicatum in curia Delphina-
tus,& in deciſ.222. &.267. Socinus,
conſ.125.lib.1. vbi etiam dicit com-
munem,& Bertrandus, conſ.302. li.3.
& Boerius, dec.172. Quo ſuppoſito,
hæc actio, quæ nobis abſentibus ac-
qui-



2 quiritur per notarium, vel tabellio-
nem,aduertendum eſt,quod vtilis eſt,
non directa: ita Baldus, in.l. non ali-
ter .ff. de adoptionibus, quam dixit
communem opinionem Abb. in pro-
hemio Decret.numer.22.& Corneus,
conſil.50.litera.I Alciatus,in ca.cum
contingat,num.234. de iureiurando.
Socinus,conſ.125. volum.1.num. fin.
& tradit etiam Couar. in rub. de teſt.
3.par.num.13. pro qua opinione, &
ſententia facit text. in.l.2.3. &.4.ff.
rem pupilli ſaluam fore.l.1.§. exigere.
ff. de magiſtratibus conue.l. non ali-
ter,aliàs non enim.ff.de adoptationi-
bus.l.2.C.illo tit.§. cum autem,illo ti
tul.l. cum cognatus,& ibi Bald.C. de
captiuis,&poſt limin.reuer.c.quãquã
de vſur. li.6. Quibusſic ſuppoſitis,du
bitatur in quæſtione principali,vtrũ
ad hoc,vt acquiratur vtilis actio ab-
ſenti, ex perſona tabellionis, ſine
ceſsione,requiratur ratihabitio ipſius
3 donatarij.Et ratihabitionem donata-
rij eſſe neceſſariam,dixit communem
opinionẽ Cagnolus; in .l. Librarius,
num.64.ff. de regul. iur. & ita de fa-
cto reſpondit Paulus,in conſ.195.li.2.
vbi reſoluit, quod ante acceptationẽ
& ratificationem,nullum ius,nec do-
minij nec poſſeſsionis fuit quæſitum
huic donatario abſenti, per.l. ſi ergo.
ff. de negotijs geſtis, & in authentic.
Quibus modis naturales efficiantur
legitimi.§. ſui.l. certi condictio.§. ſi
nũmos(per locũ ab ſpeciali).ff.ſi cer
tum petatur, & tradit Curc. Iunior,
conſ.55. nume.9.libr.1. & Burgos de
Paz(qui plures pro hac refert ſenten
tia & opinione) quæſt. 10. numer.14.
&.16. & dicit magis communem Al-
ciatus,in cap.cum contingat,nu.234.
de iureiurand.Gomecius,in.l.45.Tau
ri,num.8. & Tellus Fer, in.l.17. Tau-
ri,num.30. per illam.l. Bertrandus,cõ
ſil.116.libr.2. in.4. col. Ruinus, con-
ſil.121.lib.1.& conſ. 174. &.180. eodẽ
lib. Pariſius,conſ.12. nnm.110.libr.2.
Alciatus, lib.3. Parergon. cap.13. vbi
ita dicit ſæpius conſuluiſſe, Gratus,
conſ.12. lib.1. Socinus.26.lib.2. Moli
neus ad Alexand. conſ.31.libr.6. Vbi
hanc opinionem dicit eſſe hodiè cre-
briorem. Quã opinionem intelligũt
doctores, vt procedat non ſolum in
ratihabitione expreſſa,ſed etiam in ta
cita:ita Decius, conſ.586. Gratus,con
ſil.512. Gozadinus.42. pro qua opi-
nione eſt text.in.l. ſi proponas.§.1.ff.
de inoffi. teſtam.l.ſed Iulianus.§. vlt.
ff. ad Macedon.l. fideiuſſor.§. Pater
ſocij.ff.de pignor.l. Caius.ff.de pig-
noratitia actione.l. ſi ſeruus.ff. de fi-
dei uſſoribus .l. Paulus.l..quod enim
§.1.ff. rem ratam haberi.l.1.C. ſi ma-
ior factus ratum habuerit. In quibus
iuribus ſatis clarè conſtitutum eſt,ra-
tihabitionem expreſsè, & tacitè fieri
poſſe,& plures modos tacitę ratiha-
bitionis tradit Tiraquellus,in tracta-
tu de conſtituto .3.par. limitation.30.
numero.12.

Sed his non obſtantibus, contrariã
opinionem(imó quod ius ſtatim abſẽ
ti queratur, ſiué donatario,ſiué emp-
tori,ſine aliqua ratificatione, vel acep
tatione) tenent Corneus, conſil. 21.
lib.4. Guido Papa,quæſt.49.Socinus,
conſil.262. Decius, conſ.226. quam
opinionem dixit communem impius
Carolus Molineus ad Decium,nu.22.
in reg. contractus.ff.de reg. iur.& in
conſ.60.num.9. & plura pro vtraque
parte adducit Rolandus à Valle,con-
ſil.19. nu. vol .1.& tradit Cepha.con-
ſil.33. numer.16. libr.1. & idem A-
lexand.conſil.31.vol.6.nu.16.& plura
tradit Andreas ab Exea. libr.6. pacto-
rum, num.188. cum ſequentibus. &
Couarru.lib.1. variar.cap.14.&Guil-
lermus Benedictus,in capit.Raynun-
tius,tit. de fideicom.ſubſtitution.nu-
mer.23. Prima tamen opinio in no-
ſtro regno verior videtur,ex.dict.l.7.
tit.11.par.3. & ita eſſe tenendum, tra-
dit Burgos de Paz,ſupra,nu.16.Verius
tamen

6 tamen videtur,quod ex illa lege nihil
de nouo ſtatuatur. Quæ omnia ſunt
valdé notanda pro declaratione tex.
in.l. quoties.C. de donationibus,quę
ſub modo. De cuius textus intelle-
ctu agit Couar. ſupra , num.4. Iulius
Clarus,lib.4. ſentent.§. donatio,quę-
7 ſtio.13. & Antonius Gomez, in.l.40.
Tauri,numer.26.Gregor.in.l.7.tit.4.
part. 5. verb.* _Y el ſeñorio._ *& dicemus
in queſtion.249.Ex quibus infero ad
intellectũ.l.6.tit.16.li.5.recop.quæ eſt
l.3.tit.8.lib.3. ordin. In quibus iuri-
bus nouiter in hoc regno ſancitum
eſt alteri per alterum , etiam abſque
8 vlla ſtipulationis ſolemnitate,obliga-
tionem acquiri, & abſenti quoque
promiſsionem cũ effectu fieri poſſe,
vt claré nobis inſinuant verba forma
lia illius legis,quę talia ſunt.* _Parecien
do q̃ vno ſe quiſo obligar a otro por promiſ
ſion,o por algun contracto,o en otra mane-
nera,ſea obligado de cumplir aquello que ſe
obligó y no pueda oponer excepcion, quę no
9 fue fecha ſtipulacion,o que fue hecho el con
tracto entre abſentes,o que no fue fecho an
te eſcriuano publico, o que fue hecho a otra
perſona priuada,en nombre de otros abſen-
tes._* Ex quibus verbis dubitant ſcribẽ
tes,an hodiè valeat donatio facta ab-
ſenti irreuocabiliter,abſque aliqua a-
ceptatione,ita,vt nullo modo poſsit
reuocari. In qua quæſtione varij va-
ria dixerunt: & imprimis videtur di-
cendum , quod ſtatim valeat donatio
irreuocabiliter, ſi per notarium acep
tetur,vt in.l. Ariſto.ff. de donationi-
bus.l.per fundum.ff. de ſeruitutibus
ruſticorum præd. cap. ſi tibi abſenti,
de præb. in.6.l.abſenti,de donationi-
bus. l. ſi ego.ff. de negot. geſtis l. qui
abſenti, de acquirenda poſſeſsione.l.
ſi pater filio.ff. de manumiſsis, vindi-
cta.l.4.tit.4.p.5. & illud procedere ſtã
te lege regni,de qua ſupra, tenet Gre
gor.in dict.l. 4. in verb.* _Gran proue-
cho._* cuius opinionem dixit eſſe in
praxi receptam Mieres , de maioratu,

1.par.queſtion.36.numer 2. vbi ſequi
tur contra alios hanc opinionem etiã
de iure regio,& Gutierr. de iur. con-
fir.1. part. cap. 8. numero.3. & idem
Mieres,in quæſt.68. numer.1. in fine,
vbi dicit,quod ſic.d.l.regni in iudici-
js practicatur , & Auendan.in.cc.prę
tor.2.part. cap.19.num.11. Couar. li-
bro.1.variarum cap.4.num.12.& do-
ctiſsimus Molina,lib.4.de Hiſpanorũ
primogenijs, cap.1. á num.58. &.60.
Didacus Perez ad Seguram , in.l. fi-
lius dum in ciuitate,num.75.ff.de ver
bor. Oroſcius, in.l. iuris gentium.§.
igitur nuda,num.27.ff. de pactis. Mẽ
chaca,de ſucceſsionum creatio. lib.3.
cap.21. num.43. Matienço,in.l.7. tit.
10. gloſſ.2.á num.12. cum ſequentib.
vſque ad.21.lib.5.recopilat. Azeuedo,
ibi,á num.20.per quatuor columnas,
10 Olanus, litera. A. numer.44. aſsignãs
rationem,quia ante aceptationem do
nator non præſumitur habere animũ
ſe obligandi,& ſic voluntas nõ eſt ſim
plex , ſed conditionalis & ſuſpenſa.
Vndé meritó ante acceptationẽ poſ-
ſet recto iure fieri reuocatio donatio
nis,ita Burg. de Paz , conſ.14. nu.20.
& conſil.33. num.12.lib.1. & Burgos
de Paz iunior,in ſuis quæſtionibus ci
uilibus,quæſtion.10.num.35.vbi laté
proſequitur quæſtionem , quibus ac-
cedit Gutierrez,in cap. quamuis pa-
ctum, in princip.nu.53.de pactis in.6.
Sed in quæſtione præſenti, nullam
11 eſſe neceſſariã aceptationẽ abſentis,
neque tabelliones alterius nomine,
ſed ſtatim donationem eſſe perfectam
& irreuocabilem , tenuerunt Roderi-
cus Suarez, in.l. quoniam in priori-
bus, queſtion.8.C. de inofficioſ. Di-
dacus Perez.in dict.l.3. tit.8.lib.3. or-
din.col.12. in verſi. quæro. vtrũ dona
tio. Antonius Gomez, lib.2. variarũ.
cap.4.num.3. & Couarru.in cap.quã
uis pactum.2.par.§.4. num. 15. de pa-
ctis,in.6.& lib.1. variarum,cap.14.nu
mer.2.in fin.& in rub.de teſtamentis,
3.part.



3.par.nu.14.&.15.&Gregor.(ſibi con
trarius)in.l.1. tit.11.part.5.gloſſ. mag-
na,idem Gomecius.2. tom. variar.c.
11.numer.20. & cap.9.numer.3. Due-
ñas,reg.119. limitation.1. & nouiſsi-
10 mé Parladorius.2. part. rerum quoti-
dianarum,cap.3. numer.36. qui indi-
ſtinctè, & abſque aliqua diſtinctione
reſoluit , ſtatim valere donationem,
nulla ſeuquta aceptatione abſẽtis, ita
vt donator nullo modo poſsit illãm
reuocare,& falſum eſſe aſſerere , non
habere animum ſe obligandi anté a-
ceptationem, ex dict.l. qui abſenti,
11 quia lex loquitur in amittenda poſſeſ
ſione , quod eſt longé diuerſum.l. ſi
quis argentum.§. fin. C. de donatio-
nibus. quod quidem clarè inſinuant
12 verba dictæ legis.2.ibi.* _Queda obliga-
do._* ergo cũ effectu.l.1.§.hęc autẽ ver
ba.ff. quod quiſque iuris lex , ſi per
alium.§. docere.ff.ſi quis,eum qui in
ius vocatus eſt vi eximat , & ſi poſ-
13 ſet fieri reuocatio antè aceptationẽ,
ſequeretur,quod non eſſet obligatus
à principio,quod contradicunt ver-
ba illius legis,* _Queda obligado_* & ibi,
* _Aunque diga que fue fecho entre abſen-
tes_* Et ſic tantũ operatur pollicitatio,
& pactum nudum , ex act.l.quantum
antiquitús ſolemnis ſtipulatio,& que
madmodum ſtipulatio concepta, per
illam antiquam verborum ſolemnita
tem nõ requirebat aceptationem , vt
in toto titulo de verbor.ita & eodem
modo hodié non eſt neceſſaria, vt tra
dit Dueñas,ſupra,ad finem, & reliqui
ſcribentes: & ſic,ſiué donatio abſenti
facta fuerit iurata , ſiué non , neutro
caſu donator poterit eam hodié reuo
care,etiã anté aceptationẽ donatarij.
Et ſic teneo contra Menchacã , de
ſucceſsionum creatione,lib.3. ca.30.
numer.13. qui dubitat , an oriatur a-
ctio ex pollicitatione iurata abſenti
facta: quę nullam recipit dubitatio-
nem . Ex quibus hæc vltima ſen-
tentia mihi videtur magis vera , ſecũ

da magis tuta , & ſic eſt quæſtio pro
amico.

## QVAESTIO. 55.

### _Vtrum donatio, vel vẽditio abſenti facta de iure cõmuni, nõ ſequuta aceptatione notarij, reuocari poſsit. Communis contra communem, & quid iure regio._

PRo maiori declaratione dubij
præcedentis, & prehabita cõ-
muni opinione , de qua ſupra
dubium eſt apud ſcribentes , cuius
effectus erit notarij ſtipulatio antè
donatarij aceptationẽ.In qua re non-
nulli dicunt,quod non poteſt donans
aut vendens reuocare , aut pœnitere,
ante aceptationẽ donatarij, vel emp-
toris:ita Baldus,in.l. cum à ſocero.C.
de iure dotium, Alexand. & Iaſſ.in.l.
qui Romæ.§. Flauius.ff. de verbor.
Aretinus,conſil.74.Carolus Ruinus,
conſil.172. Decius,conſil.58. &. 226.
&.239. Gozadinus, conſil.87. Socin.
iunior,conſil.118.lib.2. Rubeus,conſ.
91.&.117.nu.8.& Tiraquel.de iur.cõ-
ſtitu.3.part.limitatio.30.nume.49.&
53. vbi tradit effectus huius quæſtio-
nis, quam dicit communem Curtius
iunior,conſil. 118. volum. & Couar.
in rub.de teſtam.3.part.nu.13.Pro quã
ſententia facit,quia tabellio eſt perſo
1 na publica, & poteſt alteri ſtipulari,
& acquirere , vt in .l. non aliter, vbi
gloſ.ff. de adopt., Guido Papę, quæſt.
2 49.Pro qua opinione etiã facit.l.7.ti.
11.par.5.vbi hęc regula reſtringitur ad
ſtipulationem iudicialem, & pro mi-
nore, vbi illud aduertit Greg. verb.
* _Semejante,_* quæ fuit de mente Inno-
centij,in cap. dudum,de conuerſione
coniugatorum.Sed communem opi-
nio-

nionem ſentit Baldus (ſibi cõtrarius) in.l. Pomponius.§.1. de procuratoribus, vbi dicit, quod licét tabelliones quotidié ſtipulentur pro alijs, vt publicæ perſonæ, tamen ſi illi, pro quibus ſtipulantur, non ratificent, euaneſcit ſtipulatio, vt notat gloſſa ibi, & ita procedit text. in.l. ſi abſentis. C. ſi certum petatur, ita Albericus, in.l. nõ aliter .ff. de adoptionibus, & Matthæus de Afflictis (etiam dubius) in cõſtitutionibus Regni Siciliæ, verb.
3 Baiulos, col.15. verſic. ſed iuxta hoc quæro, vbi reſoluit, quod is, qui ven-
4 didit aut donauit abſenti, pro quo notarius ſtipulatus eſt, poſsit venditionem, aut donationem á ſe factam reuocare anté acceptationem: ita Paul. conſ.195.num.2. lib.2. Decius.l.1.numer.22.C. de pactis. & in .l. contractus, num.22. de reg. iuris, & conſil. 464.num.3. & conſil.531. num.12. in fine, Alciat.lib.3. Paradoxorũ.cap. 13. & in reſponſ.172. numer.11. Gratus, reſponſ.25.num.37.lib.1.& in reſpon. 127. num.19. eodem lib. Paulus Pariſius, conſil.12. num.110. li.2. & conſ. 77.num.35.libr.1. Caſſaneus, conſil.7. num.43. & conſ.49. numer.18. & in conſuetudinibus Burgundiæ, rub.7. §.1.num.11. Tiraquellus, de iure conſtituti, á numer.8. cum ſequentibus, lib.3.limitat.30. Antonius Natta, conſil.189. num.3. & hæc eſt magis communis opinio, ſecundum Alciatum, in capite, cum contingat, numero.234. de iureiurando, & dicit eſſe receptiſsimam Couar.libr.1. variarũ, cap.14. numer.22. & Cagnolus dicit etiam communem, in reg. tutela.§. ne paciſcendo.ff. de reg.iur. Gomecius, in.l. 45. Tauri, à num.82. Tellus Fer.
5 in.l.7. Tauri, num.30. pro qua ſententia facit text. in.l. ſi ego.ff. de negotijs geſtis, vbi probatur, quod vt ex alterius ſtipulatione abſenti ius irreuocabiliter quæratur, requiritur, quod abſens ſtipulationem ratam habeat, aliás autem, non ſequuta ratificatione, nihil operaretur ſtipulatio facta nomine abſentis. Idem probat text. in.l. Paulus.ff. rem ratam haberi.l. cõmunis ſeruus, in fin.ff. de acquirenda poſſeſsione.l. abſenti.ff. de donationibus.l. bonorum.ff. rem ratam haberi.l. in omnibus rebus.ff. de actionibus, & obligationibus, & ita eſt diſpoſitum ex.d.l.7. titul.11. part.5. quę opinio receptiſsima eſt de iure com-
6 muni. Hodiè verò ex dict.l.5. tit.16. lib.5.recop. nulla eſt neceſſaria aceptatio, & ſic reuocari non poteſt prædicta donatio, nec venditio facta abſenti, vt abundè reſoluimus in quæſtione præcedenti, num.11.

## QVAESTIO. 56.

*Vtrum actio cedi poſsit per minorem, ſine auctoritate tutoris, vel curatoris. Communis contra communem.*

Dubium eſt in iure, an actio cedi poſsit per minorem, ſine tutoris vel curatoris auctoritate: in qua re Bart. diſtinguit in.l. poteſt.18. num.1.ff. de authoritate & conſenſu tutorum, quod aut in actione veniũt mobilia aut immobila, vel conſideramus ipſum ius obligationis, & ſic reſoluit, quod ſi actio detur ad mobilia, requiratur decretum iudicis, & tutoris authoritas, vt in.l. 1.ff. de rebus eorum.l. Conſtantinus.l. lexque turores.C. de adminiſt. tuto. In ſecũdo veró caſu non, quod ſequitur Alex.cõſ.27.vol.6. Abb.conſ.42.vol. 2.&conſ.102. volum.2. Barbac.conſil.45, Cardinalis, conſil.72. & plures pro hac ſententia adducit Tiraquellus, de retractu lig.§.1. gloſſ.7.num.2. vbi citat Alexand. conſil.135. libr.1. qui



qui dicit communem opinionem, & conſil.27. numero.8. libr.3. & conſil. 125.num.14. volum.1. & iſta Bart. diſtinctio ſumitur ex gloſſa, in .l. 1.C. ſi aduerſus tranſactionem, & latius per Tiraquellum, ſupra gloſſ.8.numer.38. & libr.1.de retractu, in fine, numr.22.
1 Sed contrariam opinionem generice, & indiſtincté, tenet Ripa, in l.1.§. fuit quæſitum, numer. finali.ff. ad Trebelian. quam dicit veram, & communem opinionem, vt actio regulariter cedi non poſsit per minorem, niſi accedentibus curatoris authoritate, & iudicis decreto. Pro qua ſententia facit, quia in hac ceſsione actionis, quomodocunque fiat, fit nouatio perſonæ, & ſic minor illud facere non poteſt, vt in.l. patri.§. penultimo .ff. de minoribus .l. minor, cui fideicommiſſum.ff. illo titulo. quod tamen ſingulariter eſt limitandum, quando ſecunda obligatio haberet executionem paratam, prima non: ita Alexander, in.l. ſi cum dotem.§. eo autem tempore, numer.6. ff. ſoluto matrimonio. & hæc vltima opinio eſt verior, & eſt tenenda in iudicando & conſulendo.

Sed profectó illa limitatio, & opinio Alexand, maximam patitur difficultatem ex .§. neque tamen inſt. de authoritate tutorum, vbi minor ſine tutoris authoritate non poteſt etiam lucroſam hæreditatem adire, vt in text. ibi, *Quamuis illis ſit lucroſa, neque vllum damnum habeat,* * Et ſic conſtat, quod contractus etiam vtilis minori non poteſt, abſque ſui tutoris authoritate celebrari, cui difficultati, reſpondet Bart. in .l. nulla .ff. de legibus, & gloſ. in dicto.§. neque verb. neque vllum, dicens, quod minor litibus & ſumptibus vexaretur, ſi hæreditatem adire poſſet, ſine tutoris authoritate, & ſic ni mirum, ſi etiam hæreditas ſit opulenta & lucroſa, non poſsit adiri, vt tenet Riminaldus, in l. bonorum, col.3.C. qui admitti, vbi dicit communem, quam ſequitur Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 33. numer.28. quod ſecus eſt in alijs contractibus, in quibus ipſe minor nõ remanet obligatus, vt poſſumus cõſtituere exemplum in opinione tradita per Alexan. ſup. Pro qua eſt text. in.§.1. verſic. nunquam placuit inſt. de authoritate tutorum, ibi, **Meliorem quidem ſuam conditionem licere eis facere, deteriorem verò non aliter, quam cum tutoris authoritate.** Et nos etiam dicemus in quæſtione .710. per totam.

## SVMMARIVM.

1 *Sterilitas dicitur, quando ſemen non colligitur, ſecundum vnam opinionem.*
2 *Sterilitas dicitur, vbi deductis expenſis nihil ex fructibus ſuperſt.*
3 *Sterilitas, ſecundum vulgi opinionem conſiderari debet.*
4 *Sterilitas dicitur, quando locator, vel conductor ſunt decepti vltra dimidiam.*
5 *Sterilitas relinquitur arbitrio iudicis, quanta ſit.*
6 *Sterilitas dicitur, quando colonus patitur damnum in tertia parte fructuum.*
7 *Sterilitas iure regio quæ dicatur.*
8 *In contrarietate probationum (etiam iure regio) ſterilitas relinquitur iudicis arbitrio.*
9 *In cenſibus & annuis penſionibus, quando admittatur ſterilitas.*
10 *Renunciatio caſuum fortuitorum non comprehendit inſolitos*
11 *Renunciatio caſuum fortuitorum non eſt licita.*

## QVAESTIO. 57.

1 *Sterilitas quando dicatur, vt remit-*

*remittenda ſit penſio Communis contra communem, & quid iure regio.*

NOtiſsima in iure eſt concluſio,& ſatis recepta,qua diſponitur,pẽſionẽ locationis colonis remittendam eſſe propter ſterilitatem(abſque culpa ipſorum contingentem) ita probat textus, in capit. propter, de locato.l. licet.C. illo tit. l.ſi vno.l. ex conducto.§. ſi vis.l. ſi merces.§.vis maior.ff. eodem tit.l.22. titulo.8. part.5. Quã ſic receptiſsima ſententia ſtante, dubitatur, quando dicemus ſterilitatẽ contingere, vt remiſsio mercedis fiat. In qua quæſtione ſunt varię ſententiæ,& prima eſt gloſ.in.d.l. licet, quæ eſt in ea ſententia,vt quando ſemen non colligitur, ſterilitas dicatur. Quæ opinio cõmuniter reprobatur, ſecundum Abbatem,in cap. propter ſupra, numer.12.
1 Baldum,conſil. 329. nu.3. vol.1. & eſt communis, ſecundum Ioannem Andream,in dict.cap.propter,Corneum, cõſil.128.nu.26.Neuica,cõſ.90. nu.2. Secunda opinio fuit Bart. in d.l. ſi merces.§. vis maior,qui in ea eſt ſententia, vt opinetur remiſsionem faciẽdam fore propter ſterilitatem, vbi colonus(deductis expenſis) nihil ex prędio conducto percepit, quem ſequitur Paulus Pariſius, conſ.38. Aretinus,conſil.52. Hæc tamen opinio reprobatur,ſecundũ Abb. in.d.ca.propter.num.13. Tertia opinio eſt, quod
2 inſpiciatur opinio vulgi, ita quidem vt licet fructus colligantur ex prædijs conductis, ſi tamen vulgus iudicauerit(communi opinione) ſterili-
3 tatem contigiſſe, fieri debeat remiſſio: ita gloſſa in dicta.l. licet, & dicit communem Salicetus, ibi, & tradit Alexand. conſil.3. li.1. &.107. lib. 3.num.18. quod eſt de mente Bart. in d.l. ſi vno, vbi dixit etiam communem opinionem, & Antonius de Butrio, in dict.cap. propter, numer.13. Quarta opinio eſt, vt tunc dicatur
4 ſterilitas,vt penſio ſit remittenda,quãdo locator,ſeu conductor ſunt decepti vltra dimidiã: ita Zin. in d.l. licet, & ſequitur Bart.in dict.l. ſi merces.§. ſi vis, numer.4. & dicit communem Aretinus, conſil.52. & Carolus Ruinus,conſil.87.volum.1. & dicit communem Alciatus, lib.1. de verborum ſignificatione, col.42. & in magnis, col.20. Paulus Pariſius.d.conſ.38. volumin.1. dicit etiam communem Gozadinus, conſil.74.Ripa, in tractatu de peſte.2.part.numer.25.Et ſic quando colonus non colligit dimidiã par-
5 tem fructuũ, qui ex prædio communiter colligi ſolent, tunc dicitur ſterilitas. Dicit etiam Ruinus, conſ.81. &.87.lib.1. Quintam opinionem tradit Corneus, conſil.128. col.5.ad medium,vol.2. Sextam tradit Baldus, in l.1. C. ſi aduerſus vendit. pignor. vt hæc ſterilitas relinquatur arbitrio iudicis,quod etiam ſentit Barbacia, in dict. cap. propter,& hanc opinionem obſeruatam fuiſſe in Granatenſi prætorio( non obſtante contraria deciſſione text.in.l.22.ti.8.part.5.)teſtatur Couarru. practicarum quæſtionũ,capite.30. numer 12. in verſic. vidi tamen, Antonius Gomez, tho.2. cap.
6 3.numer.18. Septima opinio eſt quorũdã dicẽtiũ,quod tunc dicitur ſterilitas, quãdo colonus ipſe patitur dãnũ in.3.par.fructuũ,quos ex illo fũdo colligere ſolitus erat,ita Bart.in d.l.licet, Ioan.And. & Panormitan. in .d. cap. propter. nu.13. quod impugnat Cou. ſup.nu.1.in verſi.eſt enim,& profecto poſt hæc ſcripta vidi Maſcad. volum. 3.probationũ, cõcluſ.1334. vbi refert ex ſupradictis quinque opiniones, & ipſe adducit ſextã, vt hoc relinquatur arbitrio iudicis, qui attenta perceptione fructuum, & valor ipſorum ac qualitate perſonarũ iudicauit, quod ſibi æquum videbitur.l.1. de iure deliber.cap. de cauſis, de offi.delegat. Hodie verò ex.l.22,ti.8. part.5.in hac varietate opinionum eſt deciſum,vt tũc dicatur ſterilitatem cõtingere, quan-
7 do aliqua pars fructuum remanſit in prædio locato & quod tunc ſit in electione coloni retinere fructus, & ſoluere penſionẽ, vel ſi hoc nollit, poteſt ex fructibus perceptis ſũptus, & expẽſas deducere, & quod ſuperſit locatori relinquere, quod ſatis clarè denotãt verba illius legis,ibi,* *Si por alguna ocaſiõ de las dichas ſe perdieſſen todos los fructos, no es tenudo el que lo tuuieſſe arrendado, de dar ninguna coſa del precio del arrendamiento que huuieſſe prometido a dar,ca guiſada coſa es, que como el pierde la ſimiente è ſu trabajo,pierda el ſeñor la rẽta que deue auer. Pero ſi acaecieſſe, que los frutos no ſe perdieſſen todos,è cogiere el labrador alguna partida dellos, entonces en ſu eſcogencia ſe ha de dar todo el arrendamiento al ſeñor de la heredad( ſi ſe atreuiere a dallo ) è ſino debe ſacar para ſi las expenſas,è las miſsiones que fizo en labrar la heredad,e lo que ſobrare delo al ſeñor de*
8 *aquella coſa que tenia arrendada.** Et notat Gregor.ibi, verb.* *En ſu eſcogẽcia.** & illa lex quotidiè practicatur: ſi verò in probationibus fuerit aliqua cõtrarietas,tunc ſterilitas relinquitur ar-
9 bitrio iudicis,vt tradit Cou.ſup.& ceteri doctores, & Burſatus nouiſsimè conſ.11. nu.32.vol.1.Et quãdo in cenſibus,& annuis penſionibus admittatur allegatio ſterilitatis, tradit Salazar,de vſu & cõſuetudine,cap.11. nu.88.& quid in penſionibus & tributis perpetuis,Maſcardus,ſupra,nu.fin. & quando renunciatio caſuum fortuitorum comprehendat inſolitos, vt re-
10 miſsio penſionis fiat, tradit Gutierr. de iura.conſ.1.part. cap.24. num.6. & nos dicemus in quæſt.701. vbi in hoc articulo ſunt duæ communes opiniones cõtrariæ,& quælibet illarum fundatur in .l. fiſtulas.§. frumenta.ff. de contrahenda emptione. Quæ omnia ſunt men ti tenenda quia ſunt in praxi valdè vtilia,quę omnia ceſſarẽt,ſi lege iuberetur,quod nõ valeat renuntiatio caſuum fortuitorum, ex ratione dictæ legis partitę, ibi* *Ca guiſada coſa es,que pues pierde el labrador la ſimiente, y el trabajo,pierda el ſeñor la renta.** Cuius deciſio rationi & iuri conſona eſt, nec illius renunciatio admittẽda eſſet.



## SVMMARIVM.

1 *Simplicitas eſt legibus valdè amica.*
2 *Simplicitas & ruſticitas aliquãdo à delicto excuſant.*
3 *Ruſtico quando non eſt parcendum remiſſiuè.*
4 *Lex fin.tit.1.part.6.& l.6.tit.14.part.3. declaratur.*
5 *Ruſticus dicitur,qui eſt ruſticus opere, & conuerſatione.*
6 *Lex.13.tit.7.part.7.declaratur.*
7 *Lex.1. & totus tit.C. de interdicto matrimon.declaratur.*
8 *Sagacitas quando præſumatur.*
9 *Pœna legum, de qua in titulo de matrimonio contracto inter tutorem, & illorum filios non practicantur.*
10 *Imperator non poteſt diſponere circa validitatem matrimonij.*
11 *Lex.6.tit.7.par.7. non ſeruatur in practica.*

## QVAESTIO. 58.

### *Vtrum ruſtico ſagaci ſit ſubueniendum. Communis contra communem, & quid iure regio.*

RVſtico ſubueniri, nemo eſt qui neſciat,vt eſt tex.(vbi gl. plurima iura allegat)in .l. finali.C. de teſtamentis .l. athletæ.§. de

de ruſticis. ff. de excuſationibus tuto rum, quę ſimplicitas legibus valdé a-
1 mica eſt, & ſemper placet, vt in clement. 2. de pœnitentijs & remiſ. cap. ſancta, vbi gloſſ. 7. quæſtio. 2. text. in §. ſed quia, inſtitut. de fidei commiſ. hæred. l. ſi §. tales itaqué. C. de furtis. Et ob hanc rem ſimplicitas & ruſticitas aliquando á delicto excuſat, vt tradit Cardinalis, in clementina. 1. de
2 præbendis, queſtione. 39. Felinus, in capite quoniam, contra numer. 11. de probationib. Marſilius, ſingulari. 287. & 450. Nunc autem dubium eſt, an ruſtico verſuto & ſagaci ſubueniatur, quia nonnulli agricolæ adeó ſa-
3 gaces ſunt, vt non agros coluiſſe, ſed ſtudijs operam dediſſe videatur, qui profectó excuſationem non merentur, vt in dicta. l. athletæ. §. de ruſticis, Decius, in. l. ſi quis id quod, numer. 34. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & in cap. ſuper literis, numero. 7. de reſcriptis, vbi Beroius, num. 68. Rip. de peſte, tit. de remed. preſeru. nu. 249. Ferrara, in cautela. 17. in fi. Gomec. in §. item Seruiana, num. 30. de actionib. & Tiraq. de pœnis téperandis, cauſa. 11. Pro qua ſentétia eſt gloſ. verb. interdũ, in. d. §. de ruſticis, quá commẽdat Baldus, in. l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, & eam ſequitur Alexá. num. 10. Iaſſ. 23. Zaſius. 17. & dixit com. op. ibi Curt. nu. 36. & plures refert Góm. in §. item Seruiana, á num. 30. inſtitut. de action. ſequitur Pau. in. d. l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, nu. 7. Alex. nu. 4. Iaſſ. nu. 11. & dixit com. Curt. ibi nu. 7. Socinus, reg. 149. falencia. 2. Curt. in. l. ſi quis maior, num. 20. C. de tranſactionib. & ſequitur Ripa, ſupra nu. 249. & plures in hac quæſtione tradit Iaſſ. in. l. cũ dubitatur, nu. 128. C. de iure emphiteotico, idem Iaſſ. in. l. ſi quis id quod, nu. 32. ff. de iuriſdict. omniũ iud. vbi poſuit ſeptem limitationes. in quibus non eſt parcendum ruſticitati, maximé, quando illud in iure nõ eſt expreſſum, vt in. l. fin. C. de iuris & facti ignorantia, ibi, *In illis tantum caſibus, in quibus præteritarum rerum authoritas eis ſuffragatur ſubueniri,* vbi gloſ. verbo. autoritas, refert plures caſus, pro qua
4 ſententia eſt optima. l. partitæ, in. l. ſi. tit. 1. part. 1. ibi, *Eſſo miſmo dezimos de los aldeanos que labran la tierra, o moran lugares do no ay poblado, é de los paſtores q̃
5 andan con los ganados en los montes, y en los yermos.* vbi notat Greg. verb. *Aldeanos,* & reſoluit, quod ruſticus intelligitur, qui eſt ruſticus opere, & cõuerſatione, vt tradit Bal. in. l. 2. C. de reſcindéda Plat. in. l. 1. C. ne ruſtici ad vllum obſ. deb. li. 11. idem Greg. in. l. 6. tit. 14. par. 3. verb. *Fuera en aldea.* Sed his non obſtantibus, contrariam ſententiam in quæſtione principali (imó quod ruſtico & ſagaci ſubueniatur) tenet Dec. in. d. l. ſi quis id quod, cuius opinio contra goſſam eſt communis, ſecundũ Ioan. Mauric. tractat.
6 de reſtit. cap. 89. col. 2. prima tamẽ opinio eſt verior ſecũdũ ipſum, & eſt cõmunior, pro qua expendo verba text. in. l. 13. tit. 7. par. 7. ibi, *Pero ſi no lo ſupieſſe, e fueſſe aldeano necio, eſtõces no perderia la herẽcia.* Ex quibus verbis claré probatur, quod non parcitur ruſtico,
7 niſi quando eſt ignorans opere, & cõuerſatione, ſecus, ſi fuerit ſagax, & aſtutus, vt notat Greg. ibi. *Aldeano necio.* Ex quibus infertur declaratio, & intellectus ad. l. 1. C. de interdic. matrimo. vbi ſancitum eſt, ruſticũ & imperitum non excuſari, ſi cũ eſſet tutor cuiuſdam pupillæ, cũ ea matrimoniũ contraxit, quod ex eo procedit, quia in tali caſu nõ præſumitur ruſticitas, imó dolus & ſagacitas (maximé, ſi in tali matrimonio ſit aliqua diſparitas perſonarum, etiam quoad diuitias). l.
8 tutor. ff. de ſponſalibus. l. Senatus conſultus. ff. de ritu nuptiarum. l. tutor, C. de interdicto matrimonio. Aduertendum tamen eſt, quod diſpoſitio & pœ-



& pœna illarum legum nõ poteſt hodié procedere de iure canonico: ita Abbas, in rubrica de cognatione legali, Ruinus, conſil. 189. numero. 15. lib. 2. Tiraquel. ad. ll. connubiales, in l. 1. nu. 43. & Felin. in. c. quæ in eccleſiarum, num. 18. de conſtitutionibus, vbi dicit, quod titulus de interdicto matrimo. inter pupillam & tutorem, nõ ſeruatur, quia imperator non poteſt
10 diſponere circa validitatem matrimonij, idem tradit Bermondus, de publicis concubinarijs, fol. 112. nu. 37. in verſic. ex præcedenti, Menoch. de arb. caſu. 194. num. 13. vbi per. 81. numeros explicat iſtam materiam (quando ruſticitas excuſationem mereatur, & adducit. 20. caſus) non tamen tradit noſtram communem opinionem contrariam, & ſic hodié in noſtro regno non poteſt practicari diſpoſitio legis. 6. tit. 17. part. 7. vbi ponitur pœna contra tutores, qui ipſi, vel illo-
11 rum filij contrahunt matrimonium cum pupilla domi retenta, vt aduertit Gregor. ibi, in verb. *Pena de adulterio.* & Abb. in cap. fi. de ſecundis nuptijs, & gloſſ. in cap. 1. 30. quæſt. 3.

## SVMMARIVM.

1 *Citatio qualiter ſit facienda extra territorium iudicis.*

2 *Citatio realis & verbalis differunt.*

3 *Lex. 5. tit. 2. lib. 3. ordinamenti declaratur.*

4 *Quando territoria ſunt eiuſdem Principis, valet citatio.*

5 *Viri clariſsimi non ſunt verbaliter citandi, ſed per literas.*

6 *Excommunicatio non ligat ſubditum exiſtentem extra territorium, ligat tamen non ſubditum in eo delinquentem.*

7 *Ratione delicti ſortitur quis forum, & efficitur ſubditus.*

## QVAESTIO. 58.

### *Vtrum iudex poſsit citare ſubditum exiſtentem extra territorium. Communis contra commuem, & quid iure regio.*

Regula iuris eſt (qua cauetur) quod extra territorium ius dicenti non paretur impuné, de qua in. l. fin. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. 15. tit. 22.
1 part. 3. ex qua dubitatur, an iudex poſsit citare ſuũ ſubditũ degentẽ extra territorium. In qua quæſtione eſt diſtinguendum, quod aut citatio fit ſcribendo iudici alterius territorij, vt ſubditum á ſe remittat (quam ſcripturam requiſitoriam appellamus) & tunc citatio valere omnes conſentiunt, & eſt text. in. l. 1. verb. præſides, ff. de requirendis reis. l. 2. tit. 17. lib. 8. ordinamenti. Aut iudex citat ſubditum realiter, faciendo illum per vim comparere, vel adeſſe, & valebit talis citatio, text. in. l. quis ſit fugitiuus. §.
2 apud Labeonem, iuncta glo. abduci, ff. de ædilicio ædicto, Bart. in. l. ſi cui, §. ſacrilegium. ff. de accuſationibus, capit. ex parte, de verborum ſignificatione. Aut citatio fit verbaliter, & hoc poſſe fieri videtur, per text. in l. omnes. §. executoribus, verb. ſi apparitor. C. de Epiſcopis & clericis, vbi tenet Petrus de Belapertica, aſſerens eſſe ibi text ad hanc concluſionem, de qua plurimum conſueuit dubitari, & ſequitur ibi Zinus, & hoc tenent communiter legiſtæ, ſecundum Ang. in d. l. fin. per tex. in. d. l. omnes, §. ſi veró, vbi Bart. pro qua ſententia eſt tex. apertus, in clé. paſtoralis, verſ. ſeculo deſiperet, de re iud. cui in pace, ſe reſpondere non poſſe, retenta ſua opinione, dicebat Zinus, exiſtimans ſuam opinionem eſſe veriſsimam, &

quod ille tex. tranſiret cum alijs erro
ribus canoniſtarum, prout aliás re-
ferebat Bart. in.l..1.§ prçſides, num.3.
de requirendis reis, & hanc par-
tem dicitur tenuiſſe Zinum, ſupra,
quod verbaliter poſſet iudex cita-
re extra territorium (in publica diſ-
putatione.) Et tandem illã fatetur cõ-
munem Angelus, in.d.l. fin. numer.7.
ff. de iuriſdictione omnium iudicum,
ſubdẽs hoc egere deciſione Cæſarea,
Idẽ refert Hippolytus de Marſilis, in
d.l. fin. numer.34. & Iulius Clarus, in
lib.5. receptarum. §. final. quæſtio.31.
numer.19. & 20. qui refert duas com-
munes. Quod quidem iam hodiè ita
deciſum eſt per.l.5. tit.2. lib.3. ordina-
menti, per quã illud tenet Didac. Pe
rez, in.l.2. tit.2. libr.3. col.816. quod
etiã eſt deciſum in.l.7. titul.3. lib.4. re-
cop. ibi, * *Que pueda yr por ſi.* * practi-
ca tamen eſt in contrarium, vt aduer-
tit Gracian. reg.791.
3 Sed contrariam opinionem (imó,
quod in hoc caſu debeat fieri diſtin-
ctio, an territoria ſint eidem Princi-
pi ſubiecta, & quod tunc valeat cita-
tio, vel ſunt diuerſis ſubiecta Princi-
4 pibus, & tunc non valeat. Quam di-
ſtinctionem tenet Bart. in.d.l.1. verſi.
præſidẽs, num.3. & illam contra Zi-
num & alios ſequuntur Ang. & Pau-
lus, in.d.l. fin. ille, numer.6. hic num.
4. & teſtatur communem ibi Iaſſ. nu
mer.24. & Zaſius, num.10. Curtius,
16. & dixit etiam communẽ Rober-
tus Maranta, de ordin. iud. fol.166.
num.40. quod benè declarat Azeue-
do, in.l.3. tit.3. lib.4. recop. num.30.
& Couar. pract. quçſt. cap.10. num.2.
5 Antonius Gomez.3. tom. variarum,
cap.9. num.4. Villalobos, litera .C.
num.77. Iulius Clarus, libr.5. ſentent.
§. fin. quçſt.31. num.19. & Gracian.
d.reg.491. & vide Felinum, in cap. fi.
de foro competenti, numer.12. vbi
poſuit regulam cum decem limita-
tionibus, & plura in propoſito tradit
Hippolytus, ſingulari.203. &.138. Bal
dus, conſil.450. volumine.2. & ſecun-
dum illam Bart. diſtinctionem, exiſti
mo eſſe intelligendam dict.l.5. tit.2.
li.3. ordin. Cuius deciſio eſt limitãda
in clariſsimis viris, & illuſtribus, qui
per literas debent inſcriptis citari,
vt in .l. quoties .C. de dignitatibus,
libr.12. quod eſt ſingulare, ſecundum
Boerium, in repetitione .l. conſen-
taneum, nu.53. C. quomodo & quan-
do iudex, & tradit Corſetus, in ſuis
ſingularibus, verb. citatio, Felinus,
in cap. cum quidam, de iureiurando,
Purpuratus, in.l.1. num.147. ff. de of-
ficio eius, cui mandata eſt iuriſdictio,
& alia plura in materia citationis tra
duntur per Didacum Perez, in dict.
l.2. colum.818. & nouiſsimè viden-
da eſt tex. diſpoſitio, in.l.20. tit.21.
lib.4. recop. quam declarat Paz in
ſua praxi .4. partis .1. tomo. capit.2.
num.12.
6 Solet tamen dubitari apud ſcriben-
tes, an excomunicatio impoſita ab
Epiſcopo, habente poteſtatem ex-
comunicandi, liget ſubditum exi-
ſtentem extra territorium. Et par-
tem affirmatiuã dicit cõmunem Ro-
chus de Curte, in capite fin. de con-
ſuetudine, quæſtio.13. num.742. Sed
contrariam opinionem (imó quod
excomunicatio non ſe extenda
extra territorium proferentis, etiam
ex voluntate iudicis, tenet Abbas, in
cap. á nobis, el.1. de ſententia exco-
municationis. Et eſt communis opi-
nio ſecundum Couarru .in cap. alma
mater.1. part. §.11. nu .3. Nauarrum,
in manuali, cap27. num.272. Quam
opinionem ſequitur Spino, in ſpecu-
culo teſtamentorum, gloſſ.11. numer.
7 51. qui refert has duas communes opi
niones contrarias, & aliam conſi-
milem, an excomunicatio liget nõ
ſubditum exiſtentem intra territo-
rium iudicis proferentis excomuni
cationẽ, & etiã refert duas opiniones





contrarias, in nu.50. ſequens partem
affirmatiuã, vt tenet glo. in. c. á nobis
el.1. de ſenten. excommunicat. c. Ro-
mana. §. porrò, eodem tit. Et eſt ratio,
quia ratione delicti ſortitur quis fo-
rũ, & efficitur ſubditus, cap. fi. de foro
competenti, authẽt. qua in prouin-
cia, vbi de criminibus agi oporteat.

## *SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata per errorem non ſuſtinetur in concurrenti quantitate.*
2 *Concordantia opinionum refertur.*
3 *Lex ſcire debemus. ff. de verbor. declaratur.*
4 *Lex.2. tit.9. lib.3. l.7. tit.18. lib.4. recopil. declarantur.*
5 *Petitio actoris attendi debet, non quantitas obligationis.*

## QVAESTIO. 60.

### *Vtrum iudex qui habet limitatam iuriſdictionẽ vſquè ad centum, proferens ſententiam in ducenta, ſuſtineatur ſententia in concurrenti quantitate. Communis contra communem.*

IVdex, qui de ſumma (dumtax) cẽ
tum poteſt iudicare, ſententiam
proferens in ducenta, dubitant
doctores, an in centum (in quo eſt iu-
dex competens) ſubſtineatur ſenten-
tia, & gloſſ.1. in reg. ea quç de reg. iur.
in.6. diſputat pro vtraque parte iſtã
quæſtionem, & tanta ei viſſa eſt quæ-
ſtionis difficultas, quod nihil deter-
minat, gloſſ. autem verb. litium finis,
in.l.2. C. de re iud. agens de ſententia
per errorem lata exiſtimat ſuſtineri
in concurrenti quantitate (vt in fide-
iuſſore, qui ſe obligauit in maiori
ſumma quam principalis trademus
in quæſtione.382.) Et pro hac opinio-
ne eſt gloſ. in cap. ei qui appellat. §. itẽ
cum certa.2. quæſt.6. & eſt commu-
opinio, ſecundum Alberic. in.l.1. C. ſi
á nõ competenti iudice fuerit appell.
1 Quibus non obſtantibus, contrariã
opinionẽ (imó, quod ſententia nihilũ
valeat, ratione exceſſus) defendũt do-
ctores per nos traditi, in. dict. quæſt.
382. nu.1. & Bald. in authentic. quas
actiones. C. de ſacroſanctis eccleſijs,
& tradit Afflict. in deciſ.157. & gloſ.
in.l. fin. gloſ. fin. ff. de iuriſdictione
omnium iudicum, quã ſequuutur Pe-
trus de Belapertica, Raynerius, Butri
carius, & teſtatur communem ibi Al
bericus, nu.15. &.17. & etiam dicit cõ
munem Alex. ibi, num.11. Zaſius, nu-
mer.17. & eſſe approbatã per docto-
res, dicit Zinus, in.l.2. C. de rep. vbi
Alberic. nu.1. Salicetus, col.2. in ver-
ſic, ſed ſic attende, & Paulus ibi teſta-
tur etiam communem, & dicit ita te-
nere doctores. Pro qua ſententia fa-
cit text. in .l. ſancimus, in verſi. ſi
quid autem. C. de donationibus. In
2 qua doctorum varietate, concordiam
inter has communes opiniones aſsig
nat Bart. in dict.l. videlicet, quod ſi
in ſententia ſint plura capitula, ſuap-
té natura ſeparabilia, poſsit quidem
ſententia in vno valere, non exceden
ti ſummam. Si autem vnum capitu-
lum dumtaxat contineat, tunc in to-
tum viciatur. Quam diſtinctionem,
& concordiam dixit communem ibi
Alexander, numer.2. Iaſſ.27. & dicit
communem Decius, col. fin. & Cur-
tius, numer.14. & teſtatur commu-
nem ibi Zaſius, nu.19. Hippol. nu.50.
pro qua cõcordia eſt text. in.l. quçdã
ff. familiæ erciſcundæ, &.l. Carmella-
pia. ff. de iure patronatus, tex. in.l. ſi ex
cauſa .ff. de minoribus, vbi hoc ip-
ſum voluit gloſ. verb. audiendus, vbi
Albericus (anté omnes) aſſeuerat eſſe
cõmunẽ opinionẽ, nu.3. & antè Bart.
hãc diſtinctionẽ docuerũt alij plures
iuris interpretes, prout colligitur ex

Alberic. in dict.l. fin. col. penult. & fuit dictum Zini, quẽ ſequitur Bart. Bald. Angel. Salicet. & Paul. in .l.2. C. de re iudicata, & antè eos Archidiaconus,in cap. ei qui appellat .§.nominationes, num.9. 2. quæſtio.6. & dixit etiã communem Anton. Nicellus, in concordantia gloſſarum, concordantia.55. & tradit cautelam Caſaneus in conſuetudinibus Burgundię, rubr.1.§.7. gloſſ. penultima,in fin. & pro iſta concordia facit text. in.l. ſci-
3 re debemus.ff. de verbor. obligation. vbi notant doctores.Ex quibus aſsignatur intellectus ad .l.12. tit.9. libr.3. recopilat. vbi iudices inferiores habent limitatam ſuam iuriſdictionem, vſque ad centum marapetinos, qui ſi proferant ſententiam in maiori quantitate, ſuſtinebitur in ſumma currenti (quando ſententia continet plura capitula) & ſimiliter ita poteſt intelligi text. in.l.7. tit.18. lib.4. recopil.
4 qui loquitur in iudicibus *Del ayuntamiento,* idem eſt in iudicibus, qui in regia Chancellaria cognoſcũt de cauſis minoris quantiæ: & in hac re ſem-
5 per eſt attendendum ad petitionem actoris,non veró ad quãtitatem obligationis,& debiti, vt probat text. in l. cum quædam puella.§. quoties.ff.de iuriſdictione omnium iudicum, ibi: *Quærendum eſt quantum petatur,non quantum debeatur.*

## QVAESTIO. 61.

*Vtrum valeat proceſſus cauſatus coram vnico iudice, quando cauſa fuit commiſſa duobus. Communis contra communem.*

REgula Iuris eſt, quã cauetur, quod error iuris ſiué facti impedit iuriſdictionis prorogationem: ita tradunt doctor.in.l. ſi per errorem.ff. de iuriſdictione omnium iudicum, cui conſonat text. in.l.15. tit.22.part.3. Quo ſuppoſito, Romanus Pontifex commiſsit cauſam duobus,inter Seium & Sempronium terminandam,ſine clauſula, quod ſi non omnes, litigantes autem cum falſo exiſtimaſſent, vnũ ex illis iudicibus ſine altero poſſe de cauſa cognoſcere, illamquè expedire, coram vno ſolo proceſſerunt,dubitatur an valeat proceſſus coram illo agitatus: & proceſſum valere tenet Innocẽtius, in cap. prudentiam,in princ.num.9.de offic. delegat. Baldus, in.l. ſi conuenerit.ff. de iuriſdictione omnium iudicum, Angelus,in.l. ſi per errorem, num.4. & ibi Paulus,num.2. & Zaſius, num. 21. qui affirmant iſtam eſſe communem opinionem.
1 Sed contrariam opinionem contra Innocent. in dict.cap. prudentiã, tenẽt Card.Abb.Imol.ibi Fulgoſ.Alex. & Iaſ .in .d.l. ſi per errorẽ, nu.4. vbi Paulus, & eſſe communem opinionẽ contra Innocent. teſtatur Curt. iun. in.l.2.§.1. num.18.ff. de iud.Quę opinio verior eſt & tenẽda in iudicando & conſulendo, & ſic in practica eſt recepta.

## QVAESTIO. 62.

*Vtrum in obligationibus facti, interueniente iuramento, ſuccedat obligatio ad intereſſe. Communis contra communem, & quid iure regio.*

IN obligationibus facti,ſuccedere obligationẽ adintereſſe,nemo vnquã dubitauit ( adeó vt id obiter dicamus,)vt idem ſit,ſi quis habeat facultatem factũ faciendi,nam ſufficiat

ſi tunc



ſi tunc præſtet intereſſe, ex ſententia gloſſæ.ff. de actionibus empti. Cuius tamen opinio communiter reprobatur,ſecundum Antonium Nicellum, in concordantia gloſſarum, concordantia.54.& dixit communiter reprobari Tiraquellus,de conſt.1.part. numero.33.
1 Nunc autem dubium eſt, an ſi promiſsio facti ſit iuramento firmata, habeat locũ regula ſupradicta, quod ſuccedat obligatió ad intereſſet & quod habeat locum, & non teneatur præciſsè ad factum promiſſor ex hoc maximé videtur, quia iuramentum ſortitur naturam contractus, ſuper quo
2 interponitur .l.fi.C. de nõ numerata pecunia: & ita in promiſsione facti iurata tenet Innocentius, & Anton. Butr. in capit. per tuas, de arbitrijs, idem Antonius, in cap.1. de iudicijs,Anchar. & Anania,in cap.fin.nè prælati vices ſuas, Imola, in.l.2.§. fin. ff. de donationibus.Romanus, in.l. ſi pecuniam.ff. de cond.ob cauſam, & hanc dicit communem opinionem Syluester, in verb. iuramentum .4. quęſt.21.
3 Sed contrariam opinionem tenet gloſſ.(á paucis expenſa) in verb. non poſsint,in.l.in eadẽ.ff.ex quibus cauſis maiores,glo.verb.neceſſe eſt,in.l.ſi pecuniã.ff. de cond.cauſa data,cauſa nõ ſequuta,gloſſ. in cap. ex literis, el.2. verb. ſub iuramento, de ſponſalibus, Ita Boerius, deciſ.14. numer .9. Rolandus, conſil.6. num.32. volum.1. & dicit communiorem & veriorem Gomecius,in.§. item ſi quis poſtulante, numer.7. de actionibus, & dicit eſſe communem opinionem Iaſſ.,in dict. l. ſi pecuniam,num.23. Alexand. numer.26. & dixerunt etiam communem idem Iaſſ.in.l. quoties, num.36. C.de rei vendicatione. & in.l. ſi inſulam, numer.30.ff. de verbor. Idem fatetur Decius,& Ripa, in capite .1. de iudicijs, ille num. 23. & hic nu.59. & aſſerit etiam communẽ Zaſius, in l.ſtipulationes nõ diuiduntur, nu.40. de verborũ obligationib.Catellianus Cotta, in verbo, iuramenti religio, verſi. nonus effectus, & dixit etiam communem Alexand. conſ.37. vol.2. Iaſſ. in dict.§. item ſi quis, numer.12, Curtius, in .l.2.§. mutuidatio, nu.12. ff.ſi certum petatur, qui etiam dicit communem, & Socinus, reg.193. falencia .4. Marcus Antonius, in tractatu de viribus iuramenti,nume. 12. Couar.(horum immemor)in.2. part. rub. de teſtam.numer.9. Idem Couar. in cap. quamuis pactum.1. part.§.4. num.6. Gomecius.2. tom.variar.c.2. numer.20. Auendan. in cc.prætor.2. part.c.2.nu.4. Et pro hac ſententia conſuluit Socinus,conſ.90.volum.4. numer.10.& Curtius iunior, in.l. ſi quis maior, numer.13. aliás.31.C. de tranſactionibus. Idem Couar. libr.1. reſol. cap.14.numer.10.&.20. & hãc dicit communẽ Berengarius,in.l. pactaquè,cõtra.ff. de contrahenda emptione,particul. fin.col.3. Iaſſ.in dict.l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 32.Gutierr. de iurament.conf.1.part. capit.39.numer.6. vbi diſputat illud procedere de iure canonico & regio, ſtante.l.13.tit.11. part.5. l.34. &.35. eodem tit.l.2. tit.16. lib.5. recopil. vbi Matienço: & pro illa opinione communi, eſt text. in cap.fin. né prælati
4 vices ſuas,& in cap.ex literis.el.2. de ſponſalibus.

## SVMMARIVM.

1 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, quando reſultat idem effectus.*
2 *Hæres inſtitutus ab ingrediente monaſterium, facta profeſsione conſequitur hæreditatem*
3 *Verba debent intelligi naturaliter, non ciuiliter.*
4 *Quando monachus tempore teſtamenti non cogitat de ingreſſu religionis, bona ad monaſte-*

*monaſterium , & non ad hæredem perueniunt , ſecundum aliquos , ſed contrarium verius eſt.*

5 *Monaſterium ſi eſt capax bonorum, viuente monacho , retinebit hæreditatem, ſed contrarium verius eſt.*

6 *Voluntas monachi expreſſa , vel tacita ſeruanda eſt, & in dubio hæres conſequetur hæreditatem (facta profeſſione.)*

7 *Cap.16.ſeſsio.25.Concilij Tridentini declaratur, vt non habeat locum in teſtamentis, ſed ſolum in contractibus, contra aliquos.*

8 *Spini opinio circa intellectum Concilij Tridentini damnatur.*

## QVAESTIO. 63.

### *Vtrum mors ciuilis æquiparetur naturali. Communis contra communem.*

MAxima & grauis eſt docto-
rum controuerſia, an mors
ciuilis æquiparetur morti
naturali, in qua quæſt. gloſſ. verb. ná-
que in. c.placuit, el.2.16.quæſtio.1.&
gloſ. in cap. ſuſceptum, de reſcriptis,
in.6. volunt, quod ſolum in caſibus à
iure expræſis æquiparetur mors ciui-
lis naturali, & eſt commmnis opinio
ſecundum Boerium, deciſ.323.num.6.
& hanc dicit communem Guiller-
mus Benedictus, in cap. Raynuntius,
verb. mortuo: itaque el.1.num.29. de
teſtamét.& eſt tex.in.l.Statius Florus,
§.Cornelio Felici.ff. de iure fiſci.
1 Sed contrariam opinionem ( imó,
quod ſemper fiat æquiparatio, quan-
do reſultat idem effectus: ita quod ex
morte naturali, nihil amplius poſsit
conſequi, quam ex ciuili) tenet Bart.
in.l ex parte.§. inſulam.ff.de verbor.
Quam opinioné priús tenuerat gloſſ.
verb. prę moriente, in clem.2.§.ſané,
de electio.gloſ. verb. morte, in clem.
vnica, vt lite pendente. Quam dixit
communem opinionem Alexan. con
ſil.13. vol.3. & dicit etiam communé
Fortunius, in .l.Gallus .§. & quid ſi
tantum, col.28.in verſic. tertio nota.
ff.de lib. & poſth. & hunc articulum
laté proſequitur Loriotus, de iuris ar
te, tractatu.5. de morte, axioma. 1. &
2. vbi optimé reſoluit materiam iſtã.
Et dixit etiam communé Rubeus, in
cap.per veſtras, in rub.§.71. num.2. &
Ripa, in.l. ex facto, num.11. ad Treb.
& anté hos hanc opinionem dixit ve
riorem & communiorem Aretinus,
in dict.§.inſulam, col.2.&pro hac ſen
tentia quinque fundaméta tradit no-
uiſsimè Angulo, de meliorationibus,
gloſſ.3. à num.1.vſque ad .10.& duas
communes refert Spino, de teſtamen
tis, gloſſ.27. num.27. in qua quæſtio-
ne,(vltra communem contrariam)po
nit ſeptem opiniones Caſſaneus, in
conſuetudinibus Burgundię, fol.149.
col.3. rub.4.§.6.verb. apres letres, nu
mer.3. & laté proſequitur Ioannes
Crot.in dict.l. Gallus.§.& quid ſi tan
tum, col.4.ff.de lib. & poſth. & plura
tradit Mencha.lib.1.de ſucceſsionum
creatione.1.part.§. 21.nu.172. &.173.
vbi refer duas communes opiniones
cótrarias,& reſoluit, quod damnatus
in metallum æquiparatur mortuo.
2 Ex qua communi opinione ſucce-
dit.quod ſi aliquis ſit hęres inſtitutus
ab ingrediente monaſterium, talis in-
ſtitutus non habebit hæreditaté ante
morté naturalem teſtatoris monachi,
quia verba debent intelligi naturali-
ter, nó ciuiliter, tex. in.l.fin.C.de his,
qui veniá ętatis.l.ex parte.§.inſulá.ff.
de verbor.l. cum pater.§. hæredita-
tem.ff.de leg.2. ita tenet Bart.in dict.
authentic. ſi qua mulier , num.10.C.
de ſacroſant. eccleſ. & dicit commu-
nem opinionum Rodericus Suarez,
allegat.20.nu.17.&.18.qui allegat pro
hac ſentétia Archidiac.in.c. placuit,
el.2.



el.2.16.quæſt.1.& interim viuéte mo
nacho, bona erunt monaſterij,& ſi de
cedat hæres viuente monacho, ſimili
ter iure caduci ad dictum monaſteriũ
peruenient, vt in.l.Statius.ff. de iure
fiſci, Salicetus,& Bal.in dict.authent.
ſi qua mulier, vbi Zinus; quod am-
pliat Imola, in.l.1.ff.de teſtamẽt.illud
procedere, ſiué monachus tẽpore in
greſſus religionis cogitauit de ingreſ
ſu, ſiué non ; quem ſequitur Rode-
ric.Suarez, numer.18.& etiã ſequitur
Gracian.reg. 456.num.5.
Sed contrariam opinionem( quan-
do monachus cogitauit de ingreſſu
religionis, vt ſtatim ſequuta profeſ-
ſione bona, vel hæreditas perueniat
ad hæredem) tenet Bart. in dict. au-
thentic. ſi qua mulier, numer.7. vbi
Baldus & Paulus,& hanc dicit verio-
4 rem Imola, ſupra; in dict.l.1. num.2.
vbi Aretinus, num.5. Abb. in cap. in
in præſentia, num.52. Decius, numer.
61.de probationibus,& hanc dicit có
munem Decius, conſil.31. & Ripa, in
l.2.C.de reuocã. donat.q.35.Et ab hac
opinione nõ eſſe recedẽdũ in iudican
do,& conſulendo, tenet Couar. in ca
pite.2. de teſtamentis, numer.5. vbi
in fine reprobat opinionem Suarez,
& Aretini. Et cum caſus iſte bis de
facto mihi cõtigiſset, pro hac ſenten
tia conſului,& ita fuit iudicatũ, quod
ſequuta profeſsione, ſtatim bona per-
ueniant ad hæredem ſcriptum in te-
ſtamento, non expectata morte natu-
rali monachi, cũ ſufficiat illa ciuilis,
quę fit per profeſsionem. Pro qua ſen
tentia eſt tex.in cap.4.de regularibus
in.6.& ſic reprobatur alia opinio exi
ſtimantiũ teſtamẽtum rumpi per pro-
feſsionem. Supradicta tamen commu
nis opinio eſt intelligéda, in caſu quó
monaſterium non eſt capax bonorũ,
quod ſi capax fuerit, hæreditas(viuen
te monacho) ad hæredẽ non pertinet
ſtatim, ſed poſt eius mortẽ: ita Ab. in
d.cap. in præſentia, num.58. vbi Dec.
num.97. Imola, in.d.l.1. vbi Aretin.
dicit communem, quem ſequitur Co
uar. ſupra, num.6. cum ſequentibus.
Sed etiã in hoc caſu contrariũ verius
exiſtimo, imó, quod ſtatim facta pro-
feſsione bona perueniãt ad hæredem
ſcriptum, vt tradit Imola, ſupra, nu-
5 mero .23. & ratio eſt , quia ex quo
monachus vult profiteri , nõ videtur
velle, quod tranſeat hæreditas in mo-
naſterium( cum ipſe nõ relinquat) ita
Gozadinus, conſil.41. num.11. Caro-
lus Molineus, in cõſuetud. Pariſ.§.52.
& in additionibus ad Decium , in.d.
cap. in præſentia , num.67. aſſerens,
errare grauiter tenentes contrarium,
& hoc non ſolum procedit in volun-
tate expreſſa monachi , ſed etiã in ta-
cita(& etiam in caſu dubio) vt cõtra
Cou. & alios tenet Angulo, de melio
rationibus, gloſſ.3. nu.29.&.30.quod
eſt de mẽte Imol.ſupra.arg.l.ex ea par
te.§.inſulam.ff. de verbor.l.cũ pater,
§.hæreditatem.ff. de leg.2. Quę om-
nia etiam hodié procedunt ; ſtantę
Concilio Tridentino, cap.16. ſeſ.25.
Quę diſpoſitio non procedit; nequè
habet locum in teſtamentis , quæ an-
te ingreſſum religionis , & poſt , fieri
poſsũt, cũ illa diſpoſitio ſit deãbulato
ria vſque ad mortem , vt in.l.4.ff. de
6 adimendis legatis, & ſic, ſi monachus
cogitans de ingreſſu religionis ( vel
etiam non cogitans) faciat teſtamen-
tum,&in eo inſtituat Titiũ hęredem,
facta profeſsionę conſequetur Titius
hæreditaté, non expectata morte na-
turali monachi , quia illa præſumitur
illius voluntas : & in caſu dubio hæc
admittenda eſt interpretatio , quod
quidem non excluditur per.d.cap.16.
7 nec illius ſolemnitas in teſtamentis
eſt expectanda, ſed ſolum in renuncia
tionibus,& cõtractibus, vt ſatis aper
té denotant verba illius capituli , ibi;
**Nulla quoquè renunciatio, aut obligatio.**
qua ſi ſecus ſit in teſtamentis. Quod
quidem eſt tenendum ; licet doctiſsi-
inus

mus Ioannes Gutierrez de hoc dubi-
tet, in cap. quamnis pactum , verb.
dum nuptui , num.4. de pact. in.6. Et
iſtam ſententiam ad .d. cap. tenet Ahu
mada, in.l.7.tit.7. part.1.gloſſ.3.num.
6. vbi reſpondit ad aliquas rationes
Gutierr. quæ illi obſtabãt ( vt anceps
eſſet in illa ſententia ) quę nouiſsimè
approbatur per Zenedo , in ſuis col-
lectaneis, collectanea.50.in.1. par. nu.
3.&.5. & Gracian, dict. reg.456.nu.7.
qui allegat Gutierr. pro hac ſenten-
tia, contra quam ( & malè ) tenet Spi-
nó, in ſpeculo teſtamẽtorum , gloſ.12.
de legato relicto monacho , num.50.
qui indiſtinctè reſoluit, quod ille tex.
Concilij procedat , & loquatur , non
ſolum in contractibus , ſed etiam in
teſtamẽtis, & nouiſsimè poſt hęc ſcrip
ta, tenet Gutierrez , lib.2. canonica-
rum, ca.1. á nume.26. (his non citatis)
illum text. non procedere in teſta-
mentis.

## *SVMMARIVM.*

1 *VSusfructus morte finitur.*
2 *Profeſſio religionis dicitur mors ciui-
lis*
3 *Vſusfructus , vt morte finiatur , debet eſſe
mors naturalis, non ciuilis.*
4 *Pater vſufructuarius in bonis filij , facta
profeſsione perdit vſumfructum , & re-
uertitur ad filium.*
5 *Patria poteſtas ceſſat in patre profitente re
ligionem.*
6 *Vſusfructus non diuiditur inter filium &
monaſterium propter profeſsionem pa-
tris: contra Bart. & alios.*
7 *Vſusfructus qui pertinet ad patrem mona-
chum, ex propria perſona, tranſit in mo-
naſterium per profeſsionem, & non conſo
lidatur antè mortem naturalem.*

## QVAESTIO. 64.

### *Vtrum vſusfructus finiatur per ingreſſum religionis , facta pro-feſsione, vel expectetur mors naturalis. Communis contra communem.*

EX quæſtionẽ præcedenti reſul
tat alia non multum diſsimi-
lis, vtrum vſusfructus (qui fini
tur morte naturali vſufructuarij , vt
in.§. finitur de vſufructu.l.24. tit.31.
part.3. ) finiatur etiam per ingreſſum
religionis ( quæ dicitur mors ciuilis,
vt in.l. de nobis in fin. C. de Epiſcop.
& clericis, cap. placuit.16.quæſt. 1. (Et
partem negatiuam (quod vſusfructus
nõ finiatur per ingreſſum religionis)
tenet gloſ. in dict. authentic. idẽ eſt,
C. de bonis quæ lib. gloſ. in authent.
ingreſsi . C. de ſacroſanctis eccleſijs,
quam ſequuntur Baldus, & Paulus, &
Corneus, ibi, & eſt communis opinio
ſecundũ Decium, in cap. in præſentia,
de probationibus , num.66. & dixit
etiam communem Socinus, conſ.20.
aliás.10. volum.1.num.19. Suarez , al-
legatio.20.num.18. & dixit etiam co
munem Abb. in cap. fin. nu.2. de pig.
& opinionẽ gloſſarũ ſequuntur Zin.
& Alberic. in.d. authent. ingreſsi, vbi
Bart. idẽ tenet, nu.42.&.49.& Roſel.
num.18. & pro hac ſententia fuit iu-
dicatum, vt refer Guidon Pape, deci-
ſione.477.num.4.&.395. Cepola, con
ſil.22.num.4. Socinus, conſil.10.num.
20.lib.1. vbi dicit communem opi-
nionem, quam ſequitur Alexand. con
ſil.139. num.5. libr.2. qui etiam dicit
communem, quam ſequuntur ex no-
ſtratibus, Antonius Gomez , in.l.48.
Tauri, num.8. & Matienço, in.l.9.tit.
1.lib.5. recop. num.2. gloſſ.2. Salzed.
ad Bernardum Diaz , reg.794. Dida-
cus Perez, in.l.1. tit.2. lib.5. pagin.103.
Spino, in ſpeculo teſtamentor. gloſſ.
12.nu.21. & nouiſsimè hanc dicit ve-
riorẽ & receptiorem opinionem, Gu

tier



tierrez, lib.2. canonicarum, cap.1. nu.
100. in fine , vbi dicit non eſſe re-
cedendum ab hac opinione in iudicã
do & conſulendo, & Pinelus, in.l.1. de
bonis maternis.1. part. á num.47. vſ-
que.50. vbi aſsignat rationem , & ea
eſt potiſsima, quia vt vſusfructus mor
te finiatur, debet interuenire mors na
turalis (vt interpręcatur gloſſ. in dict.
§. finitur.) non veró ciuilis , vt ſupra
dictum eſt in quæſtione præcedenti,
argum. text. in.l. fin. C. de his, qui ve-
2 niam ætatis impetrauerunt. Et ſic (vl-
tra ſupradictos) iſtam opinionem ſe-
quitur , & dicit communem Crotus,
in.l. Gallus.§. & quid ſi tantum, num.
30.ff. de lib. & poſthum. quem ſequi-
tur Couar. in cap.2. de teſtamentis,
num.8. col.3. dicens contrarium eſſe
in patre vſufructuario ingrediẽte , &
profitẽte religionem, qui ſtatim per-
dit vſumfructum , quod habet in bo-
nis ſui filij, & reuertitur ad proprieta
tem, cum in hoc caſu ceſſet patria po
teſtas: ita Albericus , in dict. authent.
idem eſt. C. de bonis quæ lib. quæ opi-
nio communis eſt, ſecundum Hippo-
lytum, ſingulari.668.
Sed in hoc etiam ſunt cõtrarię ſen-
tentiæ , vt vſusfructus non ad filium
reddat, facta profeſsione per patrẽ, ſed
ad monaſterium ( ſi eſt capax bono-
3 rum) quia pater, licet profeſſus, adhuc
viuit, ita tenet gloſſ. in dict. authent.
quam ſequuntur ibi Paulus , Baldus,
& Corneus, idem Bart. in .d. authent.
ingreſsi, num.49. Boerius, in dict. cap.
in præſentia, num.529. vbi Dec. num.
66. Palacius Rubeus, in rub. de dona-
tionibus.§.42. quem ſequitur Couar.
ſupra, num.8. reprobans diſtinctionẽ
& opinionem Bart. in dict. authent.
exiſtimantis, dimidiam partem vſus-
fructus pertinere ad filium, aliam ve-
ró ad monaſterium, argum. text. in.l.
cum oportet.§. cum autem. C. de bo-
bonis quæ liber. quam Bart. ſententiã
ſequitur Gomez Arias, in.l.46. Tau-
ri, col.2. Syluester, in ſumma, verbo
religio.6. & Riminald. ſupra , contra
quos (poſt Couar.) tenet Pinellus, nu.
47. in fin. vbi ſup.
4 In qua doctorum varietate , verius
exiſtimo, ſtatim facta profeſsione, pa-
tris vſusfructũ reuerti ad filiũ, quia
ille vſusfructus cõceditur à lege prop
ter patriam poteſtatem, & ſic cum ceſ
ſet, facta profeſsione ( vt tradunt do-
ctores, in.l. patre furioſo.ff. de his qui
ſunt ſui, vel alieni, Dec. in cap. in præ
ſentia, nu. de præb.66. Abb. in ca. 2. nu
mer.2. de regul. & eſt communis ſe-
cundum Acoſtã, in cap. ſi pater.2. par.
verb. teſtatore mortuo, nu.9. ) debet
ceſſare acquiſitio, quod ſecus eſſet , ſi
pater haberet aliundè vſumfructum,
5 & non mediante perſona filij, quia ta
lis vſusfructus tranſit in monaſteriũ,
facta profeſsione , non verò reuerti-
tur, neque conſolidatur cum proprie
tate, argument. text. in cap. cũ ſimus
de regularibus.
6 Redeundo tamen ad contrariã opi-
nionem, de qua in quæſtione princi-
pali partem negatiuã ( quod vſusfru-
ctus non pertineat ad monaſterium,
ſed quod conſolidetur cum proprie-
tate ) tenet Salicetus, quæſt.7. Zinus,
& Iaſſ. col. fin. in dict. authent. ingreſ-
ſi, & ſequitur dicẽs communem Co-
uar. in cap.2. num.8. de teſt. vbi plu-
res refert & ſequitur Gregor. in.l.5.
tit.17. part. 4. verb. **El vſufructo.** qui
relinquit cogitandum , Hippolytus,
ſingulari.668. & dicit communem Sa-
licetus, in dict. authent. idem eſt. C. de
bonis quæ lib. Ex quibus ſatis anceps
& dubia redditur iſta quæſtio, quam
non reſoluit Boerius, in deciſ.198. &
profectó indiget Cęſarea deciſione.
Interim tamen ab hac non eſt rece-
dendum in iudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 65.

*Vtrum vſusfructuarius ingre-*

*diens*

*diens monaſterium fratrũ mendicantium perdat vſumfructum antè mortem uaturalem.*

*Communis contra communem.*

VLtimo pro cõplemẽtomateriȩ quæſtionũ præcedẽtiũ eſt alia communis opinio contraria, an ſi quis ingrediatur monaſterium incapacem bonorum, ſtatim facta profeſsione perdat vſumfructũ antè mortem naturalem, & ad quem pertineat, & Bart. in authentic. ſi qua mulier, num. 10. C. de ſacroſanctis eccleſijs, in ea eſt ſententia, vt vſusfructus pertineat ad ſubſtitutum: quæ opinio communis eſt, ſecundum Ripam, & Claudium, in. l. ex facto. §. ex facto. nu. 12. per illum tex. ad Treb. dixit etiam cõmunem Alex. conſ. 13. vol. 3. & Carolus Ruinus, in. l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. col. 5. de lib. & poſthum. & dixit
1 communem Socinus, conſ. 90. vol. 1.
Sed cõtrariã opinionẽ (imò, quod vſusfructus pertineat ad venientes ab inteſtatò, quouſque naturaliter monachus moriatur) tenet Imola (dicẽs veriorem) in. d. §. ex facto, & Vincẽtius, col. 2. & ſequitur Iaſſ. poſt alios, in. d. authent. ſi qua mulier, numer. 9. dixit communem Romanus, ſingulari 434. quam ſequitur, & etiam dicit communem Rodericus Suarez, allegat. 19. nu. 18. & etiã ſequitur Gutierrez, libr. 1. canonicarum, quæſt. cap. 1. num. 100. vbi dicit communiorem & veriorẽ, & eſſe tenendam in iudicando, & conſulendo.

## SVMMARIVM.

1 *QVi tenetur ad ſimplicem cautionẽ, non tenetur dare fideiuſſores.*

2 *Quando requiritur plena cautio, non ſufficit iuratoria.*

3 *Maritus condemnatus ad præſtandam cautionem ob eius ſæuitiam, non ſatisfacit offerendo cautionem nudam, vel iuratoriam.*

4 *Impoſsibilitas excuſat à ſatiſdatione.*

5 *Fideiuſſores inuenire, impoſsibile penè iudicatur.*

6 *Vſusfructuarius tenetur de iure præſtare cautionem.*

8 *Pauperi ſi vſusfructus fuerit relictus, non tenetur ſatiſdare, ſed iurare.*

9 *Diuortium non eſt faciendum ex cauſa ſæuitiæ, quando maritus non inuenit cautionem.*

10 *Cautio ſecuritatis à marito præſtanda debet eſſe ſufficiens.*

11 *Cautio ſufficiens dicitur, ſi dentur pignora, vel fideiuſſores.*

12 *Cautio iuratoria non dicitur ſufficiens ad impediendum diuortium propter ſæuitiam.*

13 *Arbitrio iudicis relinquitur, quanta ſit viri ſæuitia.*

14 *Cautio ſi nulla fuerit ſufficiẽs propter magnam viri ſæuitiam, non eſt vxor marito tradenda.*

15 *Sæuitia viri quanta ſit, relinquitur arbitrio iudicis.*

## QVAESTIO. 66.

*Vtrum obligatus ad cautionem præſtandam, teneatur obligare bona, vel ſufficiat ſolo verbo repromittere. Cõmunis contra cõmunem, & quid iure regio.*

OBligatus ad cautionem præſtandam ex legis diſpoſitione ſolo verbo repromittere ſine hypotheca vel pignore eſt obligatus. l. ſancimus. C. de verborũ ſignificatione, cap. ex tranſmiſſa, de reſtitutione ſpoliatorum, iuncto cap. literas, in fin. eodem tit. & in quæſt. præſenti, ſolo verbo promittere debere, tenet gloſſ. verb. ſola promiſsione, in. l. 2. §. ſed ſi agant. ff. de iud. cuius opinionem cõmunem eſſe aſſerit Aretinus, in. l. diuorcio. §. interdũ, col. 2. ff. ſoluto ma-
1 trimonio. Et pro hac opinione facit, quod quando quis tenetur ad ſimplicem cautionem (vt in caſu legis filio, ff. vt legatorum nomine caueatur) debet fieri bonorum obligatio: ita tenet Bart. in. l. prætoriæ, num. 2. ff. de prȩt. ſtipul. dicens hanc eſſe communẽ opinionem approbatam per conſuetudinem, & ſubdit Imola, ibi, quod vbi cõſuetudo ita obſeruat, ſtãdũ eſt conſuetudini, ſed de iure non tenebitur obligare bona, qui ad ſimplicem cautionẽ tenetur: opinio tamen Bart. eſt communis, ſecundum Iaſſ. in. l. 1. num. 20. ff. qui ſatiſdare cogantur, & dicit cõmunem Maynerius, in. l. in omnibus cauſis id obſeruatur, num. 34. ff. de regul. iuris, & alij relati per Iaſſ. in. l. ſi prius, num. 52. ff. de noui operis, nunciant. vbi Alex. num. 45.
2 Sed contrariam opinionem in quæſtione principali tenet gloſſ. in. l. 2. §. final. ff. qui ſatiſdare cogã. cuius opinionem communẽ eſſe affirmat Iaſſ. in. d. l. ſancimus, col. 1. & pluribus citatis, hanc dicit communem opinionem Padilla, in. l. ſuper poſſeſsione, num. 22. cum ſequentibus. C. de tranſactionibus, quæ opinio approbatur de iure regio, in. l. 10. titulo 33. part. 7. ibi, *Otro ſi dezimos, que caucion en latin tanto quiere dezir como ſeguramiẽto que el deudor ha de fazer al ſeñor del deudo, dandole fiador valioſo, ò peños.* ita ponderat Queſada illam legem, cap. 11. num. 1. & dixit etiam communem Socinus, reg. 43. verſic. fallit. 4. vbi limitat, quãdo ex forma legis, vel ſtatuti requireretur plena & ſufficiens cautio, vt tradit gloſ. in cap. quoniã. §. in alijs, vt lite non conteſtata, & in cap. fin. de pignoribus, cap. 1. de ſecreſtat. poſſeſ. & fructuum. cap. qua frõte de app. & gloſſa, in dicto capit. ex tranſmiſſa, de reſtitut. ſpoliator. Circa cuius text. deciſionem vidi dubitari de
3 facto (de quo fui interrogatus) an maritus, qui ob eius ſæuitiam condemnatus fuit per iudicem eccleſiaſticũ ad cautionem præſtandam in fauorem vxoris (& quod aliter fieret diuortiũ quoad thorum, & mutuam cohabitationẽ) ſi non habeat fideiuſſores, an ſa-
4 tisfactum ſit diſpoſitioni illius text. offerendo cautionem nudam, vel ſaltim iuratoriam. Et videtur, quod maritus ſatisfaciat offerendo cautionẽ iuratoriam, ex ſupradictis, nè aliás impoſsibilitas inueniẽdi fideiuſſores nõceat, abſque culpa illius: ita tenet gl. in l. 3. §. quãuis, in verb. quibus. ff. ſi cui plus quam per legem falcidiam, vbi notat Bart. num. 3. quod difficile eſt
5 inuenire fideiuſſores, & ſic difficultas debet excuſare. l. ſi vehenda. §. idem iuris. ff. al. l. Rodiam, de iactu, & ſi fideiuſſor non reperiatur etiam in cauſis criminalibus, prȩſtabitur iuratoria cautio, ita Cacheranus, in deciſ. 70. num. 2.
Secũdo pro hac ſentẽtia facit, quia ſi teſtator legauerit vſumfructum homini ægeno & pauperi (licet de iure teneatur præſtare cautionem vſufructuarius, vt in. l. 1. C. de vſufructu. l. pe-
6 nultim. C. vt in poſſeſsionem legatorum) tamen iſte pauper excuſabitur à prædicta ſatiſdatione ſi fideiuſſorẽ nõ
7 inueniat. & conſequetur legatũ, cum ſimplici cautione iuratoria, de vtendo & fruendo, ſalua rerum ſubſtantiá: ita Angelus, in. l. 4. de vſufructu, qui alios allegat pro ſua ſententia, quam tenet Iaſſ. in autheutic. cui relictum num. 8. C. de indicta viduitate tollen-
8 da, vbi Bald. nu. 7. & ſic in caſu præſenti videtur dicendum, quod nõ ſit faciẽdum diuortium ob eam cauſam, quod

quod maritus non præſtet cautionem
cũ fideiuſſore, cũ illã non reperiat, &
ſententia iudicis non poteſt ad impoſ
ſibile obligare, nec illa videtur eſſe in
tentio.d.cap. ex tranſmiſſa, nec cap.
literas.§. fin. de reſtitutione ſpoliato-
rum.

Sed his non obſtantibus, contrariũ
de iure verius exiſtimo, ex dictis iuri
bus, in quibus non ſolum petitur cau
9 tio ſecuritatis à marito, propter eius
ſæuitiam, ſed cautio ſufficiens, vt pro
bant verba dicti capituli, ex tranſmiſ
ſa, ibi, **Ipſam ei reſtitui facias, recepta ta-
men ſufficienti cautione.** vbi gloſ. verb.
10 ſufficienti, docet, quod ſufficiẽs cau-
tio dicitur, ſi pignora, vel fideiuſſores
dẽtur. l. ſi mandato Ticij. §. fin. ff. mãda
ti. l. ergo. §. adijci. ff. de fideicom. li-
bertatibus. Et ſic iudex debet recipe-
re cautionem, per quam mulier ſit ma
gis ſecura á viri ſæuitia. cap. quoniã,
§. vlt. vt lite non conteſtata. Pro quã
ſententia facit text. in dict. cap. lite-
ras, in fin. ibi, **Si vero tanta ſit viri ſæui-
tia, vt mulieri trepidanti non poſsit ſuffi-
ciens ſecuritas prouideri, non ſolum non de
bet ei reſtitui, ſed ab eo potius amoueri.** Er
go cum iuratoria cautio non dicatur
11 ſufficiẽs ſecuritas, ſequitur, quod mu-
lier non eſt marito tradenda, ſed po-
tius alicui honæſtæ matronæ, vt in
d. cap. literas, & tradit Menochius, de
arb. lib. 2. centuria. 2. caſu. 139. Anto-
nius Gomez, in. l. 45. Tauri, num. 183.
& 3. thom. variar. cap. 6. num. 16. &
Gutierrez, in ſuis canonicis quæſtio-
nibus, cap. 24. per totum, & in nu. 10.
12 reſoluit, quod arbitrio iudicis relin-
quitur, quanta ſit ſæuitia viri, vt vxo
ri prouideri poſsit de remedio cautio
nis; quia poteſt mulier probare, quod
nulla cautio ſit ſufficiens, & tunc nul
lo modo (etiam cum cautione fideiuſ
13 ſoria) vxor viro eſt tradenda, vt tradit
Abbas, in ca. quemadmodum, nu. 15.
de iureiurando, & in proprijs termi-
nis iſtam quæſtionem tetigit Gutier-
rez, in. l. nemo poteſt, num. 297. qui re
linquit cogitandum, quam decidit
Rolandus affirmatiué, conſ. 37. nu fin.
volum. 3. Ego veró indiſtinctè teneo,
hoc eſſe relinquendum arbitrio iudi-
cis, qui viſis & conſideratis probatio
nibus vxoris, inſpiciet, an ſæuitia vi-
ri ſit magna, vel malitia vxoris ma-
ior, quæ abſquè cauſa legitima petit
diuortium fieri, vt meliús vitam am-
plam habeat, & fortaſsis laſciuam, &
in offenſam Dei. Et ſic iudex debet
cuncta rimari, iuxta negotij magná
14 vel leuem qualitatem, cum omnes per
ſonę nõ ſint eiuſdẽ conditionis, & ſic
non poteſt certa regula conſtitui: ita
tradit Menoc. de arb. caſu. 142. & caſu
130. n. 2. & 3. & Caſ. 135. n. 4. & 149. n.
2. in quibus locis hæc omnia arbitrio
iudicis relinquuntur: ita Pariſius, con
ſil. 54. num. 36. lib. 4. poſt Abb. in dict.
cap. literas, num. 7. Tiraquellus, in. l.
ſi vnquam, verb. omnia, vel partem,
num. 31. C. de reuocandis, & Rolan-
dus ſupra, conſ. 37. per totum.

## QVAESTIO. 67.

### *Vtrũ excomunicatus poſsit opponere compẽſationem. Communis contra communem.*

Regula & notiſsimũ iuris principium eſt, quod excomunicatus maiori excomunicatione non poteſt ſtare in iudicio agendo: ita probat text. in cap. intelligimus. de iudicijs, capit. excomunicamus. 1. §. credentes, de hæroticis, cap. á nobis, cap. cũ inter. cap. delicti, cap. exceptionem, de exceptionibus, cap. 1. eodem tit. in. 6. l. 4. tit. 10. lib. 2. fori, & tradit Socinus, reg. 132. Dueñas, reg. 268. Ant. Gabriel, libr. 4. com. concluſ. 1. de exceptionibus. Ex qua veriſsima regula reſultat dubium, an compenſare poſsit, cum compenſatio ſemper opponatur per viam exceptionis: & quod non poſsit tenet gloſ. verb. reconuentione, in. d. cap. cum inter, quam ſequitur Imola, ibi, num. 1. & veriorem dicit Gofred. & ſequitur Hoſtienſis (licèt diſtinguens) & Bald. num. 5. quam opinionem teſtatur communem Abb. num. 24. Decius, num. 27. ibi, & idem tenet gloſſ. in ſumma. 4. quæſt. 1. & iſtam opinionem ſequuntur, Iacobus de Aretio, in l. quoniam Alexand. per illum text. C. de adulteris, vbi notat Salicetus, nu mer. 4. & Alberic. in rubr. C. de compenſationibus, numer. 1. Alexander, in. l. Libertinus, la. 1. ff. de in ius vocando.

1 Sed contrariam opinionem (imó,
quod excõmunicatus poſsit compen
ſare) dicit Albericus ſeruari de facto,
in. l. amplius non peti. ff. rem ratam ha
beri, num. 3. vbi Paulus dicit eſſe com
munem opinionem, & etiam commu
nem appellat Guido Papa, conſil. 108.
aliás, 102. num. 2. & hanc tenet Alex.
in l. libertus, la. 1. numer. 2. ff. de in
ius vocando, & dicit Albericus, ſu-
pra, quod hæretico, & etiam diabolo
non eſt deneganda defenſio, prout eſt
hæc compenſationis exceptio, non
propoſita per viam actionis, á qua
opinione recedendum non eſt, & ita
practicatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *MAſſaria, idem eſt quod ſupellex.*

2 *Grauamen nullum poteſt pater ponere in legitima filij.*

3 *Si teſtator reliquerit vxori vſumfructum bonorum, extantibus filijs, ſolũ debebitur vſusfructus quinti bonorum.*

4 *Alimenta debentur vxori, virtute illius legati.*

5 *Verbum, domina, non denotat dominium, ſed honorem & reuerentiam.*

## QVAESTIO. 68.

### *Vtrum vxor relicta domina massaria, & vſufructuaria omnium bonorum, habeat poteſtatem elligendi dominium, vel vſumfructum. Communis contra communem.*

Apud doctores vbiquè & paſſim, tractatur de quæſtione præcedenti, quid operentur illa verba: Relinquo vxorem maſſariam, & vſufructuariam, de quã Bart. in. l. ſi ita ſcriptum, de manumiſsionibus, & in. l. Titia. §. finali, ff. de legat. 2. Baldus, in. l. finali. C. de indicta viduitate tollenda, & in. l. voluntatis. C. de fideicommiſ. Albericus, in authéntica, quod locum. C. de ſecundis nuptijs, & alibi ſæpe.

Et pro declaratione eſt aduertendum, quod illud verbum maſſariam, eſt verbum barbarum, quod idem ſignificat apud latinos, quod ſupellex. Ita Bart. docet in. l. 1. C. de ſupellectiii legata, Iaſſ. in. l. ſi quis in fundi vocabulo, numer. 27. ff. de legat. 1. Abb. conſ. 88. nu. 2. lib. 2. Quo ſuppoſito pro declaratione quæſtionis, partem affirmatiuã (quod vxor poteſt elligere dominium, vel vſumfructum) tenet Salicetus, in dict. authentica, hoc locum, numer. 3. C. de ſecundis nuptijs, quam dicit communem Cumanus, in. d. l. Titia. §. fin. ff. de legat. 2.

Sed contrariam ſententiam ( imó
quod vſusfructus tantum illi debea-
tur)dixit communem Socinus, conſ.
221.vol.2. Paulus deMontepi.in.l. Ti
tia cum teſtamento.§. Titia cum nu-
beret.ff. de leg.2. quem allegat Que-
ſada in ſuis quæſtionibus, cap.24. nu.
1. vbi refert iſtam ſententiam, & opi-
nionem eſſe communem, & per to-
tum caput diſputat, qualiter ſint in-
2 telligenda illa verba, * *Extantibus fi-
lijs,* * quibus nullum grauamen poteſt
fieri in ſua legitima, vt in.l. quoniam
in prioribus.C. de inoffic. teſtament.
l.11.ti.4.par.6. & ſic illud legatū ſolū
3 reſpectu quinti habebit effectū, quod
in proprietate, & non in vſufructu
debet præſtari vxori,virtute illius le-
gati,vt tradit Queſada ſupra,nu.19.&
vltra quintum nō ſortietur effectum:
ita Palac.Rub.in.c. per veſtras, de do-
nat.§.25.nu.4.vbi reſoluit,quoſt ſi te-
ſtator relinquat vſumfructum bono-
rum ſtantibus filijs, ſolum debetur
vxori vſusfructus quintæ partis bo-
norum in proprietate:ita tenet Segu-
ra,in.l. vnum ex familia.§. ſed ſi fun-
dum.ff. de leg.2.num.214. Ciſuentes,
in.l.16. Tauri,num.19. Gomez Arias,
in.l.48.num.17. Peralta,in.l. Titia cū
teſtamēto.§.Titia,num.214. de leg.2.
Anton. Gom.1.tom.variar. cap.11.de
ſucceſsione contra teſtamētum,num.
26. & hæc eſt receptiſsima ſententia,
contra quam tenet gloſſ.in authent.
hoc locum.C. ſi ſecundo nupſerit mu
lier, quæ docet, quod ex illis verbis
voluit teſtator (liberis non exiſtenti-
bus) vſumfructum bonorum mulie-
4 ri relinquere, & illis extantibus, ali-
menta,quam ſequitur Bart.in.d.l.Ti-
tia.§.Titia,num.3. de leg.2.& ibi Pe-
ralta,numer.21. Corraſius, in.l. ſi pro
parte,numer.6. de ſeruitutibus, Bart.
conſil.33.numer.2. libr.1.Paulus, con
ſil.21.libr.1. Alexander,conſil.19. lib.
4.Gracian.(qui poſuit decem limita-
tiones)in reg.500. Corneus, conſil.5.
libr.1. & Iaſſ. latiſsimè,in.l. cum ij.§.
ſi in ſingulos, numer. 4.ff. de tranſa-
ctionibus, & Tiraquellus, ad leges
connubiales,in.l.10. numer.6. & La-
ra,de alimentis,in§. ſi quis ex his, nu-
mer.168.ff.de liberis agnoſcendis.Et
illud verbum,domina, non denotat,
quod maritus dominium bonorum
vxori reliquit, ſed ſolum honorem
5 & reuerentiam ab hæredibus mariti
præſtandam.Ita eſt intelligendus tex.
in.l.1. ff.rerum amotarum.l.1.§.ſi vir
ad Sillanianū,& tradit Oroſcius, in.l.
cum ij.§. ſi in ſingulos, numer.4.ff.
de tranſactionibus. Ita declarat La-
ra ſupra,numer.169. Spino, in ſpecu-
lo teſtamentorum, gloſſa.13. nume-
ro.55.

Ex quibus concludo, quod hodié
ſi vxor fuerit relicta domina maſſaria,
& vſufructuaria bonorum, & mari-
tus habebat liberos, conſequetur
vxor ex tali legato, fructus quintæ
partis bonorum, & ſi non habeat fi-
lios, erit vſufructuaria per tempus vi
tæ ſuæ,vt tradit Queſada,ſupra, & la-
tius dicemus in quæſtione.497. vbi
de iure communi ſunt duæ opinio-
nes contrarię in quæſtione præce-
denti, quando maritus habebat libe-
ros, & relinquit vxorem dominam,
vſufructuariam bonorum, quia alij
tenent, quod vxor conſequetur ali-
menta, alij veró, quod vſumfructum,
quod verius eſt & intelligendum, ſe-
cundum ſupradicta.

## QVAESTIO. 69.

### *Vtrum portione hæreditatis vendita à cohærede; ſi alia pars repudietur, accreſcat emptori, aut venditori. Communis contra communem*





DVo erāt ſcripti hæredes, quo
rum alter partem ſuæ portio
nis diſtraxit, alter cohæres re
pudiauit,dubitatur, cui portio repu-
diantis accreſcat,venditori, aut emp-
tori,&emptori accreſcere tenet Bart.
in.l.re coniuncti, num.26.ff. de leg.3.
cuius opinionem communem teſta-
tur Decius, in.l.fin.C. quando non.
pet.part.in.2.lectura,nu.43. & Corra-
ſius, in.l.teſtamento, numer.19.C. de
impuberum, & plures refert Gome-
cius.1. tom.variarum,cap.10. numer.
44.qui ſequitur & defendit iſtam o-
pinionem, & Villalonga,in dict.l. re
cōiuncti, fol.31.col.3.quam ſequitur,
& defendit Gutierrez, in repetitione
legis,vnicæ .C. quando non peten-
tium partes, numer.56. cum ſequen-
tibus,Duarenus,lib.2. de iure accreſ-
cendi,cap.6. quam ſequitur Spino, in
ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.27. nu.
70. Et pro hac opinione facit tex. in
l.ſi totam.ff. de acquirenda hæredita-
te,lex,hæc ſcriptura.§.fi.ff.de cōditio
nibus & demonſt.l.ſi Titio.ff.de vſu-
fructu.l.Papinianus.ff. ad Trebelian.
l.2.§. illud .ff.de hæred. vel actione,
vendita quę iura pro hac ſententia in
ducuntur per Gutierrez ſupra, qui
elegantiſsimé proſequitur, & defen-
dit iſtam opinionem.
1 Sed contrariam opinionem (imó,
quod pars repudiata accreſcat ven-
ditori)docet Petrus,in dict.l. re con-
iuncti,vbi Iaſſ. num.139. Crot.col.3.
Ripa,nu.92. Ludouicus de Villalōga,
col.123. in verſic. tertia eſt conclu-
ſio, & dicit communem opinionem
Cagnolus,in.l.fin.numer.16.C.quan-
do non petentium partes, pet. acres,
& ſequitur Oroſcius, in.l.fin. numer.
7.ff. de tranſactionibus, & dicit ma-
gis communem Antonius Gomez,
ſupra,num.44.Et ratio eſt, quia ſemel
hæres non poteſt deſinere eſſe hæres,
cum in eo tranſeant omnes actiones
2 actiué, & paſsiué, vt in .l.1.C. vt
actiones, ab hæredibus, & contra
text. in.l.ſi ſine.§. ſed quod Papinia-
nus.ff.de minoribus,& ſic poteſt con
3 ueniri á creditoribus hęreditarijs,
non obſtante venditione, vt in.l.2.
C. de hæred. vel actione vendita.l.2.
C. de pactis.

## SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem.*
2 *Tacita pupillaris plus operatur quàm expreſſa in aliquibus caſibus.*
3 *Auiam & auum maternum excludit expreſſa pupillaris ſecus tacita.*
4 *Tacita pupillaris ſubbreuiloqua cōprehenſa excludit matrem.*
5 *Substitutus non admittitur contra matrē, etiam ſi repudiet.*
6 *Subſtitutus pupillaris, in foro conſcientiæ non tenetur reſtituere legitimam, quæ matri competebat.*
7 *Alimenta debentur à ſubſtituto matri pupilli inopi.*
8 *Vulgaris tacita comprehenſa ſub expreſſa pupillari, non perijt decedente pupillo, viuo teſtatore.*

## QVAESTIO. 70.

### *Vtrum ſubſtitutio pupillaris excludat matrem à legima filij. Communis contra cōmunem, & quid iure regio:*

SVbſtitutioné pupillarem matrē
excludere, etiam reſpectu legi-
timæ ipſi debitę, omnibus eſt
notum. Sed hæc concluſio intelligi-
tur in expreſſa pupillari, ſecus in ta-
cita,ſecundū gloſſ. verb.omnimodò,
in.l. precibus.C. de impuber. & alijs
ſubſtitut. ſimilis gloſſa final. in .l. fi-
1 nali .C. de inſtitutionibus, & alia

in.l. nonnunquam .ff. de cond. & de-
monſtrat. quarum opinionem dixit
communé Decius,in.d.l.expreſſa,nu-
mer.1.ff. de regul. iuris , Tiraquellus,
poſt leges connubial. gloſſ.5. aliás.7.
numer.60. Gomecius, in cap.1. num.
156.de conſtitutionib.in.6.& dicit cõ
munem Guillermus Benedictus , in
cap.Raynuntius, verb. ſi abſque libe-
ris moreretur, el.2. numer.88.deteſt.
& dicunt communem relati per Co-
uar.in dict. cap. Raynuntius.§.4.nu-
mer.9. & dixit communem Curtius
iunior,conſil.134.numer.6. Alciatus,
in.l. moribus, numero.51. de vulgari,
Antonius Gomez.1. tom. variarum,
cap.4. de pupillari , á numer.7. cum
ſequentibus,Acoſta,in cap.ſi pater,de
teſtamentis in.6..2. part verb.ſuper-
ſtite matre , numero.8. · Quam opi-
nionem dixit etiam communem Za-
ſius, in tractatu de ſubſtitution. tit.de
pupillari,pagina.344. verſic. ſed quid
de tacita. Et dicit etiam communem
Decius, conſil.211. & pro hac ſenten-
tia eſt text. in.l. precibus ( ſecundum
cõmunem intellectum).C. de impub.
l. Papinianus .§. ſed nequé impub.ff.
de inofficioſ. teſtament. cap. ſi pater,
ſupra.l.7.tit.5. part.5. vbi notat Gre-
gor. verb. **Del moço,** & tradit Tira-
2 quellus, gloſſ.7. numer.31.ad .ll. con-
nubial. vbi adducit tres caſus,in qui-
bus magis operatur expreſſa pupilla-
ris quam tacita, quæ nec auiam ex-
3 cludit, nequè auum maternum. Quã
dicit communem Loriotus , de iuris
arte , tractatu.14. axioma.18. & licet
text. in dict.§. ſed nequé impuberis,
& in.d.cap.ſi pater adducatur pro con
traria opinione, hanc tamen defendit
Corraſius, in.dict.l. precibus, numer.
29. qui concludit illa iura, illud non
probare, quæ omnia ſunt limitanda,
quando tacita pupillaris comprehen-
4 ditur ſub breuiloqua , quia tunc ha-
betur pro expreſſa, & matrem exclu-
dit,ſecundum gloſſam,in.l. Lucius. ff.
de vulgari , quam ſequuntur docto-
res,ſecundum Tiraquellum.d. gloſ.7.
num.176. &.179. Decius , conſil.211.
num.2 . vbi dicit,quod ita tenent do-
ctores.

Secundó limita , nam ſubſtitutio
pupillaris omnimodó tacita admitte-
tur contra matrem,quãdo ſubſtitutus
eſt de liberis teſtatoris:ita tenet glo.fi.
in. dict.l. precibus , Bart. in.l.2.num.
44. de vulgari,& in.l. Centurio , nu-
mer.29.& hæc eſt communis opinio,
ſecundum Ripam, in.d.l.2. num.60.
Galliaula,in.d.l. Centurio , num.387.
& dicit communem Imola , in.d.cap.
Raynũtius,num.119.licet ipſe teneat
contrarium.Idem tenet Acoſta , in.d.
5 cap.ſi pater, verb. ſuperſtite.2.par. nu.
10.quæ omnia in tantum procedunt,
vt ſubſtitutus ex tacita pupillari non
admittatur contra matrem,quod etiã
ſi mater repudiet, ſubſtitutus non ad-
mittetur ex defectu voluntatis teſta-
toris:ita Bald.in.l. ſi cum vel in vte-
ro.C. de teſtamento militis, vbi Paul.
Corneus, Alex.& Iaſſ. & Tiriquel.in
l.ſi vnquam,nu.92.&.94.C. de reuo-
candis,in princip.

6 Quibus ſic ſuppoſitis , dubium eſt,
an ſubſtitutus in foro cõſcientię poſ-
ſet eam partẽ retinere , quæ ex bonis
filij, matri iure legitimè debebatur:
& non poſſe retinere,tenet Archidia-
conus,in.d.cap.ſi pater, num.6. cuius
opinionem eſſe communem teſtatur
Gomecius,in cap.vt animarum,num.
19. de conſt. Idem teſtatur Decius .d.
conſ.211. in fine , & in.d.l. precibus,
num.10.vbi Corraſius,nu.30. & Tho
mas Ferrarienſis,cautela.19. & Zaſius,
de ſubſtitutia.pupillari( vbi tenet di-
ctum Archidiaconi habere locum,
etiam de iure ciuili,in matre ægente)
in verſic. ſextus effectus , pagina.345
& opinionem principalem tenet Co-
uar. in cap.cum eſſes,num.10. de teſt.
& Menchaca(qui refer duas commu-
nes)libr.1. de ſucceſsionum creat.§.1.
num.



num.25.& ratio huius opinionis eſt,
quia ſi mater excluderetur á ſua legi-
tima in totum,eſſet contra ius natu-
rale,argum. tex.in.l. nam & ſi paren-
bus.ff.de inof.teſt.Et ſic lex poſitiua,
quæ obligat & contradicit naturali
æquitati , non obligat in foro conſ-
cientiæ:ita ſingulariter Innocentius,
in cap. quia plerique , de immunitate
eccleſiarum.

Sed contrariam opinionem ( imó,
quod ſubſtitutꝰ poſsit omnia bona pu
pilli retinere,non reſeruata matris le-
gitima)dixit communem Rubeus,cõ
ſil.69.Ripa,in.l.2. num.45.ff. de vulg.
quam opinionem dixit communem
Alex.in.d.l.Cẽturio, Gualdenſis(qui
alios refert)de arte teſtandi,tit.5.cau-
tela.6. Decius , conſ.126. col.2. dicẽs
nõ facile agnoſci poſſe, quę ſit cõmu
nis opinio,Alciat.in cap.nouit,nu.41.
de iud. qui expreſsé tenet contra Ar-
chidiaconum, & in.l.2. num.54.&.33.
de vulg.& Galliaula,in.d.l.Centurio,
num.366. Socinus , in.d.l.2. num.21.
Ripa,qui dicit communem,in.d.l.mo
ribus,num.45 quam opinionem ſequi
tur Spino,in ſpeculo teſtamentorum,
gloſſ.2.num.48. vbi dicit ſe mirari de
Gomecio,dicente opinionem Archi-
diaconi communem. Et vide Acoſtã,
in.d.cap. ſi pater,verb. ſuperſtite ma-
tre. Et illud dictum Archidiaconi du-
rum videtur Gregorio Lopez, in.d.l.
7. tit.5.part.6. verb. **El moço** , * circa
7 finem,vbi ſubdit , quod ſi mater eſſet
valdé pauper , ita quod non haberet
alimenta,poſſet agere contra ſubſtitu
tum pupillarem ad alimenta, vt in.l.ſi
quis á liberis.§.item reſcriptũ. ff.de li.
agnoſcend.idem Gregor.in.l.1.tit.19.
par.4.& vtrũ vulgaris tacita cõprehẽ
ſa ſub expreſſa pupillari,pereat decedẽ
te pupillo,viuo teſtatore, reſoluit du-
as communes Menchaca , de ſucceſ-
8 ſionum creatione.§.21. nu.242. Et an
ſpiret, ſi pupillus emancipetur. Sunt
aliæ duæ communes contrariæ , quas
ibi tradit nu.243. & quid per aduẽtũ
pubertatis, vide ibi,nu.244.qui etiam
tradit alias duas cõmunes contrarias.

## *SVMMARIVM.*

1 *In foro animæ nõ tractatur de apicibꝰ iuris.*
2 *Voluntas teſtatoris duobus teſtibus compro bata, eſt ſeruanda in foro animæ.*
3 *Solemnitas teſtamentorum fuit inducta ad obuiandas falſitates.*
4 *Voluntas teſtatoris non ſolemnis probat te-ſtatoris voluntatem.*
5 *Veritas facit ceſſare præſumptionem.*
6 *Quod naturaliter debetur in foro animæ eſt ſoluendum.*
7 *Obligatio naturalis naſcitur ex minus ſo-lemni teſtamento.*
8 *Lex ciuilis poſitiua iuſta, obligat in foro conſcientiæ.*
9 *Paria ſunt non facere teſtamentum, vel inu tiliter facere.*
10 *Omnis actus conſiſtit in voluntate & po-tentia.*
11 *Ex teſtamento minus ſolemni naſcitur obli gatio naturalis.*
12 *Solutum ex minus ſolemni volũtate defun-cti, repeti non poteſt.*
13 *Quod naturaliter debetur , in compenſatio-nem venit.*
14 *Naturalis obligatio impedit debiti repeti-tionem.*

## QVAESTIO. 71.

### *Vtrum hæres ſcriptus in minus ſolẽni teſtamento, poſsit in foro conſcientiæ hæreditatẽ reti-nere. Communis contra commnnem.*

DVbia & difficilis eſt apud ſcri
bentes vtriuſq; profeſsionis
quæſtio,an hæres ſit tutus in
foro animæ, retinẽdo hæreditatẽ ſibi
delatã ex teſtamẽto imperfecto,ſi cõſti
K terit

terit clarè & apertè de teſtatoris volũ
tate, & pro parte affirmatiua videtur
dicendum, quod hæres ſit tutus in cõſ
1 cientia, quia in foro animæ non tra-
ctatur de apicibus iuris, ſed quomodo
cunque conſtiterit de voluntate teſta
toris. illud eſt ſeruandum, dum tamen
voluntas duobus teſtibus comprobe
2 tur (quæ eſt ſolemnitas iuris gẽtium.)
Ex qua ratione motus Innocentius ſe
quitur iſtam opinionem in cap. ſicut,
de electione, & in cap. ſi celebrata, de
clerico excommunicato, quam valdé
commendat & ſequitur Abb. in cap.
quia plerique in fi. de immunitate ec-
cleſiarũ, & in cap. 1. de in integrũ re-
ſtitutione; Iaſſ. in l. nemo poteſt, de
leg. 1. nu. 75. in 1. lectura, vbi Ripa, nu.
102. qui reſoluunt, quod hæres ſcrip-
tus in minus ſolemni teſtamento, po-
teſt in foro animæ hæreditatem reti-
nere, neque eſt obligatus illam reſti-
tuere hęredibus ab inteſtato: ita Alex.
in d. l. nemo poteſt, nu. 23. Bald. in l. ſi
poſt diuiſſionẽ. C. de iuris & facti ig
norant. quos ſequitur Mencha. de ſuc
ceſsionum creat. 1. part. §. 2. num. 10. &
dicit communem opinionem Couar.
in cap. cum eſſes, nu. 5. de teſt. Iaſſ. in
§. ſed iſtę quidem, nu. 327. de actionib.
Felin. in cap. 1. de conſtit. nu. 39. Syl-
ueſt. in ſumma, verb. teſtamẽtũ, 1. par.
quæſtio. 4. & verb. alienatio, quęſtio.
13. & verb. legatum. 4. §. 10. & verb.
3 hæreditas. 3. §. 7. & Iulius Clarus. §. te-
ſtamentum, quæſt. 90. ex num. 2. &. 7.
vbi diſputat noſtrã quæſtionem, Sot.
lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 3. Co-
ſta, in cap. ſi pater. verb. ſuo teſtamen
to, nu. 14. Burgos de Paz. in l. 3. Tauri,
á nu. 1480. vbi Palac. Rub. nu. 75. &
Ant. Gom. nu. 120. Didac. Per. in l. 1.
tit. 2. li. 5. ord. pag. 106. Quę opinio re-
ceptiſsima eſt, & fundatur ex rationi-
bus ſequentibus. Prima, quia lex ciui-
lis ex eo deſiderat tot ſolemnitates, &
teſtium numerum, vt euitentur falſita
tes (quę paſsim poſſent contingere) vt
expreſsé cauetur in l. fin. C. de fidei-
com. & in l. iubemus. C. de teſtã. ſed
ſic eſt, quod in foro animæ ceſſat iſta
ratio, quia voluntas teſtatoris mi-
4 nus ſolemnis probat volũtatẽ ipſius,
vt in l. fi. ff. de reb. eorũ. l. 2. C. de fidei.
com. Ergo ſequitur, quod cũ talis hæ-
res non retineat hęreditatẽ cõtra vo-
luntatem teſtatoris (imó ſecundũ eã)
non tenebitur in conſcientia hæredi-
tatẽ reſtituere (cũ alienũ nõ detineat,
5 ſed propriũ.) Secunda, iuris præſump
tio ceſſat, vbi de veritate cõſtat, & ve
ritas facit ceſſare fictionẽ, tex. in l. fi-
liũ quẽ pater. ff. de lib. & poſth. ibi, **Nè imagine naturæ veritas obũbretur*,* *Et ſic
cum in foro animæ ſit ſecurus hæres,
& habeat certã voluntatem teſtatoris
pro ſe, ſequitur, quod poſsit bona reti
nere, á ratione ceſſante. l. adigere. §.
quamuis, de iure patrona. Rurſus cor-
6 roboratur iſta ſẽtẽtia, quia illud, quod
debetur naturaliter, eſt ſoluendũ in fo
ro animæ: ita Innocen. in cap. quod ſi
cut. nu. 18. de elect. Fel. in cap. quoniá
contra, num. 11. de probat. quos ſequi
tur Padilla, in l. cũ quis, nu. 9. C. de iur.
& facti ignor. Ioã. Garcia, de nobilit.
gl. 6. §. 1. num. 10. Et quod magis eſt, il-
lud quod naturaliter debetur, venit
in cõpenſationẽ, tex. in l. etiã id. ff. de
7 cõp. ſed ex minus ſolẽni teſtamento
naſcitur obligatio naturalis, vt in l. fi.
vbi Bal. C. ad Falcid. l. in teſt. ff. de fidei
com. libert. DD. in d. l. cũ quis. C. de
iur. & fact. ignor. Imol. in c. fi. de ſol.
ergo. Ex quib[9] fũdamẽtis hæc videtur
veriſsima ſẽtẽtia, quã tenet Menohc.
8 li. 1. præſump. quęſt. 8. nu. 13. Molin. de
iuſt. & iur. 2. tractat. diſputatio. 81. vbi
reſoluit, hãc opinionẽ ſequẽdã eſſe in
foro conſcientiæ, & dicit veriorem,
& communiorem, & magis commu-
nem, & tenendam in iudicando & cõ
ſulendo, Mantic. de coniecturis vlti-
marum voluntat. libr. 1. titul. 14. nu-
mer. 10. &. 17. vbi adduxit quatuor fun
damenta.

Sed



Sed his non obſtantibus, contraria
opinio magis recepta eſt, & magis tu-
ta in animæ iudicio, ex ſequentibus,
Primo, quia lex ciuilis poſitiua obli-
gat in foro conſcientiæ, quãdo eſt iu-
ſta: ita gloſſ. communiter recepta, in
cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitut.
Abb. Felin. & Dec. in cap. 1. illo tit.
cap. quo iur. 8. diſt. Sanctus Tho. 1. 2.
quæſt. 69. art. 4. Hẽric. codlib. 8. quęſt.
22. Bald. in d. l. cum quis, nu. 14. Iaſſ.
in d. §. ſed iſtę quidem, nu. 12. Sed ſic
eſt, quod lex ciuilis, quæ teſtiũ ſolem-
nitatem induxit in teſtamento, eſt lex
iuſta, ſancta, & honeſta, & obuiãs mil
le fraudibus: ergo ſequitur, quod nõ
9 ſeruata forma á lege tradita, hæres
ſcriptus non ſit tutus in conſcientia
retinendo hæreditatẽ, quia paria ſunt
non facere teſtamentum, vel inutili-
ter facere, arg. text. in l. quoties. ff. qui
10 ſatiſdare cogantur. Rurſus confirma-
tur iſta ſententia, quia omnis actus
conſiſtit in voluntate & potentia, ca-
pite cum ſuper, de officio delegati. l.
nemo poteſt, de leg. 1. l. teſtandi cauſa,
C. de teſtã. Ergo cum per leges regni
non poſsit teſtator ſine præuia iuris
ſolemnitate condere teſtamentum, ſe
quitur, quod voluntas illius aliter pro
bata (quam á iure eſt deciſum) nullius
erit momenti. Quam opinionẽ tenet
Baldus, in l. 1. num. 55. C. de ſacroſan-
ctis eccleſijs, Fortunius Garcia, in tra-
ctatu de vltimo fine, illatione. 15. &
iſtam opinionem eſſe communem te-
net Iaſſ. in dict. l. poſt diuiſionem. C.
de iuris & facti ignorantia, quos ſe-
quitur Couar. in d. cap. cum eſſes, nu-
mer. 8. Gomecius, in l. 3. Tauri, num.
123. dicens, quod iſta opinio eſt magis
vera & tenenda, Gutierrez, in d. l. ne-
mo poteſt, numer. 461. Menchaca, lib.
1. de ſucceſsionum creatione. §. 2. nu-
mer. 15. &. §. 1. numer. 23. qui dicit v-
tramque eſſe communem opinionẽ,
& Padilla, in. dict. l. cum quis, numer.
12. & plures pro hac opinione refert,
& ſequitur Matienç. in l. 1. tit. 4. gloſſ.
10. num. 36. libr. 5. recop. & Spino, in
ſpeculo teſtamentor. gloſſ. 8. principa
li, num. 69. qui loquitur in legato re-
licto, in minus ſolemni teſtamẽto, vbi
etiam refert duas communes, & pro
vtraque parte plures refert doctores
Zenedo, in. 2. part. collectanea. 67. ad
decretales, numer. 2. Menochius, de
præſumptionibus. libr. 1. quæſt. 80. á
num. 4. cum ſequentibus (& poſt hæc
ſcripta) nouiſsimé Guillem de Cer-
uantes, in l. 3. Tauri, num. 189. & 197.
vbi hanc noſtram amplectitur opinio
nem, & ſatisfacit fundamentis con-
trariæ ſententiæ, maximè ad l. 2. C. de
fideicom. l. in teſt. C. de fideicom. & in
11 nu. 201. annectit optimũ verbũ in pro
poſito, videlicet, quod ex teſtamento
minus ſolẽni non naſcitur obligatio
naturalis: quod tamẽ nõ eſt multũ fir-
mum, imò in contrarium eſt commu-
nis opinio, vt reſoluit Gutierrez, in
d. l. nemo poteſt, num. 457. vſque ad
459. per plura fundamenta, & Greg.
in l. 31. ti. 14. par. 5. verb. **Acauadamente*,* licet Menchaca defendat contra-
12 rium, vbi ſup. §. 1. num. 22. & Padilla,
in d. l. cum quis, num. 11. cuius opinio
hodié videtur approbata per d. l. 31.
vbi ſolutum ex minus ſolemni volun
tate (etiam ignoranter) repeti non po-
13 teſt. Et ſic bené ſequitur, quod natu-
raliter debeatur, quia obligatio natura
lis impedit ſoluti repetitionem. l. na-
turaliter, vbi doctores. ff. de cond. in
14 debiti. Ex quibus hæc quæſtio du-
bia & anceps videtur, & fortaſsis eſt
quæſtio pro amico. & vide tradita in
quæſt. 137. (vbi alia non diſsimilia ex-
plicantur) & diſputat hanc quæſtionẽ
nouiſsimè Gutier. li. 2. canonicarum
quæſt. c. 25. n. 11. vbi mediam elligit viã

## SVMMARIVM.

1 *Lex. 34. tit. 14. part. 5. declaratur.*
2 *Solutum ex cauſa tranſactionis non re-
petitur.*

K 4 Res

3 *Res iudicata tranſactioni æquiparatur.*
4 *Tranſactio non reſcinditur propter modicam læſionem.*
5 *Tranſactio & iuramentum æquiparantur.*
6 *Tranſactio perfecta non retractatur.*
7 *Læſio enormiſsima reſcindit tranſactionem, num.1.*

## QVAESTIO. 72.

### *Vtrum l. 2. C. de reſcindenda venditione habeat locum in cauſa tranſactionis. Communis contra communem, & quid iure regio.*

Dvbia & difficilis eſt in iure quæſtio, an diſpoſitio legis ſecũdæ. C. de reſcindẽda, trahatur ad cauſam tranſactionis, & partem affirmatiuam dicit communem Decius, con ſil. 203. col. 2. & Fabianus de Mont. de emptione & venditione, 8. quæſtione principali, col. 4. nu. 10. dixit etiã commun. Decius, conſil. 60. numer. 4. Socinus, conſ. 85. vol. 1. numer. 3. vbi illam legem dicit habere locum in omnibus contractibus ſtricti iuris, & eſſe communem opinionẽ tenet Bart. in d. l. 2. nu. 6. & plures pro hac ſententia refert Roland. conſil. 28. num. 1. vol. 3. Natta, conſil. 548. num. 11. & pro hac opinione conſuluit Franciſcus Purpuratus, conſ. 503. vol. 2. pro qua ſententia facit text. in l. ſi ſuperſtite. §. ſanè, C. de dolo, gloſ. in l. per diuerſas, verb. quam alijs, C. mandati, & opinionem Bart. tenet ibi Ang. num. 5. Paulus, num. 13. idem Bart. in l. Lucius. §. fin. numer. 3. ad Trebel. idem Bart. in l. ſi quis cum aliter, nu. 5. de verbor. vbi eũ ſequuntur Ang. & Imola, & Roman. tenet etiam Abb. in cap. cum cauſam, de emptione, & venditione, num. 7. & dicit communem Alexand. conſ. 89. numer. 13. vol. 2. & Baptiſtã de ſancto Seuerino, in tractatu, tranſactionis, quæſtio. 12. Corneus, conſ. 166. vol. 1. Paul. Pariſ. con. 96. numer. 15. vol. 1. Ant. Gabr. lib. 3. cõmuni, tit. de emptione & venditione, concluſ. 1. num. 68. Matthęus de Afflictis, in deciſ. Neapol. 159. Socinus iunior, conſ. 139. num. 48. vol. 1. qui hanc dicit magis communem, & quod ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo, idem, conſil. 144. vol. 1. nu. 24. & conſ 98. vol. 2. & hanc opinionem crebriorem eſſe teſtatur Pinelus, in d. l. 2. 1. part. cap. 4. num. 15. & etiam dicit communem Nauar. in cap. ſi quis autem, num. 28. de pœnitent. diſtinct. 7. Suarez, allegat. 22. in fin. Alciatus (qui dicit ita pluries iudicatum fuiſſe pro hac ſentẽtia in Senatu Pariſienſi) in l. id apud, ff. de verbor. ſignificatione, Rubeus, conſ. 71. num. 8. Rebuffus, ad ll. Gallicas. 2. tom. artic. vnico, gloſſ. 15. numer. 18. Grammaticus, deciſ. 66. numer. 20. Ancharran. conſ. 211. Zaſius, conſ. 18. num. 16. & 17. Auendanius, de exequend. cap. 1. num. 19. Menchaca, lib. 3. controuerſiarum vſufrequentiũ, ca. 61. nu. 9. & pro hac ſentẽtia plures allegat Burgos de Paz ſenior, conſil. 19. qui dicit communem, & magis communem, Gutierrez, practicarum quæſtionum. 2. part. quæſt. 141. qui dicit, quod quælibet opinio de iure cõmuni poteſt ſuſtineri, vbi per totam quæſtionem diſputat iſtam ſententiam, pro quã facit text. in l. Lucius. 78. §. fin ad Treb. (qui tamen ſolet adduci pro contraria ſententia.)

Sed his non obſtantibus, cõtrariam opinionem tenet gloſſ. in d. l. Lucius, §. fin. quam tenet ibi petrus, & Zinus, quæſt. 15. Baldus. 8. oppoſitione, col. 3. dicens Bart. opinionem erroneam, & contra Bart. tenet Salicetus, num. 7. & dicit communem Cremen. col. 10. & Aretinus, num. 4. verſi. extra gloſſam, Iaſſ. num. 13. Alexander, num. 10. qui dicit hanc tutiorem & veriorem, in d. l. ſi quis cum aliter, Antonius de Burgos, in d. cap. cum cauſam, qui aſſerit communem, Lancelotus, Decius, in l. ſub prætextu, la 1. de tranſact. Alciatus, in l. quamuis, pagin. 3. illo tit. & dicit communem tenet etiã gloſſ. in cap. penultimo de emptione & venditione, & hanc dixit cõmunem Iaſſ. in d. l. fratris, Lancelotus, Decius, in d. l. ſub prætextu, col. 1. Alciat. in l. interpoſitas. C. illo tit. dicit etiam communem Iaſſ. in d. d. l. ſi quis cum aliter. col. 6. ff. de verbor. Crauetã, conſ. 151. num. 26. Boerius, conſ. 176. vol. 1. vbi concludit hanc eſſe magis communem opinionem canoniſtarũ & legiſtarum, & Zaſius, cõſ. 18. vol. 1. vbi dicit eſſe infructuoſum in iudicando & conſulendo recedere ab hac opinione, pro qua fuit iudicatum per ſacrum Conciliũ Neapolitanum, vt tradit Afflictis, deciſ. 220. vbi dicit communẽ, & alios refert, & ſequitur Rolandus. d. conſ. 28. nu. 25. Dec. (ſibi cõtrarius) cõſ. 216. nu. 1. & cõſ. 597. nũ. fi. Tiraquel. de vtroque retractu. §. 24. glo. vnica, nu. 4. & præter hos dixit communem Antonius Caius, in princip. inſtitut. de locato, num. 1. & Ioannes Mauricius, de reſtit. cap. 210. & pro vtraque parte adducit doctores dicentes communem, Loaces, in. §. 1. inſtitut. de iure naturali gentium, vel ci. 2. part. nu. 138. Padilla, in d. l. 2. numer. 23. Catellianus Cotta, in ſuis memorabilibus, verb. venditor, dicens eſſe communem ſententiam Pariſius, conſ. 96. numer. 60. lib. 1. Abb. conſ. 12. vol. 2. Anania, cõſil. 23. Barbacia, conſ. 41. libr. 1. Imola, conſ. 14. vbi dicit communem, & plura fundamenta pro hac ſententia tradit Padilla, in d. l. 2. nu. 23. quibus reſpondit Pinelus ibi. 1. part. cap. 4. numer. 7. & plures pro vtraque parte adducit Matienço, in l. 1. tit. 11. gloſ. 8. à nu. 53. cũ ſequentib. li. 5. recop. qui poſuit quatuor limitationes ad l. 34. tit. 14. part. 5. per quam hæc vltima opinio eſt approbata, vt denotant verba illius legis, ibi,* *E por ende dezimos, que la auenẽcia e pleyto que anſi fueſſe fecho, que deue ſer guardado, tambien por la vna parte como por la otra, en quãtoquier que montaſſe aquella parte.** vbi Gregor. tenet per illam legem, quod tranſactio non reſcinditur ex remedio dictæ legis. 2. C. de reſcindenda, ſiuè cõſideretur æſtimatio dubij euentus litis, ſiuè non, per quam legem idem tenet hodiè (vltra Gregor. & Matienç.) Gutier. pract. 2. par. quæſt. 151. & Villalobos, in ſuo ærario com. litera. L. numer. 137. qui exiſtimat illud procedere, etiam data læſione enormiſsima, vt tenet Gregor ibi, verb.* *Quantoquier,** & Matienço, num. 55.

1 Sed verius mihi ſemper viſſum fuit, quod data læſione enormiſsima reſcindatur tranſactio, ex traditis per Burgos de Paz, conſ. 19. nu. 18. & Molina, de Hiſpanorum primogen. lib. 4. cap. 9. num. 34. qui adduxit fortiſsima fundamenta. Et in hac ſententia videtur procliuior Gutier. ſupra, numer. 4. idem de iur. conſ. 3. part. cap. 2. numer. 24. & ſequitur Mexia, ad l. Toleti, reſponſ. ad 6. & 8. fundam. num. 29. & 30. fol. 179. vbi dicit, quòd lex partitæ ſic debet practicari, & ratio eſt, quia in læſione enormiſsima prę ſumitur dolus, text. in l. ſumma cum ratione. ff. de peculio, & dolus excludit conſenſum l. & eleganter. ff. de dolo, iun cta l. ſi per errorem. ff. de iuriſdictione omnium iudicũ. Et ita Gregor. (ſibi contrarius) videtur ſentire iſtam opinionem, in l. fin. tit. 19. par. 6. verb.* *Mas de la mitad del precio.* ita Corneus, conſ. 1 66. num. 11. libr. 1. & conſil. 27. vol. 4. num. 12. Suarez, allegat. 22. Antonius Gabr. lib. 3. com. tit. de emptione & venditione, concluſio, 5. num. 69. Rolandus ſupra, num. 27. vbi declarat qualiter conſideretur dubius euen-

euentus, vt tranſactio reſcindatur, Decius,in l. cum te ,nu.1. de tranſact. Aymon, conſ.51.num.26.Pinelus, in d.l.2.1. part. cap.4. num.26. vbi Padilla,num.23. & plures allegat Molina,ſupra,num.56. quod quidem maximè procedit in ruſtico, muliere, &
1 in minoribus,ſecundum Greg. & doctores ſupra, & ita in praxi obtinuiſſe dicit Carolus Molineus ad Alexan. conſ. 42. num.11. vol.1. Suarez, allegat.22. ex quibus conſtat, quæſtioné iſtam eſſe difficillimam. Et anté illam legem partitæ(contra Bart.)contraria opinio videtur verior, ex text. in d. l.Lucius.§. fin. ibi, * *Reſpondi poſſe peti, ſi non fuiſſet tranſactum*: * vbi priuato quodam fauore tranſactionis conſtituitur, né prætextu etiam immodicæ læſionis reſciſio contractus fiat. Facit etiam tex.in.l.á diuo Pio.§. ſi pignora.ff. de re iudicata,vbi ſi debitor voluntariè accepit pignus inſolutum(licet plus ſibi debeatur)non poteſt agere pro reſiduo, quia ſuper hoc tranſactum videri, reſpondit conſultus, ergo multò fortius in ipſa tranſactione, argum. text. in authentic. multò magis. C. de ſacroſanctis eccleſijs, facit etiam text. pro iſta ſententia,quia
2 ſolutum ex cauſa tranſactionis non repetitur per cõdictionem indebiti, l.ſi non tranſactionis .C. de non numerata pecunia. Rurſus facit, quia res iudicata æquiparatur tranſactio-
3 ni.l.1. C. de errore calculi, ibi, * *Si res iudicatæ non ſint.* * Sed in ſententia non habet locum legis ſecundæ beneficium,vt in l. ſub ſpecie.C.de re iudicata.:ergo nec in tranſactione.Præterea pro hac ſententia facit text.in.l.1. C.de tranſactionibus, vbi ſub prætextu nouorum inſtrumentorum nõ infirmatur tranſactio,niſi dolus interueniat in inſtrumentis antea occultatis. Rurſus facit alia ratio,quia cau-
4 ſa per iuramentum deciſa ( etiã prætextu immodicæ læſionis) minime re-
5 tractatur,vt in l. quod ſi deferente.ff. de dolo: quia per iuramentum inita eſt, veluti quædam tranſactio. Facit etiam pro hac opinione, quia tranſactio & iuramentum æquiparantur.l. 2.ff.de iureiurand. Sed in cauſa iuramento deciſa nihil iure iurando agitur,ergo neque in cauſa, tranſactione finita.Vltima ratio pro confirmatione huius opinionis eſt, quia fauore li-
6 tium finiendarum tranſactio perfecta non retractatur, argum. text. in l. quamuis.C, de trãſactionibus(quia magnum commodum eſt diſcedere á lite)ita Dominicus,conſ.129. num.4. Aymon,conſ.194. num.8. in.2. part. Et circa intellectum & materiam dictæ .l.2.C. de reſcindenda. Vide per me tradita in queſt.170.&.171.&.443. &.108.&.510.&.511.

## SVMMARIVM.

1 *Inſinuatio non requiritur in dote.*
2 *Dos reſpectu mulieris dicitur lucratiua, & reſpectu mariti,oneroſa.*
3 *Pater tenetur dotare filiam.*
4 *Lex fin.§.ſi à ſocero.ff. quæ in fraudem creditorum declaratur.*
5 *Filia dotata, propter cauſam ingratitudinis aduerſus patrem, non perdit dotem, quia eſſet in damnum mariti.*
6 *Soluto matrimonio poteſt pater ob ingratitudinem repetere dotem filiæ traditam.*

## QVAESTIO. 73.

*Vtrum dos ſit titulus lucratiuus,ex parte mariti vel oneroſus. Communis contra communem.*

Titulus dotis ex parte mariti recipientis illam, eſt oneroſus text.in.l. pro oneribus .C. de iure



iure dotiũ.l.Iulianus,in princ.ff. mandati.l.fi.§.ſi á ſocero.ff. quæ in fraudé creditorum,vbi Bart. illud tenet, cuius doctrina recepta eſt, ſecundum Iaſſ. in.§. ſi quis in fraudem, num.30. inſtitut. de actionibus, Platea, in.l. vnica.§. lucratiuas .C. de imponenda lucratiua deſcrip.li.10.Gomez Arias, in.l.27. Tauri, num.11. Palacius Rubeus, in cap. per veſtras, notabili.3. §.22. num.7. Segura, in.§. cum filiæ, num.130.&.149. de vulg. Pinelus, in l.1.3. part. num.62. de bonis matern. qui allegat, & inducit text. pro hac
1 ſententia,in.l. fin.C. de iure dotium, vbi inſinuatio iure antiquo, non requirebatur in dote(reſpectu viri)quia non donatio gratuita reputabatur, ſed oneroſa, text. in.l. ex promiſsione.ff. de actionibus, & obligationib. quem exornat Iaſſ. in .l. Neſenius, num.4,ff. de re iudicata.Si veró dos conſideretur reſpectu mulieris, dici-
2 tur lucratiua ( etiam ſi ſit filia dotantis)vt probat text.in.l.fin.§. ſi à ſocero.ff. quę in fraudem cred.ibi,* *Quia intelligitur ex donatione ad eam perueniſſe.* * quem text. ad hoc extollit Alexand. in.l. fideicommiſſariam, ad Treb. & Pinelus,ſupra,num. 62.illat.31.dicens, ad illum text. non aduertiſſe, qui hoc contradicunt, in filia, argum.text. in l.fin.C. de dotis promiſsione.l. qui liberos.ff. de ritu nuptiar.in quibus iu-
3 ribus pater aſtringitur dotare filias: ita Socin.nepos,conſ.19.nu.8.li.1.qui in extraneo dotante dicit, illud ſine dubio procedere, vt dos dicatur cauſa lucratiua: ita Alex. conſ.71.num.1. libr.4.quod tradit Matinço,in.l.6.ti. 6.gloſ.6.lib.5. recop. Gomecius, in.l. 22. Tauri,num.12.vbi Tellus, nu.22. Et quod maritus dicatur in propoſita ſpecie habere dotem titulo oneroſo, (vltra ſup. tradita)eſt glo.notabilis,in l. ſi donaturus.§.fin.verſic.dumtaxat, ff. de cond.ob cauſam, vbi Alex. nu. 6.teſtatur eſſe commun,opi.& eandé, (nihil citans)dixit communem Coua. in.4.decret.2.part.cap.8.§.6.num.12. Carolus Ruynus, conſ.104.vol.1. numer. 2. & hanc opinionem tenet Iaſſ. in.§. item ſi quis in fraudem,num 30. inſtitut. de actionibus. Sed licet hæc ſententia videatur receptiſſima,contrariam tamen(imó quod maritus dicatur habere dotem titulo lucratiuo) dixit communem Baldus Nobel. in tractatu de dote.6.part.ſpeciali.37.numer.4.& poſt eum Cagnolus, in reg. in eo,quod plus eſt, num.8.ff. de reg. iuris, tamen illorum opinio non eſt
4 vera,imó omninò falſa, & cõtra text. in.d.§.ſi á ſocero,vbi expreſsè probatur contrarium,& illud nouiſsimé declarat Olanus, in antinomia iuris, litera.D.á numer.49.&.54.Et effectus huius quæſtionis erit, quia cum dos
5 ſit ex parte mariti titulus oneroſus(ad ſuſtinenda onera matrimonij,) ſi filia dotata committat cauſam ingratitudinis aduerſus patrem, de contentis in.l.fin.C. de reuocandis donationibus,non poterit pater conſtãte matrimonio donationem reuocare, quia vergeret in damnum mariti: ita probat text. in.l. ſi dote.C.de iure dotiũ, l.cum poſt.§.patrona.ff.eodem tit. & tradit Boerius,deciſ.27. Palacius Rubeus,in.l.31.Tauri,num.59.Ripa,in.d. l. fin. quæſt.51. de reuocandis, quem ita intelligit Pinelus, in.l.1. de bonis
6 maternis.3. part. num.62.illat.32. Soluto veró matrimonio, poteſt dos reuocari ob ingratitudiné, vt tradit Pinel.ſup. & Matienç.in.l.1. ti.6. gl.11. nu.3.& in.l.5. ti.2.gl.4.nu.6.li.5.recop.

## QVAESTIO. 74.

*Vtrum filius grauatus reſtituere hæreditatem poſſit deducere duas quartas,Cõmnis cõtra communem, & quid iure regio.*

FIlius rogatus à patre in diem,
vel ſub conditione hæreditatē
reſtituere, poteſt detrahere du-
as quartas, legitimam, & Trebelliani-
cam: ita gloſſ. in l. Papinianus. §. me-
miniſſe, verb. Falcidiæ. ff. de inoffic.
teſtament. gloſſ. fin. in l. quamquam,
C. ad l. Falcid. gloſſ. verb. legitima, in
cap. Raynuntius, de teſtamentis, qua-
rum opinio communis eſt, ſecundum
Alex. in l. in ratione. §. quod vulgo,
num. 11. ff. ad l. Falcidiam, Socinus, in
l. 1. col. penult. C. de pactis, Iaſſ. in au-
thentica, nouiſsima, numer. 39. C. de
inofic. teſt. Dicit etiã cõmunē Alex.
ibi, col. 3. & Iaſſ. in l. cohæredi. §. cum
filiæ, num. 10. de vulgari, & in l. filium
quem habentem, nu. 6. ff. familię her-
ciſcundæ, & in authentic. res quę, nu
mer. 3. C. communia, de leg. Bertran-
dus, conſil. 70. numer. 6. vol. 2. Socin.
conſ. 78. in princip. vol. 1. & conſ. 80.
num. 3. Carolus Ruynus, conſ. 133. nu-
mer. 14. vol. 2. & Bernard. Diaz, reg.
296. Spino, in ſpeculo teſtamẽtorum,
1 gloſſ. 27. num. 22. Gomecius, in l. 3.
Tauri, num. 82. Padilla, in d. authent.
res quæ, num. 33. & Salzed, in additio-
nibus ad d. reg. vbi poſuit quinque li
mitationes, Boerius, deciſ. 44. num. 18.
& latè Alexand. conſ. 142. vol. 2. num.
12. cum ſequentibus. Quam opinionē
ſequitur Cagnolus, in l. Papinianus,
§. meminiſſe. ff. de inof. teſt. vbi dicit,
quod hæc opinio ſeruatur per totum
mundum de generali conſuetudine,
& dicit Socinus iunior, conſ. 83. nu. 5.
vol. 1. & conſ. 131. nu. 59. quod hęc ſen
tentia ſeruatur per totum mundum,
ſicut Euangelium, & in conſ. 170. nu-
mer. 12. vol. 2. dicit communē, & quod
ſeruatur in practica, & quod ab hac
opinione non ſit recedendum in iudi
cãdo & conſulendo, & tenet Beroius,
conſ. 137. vol. 2. & plures dicens com-
munem refert Rolandus, conſil. 9. vo
lum. 4.
2 Contrariam tamen opinionem (in
filio grauato ſub conditione reſtitue-
re hæreditatem) dixit communē Cur
tius iunior, conſ. 148. num. 10. & conſ.
160. num. 1. Greg. in l. fin. tit. 11. par. 4.
Sed etiam in hoc caſu duas quartas
poteſt filius deducere, per text. in cap.
Raynuntius, de teſt. vbi Couar. in §.
11. num. 7. Sfortius Oddi. conſ. 60. nu-
mer. 18. pro qua opinione eſt etiã tex.
in cap. Raynaldus, cui reſpondit Cor
3 neus, in d. l. quamquam, col. fin. Vin-
centius, col. 4. quod rigor iuris ciui-
lis in hoc caſu mitigatur per ius ca-
nonicum, cuius diſpoſitioni ſtandum
eſt: ita Bart. in d. §. meminiſſe, cuius
opinio communis eſt, ſecundum De-
cium, in l. cum proponas, la. 1. C. de
pactis, & eandem dicit communem
Paulus Pariſius, conſ. 30. vol. 3. num. 9.
(licet contrarium teneat Alex. conſ.
142. vol. 2. nu. 16.) & in hac quæſtio-
ne tres opiniones cõgeſsit Antonius
4 Gomez, in l. 3. Tauri, nu. 80. vſque ad
numerum. 84. vbi reſoluit, per d. l. fi.
quod hodié filius non deducet duas
quartas, & quod hęc opinio eſt appro
bata de cõſuetudine, quã defendit Po-
litus, in d. l. filium quem habentem,
num. 141. vbi Corraſius, num. 77. Pi-
cus, in l. Titia. §. Titia cum nuberet,
num. 56. ff. de legat. 2. & in d. l. in quar
tam, num. 285. vbi dicit quotidianũ,
& de pane lucrando, idem Corraſius,
in l. qui Romæ. §. duo fratres, de verb.
nu. 80. Acoſta, in cap. ſi pater, verb.
abſque deductione, num. 3. de teſt. in
6. Couar. in cap. Raynuncius. §. 11.
num. 6. Parladorius rerum quotidia-
narum. 1. part. cap. 11. num. 2 qui ex l.
12. tit. 5. part. 6. reſoluit abſque diſtin-
5 ctione, quod filius hodiè nõ deducet
duas quartas; ſed ſolum legitimam,
quod etiam tradit & declarat Greg.
ibi, & in l. 1. ti. 11. par. 6. verb. **Su parte legitima,** & in regno Hiſpaniarũ hoc
ſine dubio procedere affirmat Salze-
do, in d. reg. 296. limitat. 6. cũ omnia
bona parentis ſint legitima filij (ex-
cepto



6 cepto quinto) quod latiús proſeque-
mur in quæſt. 665. & ſequitur Moli-
na, lib. 1. de Hiſpanorũ primogen. cap.
17. num. 8. vbi dicit, quod ita in pra-
ctica eſt receptum.

## QVAESTIO. 75.

### *Utrum proxeneta poſsit eſſe teſtis in cauſa, in qua interceſsit. Communis contra communem, & quid iure regio.*

PRoxenetæ (quos ius canonicũ
mediatores vocat) teſtimoniũ
ferre in contractu, cui inter-
fuerunt, prohibet text, in cap. 1. (per
locum ab ſpeciali) de teſtibus, in 6. ne-
1 que cogẽdus erit ferre teſtimoniũ, ni
ſi vtraq; parte volẽte, vt in authent.
de teſtibus. §. quoniam, & tradit Tira
2 quellus, de retractu, lib. 1. in præfatio-
ne, num. 26. Sed an volens admittatur
ex voluntate vnius partis; dubiũ eſt,
vel an requiratur vtriuſq; conſenſus.
Et requiri vtriuſque partis cõſenſum
tenet gloſſ. verb. ciuiliter, in d. cap. 1.
de teſtibus, gloſſ. verb. in teſtē, in cap.
fin. eodē tit. quarũ opinio communis
eſt, ſecundũ Alex. cõſ. 13. nu. 14. ad fin.
& cõſ. 128. n. 1. vol. 2. & in cõſ. 212. nu.
3 24. vol. 6. dicens ſic tenere DD. Hip-
polytus, ſingulari. 533. qui limitat, niſi
veritas aliter manifeſtari non poſſet.
Eandem etiam ſequitur Decius, conſ.
63. num. 12. Maſcardus (alios referens)
vol. 3. de probationibus, concluſ. 1358.
numer. 36. qui reſoluit communem,
quod proxeneta non poſsit eſſe te-
ſtis; propter præſumptam affectio-
nem & commodum, quod indé conſe
quitur.
4 Sed contrariam opinionem (imó,
quod ſit legitim⁹ teſtis, etiã altera par-
te inuita, ſi ipſe voluerit) tenet Alex
conſil. 48. numero. 7. & conſil. 186.
nu. 2. vol. 7. citans ad hoc gloſ. verb.
prohibitione, in autent. de teſtibus. §.
quoniam veró legem, quam etiã opi-
nionem tenet Carolus Molineus ad
Alexand. in dict. conſil. 13. & dixit
communem Salicetus, in l. omnibus,
C. de teſtibus; & Barbacia, conſil.
40. volum. 3. col. 10. & dicit com-
munem Zaſius, conſ. 2. vol. 2. num. 27.
Curtius iunior, conſ. 11. alias. 122. nu-
mer. 8. Gualdenſis, de arte teſtandi, tit.
1. cautela. 6. Felinus, in cap. dilecto-
rum, num. 2. de teſtibus cogendis, &
plures allegat Tiraquellus, ſupra, nu-
mer. 26. pro qua ſententia hodiè facit
text. in l. 36. tit. 16. part. 3. vbi proxe-
neta ipſo conſentiẽte, poteſt eſſe te-
5 ſtis, ibi, **Si el de ſu grado no quiſiere venir a dezillo.** ſed illa lex eſt intelligenda ſe
cundum Gregor. ibi, verb. **Corredor,**
& in l. 18. tit. 16. part. 3.

## *SVMMARIVM.*

1 *DElictum circa rem ſequitur rem, & eatenus perditur, quatentus in ea peccatur.*
2 *Valet argumentum de re ad perſonam.*
3 *Delicta ſuos habent auctores.*
4 *Fæudatarius negans partem rei fæudalis eſſe fæudalem, non priuatur toto fundo.*
5 *Si emphiteota plurium dominorum allienet rem emphiteoticam, de voluntate vnius domini, cadit tantum pro ea parte, cuius conſenſus non fuit requiſitus.*
6 *Fæudatarius per alienationem partis rei fæudalis, non cadit à tota re, ſed tantum à parte alienata.*
7 *Nemo eſt puniendus vltra quam deliquerit.*
8 *Pæna commiſsi non committitur inſolidum contra omnes hæredes, ſed ſolum contra hæredem non ſoluentem.*
9 *Actiones tranſeunt ad hæredes, & inter eos diuiduntur actiuè & paſsiuè.*
10 *Obligatio defuncti inſolidum, tranſit ad hære-*

*hæredes pro portionibus hæreditarijs.*

11 *Inſtrumentum habens paratam executionem contra defunctum inſolidum, non exequitur, niſi pro virilibus portionibus contra illorum hæredes.*

12 *Actiones diuiduntur aduerſus hæredes.*

13 *Neque ex contractu, neque ex teſtamento inuito creditore poteſt effici, vt vnus ex hæredibus inſolidum conueniatur.*

41 *Creditor grauatur, ſi vnus ex hæredibus efficiatur non ſoluendo, ita vt à reliquis nō poſsit debitum exigere.*

15 *Creditor habens hypothecam, tenetur eam exercere aduerſus rem poſsidentem.*

16 *Lex, pro hæreditarijs, declaratur.*

*Creditor hypothecam habens, ſi aliquid ei debeatur, poteſt aduerſus omnes hæredes actionem ſuam exercere.*

17 *Creditor agens hypothecaria, intendit, vt pignori conſulatur, donec debitum ſoluatur.*

18 *Creditor petens executionem pro debito, exercet actionem perſonalem.*

19 *Poſſeſſor rei emphiteoticæ, vel cenſui obnoxiæ poteſt inſolidum pro annuis redditibus actionem exercere aduerſus omnes poſſeſſores via executiua.*

20 *Onus reale ſequitur rem, ſicut lepra leproſum & hominem vmbra.*

21 *C. conſtitutus, de religioſis domibus, declaratur remiſsiuè.*

22 *Particularis ſolutio plura incōmoda affert.*

23 *Contraria opinio, refertur, imò, quod creditor habens hypothecam, ſolum poſsit pro virili actionem exercere pro pēſionibus decurſis, non inſolidum.*

24 *Decretum regis Ferdinandi refertur, circa opiniones propoſitas.*

25 *Opinio verior eſt & communis, quod quilibet poſſeſſor rei hypothecatæ poteſt inſolidum conueniri.*

26 *Hypotheca eſt actio indiuidua.*

27 *Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte toti.*

28 *Pactum de non alienando cum hypotheca ſpeciali efficit, vt executio peti poſsit inſolidum contra poſsidentem.*

29 *Executio peti poteſt contra tertium poſſeſſorem, quando ſucceſsit in re prohibita alienari cum hypotheca ſpeciali.*

30 *Lex, pro hæreditarijs non diſponit, quod inſolidum conueniantur poſſeſſores, & aſsignatur intellectus (contra Salazar.)*

31 *Exceptio debet eſſe de regula.*

32 *Creditores poſſunt non ſolum tertios poſſeſſores rerum hypothecatarū conuenire, ſed etiam hæredes conſtituentis cenſum.*

33 *Exceptio excuſsionis poteſt opponi à poſſeſſore hypothecæ generalis, ſec⁹ a poſſeſſore cōuento, ex ſpeciali actione hypothecaria.*

## QVAESTIO. 76.

### *Vtrum pœna committatur inſolidum contra hæredes promiſſoris. Communis contra communem.*

TItius promiſsit Sempronio ſe,
neque hæredes ſuos illum of-
fenſuros, ſub certa pœna. De-
ceſsit Titius duobus hæredibus reli-
lictis, quorum alter Semproniū offen
dit, dubiū eſt, an pœna in totū cōmit
tatur, vel pro parte, pro qua ille eſt hæ
res. Et competere actionem inſolidū
tenet Bart. in. l. 4. §. Cato, num. 30. de
1 verbor. cuius opinio communis eſt,
ſecundum Ripam, ibi, num. 99. Sed cō
trariam opinionem dicit communē
contra Bart. Claudius ibi, num. 36. &
2 Alciatus, num. 186. quæ verior vide-
tur, quia pœna ſuos habet authores,
3 l. ſancimus. C. de pœnis. Pro qua opi-
nione facit doctrina & concluſio tex.
in. l. Paulus, & in. l. beneficium, & vtro
biqué Bart. ff. ad. l. Falcidiam, vbi dici
tur, quod vbi delinquitur circa rem,
4 eatenus res perditur, quatenus in ea
peccatur. Idemque dicimus vbi delin
quitur circa perſonā, arguendo de re
ad perſonam, vt in l. qui furere. ff. de
ſtatu hominum, & delicta ſuos habēt
autho-



2 authores, & non debet egredi perſo-
nam. l. ſancimus. C. de pœnis. l. reſcrip
tū. ff. de his, quibus vt indignis, gloſſ.
3 in cap. quæſiuit, in fin. de his quę fiūt
á maiori parte capituli; & ſic hæres
promiſſoris, qui nullam fecit offen-
ſam, non debet puniri ex delicto con
ſocij: & ſic dicimus, quod ſi fœudata-
rius negat partem rei fœudalis eſſe
4 fœudalem, non priuatur toto fundo;
ſed tantum parte negata, cum tranſi-
tus non ſit faciendus de re ad rem, ne-
qué de perſona ad perſonam; gloſ.
verb. ſcientiam, in cap. 1. §. vaſſallus,
el. 1. ſi de fœudo fuerit controuerſia.
5 Quam dixit communem opinionem
Iulius Clarus, libr. 4. ſententiarum. §.
fœudum, num. 59. Rurſus etiam com-
probatur, quia ſi emphitheota pluriū
dominorum alienat rem emphitheo-
ticam, de voluntate vnius vel duorū,
(quæ erat communis omnium pro in
diuiſo) cadit tantum pro ea parte, cu-
ius conſenſus non fuit requiſitus: ita
docent doctores, in. l. communis ſer-
uus. ff. de in ius vocando; & in. l. ſi
duo patroni, vbi Albericus. ff. eodem
tit. Iaſſ. in. l. fin. C. de iure emphitheo-
tico, quæſt. 13. Idemque dicimus in
6 fœudatario, qui per alienationem par
tis rei fœudalis, non cadit á tota re;
ſed á parte tantum alienata: ita pro-
bat text. in cap. 1. de vaſſallo qui con
trá conſt. cotha. vbi inquit gloſſ. 1.
quod nemo eſt puniendus vltra quā
deliquerit. Pro qua ſentētia facit do-
7 ctrina Alberici, in. l. communi diui-
dundo. ff. communi diuidundo, vbi
dicit communem & æquiorem opi-
8 nionem, quod pœna commiſsi non
committitur inſolidum contra om-
nes hæredes emphitheotæ, ſed ſolum
pro parte contra hæredem non ſulen-
tem, prout etiam diximus in quęſt. 6.
vbi in hoc articulo tradimus duas cō
munes opiniones cōtrarias: ſufficit ta
men, quod opinio Alberici pro hac
9 conducat opinione, quæ begninior
eſt, cum actiones diuiduæ tranſeant
ad hæredes, vt in. d. l. pro hæreditarijs
actionibus, vbi Baldus & Salicetus de
deducunt concluſionem; quod om-
nes actiones paſsiuè diuiduntur inter
hæredes pro portionibus hæredita-
rijs, & eſt etiam text. in. l. 2. C. de hæ-
reditarijs actionibus. l. in executio-
ne, verſic. infra ſpecies. ff. de verbor.
10 obligat. & ſic, licét defunctus ſit obli-
gatus inſolidum, tamen in eius hære-
dibus obligatio diuiditur, etiam inui-
to creditore, & ſoluendo partem pro
virili, remanebit liberatus: ita reſol-
uit Antonius Gomez. 2. tom. variar.
cap. 10. numer. 4. Et Burgos de Paz,
conſ. 4. numer. 1. vbi plura iura addu-
cit, maximè text. in. l. 8. tit. 29. part. 2.
quæ nihil facit pro hac concluſione,
pro qua eſt expreſsior tex. in. l. 10. tit.
12. part. 5. vbi Gregor. verb. * *Su par-*
11 *te.** reſoluit illud procedere, etiam ſi
inſtrumentum haberet paratam exe-
cutionem, reprobans opinionem An-
geli (contrarium tenentis) in authent.
hoc ita. C. de duobus reis, & illā Gre-
gorij opinionem ſequitur Gracian.
reg. 355. num. 21. & ſic executio non
eſt petenda á creditoribus hæredita-
rijs inſolidum, aduerſus omnes hære-
12 des, ſed aduerſus ſingulos, pro portio-
nibus hæreditarijs, cum in hæredes
ipſo iure ſcindantur & diuidantur a-
ctiones, vt in. l. 1. C. ſi certum peta-
tur, & in. d. l. pro hæreditarijs. l. 1. C. ſi
plures vna ſententia condemnati fue-
13 rint. Quod in tantum procedit, vt ſi-
ué defunctus in teſtamento, vel per
contractum diſpoſuerit, ſiué hæredes
inter ſe conueniantur, vt onus æris
alieni, alter ex hæredibus ſuſtineat, ni
hilominus, creditor aduerſus omnes
hæredes actionē debet ꝓponere, tex.
in. l. ſeruo legato. 72. §. ſi teſtator. ff.
de leg. 1. l. ſi filia. §. ſi pater. ff. familiæ er
ciſcundæ. l. ſi cogitatio. C. eodem tit.
l. pacto ſucceſſorum. C. de pactis, &
docet Bart. in. l. continuus. §. fin. nu. 9.
ff. de

ff.de verbor. quam opinionem nouiſ
14 ſimè ſequitur Parladorius, lib.2. re-
rum quotidianarum, cap. fin.4. part.
§.1.numer.13. vbi ampliat ex ſenten-
tia aliorum, etiam ſi aliquis ex hære-
dibus efficiatur,non ſoluendo,quia re
liquos non grauat,nequè creditori da
bitur actio, nequé regreſſus aduerſus
alios:ita tradit Aretinus. in.l.2.§. ea-
rum.ff. de verborum obligat. & An-
tonius Gomez,tit. de indiuiduis, nu-
mer.3. quæ ſententia comprobatur
ex.l.fin.C. depoſiti,& ex.l.3.ff. de ali-
mentis & ciuarijs legatis, quæ omnia
15 non procedunt,nequé habent locum,
quando creditores agunt actione hy-
pothecaria,contra hæredem poſsiden
tem pignus,vel hypothecam, quia
tūc creditores ſolum poſſunt actioné
exercere aduerſus poſsidentem rem
hypothecæ obnoxiam : ita declarat
text. in.d.l. pro hæreditarijs, in fin.
16 ibi,**Niſi intercedat pignus vel hypotheca,*
*tunc enim poſſeſſor obligatæ rei conuenien*
*dus eſt*,*text. etiam in.l. ſi neceſſario,
§.ſi vnus.ff. de pignoratitia actione,
l. creditores.ff. de diſtractione pigno
rum.l. fin.C. ſi vnus ex pluribus hæ-
17 redibus,gloſſ. ſolemnis,in.l. moſchis,
ff. de iure fiſci. Quæ omnia vera ſunt,
& procedunt,quando creditor hypo-
thecaria experitur,ad conſequendam
ipſam rem hypothecę obnoxiam : ſe-
cus veró ſi pro debitis decurſis execu
tionem petat, quia tunc habet electio
nem,vt pro rata perſonali actione ex
periatur, aduerſus omnes hęredes,
18 quia quādo creditor agit hypotheca
ria,illud intendit, vt ſibi pignori con
ſulatur, donec debitum hypothecę
obnoxium ſoluatur:ita Bart. in.l. fin.
C. ſi vnus ex pluribus hęredibus, &
in.l. rem alienam,num.22.ff.de pigno
ratitia actione. At veró, quando pe-
tit executionem pro debito,magis vi
detur exercere actionem perſonalé,
19 quæ non ſequitur fundi poſſeſſoré,vt
in.l.fin.§fi..ff.de contrahend.emptio
ita probat text. in.l ſicut in rem, vbi
gloſſ. verb. perſecutione.C. de præſ-
criptione triginta vel quadraginta
annorum,Angelus,in.l. á diuo Pio.§.
ſententiā.ff. de re iudicata, Suárez,
ad.l. Toleti,quæſt.5. numer.11.& Par
ladorius ſupra, num.17. & ſic conſe-
quens eſt dicere, quod aduerſus om-
nes hæredes (pro hæreditarijs portio
nibus)executio ſit facienda,non veró
inſolidum aduerſus rei hypothecæ
poſſeſſorem. Quæ omnia libenter li-
20 mitarem in poſſeſſore rei emphitheo
ticæ vel cenſuali, quia tunc aduerſus
eum inſolidum pro annuis reditibus
facienda eſt, cum illud ſit onus reale
affixum ipſi rei, & ſequitur poſſeſſo-
rem,ſicut hominem vmbra, & lepra
leproſſum.l.Imperatores.ff. de publi-
canis & vectigalibus.l.fin.C. ſine cen
ſu vel reliquis.l. hactenus.ff. de vſu-
fructu:ita in terminis tenet Didacus
21 Perez,in.l.1.tit.2. lib.8. ordinamenti,
gloſſ.1. & Velaſcus,de iure emphiteo
tico,quęſt.2. numer.15. & quos refert
& ſequitur Parladorius ſupra,num.2.
aſsignans intellectum ad text. in cap.
22 conſtitutus,de religioſis domibus, &
vltra eum illam ſententiam & opinio
nem (ex profeſſoribus antiquis)tenue
runt,gloſſ. & Bart. in.dict.l. moſchis,
Corneus,conſil.135. lib.1. Iaſſ.in.§.ité
ſi quis in fraudem, num.128. inſtitut.
de actionibus, Fano, de pignoribus,
1.membro.8. partis, nu.50. quam di-
cit communem opinionem Couar.
lib. 3,variarum,cap.7. numer.7. Aze-
uedo,in.l.1. tit.25.num.14.&.15. lib.5.
23 recopilationis, & hoc eſſe ſpeciale in
hypotheca cenſuali, tenet Felicianus
de Solis,de cenſibus, lib.3. cap.4 nu-
mer.11. col.4. (& quod ſæpenumero
habuit de facto.)Quam quæſtionem
ad partes proſequitur Salazar, de vſu
& conſuetudine,cap.11. numero. 84.
col.2. dicens,quod aliàs creditor co-
geretur in maximum ipſius diſpen
diū,cū pluribus debitoribus litigare,





& particulares recipere ſolutiones,
l. quidam exiſtimauerunt .ff. de re
24 iudicata .Tandem, dum à fronte, à
tergo,& á laterib⁹ reſpiceret difficul-
tatem propoſitam, nequé approbat,
nec reprobat hanc opinionem, dicēs
eſſe diſputationi locus, & illicó poſt
hæc dicta reſoluit, quod in hoc onere
penſionis annuæ poſterioré ſequitur
opinioné,quaſi dicat, quod ſequitur
Dinū,in.d.l. moſchis,vbi tenet,credi-
torem ſolum agere poſſe pro virili,
aduerſus poſſeſſores:cuius opinioné
ſequitur Faber,in.d.§. item ſi quis,nu
mer.26. Caſſaneus, in conſuetudini-
bus Burgūdiæ, rub.5.§.2.nu.37. Affli-
ctis, in conſtitutionibus Neapolit.
lib.1.rubr.17.numer.26. vbi dicit eſſe
æquiorem, eamque ſeruari in regno
Neapolitano, & ſequitur Couar.ſup.
dicens maximam æquitatem habere,
& Vincentius de Franquis,in additio
25 nibus, ad deciſiones Neapolitanas,
1.part.deciſ.5. dicēs, Ferdinandum re
gem primum Neapolitanum, feciſſe
decretum, quod diuideretur debitum
contra poſſeſſores pro rata,& Guido
26 Papæ,quęſt.432. In qua doctorum va
rietate nihil eſt tutum,nequé firmum,
verior tamen, & communior opinio
eſt, quod quilibet poſſeſſor rei hypo-
tecatæ inſolidū poſsit conueniri(ſiuè
loquamur in poſſeſſore annui reddi-
tus,ſiué in alijs poſſeſſoribus rerū hy
27 pothecatarū,quia cum hypotheca ſit
indiuidua, erit exactio etiam indiui-
dua:quia ſicut anima eſt tota in toto
corpore,& tota in qualibet parte, ita
exactio debiti, vbi eſt hypotheca, eſt
affixa in qualibet re,& ſequitur inſo-
lidum quemlibet poſſeſſorem, & non
pro portionib⁹ hæreditarijs( ſaltim
inuito creditore )quod intellige in
poſſeſſore rei hypothecatæ ſpeciali-
28 ter cū clauſula de non alienando, reſ-
cindendo contractū,ſi contrariū fiat,
ita vt pactioni ſtetur, ſecūdū tex.in.l.
ſi creditor.§.fi.ff.de diſtract.. pignor.
quod tenet Bart.in.l.ſi ita quis.§.ea le
29 ge.ff.de verbor. quē ſequitur Imola,
ibi,Roderic.Suar.in.l. poſt rē iudica-
poſt.8. ampliatione, & Couar. ſupra,
num.6.qui eum ſequitur, & hanc di-
xit magis communé opinioné, Fano,
de pignorib.1. membr.partis princi-
palis,num.5. dicens illum effectū non
operare generalem hypothecā, & ita
ſunt intelligenda tradita per Gutier.
in repetit.l. nemo poteſt, à nu.32. cū
ſeqq.& Solis.d.cap.4. num.6. vbi re-
30 ſoluit,quod poteſt agi via executiua,
aduerſus tertium poſſeſſorem pigno-
ris,vel hypothecæ, quando in inſtru-
mento guarentigio eſt clauſula præ-
31 dicta de non alienando, idemq́; reſol-
uit in.lib.1.c. 10.n.3.vbi plures allegat.
Quam ſententiam tenet Paz, in ſua
praxi.4.partis.1.tom. cap.1. num. 49.
32 & Salazar ſupra,num.63. quód notiſ-
ſimum eſt, & ita quotidié practica-
tur. Nec prædictis obſtat ponderatio
tradita per Salazar, ſupra dicentém,
quod.d.l. pro hæreditarijs non diſpo-
nit,ꝙ poſſeſſor rei hypothecatę con-
ueniatur inſolidum, quia cum ſit limi
33 tatio regulæ præcedentis (de qua in
principio legis) firmat regulam in cō
trarium, text.in .l. nam quod liquidé
§.fin.ff.de pœnu legata.& ſic cum lex
conſtituat regulam, quod pro hære-
ditarijs portionibus hæredes ſint con
ueniendi, & ſtatim ſequatur limita-
tio, videlicet, niſi intercedat hypo-
34 theca. Sequitur,ꝙ ea interueniente,in
ſolidū, & non pro rata, hæredes ſunt
cōueniédi, cū exceptio debeat eſſe de
regula,vt in.c.ſi. in.fi. decōdit.appoſ.
nec prędicti creditores habēt actioné
nē limitatā,aduerſus hypothecę bona
35 poſsidentes, ſed etiam exercere eam
poſſunt aduerſus cōſtituenté,& eius
hæredes,omiſſo tertio poſſeſſore . ita
tradit Couar. ſupra, cap.7.numer.3.
verſic. hinc etiam.qué ſequitur Gu-
tierrez, lib.2. practicarum quæſtio-
num, quæſt.177. num.4. & Velaſcus,

de iure emphitheotico, quæſt.32. numer.14. Et ratio huius concluſionis colligi poteſt ex text. in l. aduerſus, C. de actionibus & obligationibus, l. ſi hypothecis .C. de diſtract. pigno-
35 rum,quod maximé procedit in hypotheca cenſuali, vt tradit Felicianus,de cenſibus.d.lib.3. cap.4.num.9. vbi dicit,quod in hoc differt hypotheca cēſualis ab alijs hypothecis, quod licét in reliquis,tertius poſſeſſor conuētus hypothecaria poſsit opponere exceptionem excuſsionis, vt in authentica,hoc ſi debitor.C.de pignoribus.l.14. ti.15. part.5. Antonius Gabriel,lib.3. communium, tit. de fideiuſſoribus,concluſio.1. num.21. poſſeſſor tamen prædij affecti, onere annui redditus,conueniri poterit, nulla facta excuſsione, vt tradit Couar. & Salazar, & Velaſcus, ſupra, & Gutier. practicar.lib.2. quæſt.167. nu.4. Azeuedo, in.l.1.titul.15.lib.5. recopilationis,gloſſ.verb.* *Sobre ſu heredad,* * quos & alios refert & ſequitur Felicianus ſupra.

## SVMMARIVM.

1 *Offenſio facta pluribus, ab omnibus eſt remittenda.*
2 *Pax eſt facienda cum hærede ſcripto, etiam extraneo, & non cum hæredibus ab inteſtato.*
3 *Hæredes ſcripti repræſentant perſonam defuncti, & habēt actiones actiuas & paſſiuas.*
4 *Lex.22.tit.1.part.7.declaratur.*
5 *Iudex in atrociſsimis delictis (etiam facta pace cum hæredibus defuncti) poteſt imponere pœnam delicti.*
6 *Vxor defuncti præfertur in pace facienda omnibus conſanguineis & hæredibus.*
7 *Vxor eſt vna caro cum marito, & ſocia diuinæ & humanæ domus.*

## QVAESTIO. 77.

### *Vtrũ pax ſit habenda cum omnibus hæredibus defuncti, vel ſufficiat cum vno tantum. Communis contra communem.*

EX legibus regni cauetur, quod occiſor occidatur, niſi habuerit veniā ab hærede occiſi, vt in.l.22. tit.1. part.7. contingit, quod occiſus habuit plures hæredes, interfector autem fecit pacem cum vno hæredum, dubitatur, an debeat occidi, & eſſe occidendum, niſi ab omnibus hæredibus (etiam fœminis) pacē habuerit, dicit communem, Ripa,in.l.4.§.Cato, num.103.ff. de verbor. Albericus,in.l. tranſigere, col.5. C. de tranſactionibus, per tex. in.l.ſi pluribus.ff.de legat.2. Et ratio eſt,quia cum omnes hæredes inſolidum ſint
1 offenſi,non ſufficit pax cũ vno facta, l. per fundum.ff. de ſeruitutibus ruſticorum, Bart.in.d.§. Cato, numer.34. quem ſequitur Iaſſ. ibi,num.57.& ſequitur Greg. in.d.l.22. verb. * *Conſus aduerſarios.* * & Iulius Clarus, lib.5. receptarum ſententi.§. fin. quæſtio. 58. num.34. vbi plures refert pro hac opinione,quā ſequitur Villalpando,in.d. l.22. part.num.9.Plaça,de delictis,lib. 1.cap.46.num.7.

2 Sed contrarium tenet Bart. ſupra, num.33. & dicit communem Imola, in.l.pro hærede.§.qui tamen.ff.de acquirend.hæred.Boerius,deciſ.121.Prima tamē opinio verior eſt,ex rationibus ſupra traditis: ex quib9 dubitatur quotidiè in praxi,ſi occiſus relinquat extraneū hæredem,relictis conſanguineis,qui ſucceſſuri ſunt ab inteſtato, cũ quo ſit faciēda pax? In qua re variē ſunt doctorum ſententiæ, nam plaça, de delictis,libr.1.c.45. & Villalpando, in.d.l.22.nu.3. tenent,quod pax ſit facienda cum conſanguineis, & quod illi præferātur in pace facienda. Veri9 tamē credo (& ſēper practicaui) quod hæredes ſcripti ſint præferendi, quia illi propriè repræſentant perſonam defuncti, & in eos tranſeunt actiones actiuè & paſsiuè, vt in.l. vnica .C. vt actiones ab hæredibus. Quam opinionem tenet Padilla, in.l. tranſigere, C.de tranſactionibus,num.59.& Antonius Gomez.3. tom.variar.cap.3.numero.64. & de intellectu illius legis
4 22. plura tradit Auend.in cap. præt. 2. part. cap.16. num.19. vol.3. qui eſt in noua opinione,videlicet,quod etiā facta pace cum hæredibus defuncti, poteſt iudex imponere pœnam ordinariam delicti, per.l.24. tit.4. part.3. quod verū eſt in delictis atrociſsimis, vt notat Gregor.ibi. verb.* *En el cuerpo,* * col.3.& declarat Padilla,ſupra, numer.38. & ſic eſt intelligenda.l.10.tit. 24. lib.8. recopilationis,ibi,* *Auiendo*
5 *perdon de la parte, ſe puede poner pena corporal,* * & ibi,* *Siendo el delito de calidad.* * vt in delictis enormibus, & atrociſsimis,ſecundum Gregor. ibi, & declarat Olano,in antinomia iuris, litera.A.nu.34. Si veró defunctus vxoré
6 relinquat,illa eſt omnibus conſanguineis,& hæredibus præferenda, ſecundum Gomecium ſupra,num.36.& Padillā,nu.57.& Paz,in ſua praxi.5.partis.1.tom. cap.3. num.14. per text. in cap. gaudemus.§.quia veró, de diuortijs.l.14.tit.8. part.7. vbi vxor eſt vna
7 caro cum marito, & ſocia diuinæ & humanæ domus, text.in.l. aduerſus, C. de crimine expilatæ hæreditatis, l.3.tit.2.part.3.

## QVAESTIO. 78.

### *Vtrum inſinuatio teſtamenti non ad pias cauſas facti, ſit corā iudice eccleſiaſtico facienda. Communis contra communem, & quid iure regio.*

INſinuatio teſtamenti, etiam ſi ad pias cauſas non ſit factum, poteſt inſinuari, vel fieri coram iudice eccleſiaſtico: ita tenet Antonius & Imola,in capit. fin. de fide inſtrumentorum,vbi Felinus, numer.3. dicit hāc eſſe cōmunē opinionē. Sed cōtrariam tenet Ioannes Andreas, Abb. & Barbacia, numer.10. in cap. ſi hæredes, de teſt. vbi Couar. num.3. dicit hanc eſſe communem opinionem, & magis communem,quæ hodié approbata eſt, ex.l.4.tit.2. libr.5. ordinamenti.



## QVAESTIO. 79.

### *Vtrum fructus rei legatæ (hæreditate iacente) pertineat ad legatarium. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DOminium rei propriæ á teſtatore legatæ tranſit in legatarium á morte teſtatoris, text. in.l. á Titio.ff. de furtis.l.1.§.vtrum.ff. ſi quis in fraudem patroni.l. Titio & Seio.ff.ad.l. Aquiliā.l. peculium.§. ſed & creditor.ff. de peculio. Et pro hac ſententia & concluſione plura refert Mencha.li.2.de ſucceſsionum creatione. §.17. num.131. & .132. vbi refer duas communes contrarias. Sed illa concluſio eſt intelligenda fictè, veré autem tranſit ab addita hæreditate.l.ſi tibi homo.§. cum ſeruus, ff.de legat.1.& eſt com.op. ſecundum Antonium Nicellum, in concordantia gloſſarum, concordantia.92. Et illud dominium non tranſit verè, ſed reuocabiliter, niſi aceptatio ſequa-
2 tur: ita intelligitur textus, in.l. ei, qui ita hæreditatem .ff. de conditionibus inſtitut. quæ diſtinctio communis eſt,ſecundum Alexand. & Iaſſ. numero.3. in dicto .§. cum ſeruus, idem

idem Iaſſ.in.l.ſeruo legato , nu.2.ff.de
legat.1. Crotus,in.l. ſi is qui pro emp
tore,queſt.5. vbi Bart. num.27. Theo
philus,in.§. ſi peculium , inſtit. de le-
gat. Dueñas,reg.210. Villalobos. lite
ra.d.nu.125. Hodié veró, ſtatim mor-
tuo teſtato re transfertur dominium,
3 cum non ſit neceſſaria additio hære-
ditatis,vt in.l.1. tit.4. lib.1. ordinam
ex qua.l. illud notat & aduertit Spi-
no,in ſpeculo teſtamentorum, gloſ.8.
num.80. verſic. quæ licet, & hoc non
ſolum per hæredem ſcriptum,ſed etiã
per venientes ab inteſtato:ita Peralta,
in.l. omnia .ff.de legat.2. num.17. Padi
lla,in.l. eam quam,num.79.C. de fidei
commiſ.Gutierrez,in.l. nemo poteſt,
num.313.ff. de legat.1. Gouar. in cap.
Raynaldus.§.3. num.8. de teſtament.
Tellus Fernandez,in.l.3. Tauri, num.
83. vbi Burgos de Paz,num.877.

4 Quibus ſic ſuppoſitis, dubitatur,
an illud dominium,quod tranſit in le-
gatarium à morte teſtatoris ( hæ-
reditate iacente,) tanti ſit effectus,
vt fructus rei legatæ acquirantur lega
5 tario,aut ipſi hæreditati. Et hæreditati
acquiri abſque dubio videtur, cum il-
lud probet expreſsé text. in .l. quod
ſeruus.ff. de legat.2. cuius verba ſunt,
**Quod ſeruus legatus antè hereditatem, ac-
quirit hæreditati acquirit,** vbi glo. corrũ
pens ſenſum illius text. acquiſitioné
illam cómutabilem eſſe exiſtimat , ita
6 vt interim hæreditati acquirat, quam
gloſſæ opinionem ſequutus eſt Bart.
in.l. omnia,in principio , numer.4.ff.
de legat.2. Et eſſe communem fatetur
Iaſſ. in.l.ſeruo legato, in princip.ff.de
legat.1. Et communem etiã opinioné
teſtatur Gregor. in.l.37. tit.9. part.6.
gloſ. verb. *Los frutos,* & plures reffe
rens dicit communem Padilla , in .l.
eam quam, nu.86.C. de fideicommiſ.
& Menchaca, de ſucceſsionum crea-
tione.§.21.num.125.

7 Sed contrariam opinionem tenet
gloſſ.in.l. equis, & in.l. Hæred.ius.ff.
vſuris,& in.l.fin.C. de vſuris & fruct.
leg. vbi Benedictus de Plumbino, &
Corneus, teſtãtur eſſe communem , &
Alex.in.d.§. cum ſeruus,num.6. & in
l. in fideicommiſſaria .ff. ad Trebel.
Socinus iunior,conſ.182. num.22. vo
lum.2. Gualdenſis,de arte teſtandi, ti-
tul.6. cautela.11. & iſtam opinionem
ſequitur & dicit communem Gome-
cius.1. tom. variarum,cap.12. num.22.
& Gregor. (licét relinquat cogitan-
dum) in.dict.l.37. magis ſe inclinat in
hac opinione , quam tenet Padilla,ſu-
pra,& ſequitur Gutierrez, in .d.l. ne-
8 mo poteſt,num.368.ff. de leg.1. maxi-
mè hodie,extante.l.1.tit.5.libr.4. or-
dinamenti, vbi non requitur additio
hæreditatis ad confirmationem lega-
torum,per quam legem idem tenet no
uiſsimé Gutier.li.2. pract.queſt. que-
ſtio.33. Et iſta opinio clarius fũdatur in
d.l.37.ti.9.part.6.quæ vult.fructus de
beri à die additæ hæreditatis (licét cũ
diſtinctione)quod tenet Greg.in.l.26.
tit.13. part.5. Gomecius, libr.1. reſol.
variarum, cap.12. numero.11. Peralta,
ſupra,& Burgos de Paz, numero.888.
Matienço,in.l.1. titul.4.gloſſa.14. nu
mer.7. &.8.&.29. libr.5. recopilatio-
nis, qui latè proſequitur iſtam mate-
riam , & ſatisfacit difficultatibus , &
Spino, ſupra,gloſſa.13.á. numer.30. &
31. vbi remiſsiué refer duas commu-
nes contrarias , & Gracianus , regu-
la.221.

## QVAESTIO. 80.

*Vtrum cauſa filiationis plenè probetur per tractatum. Communis cõtra communem.*

Filiationis cauſa plenè pbari per
tractatũ tenet Iacobin.in.l.cir-
ca,& in.l.quidã.ff.de prob.& eſt
communis opinio, ſecundum Deciũ,
conſ.54. col.3. & ſecundum Felinum
poſt alios) in cap.per tuas, numer. 13.
de probationibus , Alciatus , de præ-
ſumptionibus,præſump.28.reg.3. nu.
8. Ioannes Botta,conſ.102. nu,30. Mé
noc. de arbitrarijs, caſu.89. num.70.

Sed contrariam opinionem ( imó,
1 quod nó probetur plené per tracta-
tum) tenuit Albericus, Baldus,& An
gel. & Salicetus , in.l. non ignorant,
C. qui accuſare non poſſ. & eſt com-
munis opinio ſecundum Alciatum,
dict.reg.3.præſump,38.& pro vtraque
parte plura adduxit Couar.in.4.decre
tal.2.part. cap,8.§.3. nu.6.& Gregor.
in.l.fin.tit.6.part.2. verb.*Fixos,* Sua
rez,allegat.5. Dueñas, regul.344.& eſt
text.in.l.9.tit.14.part.3. vbi Gregor.
verb.*Siẽdo caſſados,*&.l.7.tit.2.par.4.
Et poſt hæc ſcripta vidi Maſcardum,
qui latiſsimè declarat iſtam materiã,
in vol..2.de probationibus,cóc.786.
2 vbi refert duas communes contrarias
in hoc dubio,& alios modos proban-
di filiationem latiſsimé adduxit, con-
cluſ.787. &.788. Et quibus conie-
cturis probetur filiatio , conc.789. &
quando per ſimilitudinem .792. &
quando ex inſtitutione.793. & quãdo
per ſententiã.794.& quando per edu
cationem filiorum.795. qui cũ caſus
occurrerit,omninó eſt vidẽdus, quia
in materia probationum omnia ne-
ceſſaria recollegit, ſummo cum labo-
re & ingenio. Et vide Ioannem Gar-
ciã, de Hiſpanor.nobilit, glo.20.nu.6.

## QVAESTIO. 81.

*Vtrum filius priuetur ſua legitima, ſi monitus à iudice eccleſiaſtico nõ ſoluat legata pia in teſtamẽto relicta (intra annũ.) Cõmunis contra communem.*

Si filius monitus á iudice eccle-
ſiaſtico legata pia relicta in pa-
terno teſtamẽto exoluere intra
annum neglexerit,etiam legitima por
tione priuabitur: ita Archidiac. & Do
minic.in .c. Syluefter .11. quæſt.1. per
illum tex. & Ioannes Andr. Anchar.
Antonius & Hoſtienſis,in cap. ſi hæ-
redes,de teſtamentis ; vbi Imola dicit
communem opinionem,argum.text.
in authentica,hoc amplius. C.de fidei
commiſ. & cap.licet de voto.l.licet,
1 C. de Epiſcopis & clericis.

Sed cõtrariã opinioné dicit cõmu
né Ioã.Lecier,de primogenitura , lib.
3.quæſt.6. de quoart. vidẽdus eſt Cou.
in cap.ſi hæredes,num.9. de teſtamen
2 tis,vbi probat contrariam opinioné
ex rationibus ſequentibus. Primó,
quia dicta authentica loquitur in le-
gato libertatis,& tandem filius negli-
gens in libertate concedenda ex teſta
mento patris,non amittit legitimam:
ergo benè ſequitur , quod filius ne-
gligens legata pia ſoluere, non perdit
legitimam , legatum enim libertatis
pium eſt.l.1.§.ſin autem.C.de commu
ni ſeruo manumiſſo,vbi Bald.& Iaſſ.
illum text. dicunt meliorem iuris.l.1.
§. ſi quis ita.ff. de verbor.quã opinio
né ſequitur Tiraq.de priuilegijs piæ
cauſæ,priuilegio.84.(contra gloſ.fi.)
3 in.d.c. ſi hæredes. Præterea facit, quia
in iure non legitur,quod filius perdat
ſuam legitimam ex eo, quod nó adim
pleat legata pia relicta in teſtamento
paterno,nequè hæc eſt de cauſis con-
tentis in authét.vt cũ de appellat.cog.
noſcitur.§. aliud quoque capitulum.
colatione.8.in ca. Quintauallis,de iu-
4 reiurand. maximé,quia legitima non
eſt lucrum quod filius conſequitur ex
hæreditate patris , ſed quaſi debitum
patrimonium,l. ſi quis legatum.§. fi-
nali , vbi gloſſa. ff. de falſis.l. vltima.
§. non enim .C. de condictionibus
inſertis. Ergo cum tantummodó lu-
crum teſtamentarium auferatur , ſi

negligentes fuerint in adimplẽdo pia legata, ſequitur, quod illa pœna fieri ad legitimam filiorum non poteſt extendi: ita tenet Bald. in d. authentica, hoc amplius, nu.7. vbi Padilla, nu.17. Greg. in l. fin. tit.10. part.6. verb. legitima. Syluest. verb. teſtamẽt.2. quæſt.10. Segura, in l.3. §.fi. ff. de lib. & poſth. Carolus Molineus, in conſuetud. Pariſienſis, tit.1. §.8. gloſ.3. quæſt.3. Ne-
5 que prædictis obſtat cap. licet, de voto, cui reſpondit Couar. & Suar. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. in princ. & Padilla, ſup. nu.18. vbi declarat illum tex. Si veró vltra legitimã & tertiũ bonorũ filius in quinto fuerit meliorat⁹, cũ in illa quinta parte reputetur honoratus, poterit illud perdere, ſi negligens fuerit in exequẽdo legata pia relicta in teſtamento paterno, vt ſentit Segura, & Cou. quorũ opinio cum difficultate ſeruabitur in praxi. Et an hoc procedat in hęrede extraneo dicemus in quæſt.716.

## QVAESTIO. 82.

*Vtrum prætium & intereſſe ſit idem in materia eius quod intereſt. Communis cõtra communem.*

IN materia eius quod intereſt, prætium & intereſſe ſunt idem: ita Azon, in ſum. C. de ſentent. quę pro eo quod intereſt, & eſt communis ſecundum Salicetum, ibi, num.7. Rebuf. in dict. l. vnica, gloſſa.1. & dicit etiam communem Alexand. conſ.67. num.3. vol.2. Sed contrariam opinionem dicit communem Socin. in rub. illius tituli, num.22.

## QVAESTIO. 83.

IN materia eius quod interſt, duplicari debet id, quod intereſſe cõmune videtur eſſe, quam opinio-
1 nẽ dicit communẽ Molineus, in d. l. vnica, fol.25. & Socinus, in dict. rub. num.73. Contrariam tamen opinionem (imó quod prætium vel intereſſe ſit duplicandum, quando eſt conuentum) dicit communem idem Molinenus, vbi ſupra, fol.35. quam videtur approbare l.32. tit.5. part.5. & vtramque dicit eſſe veram Ferrara, in ſua practica, in formula actionis realis, verſic. Florentinis, numer.12. Aduertendum tamẽ eſt, quod intereſſe, quod ſuccedit in obligationibus facti, poteſt peti iure actionis. l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Celſus, per quem text. ita tenet Bart. in d. vnica, num. 28. cuius opinio communis eſt, ſecundum Rebuffum, ibi, ſupra gloſſas, numer.1 Angelus, in §. actionum, num. 26. de actionibus, & dicit communẽ Curtius, in dict. l. vnica, num.60. & Abb. in cap. cum venerabilis, num. 18. de exceptionibus. Pœna veró conuentionalis, de ſtylo curiarum nunquam habet locum niſi in eo quod intereſt, vt tradit Gutier. de iuram. cõfirmat.1. part. cap.36. num.10. vbi refert caſus in praxi contingẽtes, & Auendan. in ſuo dictionario, verb. pœna conuentionalis.

## QVAESTIO. 84.

*Vtrum ex præſtatione iuramentiorum oriatur actio efficax ad agendum. Communis contra communem.*

EX præſtatione iuramẽti, quod non oriatur actio efficax ad agendum, tenet Innocentius, & Cardinalis, in capite cum veniſſet, de inſtitutionibus, & eſt communis, ſecundum Corraſium, in l. admonendi, in præludijs, numer.17. ff. de iureiurando, & dicit etiam communem Fortunius Garſia, in cap.1. de pactis, num.27. & plures tradit pro hac ſententia, dicens communem Couarru. in cap. quamuis pactum, 1. part. §.2. num.30. de pact. qui etiam refert duas communes.



1 Contrariam tamen opinionem tenet Ioannes de Selua, de iureiurando. 3. par. nu.4. & dicit cõmunẽ Corſet. in rub. de iureiur. quæſt.11. & Alciat. in cap. cum contingat, numer.245. de iureiurand. & dixit communem Bernardus Diaz, reg.387. vbi Salzedo refert duas cõmunes (nullam reſoluẽs.) Et pro hac ſententia & opinione eſt gloſſ. verb. impoſitæ, in l.1. C. de operis libertorum, Bart. in l. iuris gentium. §. quinimó, num.16. ff. de pactis, & in l. iuſiurandum, quod ex conuentione, numer. 2. ff. de iureiurand. vbi Iaſſ. numer.7. dicit communem, & Oroſcius, in d. §. igitur nuda, nu. 5. & magis communem & receptam dicit Menchaca, de ſucceſsionum creatione. §.28. numer.3. Couarru. in capite Raynaldus. §.3, numero. 10. & in dict. cap. quamuis pactum. 2. part. §.4. numer.15. Padilla, in l. ſi quis maior, num.74. C. de trãſactionibus. Et ita eſſe tenendum in iudicando, & conſulendo, tenet Gutierrez, de iuramento confirmatorio .1. part. cap.24. numer.3. & pro hac ſententia eſt tex. in dict. cap. quamuis pactum, & in cap. cum contingat, de iureiurand. & in ca. debitores eod. vbi iuramentũ præſtitum de vſuris ſoluendis, acquirit vſurario obligationem & actionẽ ad pręſtandas vſuras. Et vide quæ dicemus in quæſtione.315. & Gracian. regul.13. numer.13. vbi aſsignat concordiam.

## QVAESTIO. 85.

*Vtrũ valeat profeſsio facta ſub conditione, quæ eſt contra ſubſtãtiam religionis. Communis contra communem.*

QVi alicui⁹ inſtituti ordinem profitetur, ſimpliciter debet profiteri, aliàs religionis profeſsio facta ſub conditione, quę eſt cõtra ipſum actum religionis (prout de propio habendo) viciatur, ita gloſſ. verb. inutile, in l. ſi per ſeruũ. ff. de vſu & habitat. Cui⁹ opinio cõmunis eſt, ſecundũ Barbac. cõſ.3. vol.1. & Alciat. in l.1. §. ſed ſi mihi, de verbor. Andreas Abexea, in rub. de pact. nu.516, & dicit com. Menchaca, lib.3. de ſucceſsio num creat. §.21. num.177.
1 Sed cõtrariã opinionẽ (imó, quod rẽiecta cõditione teneat profeſsio) tenet gloſſ. in verſ. dicãt, in authẽt. ingreſsi, C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi Dec. nu.21. dicit com. & com. etiã atteſtatur Imola, & Fel. in c. cum te de cõſt. n.75. Rub. in l. nõ ſolũ. §. morte. nu.9. ff. de noui operis nũtiat. & Cou. (qui refert duas cõmunes, in.4. decret.2. par. ca.3. §.1. nu.18. & Bernard. Diaz, reg. 151. Prima tamẽ opinio verior eſt & tenẽda, ſecũdũ Mechac. ſup. quã opinionem ſequitur Spino, in ſpec. teſtã. gloſ.12. num. 12. & licet hæc poſterior fundetur in pietate, eſt inhumana, & contra volũtatem profeſsi, qui non videtur habere animum profitendi, niſi adimpleta conditione, tex. in l. non ſolum. ff. de action. & obligat. ibi, *Nihil agi exiſtimant appoſita conditione impoſsibili*. c. fi. de cõditionib. appoſ. (ſecũdũ aliquorũ intellectũ.) In qua doctorũ varietate optimé diſtinguit Graciã. reg.320. nu. 2. cuius reſolutio mihi placet. Hodié autem vt valeat profeſsio ſeruari debet forma tradita, in capite.15. & 16. ſeſsione .25. Concilij Tridentini, de quorum iurium interpretatione agit

Mandoſius, conſil.22. Gutierrez, in authentic.ſacramẽt.puberum, num.6. C.ſi aduerſus vend. & in cap. quãuis pactum, verb. dum nuptui, numer. 4. Menochius de arb. centuria.5. caſu 436. nu.7. Humada, in.l.7. tit.7.gloſſ. 33. part.1. numer.50 & Gutierrez, in ſuis canonicis quæſtionibus, cap.26. & in practicis, li.3.cap.36.nu.8. & conſil.5. numer.24.

## QVAESTIO. 86.

*Vtrum teſtes contraria dicentes ſint reducendi ad concordiam. Communis contra communem.*

TEſtes contraria dicentes, in quantum fieri poſsit, ſunt reducendi ad concodiam, text. in cap. cum tu, de teſtibus, quod eſt verum, niſi in caſu legis fin.C. de rebus creditis, cui conſonat .l.15. & 25.tit.11. part.3.l.12.&.18. tit.22.part. 3.& illum tex.ad hoc notat Alciatus, lib.4. paradoxorum, cap.13. & in.l.1. §.ſtipulanti, num.37.ff. de verbor. & reg.3. præſump.16 num.4. Et concluſionem noſtram copioſè (vltra Bald. in.l. item vidẽdum.ff.de petit.hæred.) tradit & cõfirmat Iaſſ.in.l. ſi petitor, §. item ſi iuramento, num.30. de iure iurando, & in.l.1. numer.6.ff. de noui operis nunciatione, & in.d.l. item videndum, quæ reductio facienda eſt & concordia, quãdo teſtes ſunt numero inæquales, & non aliter. Ita dixit eſſe communem opinionem Felin.in cap. cum contingat, numer.16.ff. de offic. delegat.

1 Sed contrariam opinionem tenet gloſſ. verb. vtriuſque partis in.d.cap. cum contingat, quam communiter eſſe admiſſam affirmat Decius, in.l.2. §.creditum ff. ſi certum petatur. Et rationem huius quæſtionis require in quæſtione ſequenti.

## QVAESTIO. 87.

RAtio potiſsima, quare teſtes ſunt reducẽdi ad concordiã, ea eſt, videlicet, né periuri reatu notentur, vt in d. cap. cum tu, expreſsé probatur, non, vt probatio ex illis inducatur. Ita eſt communis opinio, ſecundum Albericum, de teſtib. vlt. part. numer.16. volum.5.tractatuum.

Sed contrariam opinionem (imó, quod in eo caſu probent) dicit communem Alber. in.l.inter ſtipulantem, §. fiſcum .ff. de verborum obligationib. Corneus, conſ.206.vol.4.col. penult.

## QVAESTIO. 88.

*Vtrum monachi poſsint eſſe executores teſtamentorum, ſine licentia ſuperioris. Et an poſsint aſsignari electores pauperum. Communis contra cõmunem, & quid iure regio.*

MOnachi non poſſunt eſſe executores teſtamentorũ, text.in cap.2. de teſtament. in.6, clementina.1. eodem tit. niſi facultate á ſuperiore impetrata. Ex quibus iuribus dubium reſultat, an executio facta per monachum (non impetrata licentia ſuperioris) ſit valida. Et partem affirmatiuam tenet Federicus de Senis, conſ.293. in fine, Romanus, cõſ.409. col.fi.& in ſingulari.242.& eſt communis opinio, ſecundum Deciũ; cõſ.494. col.fi. & cõſ.499. nu.12.





idem Romanus, conſ.215. Couarrub. in cap. tua nos, de teſtamentis, & ſequitur Mẽchaca, de ſucceſsionũ creatione.§.21. num.178. qui refert duas communes contrarias, & Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſ.28. nu.32. qui ſequitur contra alios iſtam ſentẽtiam, & Gregor. in.l.2. tit.10. part.6. verb. **Frayles,** Matienço, in.l.5.tit.4. glo.8.nu.6.& in.l.14.glo.1.nu.4.lib.5. recopilationis, & hanc opinionem defendimus in quæſt.404. á qua non eſt recedendum, & pro ea facit dict.l. partitæ.

Sed contrariam ſententiam tenent citati per Couar. ſupra, num.2. & dicit communem opinionem Menchaca, ſupra.§.21. numer.178. & ſequitur Philippus Francus, in.d. cap.2. inducens pro hac opinione illum text. dũ dicit, quod executor eſſe non poteſt, & ſic inducit actus nullitatem, vt dicemus.d.quæſt.404.

Hoc præmiſſo, vlterius dubitatur, an ſi fratres, qui non poſſunt eſſe executores teſtamentorum, poſsint in teſtamentis aſsignari electores pauperum, quib⁹ teſtator relinquat aliquid diſtribuendum, cum hæc electio ſit pars executionis. Et hanc electionem non poſſe eis committi, tenuit Cardinalis, in.d.§. verum, & Ancharranus, ibi, num.23. & Dominicus, & Francus, in.d.cap.2. de teſt.num.6.& hanc opinionem dicit veram & communem Barbacia, in.d. cap. tua nos, numer.10.

2 Sed contrariam opinionem (imó, quod hæc electio illis poſsit committi,) tenuit Bart.per text. in.l. cum pater.§. hæreditatem.ff de leg.2. Baldus, in authent. ingreſsi, col.2.C. de ſacro ſanctis eccleſijs, & in.l. id quod pauperibus, col.3.C.de Epiſcop.& clericis, Romanus, conſ.409. col.2. & hanc opinionem dicit communem Gualdenſis, de arte teſtandi, tit.7. cautela.7. quam elgãter (vltra omnes) defendit, & ſequitur Menchaca, lib.2. controueſiarum illuſtrium, cap.97. Ducñas, reg.381. vbi hanc dicit veriorem, & communiorem, in num.6. in fi.& hãc partem tenet Couar. ſupra, in.d. cap. tua nobis (immemor Barbaciæ, & Gualdenſis.) Quam opinionem ſequitur Gregor. ſupra, verb. **Frayles.* & Padilla, in.l.cum quidam, num.2.ff.de legat.2. Matienço, ſupra, in.d.l.14. numer.3. quæ opinio ita practicatur.

## SVMMARIVM.

1 *ARbiter habet pleniſsimã poteſtatem in arbitrando.*
2 *Reductio ad arbitrium boni viri, intra decem dies eſt petenda.*
3 *Opinio Speculatoris eſt hodiè approbata de iure regio.*
4 *Reductio poteſt peti, quãdo interuenit enormiſsima læſio.*
5 *Iuramentum non excludit reductionem ad arbitrium boni viri.*
6 *Dolus præſumitur in læſione enormiſsima.*
7 *Reductio coram quo iudice eſt petenda, in l.35.tit.4.part.3.*
8 *Dies currit arbitris à tempore aceptationis, & non facti compromiſsi.*

## QVAESTIO. 89.

*Vtrum in compromiſſo poſsit renũciari reductioni ad arbitriũ boni viri. Communis contra communem, & quid iure regio.*

ARbiter pleniſsimam in arbitrãdo poteſtatem habet, adeó, vt rem alterius poſsit alteri adiudicare: ita gloſſ. in.l. ſi de meis.§. recepiſſe.ff. de arbitris, quam intellige, dummodò moderaté hoc faciat. ſecundum Bart. in .l. ſocietate.§.arbitrorum, numer.24.ff.pro ſocio, & ſe-

cundum eandem,& in.l. cũ Aquilliana.ff. de tranſactionibus: cuius opinio communis eſt, ſecundum Barbaciam, conſil.3.vol.4.col.5. in princip. & dixit communem Socinus, conſil. 220. vol.2.num.1. Ex quibus dubium eſt, an reductioni ad arbitriũ boni viri poſsit renũciari. Et primó præſuppo nẽdũ eſt, maximum in iure dubiũ eſſe, intra quantum temporis ſpatium reductio ad arbitrium boni viri petenda ſit. In quo articulo Speculator, in tit. de arbitris.§. ſequitur, verſic. ſed intra quod tempus, dixit, quod intra
2 decem dies, ſicut appellatio. Quæ opinio communiter reprobatur, ſecundum Alex. conſ.5. vol.2. num.11. Et quod tranſacto anno non videatur ei renunciatum, dixit eſſe communẽ Socinus, conſ.120. vol.2. numer.5. ſed Bart. in.d.§. arbitrorum, num.22. diuerſas retulit opiniones, & tandem dicit, quæſtionem hanc egere deciſione Cæſarea. Breuiter tamen agendo, communis opinio in hoc eſt, quod vſquè ad triginta annos poſsit peti reductio quam dicit communem Albericus, in d.§. arbitrorum, & Corneus, conſ.17. &.177. litera.P. ĩ vol.2.& Præpo.in c. á iudicibus.2.quæſt.6.in quæſt.9. Decius, conſ.39. numer.6. & dixit communem Robertus Maranta, de ordine iudiciorum, fol.161.num.112. in antiquis, & in nouis.6.part.de appellat. num.124.&.267.

Sed hodiè opinio Speculatoris eſt
3 approbata de iure regio, in.l.35. tit.4. part.3. ibi, *E ſi callaſſe faſta diez dias deſpues que fueſſe dada la ſentencia.* In quo caſu illa lex eſt correctoria iuris communis, vt tradit Olano, in antinomia iuris, litera.R. nu.2. quæ lex procedit in arbitro, & in arbitratore, contra Auendan. in ſuo dictionario, verbo, *Aluedriadores,* & ita in praxi receptum eſt, ſecundum Suarez, in l. poſt rem iudicatam, notabili.8. quod eſt notandũ, contra ea, quæ tradit Padilla, in.l. in arbitrium, numer.4. ff. de legat.2. qui tenet, quod hodié intra quinque dies eſt petenda reductio ad arbitrium boni viri, ex.l.1. tit.16. li.3. ordin. quæ lex, non procedit in reductione, ſed ſolum in appellatione, & ſic eſt ſeruanda.l. partitæ, cum loquatur in caſu particulari, de qua non meminit Padilla. Redeũdo tamẽ ad quæſtionem propoſitam, partem affirmatiuam (quod poſsit renunciari reductioni ad arbitrium boni viri) dixit eſſe communem opinionẽ Corneus, conſ.177.col.4. vol.2. quem ſequitur Padilla, in.l.1. num.38.ff. de legat.2. & ſequitur etiã Azeu.in.l.4.ti.21.nu.43. lib.4.recop. vbi per illã legẽ dicit hãc opinionẽ eſſe approbatã, (referẽs obiter duas communes opiniones contra
4 rias in quæſtione propoſita.

Sed quod nó obſtãte renũtiatione, data enormiſsima læſione, poſsit peti reductio. Eſt communis opinio, ſecundum Paulum, conſil.574. & Decium (poſt plures) conſ.39.num.6. & dixit communem Curtius, conſ.79.num.4. & Zaſius, conſ.12.vol.2.num.35.& dicit communem Syluest. verb. arbiter,
5 quæſt.7. Quod in tãtũ verũ eſt, quod etiã ſi interueniat iuramentum, peti poteſt reductio ad arbitriũ boni viri, data læſione enormiſsima. Quam opinionem dixit communem Socinus, conſ.220. vol.2. num.6. & Guidó Pape, in cap. quinta vallis, col.8. de iureiurando, & eſt text. pro hac ſententia in.l. ſi libert⁹, ita iurauerit.ff. de operis libertorum.l. 28. tit. 11. part. 4. vbi Gregor. verb. *Coſa deſaguiſada.* & vide in hoc cómunem cõtrariam, in quæſtio.92.& idem tenet Padilla ſupra, numer.37.per.l.fin.C.de non numerata pecunia &.l.fin.ad municipalem.

Sed contrariam opinionem (imó, quod quando eſt data poteſtas iudicibus, concedendi alteri, de iure alterius partis (etiam in maxima quantitate) teneatur promittẽs a laudo ſtare, quod iuramento confirmauit) dixit bis cõmunem Socinus, conſ.121. numer.6. vol.3. cui⁹ opinio vera nó eſt, quia vbi
6 interuenit læſio enormiſsima, ſemper dolus præſumitur, ita probat text. in l. ſumma cum ratione.ff. de peculio, Gregor. in.l. fin. tit.19. part.6. & eſt communis opinio, ſecundum Curtiũ iuniorem, conſil.141. num.16. Zaſiũ, conſil.12. volumine.2. numero.36. &.37. additio ad Zinum, in reg. ſcientiæ, num.6. de reg. iur. Capella Tolozana, vbi Aufrerius, deciſ.267. Et vide communem contrariam, in quæſtione.92.

Solet tamen dubitari, coram quo iu
7 dice ſit petenda reductio, an coram iudice arbitratoris, vel litigãtis. De quã quæſtione videndus eſt Couar. libr.2. variarum, cap.12. numer.1. Rolandus, conſ.24. vol.3. num.12. vbi reſoluit, eſſe communem opinionem, vt reductio ſit petenda coram eo iudice, corã quo cauſa erat agitanda; ceſſante cõ promiſſo; & ſequitur Alex. conſ.131. quæ opinio veriſsima eſt, licét Greg. in.l.23. tit.4. part.3. verb. *De aquel lugar.* intelligat, dictam legem procedere coram iudice arbitratoris, & non litigatorũ, & Azeuedo, in.l.4. tit.18. numer.24 libr.4. recop. Auendan. de exequendis.1. part cap.1. numer.27. Abb. in cap. Quintauallis, numer. 39. de iureiurand. Bart. in.d.§. arbitrorum, num.13.

Dubitari vlterius ſolet, á quo die
8 currat arbitris tempus compromiſsi. an á die facti compromiſsi, vel á die aceptationis. Et à die aceptationis, currere tenet Baldus, in.l. ſi cum dies ff. de arbitris. Boer. deciſ.273. Hippolit. ſingulari.423. Atonius Grab. lib.2. com. tit. de arb. concluſio.2. & dicit eſſe quotidianum, & vtiliſsimum Par ladorius, rerum quotidianarum, lib.2. cap.fin.1. part.§.3.num.19.



## QVAESTIO. 90.

*Vtrum contractus ſit perfectus, ex conuẽtione partium, ſi actum ſit, vt fiat ſcriptura. Communis contra communem, & quid iure regio.*

EMptionem, & venditionẽ conſenſu contrahi, probat text. in l.2.C. de contrahenda emptione.l. conſenſu.ff. de actionib. & obligationib. Quod adeó verum eſt, vt præſtito conſenſu, neuter contrahentium poteſt ab emptione diſcedere.l. ſicut ab initio.ff. de actionib. & obligationib.l. ab emptione; vbi Bart. & Paul.ff. de pactis. Quo ſuppoſito, dubium eſt, perfecta iam venditione cõſenſu, & facta conuẽtione de prætio, poſt incotinenti; placuit inter contrahentes, vt vocato tabellione, publicum conficiatur inſtrumentum, num habebit locum pœnitentia, dum voca
1 tur notarius; antequam inſtrumentũ fiat? Et habere locum voluit Paulus, in.l. contractus; num.9.C. de fide inſtrumentorum, & in.l. cum res; num. 4. de probationibus, & in.l. qui bis idem.ff. de verbor.num.2.& ſequitur eum ibi Zaſius, num.22. & Alciatus, in.l. pactum quod bona fide, num.22. de pactis. Et eſt communis opinio, ſecundum Boerium, deciſ.48. num.18. Greg. in.l.6. tit.5. gloſſ.1. part.5. Gomecius, lib.1. variarum cap.2.num.17. vbi dicit communem.

2 Sed contrariam opinionẽ tenet Decius, in.l. pactum quod bona fide, vbi Curtius iunior, num.7. Decius, conſ. 15.&.154.num.4. Boerius, deciſ.183. numer.9. Socinus, conſ.120. numer.17. vol.4.& dicit communem Iaſſ. conſ. 151. vol.2. & dicit etiam communem Decius, conſ.340. num.3. volum.3. & doctor Gordejuela (magiſter meus) in Acade-

academia Pinciana legens,dicebat, ſe
3 conſuluiſſe in eo caſu non habere lo-
cum pœnitentia,& ita fuiſſe practica-
tum, non obſtante.d.l.6. tit.5. part.5.
quoniam deberet intelligi,per legem
antiquam, iuxta doctrinam Bart.in.l.
nihil.ff. de coniungendis cum eman-
cipatis liberis eius, Socinus,in.l. cum
auus.ff. de cond. & demonſtrationi-
nibus,col.14.& in.l.ſciendũ.ff.qui ſa-
tiſdare cogantur,nu.fin.& dicit com-
munem Gregor. in.l.2. tit.1. part.6.
verb.**En puridad*,*& in.dict.l.6. verb.
**Quiero*,*Menchaca, de ſucceſsionum
creatione.§.11.num.3. qui ex eo mo-
uetur,quia qualitas ſcripturæ non mu
4 tat ſubſtantiam contractus, cum ſolũ
conſenſu cõtrahatur. Quod quidẽ ho
diè procedit,extante.l.2.tit.16. libr.5.
recop. Ex qua.l.contractus erit perfe
ctus locationis vel venditionis, & ſi-
milium,etiam ſi actum ſit,vt fiat ſcrip
5 tura in tantum, quod neuter contra-
hentium poterit á contractu recede-
re:ita Menchaca ſupra, & Matienço,
in.d.l.2.gloſſ.7.num.4. & gloſſ.2. nu-
mer.2. & Salazar,de vſu & conſuetu-
dine, cap.2.á num.11. cum ſequenti-
bus(licèt contrarium teneat Didacus
Perez,in.l.3.tit.8.li.3.ordin.col.1055.)
6 & ſic hæc quæſtio difficilis eſt,& quo
tidiè in praxi cõtingit, in qua cõſide
rãda eſt intentio contrahentiũ,& ver
ba teſtiũ,quibus contẽditur probare
contractũ: nam ſi poſtquam fuit per-
fectus, de communi partium conſen-
ſu, & abſque conditione dictum ſit,
quod fiat ſcriptura, vt facilius cõſtet,
quid actum ſit,& qualiter,& qua for-
ma contractus fuit celebratus, tunc
non dicetur contractus conditiona-
lis,& ſic nemo poterit ex contrahen-
tibus(etiam non facta ſcriptura) á cõ
tractu diſcedere. Si verò á principio
7 contractus,& ſemper fuit dictũ,quod
fieret ſcriptura tunc(licet contractus
de conſenſu partium perfectus ſit) po
terit quilibet ex cõtrahentibus, antè
quã fiat ſcriptura á contractu recede
re, vt in.dict.l.cõtractꝰ,& in.l.6.ti.5.
part.6.ibi,**No es acauada la venta, haſta q̃ la carta ſea fecha*,*&.d.l.2.ti.16.li.5.re
copil.nihil in hoc immutauit,imó eſt
intelligenda, ſecundum legem parti-
tæ,& ſecundum hanc diſtinctionem,
vt nouiter aduertit Parladorius,lib.2.
rerum quotidianarum,cap.3. num.47.
& vide quæſtionem ſequentem.

## QVAESTIO. 91.

### *Vtrum contractus dicatur perfectus, confecta ſcriptura. Cõmunis contra communem, ad declarationem quæſtionis præcedentis*

PRoſequẽdo reſolutionẽ quæ-
ſtionis præcedentis(circa ma-
teriã legis cõtractꝰ)dubitatur,
quãdo cõtractꝰ emptionis dicatur cõ
fici inſcriptis,vt partes poſsint, vel al
tera ipſarũ á contractu diſcedere(nõ
cõfecta ſcriptura) iuxta diſpoſitionẽ
tex.in.d. l.cõtractus .C. de fide inſtru
mentorum.l.6. tit.5.part.6. & .§.1. de
emptione & venditione, & gloſſ. in
verb. inſcriptis,in.d.l. contractus, &
in.d.§.1. verb. inficiuntur, & in.l. te-
ſtium .C. de teſtamentis, & in au-
thentic. ſed nouo iure.C.ſi certum pe
tatur,tenent,quod tunc dicitur con-
fici inſcriptis,vt ab eo diſcedere poſ-
1 ſint partes( non confecta ſcriptura)
quando contrahentes expreſsè caue-
runt non valere contractum emptio-
nis,niſi ſcriptura confecta. Quam opi
nionem ſequitur Decius, in.l. pactũ,
quod dotali.C. de pactis, Iaſſ,in.§. itẽ
ſi quis poſtulante.num.86. de actioni
bus,& ſequitur Fabianus de Monte,
in tractatu emptionis,quæſt.5. princ.
num.54. & eſt communis opinio ſe-
cundum Barbac. in rub. de emptione
& ven-



& venditione, num.8. Socinus,con-
ſil.138. vol.2.num.3. & dixit commu-
nem Socinus,conſ.142.vol.1. num.9.
& eorum opinione motus Montal-
uus,in.l.6.tit.3. part.5.& in.l.3. tit.10.
lib.3. fori,gloſſ.1. tenuit ( poſt Barba-
ciam,quem ipſe allegat ) contra Pauli
ſententiam ſupra relatam(licet non ci
tat eum)quia ſi neceſſe eſt, vt expreſ-
2 ſé caueant,partes, contractum non va
lere(niſi cõfecta ſcriptura ) quod hoc
non fuit expreſſum in caſu á Paulo
relato, & ita valebit, nec potuerunt
partes á contractu recedere,prout ip-
ſe dicebat.

Sed contra illas gloſſas, & commu-
nem(imó quod eo caſu contractus di
catur confici in ſcriptis, quãdo in cõ
tractu ipſo,vel ante conueniunt con-
trahentes, vt ſcriptura fiat ſine hoc,
quod de nullitate contractus aliquid
dixerint) tenet Azo, in ſumma.C. de
fide inſtrumentorum( cuius opinio
á prædictis gloſsis relata eſt) & gloſſ.
in.d.§. 1. inſtitut. de emptione & ven
ditione,tenet hanc opinionem eſſe in
vſu, præcedentem veró non. Et licet
Couar.in cap. relatum,el.1.num.9. de
teſt. dicat Azonis ſententiam non eſ-
ſe à doctoribus receptam,Salicetus ve
ró in dicta authentica,ſed nouo iure,
num.5. dicit, quod illam ſequuntur
doctores,ex quo videtur illam cõmu-
nem appellare,quod expreſsé reſoluit
ille,in.d.l. contractus, numero.5. vbi
Baldus,num.3. dicit illam eſſe appro-
4 batam, quam hodié confirmat.d.l.6.
tit.5. part.5. quam Montaluus perpe-
ram intellexit,& hanc opinionem te-
net Matthæus de Afflictis, deciſ.39.
num.4. & ſi recté inſpiciatur Paulus
vbi ſupra,loquitur in caſu opinionis
Azonis,vt patet,quia loquitur quan-
do partes contraxerunt hoc acto, vt
in ſcriptis cotractus reddigeretur per
notarium, in quo caſu benè poſſunt
contrahentes( non facta ſcriptura)á
contractu diſcedere,etiam ſi non dixe
rint contractum non valere,niſi con-
fecta ſcriptura, & hoc vult prædicta
l. regia, rectè intuenti. Quæ omnia
ſunt menti tenenda, cum quotidiè in
praxi contingant, & pro vtraque ſen
tentia(non obſtante lege partitę & re
copilationis) iudicatur ex iudicis ar-
bitrio, prout feré in omnibus nego-
tijs contingit.

## QVAESTIO. 92.

### *Vtrum iurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri, (data læſione enormiſsima) poſſit petere reductionem. Communis contra communem, & quid iure regio.*

IN quæſt.89. retulimus duas com-
munes opiniones contrarias in il
la quæſtione,an reductioni ad ar-
bitrium boni viri renunciari poſsit:
nunc autem illud explicandum eſt,an
cum iuramẽto poſsit aliquis ſe obligã
re ad non petendam reductionẽ,maxi
mè, quando enormiter læſus eſt: &
quod non ſufficiat læſio enormis
dixit communem, vltra Curtium,
conſil. 141. numer.16. & citatos in.d.
quæſt.89. Anania, conſil.5.vol.2. qui
reſoluunt, quod eſt neceſſaria læſio
enormiſsima.

1 Sed contrariam opinionem( imó,
quod enormis læſio ſufficiat ( vl-
tra ſupra citatos ) dixit communem
Corneus,conſ.177.vol.2. litera.N. &
Maranta, de ordine iudiciorum, fol.
262.num.16.& dixit communem Cag
nolus,in.l. ſi quis maior.C. de tranſa-
ctionibus,num.38.& dixit communi
ter receptam opinionem Zaſius,con-
ſil.12.vol.2.num.36. Et pro hac ſentẽ
tia eſt.l.24.tit 4.part.3. & .l.27. tit.11.
part.3.vbi Gregor.verb.**Coſa deſaguiſada*.* & tex. in cap. Quintauallis, de
iure-

iureiurando,& declarat Padilla, in.l. in arbitrium,nu.40.ff.de legai.2.Quę opinio veriſsima eſt, & qualiter læſio ſit conſideranda, vide in quæſtione ſequenti.

## QVAESTIO.93.

### *Læſio enormiſsima qualiter conſideretur in reductione ad arbitrium boni viri. Communis contra communem.*

VIſo iam, quod propter enormem læſionem, poteſt quis petere reductionem ad arbitrium boni viri, dubitatur ad quam quantitatem illa enormis læſio debet extẽdi, vt prædicta reductio peti poſſit,In qua quæſtione Bart. in.l.ſocietatem.§.arbitrorum.ff. de arbitris,numer.25. putat quem eſſe læſum enormiter,quando læderetur in ſexta parte illius rei,quę in arbitrio deducitur, cuius opinio communis eſt, ſecundũ Curtium iuniorem,conſ.126. num.12. Et pro hac ſententia eſt text.in. d.l. ſocietatem,& in.l.vndé ſi Neruæ( cũ lege ſequenti)ff.pro ſocio.

1 Sed contrariam ſententiam ( imó,
quod relinquatur arbitrio iudicis)
dixit communem Decius, conſil.39.
num.fin. vbi relatis his duabus opi-
nionibus,dicit, quod ambæ ſunt com
muniter approbatæ.Idem tenet Soci-
nus iunior,conſ.48.num.22.vol.1.vbi
hanc opinionem dicit magis commu
nem,quam etiam dicit communẽ Pa-
lacius Rubeus,in repetitione,cap. per
veſtras,in rub.§.11.numer.12. Pro qua
opinione faciunt adducta per Tira-
quellum,in.l.ſi vnquam,verb.omnia,
vel partem, num.31.C. de reuocandis
donationibus;vbi latiſsimè per quin-
que columnas plura congeſsit in con
firmationem,& Ripa,in.l.fin.C. de re
uocandis, num.90.Pariſius,conſil.12.
num.85. & conſ.89. numer.53. libr.1.
Gratus,conſ.24.num.2.Socinus, con
ſil.48.num.22.& conſ.144.numer.14.
lib.1.& conſ.48.num.43.libr.2. Ferra-
ra,cautela.8.numer.2.Couar. lib.1.va-
riarum,cap.3.num.11. & Menochius,
(qui alios refert,ſed neminem,qui ap-
pellet communem)lib. 2.de arb. centu
ria.1.caſu.74.& tradit Padilla, in.l.1.
nu.40.ff. de legat.2.

## QVAESTIO. 94.

### *Vtrum filius poſitus in conditione, cenſeatur vocatus ex teſtamento ad hæreditatem, an tacitè ſubſtitutus. Communis contra cõmunem.*

FIlij poſiti in conditione, non cenſentur vocati ex teſtamento ad hæreditatem, ſed cenſentur tacitè ſubſtituti. Hæc eſt celebris doctrina, quam ponit gloſ.fin.in.l. Lucius Titius,la.2.ff. de hæred. inſtitut. & in.l. ſi ita hæres inſtituatur, ſi legitimus.ff. eod. quam dicit communẽ, & canonizatam,Sylua, conſ.53.num. 3. dicit etiam communem Imola,in.d. l.Lucius,col.3. & dicunt communem Iaſſ.col.2. Curtius, num.13. Alex.nu. 10.Iacobinus, num.5. Ripa, numer.7. Purpuratus,num.112. vbi Decius, & Alciatus,in.l.1.C. de pactis, dixit etiã communem Gerardus, ſingulari.61. Corneus, in.l.1.C. de conditionibus inſertis,Bernardus Diaz, reg.739. vbi Salzedo refert duas communes( iſtam ſequens, & pluribus rationibus confirmans )Iaſſ.poſt Aret. in.l.generaliter,num.2.C. de inſtitutionibus, Iaſſ, in.l. quæ de legato, num.35. ad Treb. & in.l. Centurio, num.159. vel.19. de vulgari.Corneus, in .l.ab eo.C. de fideicommiſ. Socinus iunior,conſ.172. col.2. & dicit communem Rodericus Suarez,allegat.2. in fine, & alij relati per Ripam, in.d.l. Centurio, & per Couar. in cap. Raynuntius.§.3. nu.2. de teſtã. vltra quos hanc etiam dicit communem Segura,in.l.3.§.fin. num. 178.ff. de lib.& poſth.Curtius iunior, conſ.63.&.96. & Benedictus Capra, conſ.2. Bertrãd.cõſ.223.&.374.vol.2. & ſequitur Sfort.Oddi, conſ.67. numer.28. qui dicit hanc opinionẽ eſſe canonizatam,& Socinus,conſ.80. numer.3. vol.1. Gualdenſis de arte teſtandi,tit.5.cautela.36. Boerius, deciſ.155. numer.17. & dixit etiam communem Gualdenſis, ſupra,tit. de ſubſtitutione, cautela.19.col.2.Guido Papa, coſ. 36. vol.2 & hanc opinionem eſſe veriorem in puncto iuris dicit Galliaula,in.d.l.Centurio,num.45.Craueta, conſil.155.Loaces,in.l. filius familias, §. diui,num.458.ff. de legat.1. & pro vtraque parte plures doctores congeſsit Michael Craſus,receptarũ ſententiarum.§.fideicommiſſum; quæſt. 7. Antonius Gomez.1. tom.variarũ, cap.5.numer.24.vſque ad.43.Mieres, de maioratu.2.part. quæſt.5. num.18. & Acoſta,in.l.Gallus.§. & quid ſi tantum,num.30.ff. de lib.& poſth.Iulius Clarus, in.§. teſtamentum, quæſt.77. Burſatus,conſ.1.num.13 vol.3.Craueta,conſ.62.num.6. Rolandus, conſ.56. num.16.&.17. vol.3. & conſ.51. nu.5. vbi dicit ( pluribus citatis ) quod ab hac opinione non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.Boerius, deciſ.155.num.27. Guidon Papæ, deciſ. 39. Corſetus, in repertorio ad Abb. verb. ſubſtitutio,Socinus,in.d.l. cum filio,Alexand. conſ.13. num.4. vol.4. Catellianus Cotta,in memorabilibus, verb. filij poſiti, Iaſſ.in.l. pecuniam, ff. ſi certum petatur, & in.l.ſi quis id quod, nu.22.ff. de iuriſdictione omnium iudicum, pro qua opinione fa-
cit text.in.d.l. ex facto §.ex facto, ad
Trebel.& in.l. ex facto .ff. de hæred.
inſtit.l. generaliter.§. cum autem, de
inſtit.l.cum proponas,in fin.C.de pa-
ctis,vbi fideicommiſſum relictum re-
1 ciprocé á fratribus, poteſt eorum pa-
cto remitti, ſi liberi naſcantur.l. cũ
auus.ff.de conditionibus; & demon-
ſtrat.l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.
l.10. tit 4. part.6. vbi Gregor. verb.
**Siempre*, * & tamen illud fideicõmiſ-
ſum remitti poteſt, ergo ſequitur, ꝙ
2 illi filij(tacité ſubintellecti á iurę) nó
ſunt vocati ex diſpoſitione teſtato-
ris,vt aduertit Salzedo ſupra( alia iu-
ra inducens pro hac opinione.)
3 Sed contrariam opinionem ( imó,
quod filij poſiti in conditione, cen-
ſeantur vocati ex teſtamento) te-
net gloſſa, in .l. filius familias .§. vt
quis hæredem.ff. de legat.1. quam di-
cit communem Curtius ſenior, conſ.
52.nu.4. & communiorem Barbacia,
conſ.55. num.4. &.8. vol.2. Forcatu-
lus,dialogo.50. per totum, & dicit cõ
munem Paulus Pariſius,conſ.6.vol.3.
& quod in iudicando & conſulendo
ſit ſequenda,tanquam magis æqua,&
hanc dicit communiorem, & in pra-
ctica tenendam Iulius Clarus.§. teſta-
mentum,quæſt.77. Menochius,conſ.
153.num.5. libr.2.Burſatus. conſil.301.
num.19.libr.3. Decianus,conſ.41.nu-
mer.25.lib.1. & conſ. 26. num.11.li 2.
4 Sed prima opinio eſt magis commu-
nis, & maiori calculo doctorum ap-
probata, ſecundum Ant. Gabr. lib.4.
commu. titul. de fideicommiſ. con-
cluſio.4,qui poſuit ad règulam.28.
limitationes. Quam concluſioné am-
pliat,vt procedat,etiamſi filij poſiti in
cõditione, expreſsé á teſtatore grauẽ
tur, vt poſt obitum illorum fiat ſubſti
tutio,vt eſt communis opinio,ſecun-
5 dum Iaſſ. in .d.l. Centurio. num.54.
& alios refert Couar.in d.cap. Ray-
nuntius.§.3. num.2. vltra quos hanc
opinionem dixit communem idem
Iaſſ.

Iaſſ.in.d.l. 1.numer.22.C. de pactis, &
Claudi us,i n.d.l. ex facto.§. ex facto,
& dixit communem Ripa,in.d.l. Cen
turio,num.166.& vide quæ dicemus
in quæſt.277.
6 Secundo amplia,ſi filij ponantur in
cond itione,etiam per hęc verba,*Si-
ſine liberis maſculis deceſſerit,* ita eſt cō-
munis opinio, ſecundum Ripam , in
d.l.1.C.de pactis,num.9.& in.d.l. Cen
turio, num.162. & dixit communem
Socinus iunior, conſil.172. volum .2.
licèt contrarium teneat Gualdenſis,
d.tit.5. cautela.36. & Sylua .d. co nſil.
53.num.4. vbi citat alios doctores te-
nentes cum eo.
7 Tertio amplia, vt dicta communis
opinio habeat locum,non ſolū in hæ
reditate,ſed etiam in legatis , ita dixit
communem Claudius , in.d.§ ex fa-
cto , & tenēt plures , quos refert Co-
uar. ſup.nu.6. nec huius quæſtionis
modica eſt vtilitas , nam ſi ex teſtamē
to cenſerētur filij vocati , non poſſet
pater in eorum pręiudiciū bona alie-
nare:ita probat text. in.l.fin.§. fin. &
in authentica,res quæ .C. communia,
de legatis.

## QVAESTIO. 95.

### *Vtrum nouatio in contractibus præſumatur ad.l.fin.C. de noua- tionibus. Communis contra communem,& quid iure regio.*

IN omnibus caſibus , in quibus o-
lim nouatio præſumebatur,in eiſ
dem quoque præſumetur , ſaltim
ope exceptionis:ita tenet Bart.&glo.
in.l.2.ff.de nouationibus , & hæc eſt
communis opinio,ſecundum Alex.in
l.4.§. ex conuentione .ff. de re iudic.
& ſecundum Socinum,conſ.21.vol.1.
nu.1. quā opinionē tenet glo.in.d.l. fi.
C. de nouationibus ; quam ſequitur
Bald. ibi,num.6. Salizetus , numer.4.
eandem tenet gloſſ. in .l. Valerianus,
ff. de prætorijs ſtipulationibus , vbi
ſequitur Bart. quæ opinio fuit origi-
nalis Azonis,in ſumma .C. de noua-
tionibns , num.7. quam eſſe cōmunē
innuit Faber , in.§. præterea , num .3.
inſtitut. quibus modis tollitur obliga
tio , vbi expreſsé Porcus hanc dicit
communem,col.2.
1 Sed contrariam opinionem ( imó,
quod nequè ope exceptionis nouatio
vnquam inducatur, niſi aliud expreſ-
ſé per partes fuerit actum) tenent plu
res citati per Iaſſ.in.l. ſingularia , nu-
mer.37.ff. ſi certum petatur, & iſta
eſt verior & communior opinio , ſe-
cūdum Greg .in.l.51.ti.14.par.5.verb.
2 *Por manero.* Fatentur tamen docto-
res communiter (ſecundum eum ibi-
dem)nouationem fieri , quando eui-
denter ex coniecturis manifeſtis appa
ret,partes nouationem facere voluiſ-
ſe.Quam opinionem( vltra prædictas
gloſſas ) dixit communem idem Iaſſ.
in.l. pecuniam quam,in fin.eodem ti.
vbi Decius & Purpuratus , numer.8.
& in.l.lecta,eodem tit. & Alex. conſ.
72.vol.2. num.1. Carolus Molineus,
ad Alexand.conſ.13.num.6.volum. 2.
Ripa,in .d.§. ſi ex conuentione , nu-
mer.8. Curtius iunior,in.l.fin.num.3.
ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. De
quo articulo vide allegata per Cagno
lum,in.l. expreſſa,num. 4.ff. de regul.
3 iur. Quæ omnia etiam procedunt in
delegatione, quæ non fit interuenien
te noua perſona, vt eſt gloſſ. recepta
in.l.2 .C. de nouationibus, quam di-
cit communem Villalobos,in ſuo ęra
rio com.litera.N.num.44.
Sed contraria opinio etiā eſt cōmu
nis,ſecundum Socinum,in.l. ſingula-
ria.ff. ſi certum petatur, num.20. vbi
Iaſſ.num.37.Alciatus , num.23. Oroſ-
cius,in.l. ſi vnus.§.pactus nè peteret,
num.47.ff.de pactis,& dicit commu-
nem



nem Gregor.indict.l.15.tit.14.part.5.
verb.*Abiertamente,* Auendañus , in
ſuo dictionario , verb. *Delegacion,*
& licèt pro vtraque parte ſit commu
nis opinio, ſecundum Gutierrez , de
iuram. conf.1. part.capit. 61. num.4.
4 tamen hodiè ex dict.l.15. nequé no-
uatio , nequé delegatio prioris obli-
gationis inducitur interuentu no -
uæ perſonæ,niſi expreſsè agatur , vt
aduertit Gregor.ibi.
Solet tamen dubitari , an hoc ha-
beat locum in ſtipulatione pœnali,
vt etiā in ea nō præſumatur facta no
uatio,niſi expreſsé actum ſit : & par-
5 tem negatiuam tenet gloſſa , in .l. ſi
pacto, quo pœnam. C.de pactis,qnam
ibi ſequitur Albericus , numero .4.
Idem tenet gloſſa magna , in.l. obli-
gationum ferè .§. fin.ff. de actioni -
bus,gloſſ.in.l. ferre,& in.l.reſcriptū,
§. ſi pacto.ff. de pactis, gloſſ. verb.
ſtipulatio , in.l. prædia , in fin.ff. de
actionibus empti,gloſſ. in.l.fin.§. fin.
ff. ſi quis in ius vocatus non ierit,
& in.l. ſtipulatus, verb. probatur , &
in.l. ſtipulatus fuero , te ſiſti, verb.
eſſem.ff. de verborum obligat. & Pe-
trus & Iacobus , in.l. ita ſtipulatus,
vbi Iaſſ.num.20.
6 Sed contrariam opinionem tenent
ibi Guillermus & , Iacobus Ray -
nerius, vbi Bart. numer.30. Alexand.
& Iaſſ. numer.20. Ripa , numer.65.
qui teſtantur hanc eſſe communem,
idem Iaſſ. in dict.l. ſi ſtipulatus fue-
ro , vbi etiam dicit communem
idèm. Iaſſ.in .l. pręſcriptum.§. ſi pa -
cto,numer.2. & in dict.l. fin. §. fin.
ff. ſi quis in ius vocat. & in.dict.l. ſi
pacto , quo pœnam , numer.1. &.14.
vbi Curtius, numer,13.& dicit com-
munem opinionem Gregor. in.l. 34.
tit.11. part.5.gloſſ. verb.*Qual mas qui
ſiere,*& Gutierr.de iuram.conf.1.par.
cap.61. numero .6. à qua opinione
non eſt recedendum in iudicando &
conſulendo.

## QVAESTIO. 96.

### *Vtrū perſona nō miſerabilis poſ- ſit agere pro dote , principaliter coram iudice eccleſiaſtico. Communis contra cōmunem.*

PErſona non miſerabilis non
poteſt agere pro dote princi-
paliter coram iudice ecleſia-
ſtico,communis eſt , ſecundum Feli-
num,in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ,
col.19.numer.58.de conſtitutionib.
Sed contrariam ſententiam ( imo,
quod etiam principaliter poſsit age-
re)dixit communem idem Felinus,in
cap. licet.ff. te foro cōpetenti, & re-
fert vtramque communem Ripa , in
l.1. numer.48 .ff. ſoluto matrimo -
nio. Et ratio eſt, quia dos & cauſa
pia æquiparantur, text. in .l. penul-
tima & fin. C.ad Veleianum .l. cum
is.§. ſi in ea , de conditione indebiti,
& iſtam opinionem tenet Aufre -
rius , de poteſtate eccleſiaſtica , caſu
27. numer.21. Gomecius , in capite
fin.nu.22. de iudicijs, lib.6. Didacus
Perèz , in.l.2. titul .1. libro.3. ordin.
colum.775. verſic. dubitatur, inſuper
Quod maximé procederet , quando
dos peteretur á vidua,quæ miſerabi -
lis eſt habitu , & dotis priuatio red-
dit eam oppreſſam, & ſic miſerabi-
lem actu, ſecundum Baldum Nobel-
lum, in tractatu de dote, part.9. pri-
uilegio.16. Rubius, in capite,per ve-
ſtras , notabili.2. numer.13. &.24. de
donationib.int.vi.quod ita declarat
Paz , in ſua praxi.2 . tomo.in.2. præ-
ludio , numero .21. vbi refert duas
communes contrarias in hac quæ-
ſtione,& Gutier.pract. li.1.quæſt.44.

## QVAESTIO. 97.

*Utrum ſententia lata ratione iuramenti (de quo in.l ſi quãdo, C.vndè vi) retractetur prætextu inſtrumenti de nouo reperti. Cõmunis contra communem*

IN odium violentiæ relinquitur probatio ablatorum ſolo iuramẽto illius, qui damnum paſſus eſt, vt probat tex.in.d.l. ſi quando, & in cap.fin. de his, quæ vi metus, vel cauſa fiunt.l.5. titul.8. part.3. vbi Gregor. verb. que iure, & in .l.5.tit.11. part.3.& in.l.10. tit.9. part.5. & in.l. 2. tit. 11. part.3.l.4.titul.7. part.5. in quibus legibus damnũ probatur per iuramentum, &.34. caſus, in quibus probatio fit per iuramentum: tradit Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgundiæ, rubr.1.§.5. numer.176. & an aduerſus hoc iuramentum admittatur probatio in contrarium, tradit Tiraquellus, de retractu, libr.1.§.4. gloſſ.1. numer.28. cum ſequentibus, & plura tradit Salzedo, in additionibus ad Bernard. Diaz, regul.186. limitatio.10. vbi affirmatiué illud reſoluit per gloſ. in.l.2.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxali cauſa agatur.

Nunc autem dubitatur, an ſenten-
1 tia lata prętextu illius iuramenti, re-
uocetur per inſtrumenta de nouo re
perta, & quod non reuocetur tenet
Bart. in .l. admonendi, numer.9.ff. de
iureiurando, & ſequitur eum (alios
adducens) Iaſſ. ibi, in lectura, numer.
47.& in repetitione, num.44.& .303.
&.304. dixit communem, & diſpu-
tat ſingulariter Felinus, in cap.ſubor
ta, numer.18. de re iudicata, ſalencia.5.
Et an procurator poſsit iurare, tra-
dit Couar. in cap. quamuis pactum,
1. part.§.5. numer.7.

Sed contrariam opinionem aduerſus Bart. dixit ibi communem Ripa, nu.69. (nequè in hoc articulo, quam opinionem ſequamur, aperit Tiraquellus, in dict. gloſſ.1. numer.29. &.32.) & ratio eſt, quia diſpoſitio legis, ſi quando, fundatur in præſumptione, quę ceſſat per probationem, & inſtrumenta in contrarium.l. filium quem pater .ff. familiæ herciſcundæ, ibi, **Nè imagine naturæ veritas obumbretur,** & declarat. D.Ludouicus de Pedeguera, capite.23. per totum.in.qq. crim.

## QVAESTIO. 98.

*Utrum per longum ſpatium amittatur poſſeſsio, & quanto tempore inducatur obliuio. Cõmunis cõtra communem.*

PEr lõgũ ſpatiũ tẽporis, licet nõ amittatur poſſeſsio, inducitur tamen obliuio poſſeſsionis (amiſsionem inducens) quod tempus relinquitur arbitrio iudicis: ita voluit gloſſ. verſic. vel longo, in.l. furtum.§. fundi .ff. de vſucapionibus, quæ communis eſt, ſecundum Albericum, ibi, & dixit communem Iaſſ.in.l.1.col fin.C. de ſeruis fugitiuis, & Socinus ſenior, conſil.2. libr.3. qui dicit hanc eſſe communem opinionem doctorum, & ſequitur Aymon Craueta, conſi.241. in fine, & plures, quos citat Tiraquellus, in tractatu præſcription.§.1. gloſſ.4. in fine, Socinus iunior, in.l. naturaliter.§. nihil commune, num. 131.ff. de acquirenda poſſeſsione, qui
1 omnes affirmant, iudicem pro qua-
litate rei, & perſonarum, iudicatu-
rum, quanto tempore obliuio prę-
ſumatur, nam maius tempus tri-
buit viris, quam fœminis, quæ
ob ſexus fragilitatem (vt illi aiunt) fa-
cilius memoria labuntur; & ſic in
2 Principe, vel alio homine multis ne-
gotijs implicato, facilius memoriæ
obliuio inducitur & præſumitur: ita
3 Ripa, in.l.quod iuſsit, numer.47.ff. de
re iudicata, Socinius ſenior, conſil.
260. libr.2. & conſil.115.libr.3. Go-
zadinus, conſil.9. numer.35. Pariſius,
4 conſil.11. numer.12. libr.1. & ſic ha-
benda erit ratio qualitatis perſonæ.
Quam ſententiam & opinionem ſe-
quitur Menoch. de arbitrarijs, libr.2.
caſu.26.num.2.

5 Sed contrariam opinionem (imó,
quod requiratur tempus decem an-
norum) tenet gloſſ.in.l.licét. C.de ac-
quirenda poſſeſsione. Quam ſenten-
tiam ſequuntur relati á Socino ſe-
nio, conſ.38.vol.1. idem reſpõdit Go-
zadinus, conſ.9. numer.35. Marſilius
conſ.20. numer.23. &.24. Tiraquel-
lus, ſupra, & eſt gloſſ.in.§. quod au-
tem, inſtitut. de vſucapionibus, quam
ſequitur Decius & Bart. in dict.l. fur-
tum, Alexand. in .l. ſi de eo fundo,
§.ſi forte.ff. de acquirenda poſſeſsio-
ne, Alciat. in reg.2. præſumption.11.
numer.30. & hanc appellat commu-
nem Iaſſ.in dict.l. naturaliter.§. nihil
commune, numer.84.ff. de acquiren-
da poſſeſsione, vbi Ripa, numer.130.
& dixit etiam communem Tiraquel-
lus, de iure conſtituti.3. part. limita-
tione.21. numer.10. & diſputat Boe-
rius, deciſ. 239. col.26. vbi adducit
ſingularem concordiam, & laté de
hac materia agit Gutierrez, in.l. ne-
mo poteſt, num.189. de leg.1. Gracian.
reg.450.

## QVAESTIO. 99.

*Ad legem, reconiuncti .ff. de legatis 3. Communis contra communem.*



QVando aliquis habet duos coniunctos, alterum verbis, & alterum re, & repudiat, is præferendus eſt, qui verbis eſt coniunctus: ita tenent doctores antiqui, in.d.l. reconiuncti, vbi Iaſſ. teſtatur eſſe communem opinionem, nu.153.

Sed contrariam ſententiam (imò quod vterque ad partem repudiatam admittatur) tenet ibi gloſ. poſt Azonem, & Ioannem, & hãc eſſe communem teſtatur ibi Ludouicus de Villalonga, col.153. in verſ. Secunda eſt opinio: quæ æquior eſt, & tenẽda.

## QVAESTIO. 100.

*Ad legem, qui patri hæres extitit.59.ff.de acquirenda hæreditate. Communis contra comunem.*

IN caſu difficilis legis, qui patri hęres extitit, fuit hæres ſubſtitutus ad bona impuberis, & iure accreſcendi capit illa bona pupillaria, nõ veró iure ſubſtitutionis, quod videtur innuere verba illius text. ibi, **Et accreſcendi iure,** & ita intelligunt illũ tex. gloſ. Bart. & Ang. ibi, & illum intellectum eſſe communem tenet Paulus, ibi, num.6. Imola, col. penult. & Bart. in .d.l. reconiuncti, numer. 58. de legat.3.

Sed contrariam opinionem (imó, quod iure ſubſtitutionis hæres ſubſtituti admittatur) fatentur cõmunẽ, in d.l. re cõiũcti, Ripa. n.202. & Villa longa, col.216. quæ opinio verior eſt.

## SVMMARIVM.

1 *PArs affirmatiua quæſtionis proponitur, & defenditur, etiam de iure regio.*
2 *Lex is qui.ff. de inof. teſtam. declaratur, & inducitur pro hac opinione.*

3 Lex.3.§.ſi emancipatus adducitur pro hac opinione.
4 Lex pater filium.ff. de inoffic.teſtam. comprobat prædictam opinionem.
5 Lex .2.ff. de bonis libertorum, declaratur.
6 Filius exhæredatus habetur pro mortuo.
7 Nepos remanet in poteſtate aui, patre exhæredato.
8 Nepoti defertur querela per ſucceſſorium edictum, excluſo eius patre.
9 Succeſſorium edictum ordinatur ad obtinendam hæreditatem.
10 Contraria opinio in quæſtione propoſita refertur.
11 Lex ſi quis filium.ff.de inoffic.teſtam. adducitur pro hac ſententia.
12 Lex ſcripto, verſic. cæterum.ff. vndè liberi, declaratur.
13 Lex.1.§.ſi pater.ff. de coniungendis cum emancipatis, declaratur.
14 Pater exhæredando filium, ſatisfacit formæ à lege inter cætera traditæ.
15 Lex illud.§.1.ff.de contra tabulas, declaratur.
16 Lex ſi quis poſthumus.§.ſi filium, adducitur pro hac ſententia.
17 Succeſſorium edictum fuit introductum fauore creditorum.
18 Diſpoſitio legis ceſſat, ceſſante eius ratione.
19 Succeſſorium edictum datur ex propria perſona petentis, non prædeceſſoris excluſi.
20 Querela ſolum competit exhæredatis, non verò præteritis.
21 Lex ſi quis filio exhæredato, adducitur pro hac opinione.
22 Nepos non rumpit aui teſtamentum.
23 Doctores tenentes hanc opinionem, traduntur.
24 Quæſtio eſt pro vtraque parte diſputabilis, an in querela ſit locus ſucceſſorio edicto.
25 Lucroſa & practicabilia ſunt apetenda, nô verò ſubtilia & parum fructuoſa.
26 Lex ſi is qui.ff.de inofficioſo teſtamento, declaratur.
27 Intellectus Antonij Gomez, reprobatur.
28 Nepos, viuo parente, non eſt neceſſarium, vt inſtituatur, neque exhæredetur.
29 Secundus intellectus ad.l.ſi is qui, adducitur.
30 Intellectus Pauli, ad.l.ſi is qui, reprobatur.
31 Lex.3.§.ſi emancipatus .ff. de contra tabulas, declaratur.
32 Secundus intellectus ad .§.ſi emancipatus adducitur.
33 Filius olim puniri poterat propter delictum patris.
34 Filius non poterat de iure ciuili contrahere matrimonium, ſine patris conſenſu.
35 Filius non erat legitimus, quando matrimonium ſine patris conſenſu ctrahebatur.
36 Filius emancipatus poterat matrimonium contrahere, ſine patris conſenſu.
37 Lex.ſed cum patrono.§. bonorum.ff.de bonorum poſſeſſionibus, declaratur.
38 Reſciſsio capitis diminutionis nô obſtat ne poti.
39 Opinio Acoſtæ, & Sarmienti, damnatur.
40 Lex pater filium ff. de inofficioſo teſtamento, declaratur.
41 Bonorum poſſeſsio & querela, ſunt remedia reſciſſoria.
42 Falcidia ſolet ſumi pro Trebellianica, & èconuerſo.
43 In habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus.
44 Subrogatum ſapit naturam ſubrogati.
45 Verbum manumittere ſumitur pro emancipare, & èconuerſo.
46 A ſignificatione verborum recedi non oportet.
47 Alius intellectus traditur ad.l.pater filium, & reprobatur.
48 Lex.1.§.ſi.ff.ſi quis à parête fuerit manumiſſus, declaratur.
49 Bonorum poſſeſsio contra tabulas eſt remediû ordinarium, filijs præteritis côpetens.
50 Filio directo ordine naturæ debentur alimenta.
51 Lex.1.ff.de inofficioſo teſtamento, declaratur.





52 Alius intellectus traditur & reprobatur.
53 Ius antiquum interpretatur pro querela.
54 Lex Pantonius.§.ſi filius.ff.ſi quis à parente fuerit manumiſſus, declaratur.
55 Querela inofficioſi datur patri præterito in præmium emancipationis.
56 Teſtamentum eſt nullum, ſi pater prætereatur à filio.
57 Præteritio patris reddit teſtamentum filij nullum.
58 Ius antiquum interpretatur, id eſt ius ſuccedendi ab inteſtato.
59 Gutierrez reprobatur in ſua opinione, & interpretatione.
60 Succeſsio ab inteſtato non competit, vbi eſt alia iuris ſucceſsio.
61 Alia interpretatio gloſſæ ad illum textum traditur.
62 Verus intellectus ad .l. pater filium traditur.
63 Præteritio matris habet vim exhæredationis.
64 Præteritio habet vim exhæredationis, quando non datur continuatio dominij.
65 Lex illud.§. ad teſtamêta.ff. de contra tabulas, declaratur.
66 Præteritio matris habet vim exhæredationis.
67 Lex filio.§.contra tabulas.ff. de inofficioſo, declaratur.
68 Nouus intellectus ad illam.l. traditur.
69 Intellectus ſingularis & ſubtilis Sarmienti, refertur.
70 Pater querelam non præparatam transfert ad nepotem.
71 Quæſtio practicabilis proponitur, an filio renûciante admittatur ad hæreditatê nepos ex ſucceſſorio edicto.
72 Requiſita neceſſaria, vt ſit locus ſucceſſorio edicto referuntur.
73 Reſolutio quæſtionis traditur.
74 Ius accreſcendi excludit ſucceſſoriû edictû.
75 Si filius, qui renunciauit hæreditati, decedat viuo parente, tunc admittuntur nepotes per ſucceſſorium edictum.
76 Succeſſoriû edictû, an ſit locus in iure dicêdi nullum, traditur remiſsiuè.

## QVAESTIO. 101.

### Vtrum inter ſuos ſit locus ſucceſſorio edicto, & quid in querela inofficioſi teſtamenti. Cômunis contra communem.

INter ſuos hæredes hodiè non eſſe locum ſucceſſorio edicto plerique exiſtimant, & eſſe communem opinionem fatetur Bart. in.l. qui ſe patris, numer. 7. C. vndè liberi. Sed contrariam ſententiam tenet ibi gloſ. verb. negat, quam ibi Bart. probat, numer.8. & dixit communem Iaſ. colum.8. verſic. Bart. hic, & Menchaca, de ſucceſsionum creatione, libro .2.1. parti.§.20. numero .134. Eſt tamen ſubtilis quæſtio, quæ in hoc loco venit explicanda, an in querela inofficioſi teſtamenti ſit locus ſucceſſorio edicto, per legem pater filium.ff.de inofficioſo teſtamento, quam queſtionem latè diſputat Acoſta, in.§. & quid ſi tantum.3. par. numer.201. vbi aſsignat intellectum ad.l.2.ff. de bonis libertorum, num. 232. & Biglius, in.§. quia plerumquè, num .5.inſt. de inofficioſo, Cuiacius, libr.8. obſeruationum, capite.23.litera .B. qui reſoluit, quod in dicta.l. pater filium, competit querela patri, tanquam patri, & bonorum poſſeſsio, tanquam manumiſſori, vt in .l.1.§. fin.ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus, & explicat Gutierrez, in repetitione dictæ legis, cum pater, Suarez, in.l. quoniam in prioribus, ampliatione.10. C. de inofficioſo teſtamento, Menchaca, ſupra, de ſucceſsionum creatione, §.20. numer.133. Antonius Gomez.1. tom. capite.11. numer.21. Matienço, in.l. 1. tit.8. gloſ.7. num.3. & Gregorius, in.l.1. tit.8. partit. 6.

1 Et quod in querela inofficioſi teſta-
mẽti detur ſucceſſorium edictum, di
cit magis cõmunem opinionẽ Bart.
in.l.ſi quis poſthum.§.ſi filiũ.ff.de li-
ber. & poſthum.& in.d.l. pater filiũ,
& dicit communem opinionem Ro
deric. Suar.in.l. quoniam in priori-
bus,ampliat.10.C. de inoffic. teſtam.
idem Bart. in.l.in ſuis,nu.9.ff. de lib.
& poſth.& dicit etiã com. Curt. iun.
in rub.C.de ſucceſſorio edicto,nu.11.
vbi Iaſ.nu.5. dicit com.& Dec.num.
6.& Alex.nu.fi.Alciat.li.4. paradox.
cap.16.vbi etiã atteſtatur com.&Co-
ſta,ſup.& Greg.in.l.1.ti.8. gloſ.1. par.
6.quẽ ſequitur Matienç. ſup.gloſ.14.
nu.74. &.75. vbi dicit procedere de
iure regio,p qua opinione facit text.
2 in.l. ex duobus.§. fin.ff.de contra ta-
bulas,text.etiam,in.l.ſi is qui.31.ff.de
inof. teſtam.cuius verba ſunt,* *Si is,
qui admittitur ad accuſandum, nollit, aut
non poſsit accuſare,an ſequẽs admittatur,
videndũ eſt,& placuit poſſe, vt fiat ſucceſ-
ſioni locus,* Ex cuius legis contextura,
præſens quæſtio nullam videtur ha-
bere difficultatem. Præterea & tertió
pro hac opinione adducitur tex.in.l.
3.§. ſi emancipatus.ff. de contra ta-
3 bulas, vbi nepos ex filio emancipato
exhæredato, patre excluſo, admitti-
tur ad querelam, ibi,* *Iudex, qui de inof-
ficioſo cogniturus eſt, non tam delicta pa-
tris, quam merita nepotis perpendit.** &
ſic ſequitur, quod nepos ibi venit
ad querelam ex ſua propria perſona,
4 (per ſucceſſorium edictum) non verò
ex perſona patris, quia aliás merita il-
lius conſiderarentur, ſi nepos ex per-
ſona illius vellet venire, pro qua ſen-
tentia facit etiam text.in.l. pater filiũ
ff. de inofficioſo teſtamento, vbi fi-
lij fuerunt exhæredati, & per ſenten-
tiã excluſi, & nihilominus pater præ
teritus, qui eſt in vlteriori gradu, ad-
mittitur ad querelam: ergo bené ſe-
quitur, quod in querela ſit locus ſuc-
5 ceſſorio edicto. Quã ſententiã confir
mat etiam tex.in.l.2.ff.de bonis liber
torum, vbi filijs patroni præteritis à
liberto cõpetit ſucceſſorium edictũ,
ibi,* *Liberi eius, vel alterius patroni petere
poterunt ex illa parte edicti, qua primus, nõ
petentibus, aut etiam nollentibus ad ſe per-
tinere, ſequentibus datur, ac ſi priores ex
eo numero non eſſent.** Rurſus etiam con
6 firmatur iſta opinio, ex ea ratione,
quia filius exhæredatus habetur pro
mortuo, text.in.l.3.§.ſi paternus.ff.de
coniungendis cum emancipatis libe-
7 ris eius, & ſic cum nepos remaneat in
poteſtate aui, vt in.l. poſthumorum,
§.1.ff.de iniuſto rupto, & ille nõ ſit in
ſtitutus, nequé exhæredatus (prout
ibi requiritur) ſequitur, quod ſit ad-
mittendus ad querelam per ſucceſſo-
rium edictum. Vltimó, pro confirma
8 tione huius opinionis facit, quia que
madmodum nepoti defertur ſucceſ-
ſio ab inteſtato (excluſis præcedenti
bus) ita debet deferri querela per
9 ſucceſſoriũ edictum (quæ ordinatur
ad obtinendam hæreditatẽ).l.1.§. qui
bus.ff. de ſucceſſorio edicto.l.1.§. ſi
10 filius.ff. de ſuis & legitimis hæredi-
bus.l. poſthum. ff. de iniuſto rupto.
Ex quib9 rationib9 & fũdamẽtis hæc
videtur tutior & ſecurior opinio.
11 Sed his & alijs non obſtantibus,
pro contraria ſententia facit text. in
l. ſi quis filium.ff. de inofficioſ. teſta-
mento, vbi pater filium exhæreda-
uit (ex quo habebat nepotẽ) & extra
neum hæredem inſtituit, filius veró
exhæredatus (de liberante hærede
ſcripto) vita deceſsit (nulla querela
præparata) dubium fuit, an talis ne-
pos admittatur ad querelam per ſuc-
ceſſorium edictum: & dicit textus,
quod omne adiutoriũ nepoti derelin
quit, ita vt nepos nullum ius habeat
ſuccedẽdi, & refert Iuſtinianus, quod
quidam iuriſconſulti hunc articulũ
ſatis indeciſum, & inhumané reli-
querunt. Ergo ſi nepos ante illius le-
gis deciſionem erat omni remedio
deſtitu-



deſtitutus, ſequitur, quód in que-
rela inofficioſi teſtamenti non ſit lo-
cus ſucceſſorio edicto: quia aliás nul-
la eſſet inhumanitas, ſi nepos poſsit
venire ad querelam non præparatam
per ſucceſſorium edictum. Quæ opi-
nio etiam fulcitur ex.l. ſcripto, ver-
ſic, cæterum.ff. vndé liberi, vbi filius
exhæredatus (qui tanquam mortuus
12 reputatur) obſtat nepoti præterito
in cauſa teſtati, & ſic videtur, quod
nepos non poſsit venire ad ſucceſsio
nẽ aui ex perſonà patris, nec ex ſua,
quod euidẽtius probatur in.l.1.§ ſi pa
ter.ff. de coniungendis cum eman-
cipatis liberis eius, vbi etiam filius
13 fuit exhæredatus, & nepos præteri-
tus, & reſoluit iuriſconſultus, quod
non admittatur nepos ad hæredita-
tem aui: & ſic videtur, quod in que-
rela non ſit locus ſucceſſorio edicto,
maximé, quia pater exhæredando fi-
14 lium ſatisfacit formæ traditæ per.l.
inter cætera.ff. de liberis & poſthu-
mis. Rurſus confirmatur hæc opinio,
ex.l. illud.§.1.ff. de contra tabulas,
vbi nepoti præterito ex filio exhæ-
15 redato non cõpetit bonorũ poſſeſsio,
nec aliud iuris remedium, & eſt ſimi-
lis text. in.l. ſi quis poſthumus.§. ſi fi-
lium.ff. de liberis & poſthumis, vbi
nepos vel deſcendens ex filio exhære
16 dato, non intrat primum locum in
ſuitate, neque habet ius rumpendi te-
ſtamentum: ergo cum ſit omni reme-
dio deſtitutus, clarè colligitur, quod
non ſit locus ſucceſſorio edicto, quod
quidem introductum fuit fauore cre-
ditorum, nè illis longior mora & di-
17 latio ad recuperãda debita fieret, vt in
l.1.ff.de ſucceſſorio edicto. Quæ ratio
ceſſat, quotieſcunq; pater exhæredãs
filium (præterito nepote) hæredem
extraneum inſtituit, cum tunc adita
hæreditate, debitum exigi valeat, &
ſic ceſſante finali legis ratione, debet
ceſſare ei9 diſpoſitio.l. 4.§. toties.ff.
18
de dãno infecto.l. adige re.§. quãuis,
de iure patronatus: maximè quia ſuc
ceſſorium edictum datur ex propria
19 perſona petentis, non autem prede-
ceſſoris excluſi, vndé cum nepos
nunquam fuerit exhæredatus, ſed ſo-
lum præteritus, & querela ſolum
competat exhæredatis (vt in.l.1.
&.2.ff. de inofficioſo teſtamento)
(non autem præteritis) vt in.l. non
20 putauit, & in.l. poſt mortem.§.
exhæredati.ff. de contra tabulas,
nullo modo poteſt ſucceſſorium edi-
ctum competere. Quæ opinio etiam
21 fulcitur ex.l. ſi quis filio exhæreda-
to.ff. de iniuſto rupto, vbi filius fuit
exhæredatus, & extraneus hæres
inſtitutus: ex filio verò exhæredato
nepos natus fuit, anté additionem
hæreditatis, factam per extraneum
ſcriptum hæredem, & fuit dubita-
tum, qualiter huic nepoti præte-
rito (ex filio exhęredato) ſuccurra-
tur. Et reſpondit iuriſconſultus, quod
22 talis nepos nequè debet hæres in-
ſtitui nequè exhęredari, & quod non
rumpit aui teſtamentum, & ſic cla-
ré deducitur ex omnibus deciſioni-
bus ſupra relatis, quod in querela
inofficioſi teſtamenti non ſit locus
23 ſucceſſorio edicto. Quam opinio-
nem tenet gloſſa, in dicta.l. Poſthu-
mus.§. ſi filiũ, gloſ. etiã in.l. poſthu-
morum.ff. de iniuſto rupto. Quam
opinionem tenuerunt ſubtiles vl-
tramontani, Petrus, Iacobus de A-
retio, & Butricarius, & Salicetus,
in dicta.l. ſi quis filium, Aretinus,
in.l.1.ff.de ſucceſſorio edicto, & ex
noſtratibus hanc opinionem ſequi-
tur Antonius Gomez.1. tomo va-
riarum, capit.11.á numero.21. Sar-
miento, libr.4. ſelectarum, in dict.l.
ſi quis poſthumus.§. ſi filium, nu-
mero.2. Alciatus (qui expreſé im-
24 pugnat communem opinionem) lib.
4. paradoxorum, capit.16. per totum.

In qua doctorum varietate dicit Iaſſ.
in.d.l.in ſuis, numer.54. quod iſta eſt
quæſtio pro vtraque parte diſputabi-
lis.& Bald.in.d.l. ſi quis filiũ,queſt.2.
in fin. dicit, quod iſte articulus eſt de
apicibus iuris, vbi Fulgoſius dicit,
quod iſte eſt punctus difficillimus, &
nunquam fuit de eo clarus, ob idqué
25 operæpretium eſſe duxi, aliquantu-
lum in diſputatione præſentis quæ-
ſtionis immorari(licet animus noſter
magis intendat lucroſa & practicabi-
lia referre, quam ſubtilia & parũ fru-
ctuoſa diſputare) & ſic diſputationis
gratia(pro iuuenibus) ad partes quę-
ſtionem diſcutiam, & tenendo hanc
vltimam opinionem,non obſtant iu-
ra pro contraria ſententia adducta;
26 maximé text. in.d.l. ſi is qui ff. de
inoffic. teſtam. quia reſpondeo,quod
in caſu illius text. nepos fuit exhære
datus ſecundum conſilium Galli A-
quilij,quia quemadmodũ de nouo in
troduxit, vt nepos inſtitueretur, né
fortaſsis teſtamentum ſubuerteretur,
vt per totam.l. Gallus, & in.l.penult.
ff. de legat.1.)ita etiam per illum tex.
introduxit, vt poſsit exhæredari ex
27 idẽtitate rationis,cũ paria ſint quoad
formam teſtamenti inſtituere filios,
vel exhæredare,vt in.d.l. inter cæte-
ra, quem intellectum videtur appro-
bare Antonius Gomez, ſupra, nu.21.
in fin. Sed ſalua pace, prædictus intel
lectus eſt diuinatorius, & conuinci-
28 tur ratione, quia nepos, viuo patre,
non erat neceſſario inſtituendus, vel
exhęredandus; cum præcederetur á
patre, ita probat text. in.dicta.l. ſi
quis filio exhæredato.ff. de in iuſto
Rupto. Neque credendum eſt, auum
nepotem exhęredare; cuius præte-
ritio teſtamentum non impugnat;
29 cum adhuc pater viueret. Vnde ſe-
cundus veriſsimus intellectus aſsig
nandus eſt ad illam legem,ſi is qui,vt
illa verba,**Vt ſit ſucceſsioni locus,** in-
telligantur reſpectu bonorum, ita
vt repudiante vel excluſo filio, nepos
in bonis habeat ſucceſsionem, non
per querelam ex ſucceſſorio edicto,
ſed per ius acreſcendi inſtar ſucceſ-
ſorij: ita probat textus,in.l. ſi po-
nas, aliàs ſi proponas.23.ff. de inoffi-
cioſo teſtamento, quem intellectum
aſsignat Alciatus, libr.4. paradoxo-
rum,capite.16. numero.101. pro quo
pondero verba dictæ legis, dum di-
30 cit, **Vt ſit ſucceſsioni locus.** Non au-
tem dicit, vt ſit ſucceſſorio locus,
vt indè ſumamus interpretationẽ per
ſucceſſoriũ edictũ(vt perperã Paulus
ibi interpretatur) & ſic verus ſenſus
eſt, vt ibi ſequẽs in gradu admittatur
31 ad ſucceſsionem bonorum,non veró
vt in querela ſit locus ſucceſſorio e-
dicto(prout communiter interpretã-
tur ſcribentes.) Nec obſtat dicta.l.3.
§. ſi emancipatus.ff. de contra tabu-
las( pro communi opinione addu-
ctus) quia reſpondet Alex.in.d.l. in
ſuis,quod text. ille loquitur de nepo-
te exhæredato, non veró de nepote
præterito, quia in illo.§. tam pater
quam nepos fuerunt exhæredati, vt
probant verba illius tex.ibi, *Iudex,qui
de inofficioſo cognitur[9] eſt,* & ibi, *Cũ
poſsit auus ſuo iure vti,eũq; exhæredare,*
& ſic cum nepos fuerit ibi exhæreda-
tus,non eſt mirum ſi illi cõpetat que-
rela inofficioſi teſtamenti; cum iam
eo tempore pater fuiſſet mortuus, &
excluſus. Qui intellectus non conue-
nit illius text. diſpoſitioni, quia ibi
32 nepos nõ fuit exhæredat[9]. Qua prop-
ter,ſecundus intellectus ad illum tex.
aſsignandus eſt, videlicet, quod text.
ille loquatur in nepote præterito, cui
competit bonorum poſſeſsio, contra
tabulas, & ſic textus,non loquitur de
querela per ſucceſsorium edictum,
ſed ſolum de bonorum poſſeſsione,
vt probatur in illis verbis,**Et ideo ne-
pos ſi patre iam mortuo, ad bonorum poſ-
ſeſsionem aui vellit venire, admittendus
eſt ad eã.** & ibi,**Dicimus ex ea natũ ad bo-**





*norũ poſſeſsionẽ aui admitti,* Et ſic bené
ſequitur ꝙ nepos ibi nõ fuit exhære-
dat[9],ſed præterit[9]: aliás nõ daretur illi
bonorũ poſſeſsio contra tabulas,quæ
ſolum præteritis competit, vt in.d.l.
non putabit. Nec huic interprætatio
ni obſtant verba text.in.dicto.§. ſi e-
mancipatus,ibi,*Cum poſsit auus ſuo iu-
re vti, eumque exhæredare,* quia licet
gloſ.ibi intelligat de patre,in verb.ex
hæredare, & Iaſſ. eam approbet, in.d.
l. in ſuis, num.55. tamen melius verba
illa intelliguntur de nepote, & ſic di-
cit text. quod poterat auus ſuo iure
vti,& nepotem exhæredare: & poſtea
ſubſequntur verba, quod ſuppoſito,
quod auus nepotem exhæredaſſet,iu
dex, qui de inofficioſo cogniturus
eſt,non magis delicta patris,quam me
rita nepotis perpendit. Non tamen
probat text. ille, quod realiter nepos
ibi fuit exhæratus,ſed ſolum,quod po
terat exhæredari. Ita docet ſubtilis
33 Acoſta,in.d.§.& quid ſi tantũ.3. part.
num.206. qui latè declarat illum tex.
aſsignans rationem; quaré propter
delictum patris,olim filius puniri po-
terat. Sed non recedendo ab hac inter
pretatione,& intellectu ad illum tex.
34 pro clariori illius intelligentia, qua-
tuor iuris principia repetenda ſunt,
Primum,quod filius in poteſtate pa-
tris conſtitutus(de iure ciuili)non po
terat contrahere matrimonium, abſ-
que patris præambula licentia; text.
in.l.2.ff. de ritu nuptiarum,l.nuptię,
ff. eodem tit.l. ſi vt proponis.C. de
35 nuptijs.l.11.tit.1. part.4. Secundum,
quod ſi filius contrahat matrimoniũ,
ſine conſenſu patris,non eſſe filios ex
tali matrimonio pcreatos legitimos,
l.Paul[9].ff.de ſtat. hom.l.10.ti.1.par.4.
Tertiũ, quod licét filius regulariter,
ſine licentia patris non poterat con-
36 trahere matrimonium, tamẽ ſi fuiſſet
emancipatus, nullam incurrebat pœ-
nam.l. ſi filius emancipatus.ff. de ritu
nuptiarum, ibi, *Etiam ſine patris con-
ſenſu vxorem ducere poteſt.* Quartum,
quod licet talis filius poſsit matrimo-
nium contrahere impunè, tamen il-
lud procedit,niſi duxerit vxorem tã
ignominioſam, vt tám ipſi, quám pa-
tri de decori ſit cum ea nubere. Ita in
ſinuant verba dicti.§. ibi, *Quod ſi tam
ignominioſam vxorem duxerit.* Quibus
ſic ſuppoſitis, cum in caſu illius text.
filius emancipatus contra voluntatẽ
patris vxorem duxiſſet, & ex eo ma-
trimonio filium procreaſſet, dubium
erat, an nepos iſte ad bonorum poſ-
ſeſsionem aui admitti poſſet, ex eo,
quod reſciſſa capitis diminutione,fi-
lius emancipatus reputabatur ſuus,
quoad ſucceſsionem prætoriam, &
non videbatur amiſsiſſe ius patriæ
poteſtatis; imó illud conſeruat: ita
37 probat text. ſingularis, in.l. ſed cum
patrono.§. bonorum.ff. de bonorum
poſſeſsionibus, ibi, ***Quamuis enim iure
ciuili deficiant liberi, qui propter capitis di-
minutionem deſierunt ſui hæredes eſſe,
propter æquitatem prætor reſcindet eo-
rum capitis diminutionem.*** Quæ reſ-
ciſio capitis diminutionis; & con-
ſeruatio patriæ poteſtatis obſtabat
nepoti, vt non poſſet ſuccedere, &
per cõſequẽs, cũ filius reſciſſa capitis
diminutione, ſine patris conſenſu nõ
poterat matrimonium cõtrahere, vt
in dictis iurib[9], & in hoc.§. matrimo-
38 nium fuiſſet contractum cum vxore
ignominioſa, & filij ex ea nati non
eſſent legitimi( vt in dict.l. cum Pau-
lus) videbatur ex hoc dicendum, om-
nia prædicta eſſe nepoti obſtaculum,
& impedimentum, ad ſuccedendum
auo. Cui tacitæ obiectioni & difficul
tati reſpondit Vlpianus iuriſconſul
tus, dicẽs huiuſmodi reſciſsionem cã
pitis diminutionis nequaquam obſta
re nepoti, quia inducta ad augmẽtum
non debent operari diminutionem,
& quod illius fauore fuit inductũ, nõ
debet in damnum retorqueri, & ſic
bonorum poſſeſsio, quæ á prætore ſi-

bi conceditur ad impugnandum aui teſtamentum, quó magis admittatur conceditur, non quominus adhibeatur. Nec prædictis obſtat, quod ob eã cauſam nepos poterat ab auo exhæredari (iuxta ius antiquum digeſtorum) quia hoc eſt auo imputandum, & ſic dicit text. quod ſi eum exhæredaſſet, (vt poterat) quod tunc iudex, qui de inofficioſo cogniturus erat, non magis delicta patris quam merita nepo-
39 tis perpendit. Quæ interpretatio veriſsima eſt, & multum conſona verbis & intentioni iuriſconſulti, quidquid contradixerit Acoſta, in .d.§. & quid ſi tantum.3.part.num.206. circa finem, & Sarmiento, libr.6.ſelectarũ, cap.11.numer.1. qui dereſciſione matrimonij intelligũt verba illius text. contra Alciatum, lib.4. parergon iuris, cap.22. tamẽ neuter aſequutus eſt hanc veriſsimam interpretationem, qua retenta, nõ probat text. ille, quod in querela ſit locus ſucceſſorio edicto (imò neque in bonorum poſſeſsione contra tabulas) cum filius viuo pa-
40 tre deceſſerit, & ſic nunquam fuit delata dicta bonorum poſſeſsio; vt docet Acoſta, ſupra.3.part. num.206. Et ſi aliquis vellet hanc amplecti opinionem, non obſtat.l. pater filium, ff. de inoffic. teſtamento, quia gloſſa ibi, verb. ad querelam reſpõdit, quod
41 ibi non competit querela patri præterito á filio emancipato, ſed ſolum bonorum poſſeſsio cõtra tabulas, & ſic quod verbum querela interprete-
42 tur, id eſt bonorum poſſeſsio, cum vtrumque ſit remedium reſciſſorium. Et non videtur aliena interpretatio, vt vnum pro alio ſumatur, quemadmodũ falcidia ſumitur pro Trebellianica, & éconuerſó, ſecundũ glo. verb. falcidia, in.l. ſi vt allegas.C. ad
43 l. falcidiam, gloſſ. verb. legis, in.l. quamquam.C. eodem tit. & ſic facilis eſt tranſitus in habentibus ſymbolum.l. parabolani.C. de Epiſcopis & clericis, & ſubrogatum ſapit naturã ſubrogati.l. ſi cũ.§ qui iniuriarum .ff. quarũ rerũ actio non detur. Et multo
44 ties in iure vnum verbum ſumitur pro alio, vt eſt exemplum in verbo, manumittere, & in verb. emancipare,
45 quia licét manumittere ſoleat referri ad ſolos ſeruos, & emancipare ad liberos, tamen aliquando impropiatur, & alteratur ſignificatio .l.1.§. alienatio autẽ.ff. quando actio de peculio, l.1.§.fin.ff. ſi quis á parente fuerit manumiſſus, ibi,* *Liberos autem manumiſſoris*, * & eſt gloſſ. pro hoc intellectu, quæ fecit ſimilem interpretationem, in.l. poſthumorum, verb. viuo.ff. de liberis & poſthum. ibi,* *Non agnoſcẽdo, ſed per contra tabulas*, * ita Bart. in .d.l. in ſuis. de lib. & poſth.nu.9. Tiraquellus plura adducens, de retractu, gloſ. 18.§.1.in.1. part.num. 22. & dicit cõmunem Menchaca, ſup.§.30.nu.138.
46 Sed iſte intellectus non ſatisfacit, quia à ſignificatione verborum recedi non poteſt.l. non aliter.ff. de leg, 3. & ſic Bart. (ſibi contrarius) in repetitione, num.8, & in lectura, numer.1. ad illam legem, reprobat prædictum intellectum, & plures, quos refert Mẽchaca, ſupra, & conuincitur (vltra omnes) ex.l. fin.ff. de liber. & poſthum. vbi filius exhæredatus petit bonorũ poſſeſsionem contra tabulas, & dicit text. quod nihil agit, non alia ratione, niſi ex ea, quia cum illi cõpeteret querela inoficioſi teſtamenti, non potuit intentare contra tabulas, & ſic vnum remedium non ſumitur pro alio, etiã ſi vtrũque ſit reſciſſorium:
47 ita (licet in alio caſu) tradit Sarmiento, libr.4. ſelectarum, in.d.l. fin.nu.1. vndé Albertus (gloſſator antiquus, prout refert gloſſ. ibi, verb. ad querelam) alium ſatis contrarium aſsignat intellectum, videlicét, vt non ſolum patri præterito à filio emancipa-
48 to competat querela inofficioſi, ſed etiam bonorum poſſeſsio contra tabulas.



bulas, pro quo intellectu poteſt adduci text. in.l.1. §. fin.ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus, ibi,* *Patre autem accepta bonorũ poſſeſsione cõtra tabulas, & ius antiquũ*,* id eſt querela, prout interpretatur Albericus ibi, & in .d.§. fin. & Biglius, in.§, quia plerunque, nu.5. inſtit. de inofic. teſtament. Cuiatius, lib.8. obſeruationum, cap.23. qui intellectus diuinatorius eſt, & nõ eneruat difficultatem, quia cum querela inofficioſi teſtamenti ſit remedium
49 ſubſidiatorium, vt in.l. qui de inofficioſ. & in.§. tã autẽ.ff. de inofficioſ. teſtament. ſequitur, quod non poteſt cõpetere cum bonorum poſſeſsione cõtra tabulas, quod eſt remedium ordinarium (filijs præteritis competens) l. illud.l. nõ putauit, & per totũ.ff. de contra tabulas, & ſi prædictus intellectus verus fuiſſet, ſequeretur maximum abſurdum, quod pater præteritus eſſet melioris conditionis quam filius præteritus, cui directo ordine naturæ alimenta & legitima debe-
50 tur.l.1.§. ius naturale .ff. de iuſtitia & iure .l. abdicatio .C. de patria poteſtate, patri veró turbato ordine mortalitatis.l. nam & ſi parentibus.ff. de inofficioſo.l. ſcripto.§. fin. ff. vndé liberi. Quod quidem eueniret, ſi parentibus præteritis darentur duo remedia, querela, & contra tabulas, filijs autem vnum tãtum, quod non congruit rationi, nec.l.1.ff. de inofficioſo teſtamento, probat contrarium, quia licét querela detur patri
51 ibi, ſupponit iuriſconſultus, quod filius fuit exhæredatus, non veró præteritus, & ſic adhuc obſtat prædicta difficultas; cui intendit ſatisfacere Biglius, in princip. de inofficioſo te-
52 ſtamento, num.5. &.6. dicens, quod ſemper patri præterito à filio emancipato competunt duo remedia, bonorum poſſeſsio contra tabulas, & querela. Quem intellectum anté eum aſſignauit Alberic. in.l.1.§. fi.ff. ſi quis à parente, & rationem aſsignat Biglius, dicens, quod in.d.l. cum pater competit bonorum poſſeſsio patri præterito, tanquam manumiſſori, in præmium emancipationis, & ſimiliter querela, quæ aliás abſque emanci-
53 patione illi ſibi cõpetebat. Quã diſtinctionem probat text.in.l.1.§. fin.ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus, ibi, **Et ius antiquum*,* id eſt querela. Et dicit hunc eſſe caſum ſingularem, in quo bonorum poſſeſsio, & querela ſimul concurrunt. Quem intellectum ſequitur Corraſius, libr.9. commentariorum, cap.19. Cuiacius, lib.8. obſeruationum, cap.23. Menchaca, ſupra, §.30.num.130. qui intellectus non poteſt ſubſtineri, & conuincitur ex.d. §. tam autem, vbi illa duo remedia reſciſſoria non poſſunt ſimul cõcurrere, maximè, quia in .d.l. pater filium, ſolũ pater fuit præteritus, nõ veró ex-
54 hęredatus. Et etiam conuincitur ex text. ſingulari, in .l. Pantonius.§. ſi filius emancipatus.ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus, vbi in ſimili ſpecie pater fuit præteritus à filio emancipato, & ſolum illi datur bonorum poſſeſsio, & non querela, vt in text. ibi* *Si filius emancipatus patrẽ ſuum teſtamento præteriuit.** & ibi, *Et præteritus petat bonorum poſſeſsionem.* * Ex quibus verbis claré colligitur, quod neque
55 in præmium emancipationis datur patri præterito querela inofficioſi, ſed ſolum bonorum poſſeſsio, quod eſt remedium ordinarium, nec text. in.d.l.1.§.fi.ff. ſi quis à parẽte fuerit manumiſſus (in quo fundatur Biglius) aliquid facit pro ſua ſententia, quia multum extranea eſt interpræatio vt ius antiquum, ſumatur pro querela inofficioſi teſtamẽti, maximè, quia ſi text. ille admitteret prædictam interpretationem, oportet ſupponere, patrem exhæredatum fuiſſe à filio in poteſta-
56 te, non habente filios, qui patrem pręcederent, quod alienum eſt à tramite verita-

56 veritatis.Præterea conuincitur prædictus intellectus, quia nec text. ille poteſt intelligi de præteritione, quæ habet vim exhæredationis, vt ſic cópetat patri querela, quia quemadmodum ſi filius in poteſtate à patre præteratur, teſtamentum erit nullum, vt in l.1. ff. de iniuſto rupto.l. inter cætera.ff. de liberis & poſthumis: ita & eodem modo erit nullum,ſi pater præteratur à filio,vt tenet gloſ.ibi, verbo,ad querelam,in fin. gloſſ. verb. liberorum,in.§.1. inſtit. de inofficioſo
57 teſtamento,Bart. in rub.ff.ſi quis à parente,num.1. vbi dicit, quod teſtamẽtum filij irritatur,propter præteritionem patris, & ratio eſt, quia cum pater ſit in primo gradu aſcendentium, tenetur filius,eum hæredem inſtituere,vel exhæredare, & ſic cum in.d.l.1. §.fin. non poſsit dari exhæredatio, nec præteritio(quæ habeat vim exhæredationis) ſequitur, quod illa verba non poſſunt referri ad quærelam,quæ ſolum exhæredatis, vel pro exhæredatis habitis competit:ita Gutierrez,ſupra impugnat prædictum intellectũ,
58 declarans verba illius text. * *Ius antiquum.* * id eſt,ius ſuccedendi ab inteſtato, quod patri pro ſua legitima cõpetebat, anté quam prætor bonorum poſſeſsionem inueniſſet: & ſic, quod patri dentur illa duo remedia,bonorũ poſſeſsio, & ius ſuccedendi ab inte-
59 ſtato. Quæ interpretatio (ſalua pace tam grauiſsimi viri) non poteſt ſubſieri,& conuincitur ex vulgatiſsima iuris regula,de qua in.l. quãdiú.ff. de acquirenda hæreditate,vbi quãdiú ex
60 teſtamento poteſt adiri hæreditas, ab inteſtato non defertur (cũ ſucceſsio ab inteſtato ſit ſubſidiaria, & ſic, cum per bonorum poſſeſsiom pater conſequi poſsit ſuam legitimam, vt in.l. Pantonius.ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus,ſequitur,quod ſucceſsio ab inteſtato non poſsit patri competere, argum. illius legis, vndè meliús cum gloſſa ibi interpretanda ſunt illa
61 verba,**Ius antiquum,** id eſt,ius alimẽtorum,quod ius magis antiquum eſt, quam ius querelandi,quantó eſt magis antiquũ ius naturale quám ius ciuile,vt in.d.l. nã & ſi parentib9.c. ius naturale.1.diſtinct.l.1.§. ius naturale, ff. de iuſtitia & iure,vbi Bart.& Paulus. Nec minus ſatisfacit intellectus aſsignatus per Menchacam,ſupra,nu. 132. quia non eneruat difficultates ſupra relatas,nec.l.1.tit.8.part.6. in fin.
62 probat illius Intentionem, & ſic meritò increpatur à Gutierrez,ſupra,numer.14.(& illo non citato)á Matienço, in.l.1. tit.8. gloſ.7. numer.3. lib.5. recopilat.

Verior tamen inrellectus & interpretatio ad illum text. traditur per Bart. ibi, numer.3. & in repetitione, num.8.quem ſequitur(dicens eſſe verum)Paulus,ibi nu.5. &.14. videlicét tex quod ille intelligatur propiè vt iacet,vt pratri præterito à filio emancipato competat querela, non veró cõtra tabulas. Nèc hüic intellectui obſtant argumenta (de quibus ſupra) quia reſpondet Paulus illud procedere, quando non extant filij ex filio emancipato,ſed pater eſt ſolus in primo gradu aſcendentium, tunc enim ſi prætereatur,competit illi bonorum poſſeſsio contra tabulas, vt in iuribus contrarijs. Atveró in.d.l. pater
63 filium extabant filij ex filio emancipato,& ſic, cũ in hoc caſu patri præterito non deberetur legitima, meritó illius præteritio habet vim exhæredationis (vt dicimus in præteritione materna) & per conſequens non bonorum poſſeſsio,ſed querela huic patri competit.Pro quo intellectu facit ſententia Bart.,in,l.1.§. ſi pater, num. 1.ff. de coniungendis cum emancipatis, Iaſſ. in.d.l. in ſuis,num.57. vbi di-
64 cit,quod illi,in quos nõ cadit cótinuatio dominij,ſi prætereantur, habentur pro exhæredatis (quæ ſententia in propoſito ſingulariſsima eſt)vndé,



65 cum dominium bonorum filij emancipati,non continuetur in perſonam patris,ex ratione text. in .d.l in ſuis, ſequitur,quod præteritio illius habebitur pro exhæredatione,& ſic meritó illi competit querela, non veró cõtra tabulas:qui intellectus veriſsimus eſt.Ex quo poteſt intelligi text.(aliás difficilis)in.l. illud .§. ad teſtamenta, ff. de contra tabulas,vbi filijs præteritis à matre,non competit bonorum poſſeſsio, quod ex eo procedit; quia illa præteritio habet vim exhæredationis,vt in.§. mater, inſtitut. de ex-
66 hæredatione liberorũ.l.filiã.15.C. de inofficioſo teſtamento, & exhæredatis, vel pro exhæredatis habitis, non datur contra tabulas,ſed querela.Nec huic interprætationi obſtat.l. filio, §. contra tabulas.ff.de inofficioſo teſtamento ; vbi patri præterito, præcedente cauſa filiorum, competit bonorum poſſeſsio contra tabulas, &
67 non querela,ibi,* *Contra tabulas filij bónorum poſſeſsionem iure manumiſsionis páter accepit.** & ſic, ſiue filij præcedant, ſiuè non, in vtroque caſu patri præterito à filio emancipato competere videtur bonorum poſſeſsio, & non querela: quia reſpondetur cum Iaſſ. in.d. l.in ſuis, nu.60. quod illud eſt verũ, quando non ſuperſunt filij ex filio emancipato, qui patrem teſtamento præteriuit,tunc non competit bonorum poſſeſsio contra tabulas.Atveró in.d.l. pater filium, cum pater emancipatus haberet filios, qui in iure ſuccedendi occupabant primum locum; meritó(cum præteritio illius habeatur pro exhæredatione) cõpetit querela,& nõ contra tabulas. Vel veriús
68 reſponde, quod in illa legé magis de facto, quam de iure pater intentabit bonorum poſſeſsionem, non faciens mentionem de nepote,qui eum præcedebat:& licèt obtinuit,tamé, quia indebitè,&cõtra iuspetit bonorũ poſſeſsioné(exiſtẽte nepote in primo gradu)condemnatus fuit, totam hæreditatem cum fructibus reſtituere filio defuncti. & ſic nepti ſuę. Quam difficultatem ſic eneruat Bart,& Paulus, nu.3.in.d §.contra tabulæs,idẽ Paulus, in.l. ſi non mortis.§. fin.num.2.ff. de inofcioſo,& in.d.l. pater filium, nu. 16. in fine. Ex quibus omnibus, licét remaneat ſubtiliter intellectus, ille tex. tamẽ adhuc,videtu r oſtbare difficultas,quod in querela inofficioſi teſtamenti ſit locus ſucceſſorio edicto, cui difficultati reſpondet Alciatus, ſupra, lib.4. cap.16. nu.60. quod ibi competit querela patri, non ex perſona ſua, ſed ex perſona nepotum, qui fuerunt exhæredati.Vel aliter reſpondetur,quod in perſona patris ſit locus ſucceſſorio edicto in querela, ex-
69 cluſis ſilijs,quaſi ſecus ſit in nepote excluſo patre(prout eſt noſtra interprætatio.)Sed meliús & ſubtilius reſpondet Sarmiento, libr.4. ſelectarum, in d.l. ſi quis poſthumus.§.ſi filium; nu. 2. videlicet,quod ibi ſolum proponatur opinio, Pauli &, Papiniani dicentium, locum fore in querela ſucceſſorio edicto, quod contradicunt Iulianus,Pomponius,& Marcellus,in l. ſi quis poſthumus.§. ſi filium,reſoluentes cum Scęuola & Papiniano, in l.1.§. ſi pater.ff. de coniungendis cũ emancipatis lib. verius eſſe non habére locum ſucceſſorium edictũ in querela.Et ſic propter varietatũ opinionum quæſtio iſta non erat benè deciſa per iuriſconſultos, vnde Iuſtinianus æquitate ductus,in.l. ſi quis filiũ, C. de inofficioſo teſtamẽto ſuccurrit nepoti de remedio, cum hunc caſum nonnulli iuriſconſulti ſatis inhumanè indeciſum reliquiſſent (vt dicitur in.d.l.ſi quis filium.)Sed nulla eſſet inhumanitas,ſi illo iure nepos poſ-
70 ſit admitti per ſucceſſorium edictum: Nec eſſet neceſſarium, vt Iuſtinianus ibi de nouo introduxiſſet, vt pater tranſ-

tranſmittat querelam non præparatã
ad nepotem, ſi talis nepos iure dige-
ſtorum poſsit admitti: qui intellectus
ſubtilis eſt, maximè ad.d.l.ſi is qui, cũ
in.d.l. pater filium non agatur de
ſucceſsione nepotis præteriti (qui eſt
caſus, in quo Iuſtinianus prouidet de
remedio) & ſic verius cum communi
concludendum eſt, quod in querela
inofficioſi teſtamenti ſit locus ſucceſ
ſorio edicto, tam iure communi, quã
regio, quia ſi hæreditas hodiè nõ fue-
rit adita per hęredẽ ſcriptũ (mortuo
auo) ſtatim admitettur nepos ad que-
relam per ſucceſſorium edictum, ſiuè
pater fuerit excluſus per ſententiam,
ſiuè ex alia legitima cauſa: ita Greg.
in.l.1.ti.8.gl.1.par.6.quẽ ſequitur Ma
tieç.in.l.1.ti.4.glo.14.n.75.li.5.recop.
Ex quibus omnibus venit declaran
71 da notabilis quæſtio (quæ quotidiè in
praxi poteſt contingere) an nepos ex
filio vel filia, qui cũ iuramento renun
ciauerunt hæreditati paternæ, ex diſ-
poſitione text. in cap. quamuis pa-
ctum, de pactis. lib.6. mortuo patre,
(de cuius hæreditate agitur) admit-
tatur ad ſucceſsionem ab inteſta-
to, vel contra teſtamentum per ſuc-
ceſſorium edictum. Et pro clariori in
telligentia huius quæſtionis & præ-
cedentium, animaduertendum eſt, plu
ra eſſe requiſita neceſſaria, vt ſit locus
72 ſucceſſorio edicto. Primum, quod il-
le qui venit ad ſucceſſorium edictũ,
veniat ex ſua propria perſona, non au
tem ex perſona excluſi. Secundum re
quiſitum eſt, quod præcedentes qui
habent immediatum ius ſuccedendi,
ſint excluſi, tempore, repudiatione,
vel per ſententiam. Tertium, quod de
bent conſiderari merita illius, qui
vult venire, non autem prędeceſſoris
excluſi. Quartum, quod exiſtente pri
mo capite liberorum, non admitta-
tur ſecundum caput nepotũ: & ideò
vocatur ſucceſſorium edictum, quia
præcedentibus excluſis, admittuntur
ſequentes ex ſua propria perſona, or-
73 dine ſucceſsiuo. Ita magiſtraliter de-
clarat Paulus, in.d.l. pater filium, in
ſuis prelectionibus, num.2. Qua ſic
declaratione præhabita, videtur dicẽ
dum in queſtione propoſita, quod cũ
pater ſit excluſus per renunciationẽ
voluntariam, non admittatur nepos
per ſucceſſorium edictum. Quam opi
nionem tenet Baldus, in.l.fi.C. de pa-
ctis, num.16. dicens prædictam renũ
ciationem, non ſolum obeſſe renun-
ciãti, ſed etiã eius filijs & hæredibus.
Quæ ſententia procedit, & eſt intel-
ligẽda, ſi filius vel filia ſuperuixerint
patri ſuo, tunc enim nepotes admitti
non poſſunt ad ſucceſsionem, cum
nullo alio iure poſsint auo ſuccedere,
quam ex perſona patris renunciãtis,
quod ius ſucceſsionis fuit omninò
extinctum per dictam renunciatio-
nem: nec ex perſona ſua poſſunt ad-
mitti, cum illorum pater, qui renun-
74 ciauit, ſuperuixerit auo illorũ. Vndè
cęteri fratres illius, qui renunciarũt,
admittentur per ius accreſcẽdi, quod
ius excludit ſucceſſorium edictum,
text.in.l.1.C. quando non petentium
partes, Bart.in.l. meminimus.C. de le-
gitimis hæredibus, per illum text. &
idcircò nepotes non admittẽtur per
ſucceſſorium edictum, vt docet Bald.
in.l. ex duobus.ff. de legat.2. & in.l.
pactum dotali, quæſt.2. vbi Salicetus,
Alex. & Decius, num.18.C. de colla-
tionibus. Quam opinionem dicit cõ
munem Suarez, in.l. quoniam in prio
ribus, ampliat.10. num.62.C. de inof-
ficioſo teſtamento, & in.4. limitat. le
gis regiæ, num.8. & Paulus, Romanus,
75 & Aretinus, in.l. qui ſuperſtitis.ff. de
acquirenda hæreditate, & Ant.Gom.
in.l.22. Tauri, num.10. Couar.in cap.
quamuis pactum.3.part.§.3.num.7.&
§.2.numer.4. At verò ſi filij, qui hære
ditati paternæ renunciarunt, dece-
dant viuo parente, tunc nepotes ex
filio renunciante, admittuntur per
ſuc-



ſucceſſorium edictum, cum à nemine
præcedatur tẽpore mortis aui. Ita do
cet Baldus, in.d.l. pactum dotali, quẽ
ibi ſequitur Alex. & alios refert Tira
quellus, in tractatu de primogenijs,
quæſt.40.num.117. & Thomas Grã-
maticus, deciſ.7. numer.39. qui dicit
hanc eſſe communem opinionem, &
Guillermus Benedictus, in cap. Ray-
nuntius, de teſtamentis, verb. duas ha
bens filias, num.280. licèt Romanus,
76 in.d.l. qui ſuperſtitis, & Decius, conſ.
181.num.7. intendãt probare contra-
rium, ſed à communi & receptiſsima
ſententia recedendum non eſt in iudi
cando & conſulendo. Et vtrum in iu
re dicendi nullũ ſit locus ſucceſſorio
edicto, ſunt duæ communes contra-
riæ, prout tradit Menchaca, de ſucceſ
ſionum creatione, libr.2.in.1. part.
§.20. num.131. Suarez, in.l. quoniam
in prioribus, ampliat.10. Matienço, in
l.1.tit.4.gloſſ.14.nu.54.&.55. vbi latè
pro vtraque parte proſequitur hanc
quæſtionem, lib.5.recop.

## QVAESTIO. 102.

*Vtrum in ſucceſsione filij ſit facienda diſtinctio bonorum. Communis contra communem, & quid iure regio.*

IVre digeſtorum antiquiſsimo, pa-
ter præferebatur matri in ſucceſ-
ſione filij, & filiæ, ſiuè iure ci-
uili, ſiuè prætorio ad illorum ſuc-
ceſsionem aſpiraret, text.in.l.2.§. obij
citur.ff. ad Tertullianum, imò & iu-
re antiquo Cod. erat idẽ.l.2.C.eodẽti.
§. proferuntur, verſic. pater inſtitut.
eodem tit. & probat text.in.§.fin. in-
ſtitut. de legitima agnatorum ſucceſ-
ſione. Hodiè tamen pariformiter ad-
mittuntur, text. in authentic. de hære
dibus ab inteſtato venientibus.§. con
ſequens. Quo ſuppoſito dubitatur,
an in hac ſucceſsione filij, pater ha-
beat præcipuè ea, quæ ab eo, vel eius
cauſa acquiſiuit. Et æqualiter abſque
bonorũ diſtinctione ſuccedere, vtrũ-
que tenet Petrus, Zinus, & Salicetus,
in authent. itaque.C. communia, de
ſucceſsionibus, & eſt communis opi-
nio, ſecundum Bald. conſil.31. volu-
mine.2.
Sed contrariam opinionem (imò,
quod circa prædicta debeat haberi
diſtinctio) tenet Bart.in.d. authentic.
itaquè, pro qua ſententia ſolet allega-
ri text. in.l. quod ſcitis.C. de bonis
quæ lib. vbi etiam tenet idem Bart.
& fatetur communem Alex. conſil.
150.vol.2.& Antonius Rubeus, conſ.
79. pro qua opinione facit.l.10.tit.6.
lib.3. fori, quæ omnia latiùs refert Co
uarru. in epitome, de ſucceſsionibus
ab inteſtato, num.2. & Antonius Go-
mez, in.l.6. Tauri, num.8. Sed hodiè
de iure regio prima opinio approba-
tur per.l.4. titul.13. part.6.& in.d.l.6.
Tauri.

## SVMMARIVM.

1 *Actio perſonalis competit contra hæredem, ratione quaſicontractus.*
2 *Rei vendicatio competit, ſi res legata erat teſtatoris.*
3 *Hypothecaria competit pro ſecuritate legati.*
4 *Lex.26.tit.13.part.5.declaratur.*
5 *Actio hypothecaria (repudiante hærede ſcripto) non competit contra hæredem ab inteſtato ſuccedentem, ſecundum aliquos.*
6 *Legata hodiè debentur, etiamſi hæreditas non ſit adita.*
7 *Obligatio perſonalis deficit, ſi hæres non adeat hæreditatem.*
8 *Hypothecaria accedit ſemper obligationi perſonali.*

Obli-

9 *Obligatio perſonalis eſt obiectum actionis hypothecariæ.*

10 *Actio hypothecaria competit hodiè pro legatis hærede repudiante.*

11 *Verba legis ordinamenti, ibi,* Cumplaſe el teſtamento,*ſunt imperſonalia.*

12 *Hypothecaria competit pro legatis, etiam ſi hæreditas repudietur.*

13 *De iure communi & regio ab inteſtato ſuccedens, tenetur adire hæreditatem.*

14 *Lex.2.de fideicommiſſariys hæreditatibus, declaratur.*

15 *Aditio hæreditatis eſt onus annexum ſucceſsioni.*

16 *Deficiente perſona paſsiua, actiua eſſe non poteſt.*

17 *Practica, quæ ſeruatur repudiante hærede ſcripto, traditur.*

18 *Doctores qui tenent contrariam opinionẽ, referuntur.*

19 *Lex correctoria non extenditur ad caſum non expreſſum.*

20 *Legata pia debentur, hæreditate non adita, de iure communi, ſecus de iure regio.*

21 *Caſus ſpecialis firmat regulam in contrarium.*

22 *Hæreditas defertur hæredibus ab inteſtato, ex tacita teſtatoris voluntate.*

23 *Actio directa & vtilis, differunt.*

24 *Aditio hæreditatis eſt quaſi contractus.*

25 *Teſtator poteſt prohibere, vt actio hypothecaria non competat pro legatis.*

26 *Hypothecaria actio competit, quoties datur condictio ex lege, vel oficium iudicis.*

27 *Rei vendicatio competit, etiamſi hæreditas non ſit adita.*

28 *Rei vendicatio non requirit ſubiectum actionis perſonalis, ſed dominium verum, vel fictum, ex parte agentis.*

29 *Legatarius habet dominium in re legata à morte teſtatoris.*

30 *Actiones, quæ competunt legatariys, nullius effectus ſunt, reſpectu creditorum.*

31 *Creditor ex quacunque cauſa præfertur legatario.*

32 *Legatarij pro rata conſequuntur legata, ſi hæreditas non ſit ſoluendo.*

33 *Legatarij quantitatis, non concurrunt in rata cum legatariys ſpeciei, ſecundum veriorem ſententiam, contra plures.*

4 *Legatum ſpeciei non diminuitur, licèt bona deficiant.*

35 *Diminutio legatorum non habet locum, niſi in legatis quantitatis.*

36 *Qui in vno grauatur, in alio debet releuari.*

37 *Legatum quantitatis non perditur, perempta quantitate.*

38 *Legatum ſpeciei deficit perempta ſpecie.*

39 *Executio non fit pro legato ſpeciei, ſed ſtatim legatarius mittitur in poſſeſsionem.*

40 *Legatum habet paratam executionem, & ibi traditur practica hodierna.*

41 *Lex fin. tit.9. part.6. declaratur.*

## QVAESTIO. 103.

### *Vtrum legatario competat actio hypothecaria pro ipſa re legata. Communis contra cõmunẽ, & quid iure regio.*

LEgatario (vltra actionem in rem & perſonalem, quibus perſequi legatum poteſt) cõpetit etiam hypothecaria, text. in.l. 1. C. cómmunia de legatis, vbi Paulus, Baldus, Ripa, numer.64. in.l.1. de legat.1.& Sarmiento, num.3.in.l. ſi ſeruus.§.penult.ff. de legat.2. Bernard. Diaz, reg.13. Dueñas, reg.15. Guillermus Benedictus, in cap. Raynuntius, verb. ſi abſque liberis, el.2. num.149. Ant. Gom.1.tom.variar. cap.12. numer.7. & Salazar, de vſu & conſuetudine, cap.11. numer.43. col.3. vbi illud declarat, videlicèt, quod perſonalis actio competat contra hæredẽ, ratione quaſi cõtract⁹, qui celebratur in ipſa hereditatis aditione, & rei vẽditio, ſi res legata erat teſtatoris, vt in §.noſtra autem, institut. de legat. & ſimiliter actio hypothecaria, contra bona teſtatoris, pro ſecuritate legati.

Sed



Sed dubium eſt, an illa actio hypo-
1 tecaria detur pro ipſa re legata, & nõ dari tenet gloſſ. in. d. §. noſtra, verſ. pro hypotheca, vbi tenet Angelus. nu.5. (& teſtatur cõmunẽ Iaſſ. in.l.3 nu.132.ff. de leg. 1.) ꝙ neque in. d.l.1. imperator, tractat de hypothecaria actione contra ipſam rẽ legatã, (vt in princ. legis conſtat) ex eo quia in re propria, quæ poteſt vedicari non cadit hypotecaria. tex. in.l. neque pign⁹ ff. de reg. iuris. Quã rationẽ aſsignat Salazar, ſupra, numer.43. verſ. exinde.
2 Sed contrariã opinionem (imò quod competat) tenet Bart. ibi. numer. 13. vbi Socinus dicit, quod hæc opinio eſt communis contra gloſſas, & hanc communem contrariam refert Ripa, in.d.l.1. numer. 6. quam opinionem ſequitur Michael Craſus. in. §. legatũ quæſt.76. num. 2. & quod ab ac opinione nõ ſit recedẽdũ in iudicando & conſulendo tenet Purpuratus, cõſ. 37. nu.. 714. inter conſilia fæudalia. Pro qua opinione facit tex. de iure regio in.l.26 tit.13. p.5. ibi. **Otro ſi deziмos que los bienes de cada vno que fizieſſe mandas en ſu teſtamento fincan obligados a aquellos a quien fizo las mãdas faſta que ſean pagados dellas.** Vbi Gregorius
3 verbo **obligados** mouet illã celebratiſsimam quęſtionem, valdè à docto-
4 ribus agitatã, vtrum concluſio noſtra procedat, & competat, actio hypothecaria pro legatis, quando hęres ſcriptus repudiat hæreditatem, &
5 proximioribus defertur, hæreditas ab inteſtato, maximè hodie quia ex l. ordinamenti. 1. tit. 2. lib.5. debentur legata etiam ſi hęreditas per hæredem ſcriptum non adeatur: l.1. tit.4: lib.5. recopilationis) in qua quęſtione
6 Baldus (qui nihil omiſsit) in.l.1. in fi. num.9. C. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti mouet hanc difficultatem, & reſol
7 uit, quod ſi ſtatuto caueatur, quod legata debeantur, etiã non adita hæreditate (pro vt in noſtris regnis eſt diſpoſitum) quod in hoc caſu bona defuncti non ſunt obligata pro legatis
8 cum deficiente aditione hæreditatis deficiat quaſi cõtractus, & obligatio perſonalis ipſius hæredis, & ceſſante obligatione perſonali, deficit hypotecariaquę ſemper illi accedit, & ſine ea (quæ eſt proprium ipſius obiectũ), conſiſtere non poteſt, quam opinionem ſequitur Alex. in.l.1. num.24.ff. de leg.1. Iaſſ. in.d.l.1. C. communia de legatis col. 3. en in.l. eam quam colu. 13. C. de fideicommiſsis & Guillermus Benedictus, in.c. Raynuntius verbo ſi abſque liberis el. 2. numero. 155. de teſtamentis. Quod dictum reputat valdè ſingulare Gregorius, ibi dicens tamen contrarium eſſe verius) ex lege regni, per quam ſuſtinetur teſtamentum & debentur legata, & ſic debet etiam actio hypotecaria cõpetere ſaltim vtilis, quia cum detur officiũ
9 iudicis pro talibus legatis, vt tradit Bart. in d.l.1.ff. de legatis.1. accedi poteſt hypothecaria, quia ex quo lex, vel ſtatutum diſpoſuit legata deberi voluit & antecedens remedium, quo
10 legata conſequi poſsint, argum. tex, in.l.2.ff. de iuriſdictione omnium iudicum, lex. ad rem mobilem. l. ad legatum.ff. de procuratoribus quæ ratio neque de iure communi, nec regio ſuſtineri poteſt, cum neutró iure officium iudicis competat de iure communi, ſtãte ſimile ſtatuto vt tenet Baldus, per locum ab ſpeciali in repetitione legis primę quęſt.9. C. de ſacro ſanctis eccleſijs in lectura, num. fi. Angelus, & Imola, in l. qui filio. §. 1. num. fi.ff. de hæredibus inſtituendis Alex. num.24. Socinus, num.14. in.d. l.1. idemque tenet. Gregorius (ſibi cõtrarius) in.l.37.. tit9. p.6. ver.**fructos** Sed profectó iure Regio illud non diſponitur in.d.l.1. neque induci poteſt ſimilis ſententia, & interprætatio, ex verbis illius legis, ibi, **cũplaſſe el teſta-*
11 *mento.** Quæ verba imperſonalia ſunt & ſic ad iudicẽ nõ poſſunt referri, vt docet Matieço, in.d.l.1, tit.4. gloſ.14.

N nu.

nu.14.lib.5.recop. Vndè dicendum
12 eſt generaliter,& indiſtinté hypote-
cariã actioné competere pro legatis,
etiã ſi hęreditas repudietur per hære
dẽ ſcriptũ,quia lex nõ excludit acep
13 tationé venietiũ ab inteſtato (prout
de iure requiritur) ita diſponit gloſ.
in.l.filio.§.1.verb.liber,in fi.ff.de hæ-
redibus inſtituẽdis quã exornat Bal-
dus,ibi,licet ſibi contrarius dicat,in
conſ.234.&.264. ꝙ illa gloſſa cõmu-
niter reprobatur,ſed profectò fallitur
quia cõtrariũ eſt verius, & ſic circa
doctrinã illius gloſſæ habes etiã duas
cõmunes opiniones ad inuicé contra
rias,& dicit eã ſingularé Iaſſ. in.l. eã
quã.C.de fideicom. num.15..Alex.eo
dẽ,nu. &in.l.nemo poteſt,nu.10.ff.de
legat.1.vbi Iaſſ.prima lect. nu. 23. &
in 2.nu.35.quã dicit cõmuné opinio
né Anton.Gom.in.l.24.Tauri,nu.9.
Couar.in.c.Raynal.§.3. nu.8.de teſta
mentis,vbi docet ex hac reſolutione
etiã hodiè(nõ obſtãte lege ordinamẽ
ti)neceſſariã eſſe aditioné hæredita-
tis,ab hęredibus legitimis ſuccedẽti
bus abinteſtato idéque tenet à nu.11.
in fi.quã opinioné tenet Ferdinãdus
Talauera,in.l.3.Tauri.á nu.83. 87. &
94.Padilla,in.l.eã quã,num.79. C.de
fideicõmiſsis,pro qua ſententia facit
tex.in.l.2.ff.de fideicõmiſſarijs liber
tatibus,vbi ad confirmationem eorũ
quę in codicillis relinquuntur ſiquis
in teſtatus moriatur requiritur adi-
tio hæreditatis veniẽtiũ ab inteſtato
14 quod quidé cõfirmare videtur verba
dictæ legis,ibi.*_Y entonces herede aquel que ſegun derecho o coſtumbre de la tierra deuia de heredar._*Et ſic ab ipſa lege de
fertur hæreditas,nõ verò à teſtatore,
& idcirco neceſſaria eſt aditio hære
15 ditatis(quod eſt onus annexũ ſucceſ
ſioni(vt ſit perſona obligata,quæ cõ
ueniri poſsit a creditoribus hæredita
rijs,quia deficiente perſona paſsiua,
actiua eſſe nõ poteſt(cũ ſint correlati
ua)lex.in tribus ff.de iudicijs,quę opi
16 nio vera eſt,& ſic apud omnes practi
catur,ad petitioné creditorũ qui cõ
parere ſolẽt apud iudicé,vt iubeat hę
17 redi legitimo,ꝙ intra breue tép⁹ acce
ptet vel repudiet hæreditaté,quo trã
ſacto bonis defenſor datur,vt cũ eo
creditores&legatarij poſsint actiones
ſuas exercere,vt docet Matiéço,in.d.
l.1.glo.14.nu.10.&.15. licèt nõ me fu
giat grauiſsimos viros cõtrariã tenuiſ
ſe opinioné,ex dicta lege ordinaméti,
vt eſt Greg.in.d.l.37.tit.9.p.6. verb.
18 *_fructos_*&in.l.fi. verb.*_nazcã deſpues_*
tit.12.p.6.Anton.Gom.(ſibi contra-
rius.)1.to.variarũ.c.12.nu.11.verſ.ho
diè tamẽ Burg.de Paz. in.l.3. Tauri,
nu.876.quos refert &ſequitur Matiẽ
ço,in.d.l.1.gloſ.14 tit.4.nu.9.lib.5.re
copilationis.Peralta,in.l.omnia, nu.
18.delega.2.&Tellus Fer.in.d.l.3.nu.
8.quorũ rationes nõ ſatisfaciũt,quia
licet leges regni nõ requirãt expreſſe
aditioné hæreditatis ab hæredibus le
gitimis,nõ tamẽ eã excludũt,&ſic cũ
illa lex ſit correctoria,nõ eſt amplian
da ad caſum nõ expreſſum,imò eſt re
ſtringẽda vt minus lædatur ius cõmu
19 ne,glo.cõmuniter recepta in authen.
quas actiones. C.de ſacro ſanctis
eccleſijs, & legũ correctio eſt vitãda
lex.1.C. de inofficioſis dotibus. c.cũ
expediat.de electione,lex,præcipim⁹
C.de appellationibus.Et lex generali
ter loqués,nõ extẽditur ad caſum in
corpore iuris incluſũ,niſi de illo fiat
ſpecialis mẽtio,glo.in.l.ſciẽdũ.ff.qui
20 ſatisdare cogãtur,glo.in.l.Decurioni
nibus.C.de ſilentiarijs,lib.10. Nec ob
ſtat 2.ratio tradita per Matien.ſupra,
nu.8.quod legata pia de iure cõmuni
debẽtur(hæreditate nõ adita)ab hære
de ſcripto,&ab hęredibus abinteſta
to,vt tradit Baldus,in.l.qui filio.§.1.
21 ff.de hæred.inſtit.quẽ ſequũtur Gre-
gor.&Burgos de Paz,ſup.& nos dice
mus in.quæſt.180.quia fortior ratio
rẽtorquetur in oppoſitũ,cũ caſus fauo
rabilis &ſpecialis firmet regulã in cõ
trariũ.l.nã ꝙ liquidè.§.fi.ff.de penu le
gata,lex,ius ſingulare.ff.de legibus,&
ſic



ſic opinioné Couarruuiæ ſequimur,
cõtra alios,quia ex ea min⁹ læditur i⁹
cõmune,&poſt hæc ſcripta vidimus
diligẽtiſsimũ doctoré Azeuedo,in.d.
l.1.tit.4.nu.136.lib.5.recop.vbi ſequi
tur hãc noſtrã opinioné dicens quod
hodié vt legata peti poſsint requiri-
tur aditio venientiũ ab inteſtato, &
ꝙ hæc ſit verior, & iuridica opinio,
quã latè proſeqitur,à nu.120.(plures
faciens notabiles illationes)& in nu.
178.ex quibus reſolutio eſt tam iu-
re communi,imperatorũ &regio par
titarũ pro legatis relictis inteſtamẽto
triplicé actioné cõpetere,perſonalẽ,
hypotecariã,& rei vẽdicationé,vt in
d.l.1.C.cõmunia deleg.& in.§.hæres
inſtit. de obligat.quæ ex quaſi cõtra
ctu,quę actiones cõpetunt legatario
hæreditate adita,ſiué ab hærede ſcrip
to,ſiué ab hæredibus legitimis,qui-
22 bus in defectũ nominatorũ à lege hæ
reditas deffertur,ex tacita&prę́ſũpta
volũtate teſtatoris qui ſẽper videtur
ſe cõformare cũ legis diſpoſitione,vt
in ſimili reſoluit Tellus Fer.in.d.l. 3.
nu.7.&8.in.3.p.Eſt tamẽ conſtituẽda
differẽtia,quia ſi hæreditas,non adea
tur nõ dabitur actio directa perſona
lis,ſed vtilis cũ deficiẽte aditione hæ
reditatis deficiat quaſi cõtractus,qui
ex aditione oritur,vt in.§.hæres inſt.
de obligat.quæ ex quaſi cõtractu naſ
cũtur.l.apud Iulianũ.§.fi.ff.ex quibus
caufis impoſſ.ita Ripa,in.l.1.n. 66.ff.
23 de legat.1.Guiller.Benedictus,in.d.c.
Raynun.verb.ſi abſque liberis more-
retur col.2.nu.154.Burg.de Paz.ſup.
nu.889.quã opinioné in terminis ſta
24 tuti(de quo loquitur noſtra lex.regni)
ſequitur Socin. in. d.l.1.nu.18.ff. de
leg.1.vbi Ripa,nu.66.Anton.Gom.1.
to.variar.c.12.nu.11.verſ.hypoteca-
ria Burg.de Paz,in.d.l.Tauri.nu.892.
Spino,in ſpeculo teſtamẽtorũ gloſ.8.
à nu.7.qui tenét ꝙ iure regio pro le-
gatis cõpetit actio hypotecaria,dedu
cẽtes rationé ex.d.l.1.§.1.C.cõmunia
delegatis, vbi ex tacita voluntate teſ
tatoris omnia eius bona ſunt hypote
25 cæ obnoxia pro legatis ab eo relictis,
& ſic poterit ipſe prohibere ne cõpe-
tat prædicta hypotecaria actio,vt do
cet gloſſ.verb. remitti,in.l.2.C.vt in
poſſ.legator. quã opinioné ſequitur
Soc.conſ.75.nu.5.lib.4.Ripa,ſup.nu.
68.Dilectus,de arte teſtandi,tit. 6. de
legatis cautela.33. nu.1.& dicit recep
tioré Fano,de pignor. 4..mẽbro.2.p.
26 nu.161.quã opinioné credo verã eſſe
etiã ſi hæreditas non adeatur, & defi-
ciat perſonalis actio , cũ cõpetat offi
ciũ iudicis,vel cõditio ex lege,cui po
teſt accedere hypotecaria,vt in.l. pe-
cuniæ. §. actionis verbum , & in. l.
actionis verbo.ff. de verborum ſig-
nificat.l.ꝙ ſi minor.§.fi. ff. de minor.
ꝓ qua ſẽtẽcia expẽdi poteſt tex.in.l.
27 2.C.de luitione pignoris,ibi,*_Intelligere debes vincula pignoris durare perſonali actione ſummota._*l.ex ſextante. §.lati-
nus.ff.de exceptione rei iudicatæ. In
actione veró rei vendicationis nulla
eſt dubitatio ꝙ cõpetat iure regio hę
reditate nõ adita, quia rei vẽdicatio
neque requirit ſubiectũ actionis, vel
28 obligationis perſonalis, ſed dominiũ
verũ vel fictũ,ex parte agẽtis,&poſſeſ
ſioné ex parte cõuẽti.l.in rẽ.ff.de rei
vẽdic.l.1.C.de alienatione iudicij, ita
Tellus,n.7.Gomecius,nu.11.in fi.vbi
ſupra.Et ꝙ legatarius habeat dominiũ
in re legata à morte teſtatoris,probat
lex à Titio.ff.de furtis.l.34.tit.9.p.6.
ibi, *_Y aun decimos q̃ luego q̃ el teſtador es muerto paſſa el ſeñorio de la coſa q̃ aſsi es mandada a aquel a quien es hecha la mã_
29 _da,_*Dubius tamẽ ſemper fui cuius vti
litatis eſſe poteſt reſpectu creditorũ
ꝙ hodié legatarijs pro conſequendis
legatis a teſtatore relictis cõpetãt tres
actiones,nã ſi ipſi cõcurrãt cũ credito
30 rib⁹ teſtatoris,non habẽt prælationé,
imò ſẽper creditor pręfertur legata-
rio,vt tradit Gregorius, in.d.l.26.tit.
13.ver.*_obligados_*.p.5.ſi veró legatarij

intereſſe cõcurrunt, aut hęreditas eſt
ſoluendo, vel non, in primo caſu, om
31 nes legatarij æqualiter (cum ſint eiuſ
dẽ tituli, & tẽporis) cõſequentur lega
ta, arg. tex. in. l. priuilegia creditorũ.
ff. de priuilegijs creditorũ. In. 2. veró
32 caſu ſi hæreditas nõ eſt ſoluendo, pro
rata inter omnes eſt facienda diuiſio
vt in. l. quærebatur vbi doctores. ff.
ad. l. falcidiam per quẽ tex. idẽ tenet
Paulus, in. l. ſiquis teſtam. §. 1. ff. de leg.
1. Alex. in. l. ſi poſt miſsionem, & in. l.
ſi ſeruus. §. ſi incertũ. ff. ad. l. falcidiã,
quos refert & ſequitur Greg. in. d. l.
33 26, ver. *Obligados,* in fine, dicẽs n õſo
lum illud procedere, quã do legatarij
ſunt quantitatis, ſed etiã ſi ſint legata
rij certę ſpeciei, quia in omni caſu
pro rata eſt faciẽda diuiſio, quam opi
nionẽ ſequitur Anton. Gom. in. tit.
de legatis. 1. tom. variarũ. c. 12. nu. 34.
Parlador. 1. p. rerũ quotidianarũ. c. 18.
per totũ. Gutierrez veró, in repetitio
34 nẽ, legis, nemo poteſt, nu. 97. de legatis
primo, mouet iſtã quęſtionẽ, (nihil ta
mẽ reſoluit) dicẽs ꝙ eſt caſus dubius,
& verũ dicit cũ Paulus de Caſtro, ſit
ſibi cõtrarius in. d. l. 1. C. cõmunia de
legatis in fi. & in. l. procuratoris. §. ſi
35 plures, num. 5. ff. de tributoria, vbi te-
net quod legatarij quantitatis & ſpe
ciei concurrunt, & ſi bona deficiant
pro rata eſt facienda ſolutio, qui con
trariatur in. d. l. ſi quis teſt. §. 1. vbi di
cit, quod legatũ ſpeciei non diminui
tur, ſicut legatũ quãtitatis, quam opi
nionẽ tenet Baldus, in. l. ſi veró cõpo
ſita. ff. de teſt. militis, & Gregorius
(ſibi etiã cõtrarius) in. l. 1. tit. 11. p. 6.
verb. *De las mandas* vbi ſequitur An
gelũ, in. l. ſi cærtarũ. §. ſi miles. ff. de
teſt. militis, vbi reſoluit ſingulariter,
quod legata relicta in ſpecie præſta-
buntur integra, abſque aliqua diminu
tione, quia diminutio ſolũ procedit
quãdo legata ſunt quãtitatis, quę opi
nio veriſsima mihi ſemper viſa fuit,
& magis cõſona voluntati teſtatoris,

qui videtur magis diligere legatariũ,
cui legatũ in ſpecie legauit, veluti
equũ, domũ, annulũ, veſtẽ, in quibus
rebus nõ cadit cõgruè diuiſio, neque
rata, quæ ſine millè ambagibus fieri
36 nõ poteſt. Et deducitur ratio ex reg.
iuris quod ille qui in vno grauatur in
alio debet releuari, vndè cũ legatarius
ſpeciei perẽpta ſpecie perdat legatum
adeò vt neque eius æſtimationẽ pete
rè poſsit, vt in. l. quidã teſtam. §. & ſi
37 tibi. ff. de leg. 1. legatarius verò quãti
tati (quæ cũ perire non poſsit) poteſt
ſẽper cõſequi legatũ in. l. incẽdiũ. C.
ſi certũ petatur. l. in ratione. § in cer-
te. ff. ad. l. falcidiã. Et ſi meritó deficiẽ
tibus bonis teſtatoris, diminuitur le-
gatum quãtitatis, ſecus veró legatũ
ſpeciei & ita ſemel practicaui, & in
38 praxi obtinui, maximé quia pro lega
to ſpeciei non fit executio, ſed ſtatim
fit miſsio in poſſeſsionẽ ipſius rei ex-
preſũpta mẽte defuncti, quæ ſuficiẽs
eſt ad recuperandã rẽ legatã propria
authoritate. tex. in. l. hęc ſi res vbi gl.
ff. de rei vẽdicatione vbi notat Ange
lus, & ſequitur Anton. Gom. ſup. nu.
10. At verò pro conſequendo legato
quãtitatis via executiua eſt agendũ,
39 vocãdo hæredẽ corã iudice (exhibito
teſtamẽto) interrogando eũ, an ſit hæ
res illius qui illũ cõdidit, & ſi fateatur
poterit legatarius virtute cõfeſsionis
via executiua legatũ cõſequi: ita ad-
uertit & tradit pro cautela Didac. Pe
rez, in. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordin. fol. 91. &
ſic legatũ habebit paratã executionẽ,
aliàs exſequi nõ poteſt, vt tradit Ro
40 deric. Suar, in. l. poſt rẽ iudicatã verſ.
teritus caſus & Antòn. Gom, in. l. 45.
Tauri, nu. 137. Peralta, in. l. 1, nu. 35. ff.
de legat. 1. Auiles, in. capp. præt. c. 10.
nu. 8. verb. *execució,* & Greg. in. l. fi.
tit. 9. p. 6. verb. *E ſin alongamiento,*
Paz, in ſua praxi. 4. partis. 1. to. c. 1. n.
20. vbi dicit, quod in practica eſt rece
41 ptũ ꝙ legatũ habeat paratã executio
nẽ, præcedente iudicis mãdato facto
hæredi



hæredi de ſoluendo intra breue tem
pus, quo tranſacto mandabitur lega-
tum executioni, quod fuit de mente
Angeli, in authen. de hæred. & falci-
dia (per illũ tex.) vbi notat gloſſ. ver.
decreto, collat. 1. Alex. in. l. ait prętor
§. 1. ff. de re iudicata Paulus, conſ. 91.
volum. 1. & Peralta, ſupra, numer. 35.
Horozco, in. l. tale pactum. §. qui pro
uocauit. ff. de pactis Dueñas, regul. 15.
limit. 2. & Azeuedo, in. l. 1. tit. 21. nu-
mer. 20. lib. 4. recopilationis vbi di-
cit, quod ita practicatur. Pro qua o-
pinione expendi poteſt. d. l. fi. tit. 9. p.
6. ibi, **E los pleytos de las mandas deben los juzgadores ante quien vinieren librar los derechamente ſin alongamiento y ſin eſcatima ninguna.*

## QVAESTIO. 104.

***Vtrum beneficio legis, ſi vnquam C. de reuocandis donationibus, poſsit expreſſè renunciari. Communis contra communem.***

DVbia & anceps eſt in iure
quæſtio, an beneficio legis,
ſi vnquam, expreſſé renun-
ciari poſsit, & partem affirmatiuam
tenet Bar. in. l. Titia. §. imperator, nu
mer. 7. ff. de leg. 2. Natta, conſ. 125. nu.
1. vol. 1. Bertrãdus, conſ. 192. lib. 2. in
1. p. num. 13. & dicit communem opi-
nionem Socinus, conſ. 263. num. 13. &
plures allegat Tiraquellus, in. d. l. ſi vn
quam, in princ. num. 88. vbi amplecti
tur iſtam opinionem, quam tenet Ri
pa (dicens communem) lib. 3. reſpon.
c. 15. num. fi. & Bernardus Diaz, regu.
213. ampliat. 4. vbi refert Socinum, di
centem communem. Et dicit etiam
communem Iaſſ. cõſ. 125. lib. 1. & . 154.
lib. 2. Gregorius, in. l. 8. tit. 4. p. 5. ver.
*ni an eſperãça,* Couar. in rub. de teſt.
1. p. relectionis. §. 4. nu. 3. Tellus Fer.
in. l. 23. Tauri, nu. 9. & Iulius Clarus,
lib. 4. receptarum ſententiarum. §. do
natio, quæſt. 22. nu. 4 qui dicit, quod
hæc opinio eſt magis cõmunis, æqua,
& benigna, & quód ita conſuleret, &
iudicaret, ſi caſus cõtingeret. Et duas
communes contrarias refert Oroſ-
cius, in. l. tale pactum. §. fi. numer. 7.
ff. de pactis, Baeça, de non meliorãdis,
c. 29. num. 11.
1 Sed contrariam opinionem (imò
quod non poſsit expreſſé renũciari)
tenet Oldradus, conſ. 173. & plurimi
citati per Tiraquellum, ſupra, numer.
89. vbi huius cõmunis contrarię me
minit, & Oroſcius, ſupra. Dicit tamẽ
Tiraquellus, quod prima opinio eſt
communior, nume. 174. & licet hæc
poſsit pluribus rationibus defendi
tamen à prima opinione non eſt rece
dendum in iudicando & conſulẽdo.

## QVAESTIO. 105.

***Vtrum per iuramentum appoſitum in donatione cenſeatur renunciatum beneficio dictæ legis, ſi vnquam. Communis contra cõmunem.***

PRoſequendo materiam d. l.
ſi vnquam, dubitant doctores
de quæſtione pręcedenti, &
partem affirmatiuam (quod cẽſeatur
renunciatum) dixit communem Al-
ciatus, in. l. pacta quæ contra, nu. 35.
C. de pactis, & in. c. cum contingat,
nu. 175, & . 176. de iure iuran.
Sed contrariam opinionem (imò
quod per iuramentum non poſsit re-
nũciari beneficio illius legis) teſtatur
communem Socinus, conſ. 215. col. 3.
vol. 2. & dicit cõmunem Ripa, lib. 3.

 reſpon.

reſponſorum.c.15.num.fi.& ſequuntur illam opinionem plurimi, quos refert Tiraquellus, in.d.l.ſi vnquam, in princ.num.173. qui dicit nũquam ſe reperiſſe aliquem, qui contrarium teneret, niſi Alciatum, in. d. l. pacta. Et dicit Curtius ſenior, conſ. 1. per totum, adeó eſſe veram iſtam opinionem, vt neque pacto expreſſo iurato, poſsit renunciari beneficio dictę legis, & dicit Gratus, conſ. 50. num.6. lib.1. quod tanta eſt diſputatio ſuper hac quæſtione, quod indigeret conſtitutione imperatoris, cũ pro vtraque parte ſit communis opinio. In qua quæſt. optimè diſtinguit doctiſsimus Gutierrez, de iuramen. conf.1.p.c.9. num.10. videlicet, quod valeat renunciatio illius legis cum iuramento, & etiã ſine illo, ꝙ intelligit ſolũ reſpectu renunciantis, ſecus verò reſpectu filiorum qui poſſunt venire aduerſus donationem, & renunciationem, quæ concordia veriſsima eſt & mihi ſatis placet, quia iuri & rationi conſona eſt.

## QVAESTIO. 106.

*Vtrum ex tacita vulgari comprehenſa in expreſſa pupillari admittatur ſubſtitutus, quando filius, viuẽte patre, mortuus eſt. Communis contra communem.*

SI pater filio pupillariter ſubſtituat, & filius præmoriatur, ſubſtitutus non poterit ex tacita vulgari in expreſſa pupillari comprehenſa admitti. Ita tenet Dinus, in.l.1. ff. de vulgari, quem refert ibi Bart. colum.9. verſic. vlterius quæro, vbi Aretinus, & Socinus, teſtantur communem.

Sed contrariam opinionem dicit communem Ripa, ibi, numer.167. & plures tradit Couar. in.c. Raynuntius §.5. de teſtamen. Acoſta, in. c. ſi pater, verb. teſtatore mortuo. Quod quidẽ ſemel habui de facto, & ita conſului fauore ſubſtituti, contravenientes ab inteſtato.

## QVAESTIO. 107.

*Vtrum non adita hæreditate debeantur legata ad pias cauſas. Communis contra communem, & quid iure regio.*

HAEreditate non adita, libertates relictæ non debentur. tex. in.l.2.C. de teſtamẽtaria manumiſsione, quod idẽ exiſtimant doctores procedere in legatis relictis ad pias cauſas, quam dicit communem opinionem Iaſſ. in. l.1. C. de ſacroſanctis eccleſijs, in. 1. & in.2. lectura, & in.l.eam quã.C. de fideicommiſsis, numer.39. & hanc dixit communem Bernardus Diaz de Luco, regula.313. & Tiraquellus, de priuilegijs piæ cauſæ, priu.34. Alexand. conſil.209. numer.16. volum. 2. quam ſequitur Ripa, in. l. 1. numer.66. ff. de
1 leg.1. & ratio eſt, quia ſi nemo adierit hæreditatem, totum ius teſtamenti corruit. text. in.l. ſi nemo. ff de regulis iuris. l. ſi nemo. ff. de teſtamentaria tutela. Et illa iura cum generaliter loquantur generaliter ſunt intelligenda. l.1.§. generaliter, de legat. præſtand. lex, de pretio, de publiciana in rem acti. quam opinionem dicit Florianus ſeruari in practica, in. d. l. eã quam. C. de fideicommiſsis, quem refert Iaſſ. ibi, numer.19. & Fulgoſius, num.17.





Sed contrariam opinionem dixit communem Aretinus, poſt Bald. in d.l.1. colum.7. Euerardus in locis legalibus, loco.23. colum.4. & loco.27. colum.2. & dixit communem etiam Ripa, in.l.3. numer. 28. ff. de legat.1. quam opinionem tenet gloſſ. in.d. l. eam quam, & plura tradit pro hac ſententia Boerius, deciſione. 93. numero.9. vbi refert hanc communem contrariam, & plura fundamenta pro vtraque parte tradit Curtius, in.d.l.1. numer.93. de legat.1. & Menchaca, de ſucceſsionum creatione. §. 22. numer.2. vbi dicit communem, & Peralta, in.l. omnia, nume.16. ff. de leg. 2. & in.l.1. numer. 85. ff. eodem Padilla, in.d.l. eã quam, nume. 54. quam ſequitur Couar. in.c. Raynaldus. §.3. numero.11. de teſtamen. Bald. in.l. qui filio. §. 1. ff. de hæredibus inſtituen. Iaſſ. in.d.l. eam quam, nume.13. Greg. in.l.37. tit.9. part.6. ver. *fructos*, & in l.fin. titulo. 12. part.6. verb. *nazcan*. Burgos de Paz, in.l.3. Tauri, numer. 876. Antonius Gomez, variarum.1. tom. cap.12. numero.11. quæ opinio
3 hodiè ſine dubio procedit ex.l. 1. tit. 2. lib.5. ordinamenti, vbi indiſtinctè (abſque aditione hæreditatis) debentur legata, Matienço, in.l.1. numer.4. gloſſ.14. lib.5. recop. Bernadus Diaz, reg.411. Gracian. regula.218. Padilla, in.d.l. eã quam, numer.59. vbi dicit, quod illa lex eſt vſu receptiſsima, quam benè declarat.35. modis. ex qua l. tenet Antonius Gomez, tit. de leg. cap.12.1. tom. numer.11. quod hodiè non debetur quarta falcidia ex ea ratione, quia ſine hærede, vel repudiante hærede, ſubſtinetur teſtamentum, & omnia legata in eo contenta. Ita Matienço, ſupra, in.l.1. titul. 4. gloſſ. 14. numer.8. & 9. & gloſſ. 19. numer. 5. vbi diſputat, & reſoluit iſtam concluſionem, ſed nemo ex his adducit communem contrariam de iure communi.

## QVAESTIO. 108.

*Vtrum valeat datio curatoris homini, ſanæ mentis per errorem, tanquam prodigo. Communis contra communem.*

SI homini ſanæ mentis per errorem curator tanquam prodigo detur propter authoritatem iudicis, & rei iudicatę, valet datio: ita tenet Bart. in.l. is cui bonis. ff. de verborum obligation. & eſt communis opinio, ſecundum Albericum, & Iaſſ. ibi, num.74. & 75. & ſecundum Alex. conſ.182. vol.5.

Sed contrariam opinionem defen-
1 dit Ripa, in. d. l. is cui bonis, numero.39. quam dicit communem opinionem, quia aliàs ſequeretur abſurdum, quod cum prodigo interdicta ſit bonorum adminiſtratio, iſte non poſsit contrahere ſine curatore, vt in cap. paſtoralis, de teſtamen. lex. is cui lege. ff. de teſtamen. lex.5. titul. 11. part. 5. & ſic eſſet deterioris conditionis quàm ille, qui eſt notoriè prodigus, cui ſi non fuiſſet interdicta bonorum adminiſtratio, poſſet contrahere. Ita gloſſ. in. d. l. is, cui bonis, vbi Bart. numero.4. Alexand. numer.7. Iaſſo. num.9. Ripa, num. 5. vbi Paulus. Dicit communem opinionem, Vancius, de nullitate proceſſus, titul. de nullitate ſententiæ, nume.23. Aufredus, in deciſione Tholoſana. 362. & Boerius, deciſione. 23. numero. 37. vbi etiam dicit communem, & Grego. in. d. l. 5. & Gomecius. 2. tomo variarum, cap.1. de reſtitutione minorum, nu.31. idemque tenet (contra aliquos) Gutierrez, de iuramen. conf.1. p.c.32. num.3. & eſt tex. in. l.

Iulianus.ff.de curatore furioſi.l.tres
tutores,in fi.ff.de adminiſtratione tu
torum,lex,ſed& ſi lege.§.conſuluit.ff.
de petitione hæreditatis,lex. non de-
bet,ff.de dolo.c, veritatis, de dolo &
contumacia.Et an contractus factus
à prodigo , cui bonis interdictum
eſt,confirmetur iuramento , diſputat
Gutierrez ſupra,num.6.& tenet cum
cõmuni,quod non,vt tradunt Greg.
&Gomecius. ſup. & Couar.in.c.quã
uis pactum 2.p. §.4.num.8. & pluri-
bus citatis hanc dicit communem
Padilla,in.l.2,num,36,C.de reſcinden
da, & Menchaca, de ſucceſsionum
creatione.§.28.num. 59. quę opinio
nullam recipit dubitationem,

## QVAESTIO.109.

*Vtrum in prodigo notorio requi-
ratur ſentẽtia declaratoria.*
*Communis contra
communem.*

IN prodigo notorio non requiri-
tur ſententia declaratoria. Ita
tenet gloſſ.in.l.is cui bonis. ff. de
acquirenda hæred. & eſt communis
opinio ſecundum Alex. & Iaſſ. ibi,
col.3.Zaſiũ,num.16.Aretinũ,&Ripã,
num, 5. & dicit communem Porcus,
in.§.item prodigus, numero. 4. inſti-
tutis quibus non eſt permiſſum fa-
cere teſtamentum, idem Aretinus,in
l.is cui lege.ff. de teſt.Anania, in,c.fi,
num.20. de accuſationibus, Hiero-
nymus Chucaló,ad Deciũ, in regula
furioſi,num.7. ff. de reg.iuris,Aufre-
dus,in additionibus ad capellam Tho
loſſanam , quæſt.362.& dixit magis
communem Boerius,deciſ.23.numer.
37.& in conſuetudinibus Bruticenſi
bus.§.8. in fine,& Antonius de Tre-
mölis , in additionibus ad Bonac.
in practica exceptionum , in rubri-
ca quibus modis, num.7.
1 Sed contrariam opinionem ( imó
ꝙ requiratur ſentẽtia declaratoria)di
xit communem Antonius Nicellus,
in concordantijs gloſſarum, concor
dãtia.70.quæ opinio verior & recep
tior eſt.

## SVMMARIVM.

1 *LEx.55.Tauri declaratur.*
2 *Mulier quæ à marito nõ eſt cognita, po
teſt contrahere ſecundum aliquos.*
3 *Ratio finalis legis,55.Tauri,eſt præiuditium
mariti,*
4 *Caſus de facto contingens refertur.*
5 *Opinio Couar.& Rubei dãnatur, & contra
eam in practica fuit obtentum.*

## QVAESTIO. 110.

*Vtrum ſtante lege vel ſtatuto,
quod maritus lucretur certam
partem dotis,mortua vxore ſine
liberis, procedat ſi mulier non
fuit carnaliter cognita, neq;
ad domum viri traducta.*
*Communis contra
communem.*

STante ſtatuto,quod maritus lu
cretur certam partem dotis,
præmortua vxore ſine liberis,
dubitant doctores an illud habeat lo
cum quando mulier nondum eſt à vi
ro cognita,nec ad domum traducta:
& eo caſu nihilominus maritum lu-
crari illam dotis partem,tenet Bart.
in,l,nihil,ff,rerum amotarum, com-
muniter receptus ſecundum Paulum,
in,l.cum fuerit.ff.de conditionibus
& demonſt. & ſecundum Corneum,
in.l.quod ſine.ff, de bonis quæ lib.&
hanc opinionem ſequuntur plures,
quos citat Tiraquelus,in.l.ſi vnquã.
C.de reuocandis donationibus,num.
222.&.223. & eſt communis opinio
ex ſupradictis , quam tenet gloſſ. in
verb.effectus,in authentica de nup.§.
nuptias,quam gloſſam dixit.Iaſſ.in.l.
non tamen,num.2.C.de leg.(nunquã
ad hoc citatam).
Sed contrariam opinionem tenent
plures doctores citati per Tiraquel-
lum,vbi ſupra, num.230. & eam dixit
communem Corraſius, in.l.qui libe-
ros, num. 10.de ritu nuptiarum,Boe-
rius,deciſ,22.num.33 Felinus, in rub.
de ſponſalibus,colum.2.& dixit com
munem Socinus,qui etiam dicit com
munem in.d.l.cum fuerit, & Decius,
conſ.67.col.3.in fi.vbi dicit etiam cõ
munem,& Hippolytus,ſingular.106.
Caſſaneus,in conſuetudinibus Bur-
gundię,rubr.4.§.2.verb.fœminæ,nu.
16.& verſ.onduchc,num.6. & in rub.
4.§.6.cum ſequentibus, ex quibus in
1 fertur intellectus ad. l. 55. Tauri,an
illa lex procedat quando mulier non
fuit cognita,nec ad domum viri tra-
ducta,& partem affirmatiuam(quod
2 mulier poſsit contrahere quando
non eſt á marito cognita,) tenet Ru
beus,in rubrica de donationibus in-
ter virum & vxorem.§. 68.numer.2.
Cifuentes.in.d.l.55. & Couar.in.4.2.
p.c.7.§.1.nu.4.ſed Auendanius in ſuo
3 dictionario, ver. *otorgamiento* , tenet
contrariam ſententiam, & Azeuedo
in.l.2.titul.3.numero.83. lib.5. recop.
ex ea ratione,quia ratio finalis dictæ
legis. 55. non fundatur in traductio-
ne,nec in copula, ſed tantum in præ-
iuditio,quod fit marito contrahẽdo
ſine licẽtia eius,quam rationem aſsig
nat Gomecius,ibi, & diximus in.q.
694.num.11. & in caſu propoſito vl-
tra doctores ſupra, idem tenet Gome
cius in.l.47.Tauri, numer.2.in verſ.
5. deducitur & Didacus Perez. in.l.
1.tit.1.lib.1. ord.Gutierrez,de Iuram.
conf.1. p.c.1.num.70. in fine , & ita
4 obtinui in facti contingentia in cau
ſa Petri de Monteſdoca , qui impug-
nauit contractum mulieris ſuæ(cum
qua contraxit apud Indos per pro-
5 curatorem ) factum ab ea antequam
ad domum ipſius mariti fuiſſet tra-
ducta, & carnaliter cognita, contra
Rubeum,& Couar. in quorũ opinio
nibus contraria pars , & promotor
fiſcalis audientiæ Archiepiſcopi To
letani fundabantur, defendẽdo quan
dã piam dotationem,ab illa factam in
odium mariti.

## QVAESTIO. 111.

*Vtrum lex venditor. ff. de eui-
ctionibus,intelligatur de intereſ
ſe intrinſeco, vel extrinſeco.*
*Communis contra
communem.*

DVbitatio eſt apud ſcribentes,
an. d.l. venditor procedat
in intereſſe intrinſeco , &
procedere eſt communis opinio , vt
atteſtatur, Molineus, in. l. vnica,nu.
17.de ſententijs quę pro eo ꝙ inte-
reſt proferuntur.
Sed contrariam opinionem ( imo
ꝙ de intereſſe extrinſeco ſit intelli
genda) dicit eſſe communem opinio
nem Alciatus,in.d.l.vnica,col.7.quę
opinio magis vera & iuridica eſt.

## SVMMARIVM.

1 *STatutum poteſt cum cauſa,legitimam pa
rentibus debitam tollere.*
2 *Concordia opinionis traditur.*
3 *Princeps poteſt tollere legitimam.*
4 *Rodericus Suarez reprobatur in ſua opinio
ne.*
5 *Lex.1.tit.11.p.6. inducitur pro hac opinio-
ne,& ponderantur eius verba.*
6 *Legitima an debeatur de iure poſitiuo, vel
naturali,ingens quæſtio.*

7 *Cauſa alimentorum poteſt agitari diebus feſtiuis, ſecundum plures doctores, licet alij teneant contrarium.*
8 *Lex.35.tit.2.p.3. confirmat primam opinionem.*
9 *Differencia conſtituenda eſt inter alimenta præterita & futura.*

## QVAESTIO. 112.

### *Vtrum legitima iure naturæ debita deſcendentibus, poſsit in totum lege, vel ſtatuto tolli. Communis contra communem, & quid in re regio.*

LEgitimam iure naturæ deſcē
dentibus debitam, poſſe in to
tum tolli per ſtatutum, tenet
communis opinio ſecundum Salice-
tum, in authētica nouiſsima, num. 10.
verſ. præterea. C. de inofficio. teſtam.
& dixit communem Guidon Papę,
conſ. 65. num. 4. Galliaula, in l. Cæntu
rio de vulgari, num. 370. & dixit ite-
rum communem, ibi num. 86. vbi ad
eum Loaces. refert duas communes
opiniones contrarias, & dicit etiam
commmunem Albertus Brunus, in tra
ctatu de ſtatutis excludentibus fœmi
nas, nume. 6. Aymon Craueta, conſil.
236. Orocius, in l. de quibus, nu. 107.
ff. de legibus, Pinelus. in rubr. de reſ-
cindenda. 1. p. c. 2. num. 6. Couar. in c.
ſi hæredes, num. 9. de teſt. dicit com-
munem Padilla, in l. 1. C. de iuris, & fa
cti ignorantia, Segura, in l. cum patro
nus, nu. 44. de legat. 2. & Menchaca,
de ſucceſsionum creatione. 1. p. lib. 3.
§. 21. num. 136. Mantica, de cōiecturis
vltimarum voluntat. libr. 12. titu. 22.
num. 41. & 43. Molina, de Hiſpano-
rū primogen. lib. 2. c. 1. n. 14. & 22. Di
dac. Perez, in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam.
Greg. in l. 32. tit. 6. p. 6. gloſſ. magna,
Antonius Gomez, in l. 40. Tauri, nu
mero. 57. quam opinionem etiam di-
cit cōmunem Rodericus Suarez, in l.
quoniam in prioribus, limitatione. 1.
C. de inofficio. & Michael Craſſus,
receptarum ſententiarū. §. legitima,
quæſt. 42. & plures rationes & funda
menta congeſit pro hac opinione,
Alex. conſi. 134. à num. 10. volumi. 6.
quam confirmat. l. 6. Tauri quæ apro
uat forum muncipalem excludens
aſcendentes vt notat Rojas de ſuc-
ceſsion. c. 31. num. 10.

Sed contrariam opinionē (imò q
non poſsit tolli) dixit communem
Albericus, in d. l. quoniam in priori-
bus, num. 6. ad finem. C. de inofficio.
teſtament. & Curtius Senior, conſ. 13.
in. fi. de quo laté per Chucalon. in ad
1 ditionibus ad Decium, in regul. iura
ſanguinis. ff. de regulis iuris, & tradit
Couar. in. 4. 2. p. c. 8. §. 5. & . 6. nume. 4.
& . 5. Sylueſt. in ſua ſūma ver legitima
portio, quęſt. 3. & Benardus Diaz, re
gul. 143. vbi ſumarié refert duas com
munes contrarias, & Decius, conſ. 19.
colum. 4. Alex. 55. colum. 2. volum. 2.
2 & quod cum cauſa, poſsit ſtatutum le
gitimam tollere, dixit communem
Curtius Iunior, in authentica, præte-
rea, numer. 17. C. vndè vir. & vxor, &
Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gl.
17. à numero. 10. vſque. 24. vbi refert
duas communes, & diſtinguit, an ſub
ſit cauſa, vel nō, vt in primo caſu pro
cedat prima opinio, in. 2. verò hæc
ſecunda, & plures refert Molina, lib.
2. de Hiſpanorum primogen. cap. 1.
num. 15. & quæſtionem principalem
dicit communem Alex in l. quod de
3 bonis. §. fin. num. 3. ff. ad. l. falcidiam,
Menchaca, dicens eſſe veriorem, &
magis communem in authentica no
uiſsima, C. de inoffi. teſtam. nu. 296.
Tellus Fer. in l. 10. Tauri. numer. 6. &
bis appellat communem Boerius, de-
4 ciſ. 123. num. 4. & . 168. num. 4. & . 204.
num. 12. & quod princeps illud poſsit
facere, eſt tenendum & practicādum
ſecundum Xuarez, ſupra, limitatione
2. Cardin. in c. Raynuntius, §. quia ve
rò, nū. 1. de teſt qui vult poſſe in totū
tolli legitimam, quoniam eſt a iure
ciuili inducta tam ipſa, quam ius te-
ſtandi, & ius ſuccedendi.



5 Sed hæc vltima opinio erronea, &
falſa appellatur à Iuane Gutierrez,
pract. quæſt. 2. p. lib. 3. quæſt. 82. nu-
me. 15. & cōuincitur ex tex. expreſſo
in l. 1. ti. 11. p. 6. ibi, **Mas ſi los hereder os fueſſen de los que deſcienden o ſuben por linea derecha del facedor del teſtamento, a que llaman en latin debitum iure naturæ** *
ex qua lege tam deſcendentibus,
quam aſcendentibus, legitima eſt de-
bita iure naturæ, contrarium tamen
defendit Menchaca, de ſucceſsio-
num creatione. §. 20. num. 301. reſol-
uens pluribus fundamentis legitimā
eſſe iuris poſsitiui, & ſic quod in to-
tū tolli, vel minui, poſsit per ſtatutū,
& idem reſoluit de præſtatione ali-
mentorum, num. 311. vbi refert duas
communes, quod tamen reſolue, &
diſtingue ſecundum Gracian. regula
436. num. 1. Solet tamen dubitari, an
6 hæc cauſa alimentorum poſsit agita-
ri diebus feſtiuis, in quo articulo etiā
ſunt duæ communes opiniones con-
trariæ, & partem afirmatiuam tenet
7 Bart. in l. filius familias, num. 5. de do
nationibus & in l. Mella, num. 6. de ali
mentis & cibarijs legat. Alciatus, in l.
de alimentis C. de tranſactionibus &
eſt communis opinio ſecundum Feli
num, in c. quæ in eccleſiarum, num. 2.
de conſtitutionibus quæ opinio ho-
diè comprobatur per l. 35. titu. 2. p. 3.
vbi Greg. & in c. fi. de ferijs.
8 Sed contrariam opinionem tenet
Bald. conſ. 217. lib. 4. & dicit commu
nem Alex. in l. milites, numer. 5. de
teſtamento militis, & plures refert
9 Tiraquellus, de priui. piæ cauſæ, priui
legio 156. primam tamen opinionem
cum diſtinctione quadam ſequitur
Spino, de teſtamentis gloſſ. 16. nmer.
113. Oroſcius, in l. 2. nu. 2. ff de ferijs,
videlicet, an alimenta ſint præterita,
vel futura & vide Sarmien. libr. 2. ſe
lectarum. c. 14. num. 6. ex quorum di
ctis colliges veram reſolutionem.

## QVÆSTIO. 113.

### *Vtrum ſit neceſſaria ſententia declaratoria, quando pœna imponitur ipſo iure. Communis contra communem.*

QVando à iure imponitur pœ
na ipſo iure non eſt neceſſa
ria ſentencia declaratoria,
vt ad executionem pœnæ perueniatur;
hanc dicit communem opinionē
Antonius de Butrio (qui de emphy-
teota eò loco agit) in c. potuit de lo-
cato, & dixit communem opinionem
Decius, conſ. 146. num. 7. & 8.
1 Sed contrariam opinionem dixit
communem Tiraquellus, in. l. ſi vn-
quam verb. reuertatur. nu. 400. C. de
reuocandis donationibus. Et ratio
eſt, quia verba, ipſo iure, non trahit
ſecum paratā executionem tex. vbi
Bart. in. l. 1. ff. de his qui notantur in-
famia l. fi. C. de locato, & vide Gome
cium, 3. tom. c. 2. numer. 4. vbi dicit
quod quando lex imponit pœnā ipſo
iure tenetur delinquens in foro conſ
cientiæ ita Caſtro, lib. 2. de lege pœ-
nali quæſtion. 10. & tradit Couar. de
ſponſalibus. 2. p. c. 8. § 8. nu. 10. quam
regulam cum tribus limitationibus
poſſuit Felinus, in c. Rodulphus, nu-
mer. 35. de reſcriptis, & Mariença, in
l. 5. tit. 11. gloſſ. 5. lib. 5. recop. quæ om
nia ſunt notanda ad tex. in c. cum ſe-
cundum leges de hæreticis in. 6. & . c.
vergentis eodem, de qua re vide quæ
diximus

diximus in queſtione.687.num.5.vbi late proſequimur hunc articulum.

## QVAESTIO. 114.

### *Vtrum verbum, conuenit, poſitum in ſcriptura ſignificet pactum nudum. Communis contra comunem.*

VErbum, cõuenit, reddactũ in ſcriptura ſignificat pactum nudum, ita Bart. per tex. ibi in l. lecta. ff. ſi certum petatur cúm quo eſt communis opinio ſecundum Purpuratum, ibi, col. 5.

Sed contrariam opinionem teſtatur ibi Iaſſ. communem num. 3. & Zaſius, num. 25. & de natura verbi promitto videndus eſt Mattheus de afflictis deciſione Neapolitana. 120. & vide communem contrariam in quæſtio. 399.

## SVMMARIVM.

1 *Portio repudiata non accreſcit fratribus in caſu. c. quamuis pactum de pactis, lib. 6.*

2 *Inter Iudæos non habet locum. d. c. quamuis pactum.*

3 *In læſione enormiſsima non habet locum ille tex.*

4 *Iuramentum non excludit læſionem enormiſsimam.*

5 *Tex. 56. tit. 5. p. 5. declaratur.*

6 *Renunciatio legitimæ ob cauſam profeſsionis valida eſt non obſtante læſione.*

## QVAESTIO. 115.

### *Vtrum filia enormiter læſa in renunciatione ſua legitimæ cum iuramento: competat ius ſuccedendi (communis contra communem.*

1 AD intelligentiam tex. in. cap. quãuis pactum, de pactis lib. 6. præmittendum eſt, quod portio filiæ renunciata non acreſcit fratribus, ſed cui pater voluerit, iſta eſt communis opinio ſecundum Boerium, deciſione. 104. num. 3. & Aufredũ, in deciſ. Toloſana quæſ. 458. in
2 ſecũdo præmittẽdum eſt, quod diſpoſitio illius tex. non habet locum inter Iudeos, ita eſt communis opinio ſecũdum Guillermum Benedictum, in. c. Raynuntius. verb. duas habens filias, numer. 289. de teſt. Couar. in. c. quamuis pactum 3. p. §. 4. nu. 2. tertio
3 præmittẽdũ eſt, ꝙ ſi fratres propter quos renunciauit filia, vel non erãt nati, vel nati ante mortẽ patris prædeceſſerunt, non obſtante iuramento (mortuo de indé patre) filia ſuccedet ab inteſtato ita Bal. in l. pactũ quæſt. 4. C. de collationibus quem ibi ſequitur Paulus, & idem tenet Francus, in d. c. quamuis pactum, & eſt communis opinio ſecundum Zaſium, in. l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 43. ff. de verborum & Couar. ſupra. 3. p. §. 3. num. 4. Pro qua ſententia & opinione facit quod ſtante ſtatuto, quod filia dotata non ſuccedat, deficientibus maſculis, filia admittitur ſecundum Bart. in. l. ſi. ff. ad Tertullianum, cuius opinio communis eſt ſecundũ Iaſſ. in. l. 1. §. veteres, num. 23. ff. de acquirenda poſſeſsione. Quã opinione tenet Paulus Pariſius, col. 23. num. 52. & ſequuntur plures relati per Neuicanis, in Sylua nuptia. lib. 2. num. 82. His



His ſic præmiſsiſquo ad illum tex. (& omiſsis pluribus quæ congeſsit Carolus. in. l. fi. C. de pactis, nume. 190.) dubium eſt de quo in noſtra quæſtione an filia, quę cum iuramento renũciauit paternę hereditati, iuxta formã illius tex. admittatur, ad ſuccedẽdum, ſi enormiter fuerit lęſa, & non debere admitti: verius eſt ſecundum Ang. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſoribus, quem ſequitur Alexand. conſilio. 222. vol. 2. num. 5. quam opinionem Ancharrani. dicit communem Butricarius, ad Alex. conſ. 42. vol. 1. num. ſi. & conſ. 125. num. 9. volum. 1. & in. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 10. ff. de verborum Antonius Rubeus, conſ. 12. Imola, in. c. cum cõtingat de iure iurando dicens, quod hæc opinio eſt in praxi admittenda quam tenet Menchaca, de ſucceſsionum creatione. §. 18. numer. 129. & Mexia, ad. l. Toleti reſpon. ad. 6. & 8. fund. 1. partis, nu. 33. fol. 180. qui alios refert.

Sed contrariam opinionem (imó
4 quod data enormiſsima læſione non obſtet iuramentum & admittatur filia) dixit communem Decius, conſ. 180. & in. c. in præſentia, num. 36. de probationibus dixit etiam communem Curtius iunior, conſ. 141. nu. 6. pro qua ſententia conſuluit Franciſcus Purpuratus, conſ. 510. per totum vol. 2. & plura tradit Maſcard. vol. 2. de prob. concl. 1076. num. 7. Anton. Gabri. lib. 3. com. tit. de iure dot. conclu. 1. Rojas. de ſuc. c. 21. n. 78. Gutier. de iuramen. confirm. 3. par. c. 3. nu. 7. ex eo quod iuramentum non tollit læſionem enormiſsimam, vt eſt communis opinio ſecundum eum ibi, nu. 5. & dicit communem Padilla, in. l. 2. num. 44. C. de reſcindẽda, Gutierrez, de iurament. confirma. 1. p. c. 19. num. fi. in fine. Et quod data læſione enormiſsima non obſtet iuramentum dixit communem Decius. conſ. 379. numer. fi. & conſ. 349. nume. 7. Ripa, lib. 3. reſponſorum. c. 15. in princ. qui refert hanc communem contrariam nu. 10. & 11. & illã refert Dec. conſ. 53. num. 10. & hanc vltimam dicit cõmunem Paulus Pariſius, conſ. 12. nu. 83. volum. 1. quam tenet Guido Papæ, quæſtio. 224. de quo late per Mattheum de Afflictis, deciſione, 322, nu. 7. & plura tradit Cacheranus, in deciſione Pedemontana. 41. per totam & vide Decium, qui conciliat has duas opiniones conſ. 216. num. 5. & Greg. in. l. 34. tit. 14. p. 5. verb. *Quãtoquier,* in fi. & in. l. fi. tit. 19. p. 6. verb. *Mas de la mitad* Coua. in. d. c. quamuis pactũ 3. p. §. 4. numer. 2. verb. ſi dolos, qui in
5 hac quæſtione plures refert diſtinctiones, & declarat. l. 56. ti. 5. p. 5. & Gutierrez, in repetitione dicti. c. quamuis pactum verb. dum nuptui, num. 3. qui limitat iſtam ſecundum commu-
6 nem opinionem, quando filia poſt renuntiationem ingreditur monaſterium, quaſi ſecus ſit ſi renunciatio facta fuerit alia intentione, & propoſito. Hodié tamen talis, renũciatio valida eſt & ita practicatur ſeruata forma tex. in. c. 16. ſeſſ. 25. Concilij tridentini, alias renunciatio, vel obligatio antea facta erit nulla, vt diximus in quæſt. 121. num. 3. & quæſtion. 63. num. 7.

## QVAESTIO. 116.

### *Vtrum filia poſsit petere ſupplementum legitimæ, in caſu capituli quamuis pactum Communis contra comunem.*

PRoſequendo materiam quæſtionis precedẽtis dubium eſt, an in caſu illius tex. filia poſsit agere ad ſupplemẽtum legitimæ, quãdo

do iuramento fecit renunciationem generalem hæreditatis. Et non poſſe petere ſupplementum tenent plures DD. citati per Tiraquellum, in. l. ſi vnquam, in princ. numer. 144. C. de reuocandis, & dixit communem Ripa, lib. 1. reſponſorum. c. 6. & Socinus, conſ. 288. num. 24. vol. 2. dixit etiam communem Gualdenſis, de arte teſtandi, tit. 3. cautela. 12. Iaſſ. in. l. ſi quando. §. fi. C. de inoficioſó, & in conſilio. 207. lib. 2. & Decius, conſ. 180. & dixit cómunem Gutierrez, in. d. c. quamuis pactum verb. omninò ſeruari debet, numer. 6. vbi Couar. 3. p. §. 3. numer. 3. Xuarez, in. l. quoniã in prioribus, ampliatione. 10, nume. 29. Menchaca, de ſucceſsionũ creatione. §. 17. num. 40. Gutierrez, de iuramen. confirm. 1. p. c. 19. nu. 3. qui expreſſè reſoluit, quod renunciatio generalis hæreditatis futuræ cum iuramento comprehendit legitimam, quæ opinio verior & cómunior eſt.

Sed contrariam opinionem dixit communem Boerius, deciſione. 3. nu. 10. & eam ſequũtur plures citati per Tiraquellum, ſupra, nu. 160. prima tamen opinio verior eſt vt tradit Menchaca, de ſucceſsionum creatione. §. 21. numer. 247. à qua non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 117.

*Vtrum tex. in. l. ſi quis maior. C. de tranſactionibus habeat locum in ſimplici fidei præſtatione. Communis contra communem, & quid iure regio.*

INter doctores eſt contentio, an dict. l. ſi quis maior procedat, & habeat locum in ſimplici fidei præſtatione, & in illa non habere locum tenet Speculator, in titulo de arbitris §. 1. verſ. ſed pone, quod promiſſi, quem ſequitur Ioannes Andreas, in. c. cum tempore de arbitris, & Iaſſ. in. d. l. ſi quis maior in fine, & eſt communis opinio, ſecundum Corſetum, in rubr. de iure iurando, quæſt. 7. Et quod illa lex procedat in quocũque contractu, tenet Azeu. in. l. 1. titu. 17. lib. 8. recop. numer. 34. & 37. cum ſequentibus, & Padilla, in. d. l. ſi quis maior, num. 32.

Sed contrariam opinionem tenet Abb. & Felinus, in. c. quærellam de iure iurando, & dixit communem Cagnolus, in. d. l. ſi quis maior, num. 101. & 105. Iaſſ. in. §. item ſiquis poſtulante, num. 54. inſti. de actionibus vbi Gomecius, num. 26. Concordiam tamen (ad has duas communes contrarias) aſsignat Couar. in relectione. c. quamuis pactum. 1. p. §. 2. numero. 2. videlicet, quod quando interponitur fides Chriſti, habeat locum hęc vltima, opinio quia veré iuramétum eſt: at veró ſi fides humana, in hoc caſu procedat opinio Speculatoris. Et ꝙ in vtroque caſu hodiè procedat dicta lex, videtur probare tex. in. l. 26. in fi. ti. 1. p. 3. l. 1. ti. 17. lib. 8. recop. vbi illud notat Azeued. numer. 7. ſed de intellectu & materia dictę legis, vide Anton. Grabiel. lib. 3. com. tit. de tranſactionibus, concluſione. 1. & Gutier. de iuramento confirmat. 1. p. cap. 61. nu. 22. qui dicit, quod illa lex, nó ſeruatur in practica, quia eſt nimis rigurosa, ita Rolandus à Valle, conſil. 57. numer. 46. & 47. Corneus, conſ. 246. volum. 3. qui dicit bis vidiſſe iudices nollentes illam ſeruare, & illud etiam dicit Azebed. ſupra, numero. 85.

## QVAESTIO. 118.

Vtrum



*Vtrum valeat alienatio fundi dotalis facta à muliere cum iuramento quando prius iurauit non alienare. Communis contra communem.*

MVlier iurauit non alienare rem dotalem in futurum, poſtea alienauit & iurauit alienationem, in quo caſu affirmat gloſſ. in. c. licet mulieres de iure iurando nihil valere alienationem etiam iuratam propter primum iuramentum, quæ opinio communiter approbatur ſecundum Alexan. in. l. duobus. §. fi. de iur. iuran. & in. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 13. ff. de verbor. oblig. & dicit communem Alciatus, in. c. cum cõtingat, nu. 42. cũ ſequẽtib⁹ de iur. iur. & Guillerm. Benedictus, in. c. Raynuntius, verb. duas habens filias, num. 190. de teſtamentis, & dicit communem Curtius iunior, conſ. 168. num. 25. Iaſſ. in. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 40. & Georgius Natta, in. c. quãuis pactũ col. 5. de pact. lib. 6. Ripa, in. c. cũ. m. nu. 83. de cõſtitutionibus Gutier. de iurament. confir. 1. p. c. 1. num. 79. Antonius Gomez, in. l. 53. Tauri, num. 58. Couar. in. d. c. quamuis pactum. 2. p. §. 2. per totum.

1. Sed contrariam opinionem (dicens illam gloſſam eſſe communiter reprobatam) tenet Iaſſo. in. §. item ſi quis poſtulante, numer. 11. inſtit. de actionibus, & Bernardus Diaz de Luco, reg. 477. Menchaca, de ſucceſsionum creatione, lib. 2. §. 18. numer. 158. Caſſaneus, in conſuetudinibus Burg. rubr. 4. §. 16. num. 5. & plures allegat Salzedo, in additionibus ad. d. regul. Bernardi Diaz, Afflictis, deciſion. 331. num. 3. & plures refert Padilla, in. l. clari, num. 8. C. de fideicommiſsis, Menchaca. de ſucceſsionum creatione. §. 18. numer. 147. & eſt tex. pro hac ſententia in. c. ſicut de ſponſalibus, vbi actus contrarius priori iuramento validus eſt cui reſpondet Salzedo, ſupra quod ille tex. procedat ob matrimonij priuilegium, & ſic videtur ſentire contrariam opinionem quam fundat aliquibus rationibus, & ſic illam tenet Gutierrez, ſupra & in. c. 74. nu. 3. propter maximam authoritatem, & vim pioris iuramenti, cum ſecundum ſeruari non poſsit ſine interitu ſalutis æternæ. c. veniens, vbi doctores de iure iurando maximè cum alienatio fundi dotalis ſit à iure prohibita, vt per totũ titulũ de fundo dotali, & probatur in. d. c. licet mulieres, quod tamen intellige, ſecundum Bernardũ Diaz, ſupra, & Padillam, in. d. l. clari, num. 8. colum. 3. & 4. vbi limitat tribus modis & Gracian. reg. 276. Mieres. de maioatu. 4. p. quæſtio. 15. num. 11. Matienço, in. l. 3. tit. 10. gloſſ. 10. num. 3. lib. 5. recop. 1

## QVAESTIO. 119.

*Vtrum Poſſeſſor bonæ fidei teneatur reſtituere fructus induſtriales conſumptos, Communis contra communem, & quid iure regio.*

POſſeſſor bonę fidei non tenetur reſtituere fructus induſtriales cõſumptos, etiam ſi factus ſit locupletior, communis opinio eſt, ſecundum Abbatem, in. c. grauis, nu. 4. de reſtitutione ſpoliatorum & tradit Antonius Gabriel, lib. 5. communium tit. de acquirendo rerum dominio conclu. 2. & plura tradit Menochius, de recuperanda poſſeſsione,

remes

remedio. 1. numer. 420. vbi intelligit tex. in d. c. grauis, & hæc opinio eſt approbata in l. 39. tit. 28. p. 3. vbi notat Gregorius, verb. * *deſpendido* * & in l. 4. tit. 14. p. 6. & vide Gomecium, in l. 46. Tauri, num. 2. & nouiſsime Gutierrez, pract. queſt. 2. p. queſt. 68. numero 3. lib. 3. & laté Couarr. lib. 1. variarum. c. 3. num. 6. in fine.

Sed contrariam opinionem de iure
1 communi (imò quòd teneatur illos reſtituere) dixit communem Alexan. in l. inſulam. §. fructus. ff. ſoluto matrimonio Alciatus, & Purpuratus, in l. ſi me & Titium, in princ. ff. ſi certum petatur cui opinioni aduerſantur verba dictæ legis. 39. ibi. * *En tal caſo como eſte dezimos, que el ſeñorio de los fructos que vuieſſe recebido, e deſpendido de el heredamiento eſte vendido que deuen ſer ſuyos por la obra y el trabajo que lleuo en ellos faſta que el pleyto fue començado.* * Ex qua lege approbatur prima opinio, à qua etiam de iure communi nó eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 120.

### *Vtrum poſſeſſor malæ fidei ratione tituli excuſetur à fructibus percipiendis. Communis contra communem, & quid iure regio.*

A Dquæſtionem immediate præcedentem ſe offert corolarium, an poſſeſſor malæfidei ratione tituli, excuſetur à fructibus percipiendis, & partem affirmatiuam probat gloſſ. in l. ſi fundum. C. de rei vendicatione quæ communiter eſt approbata ſecundum Bart. in l. ex diuerſo, num. 12. ff. eod.

Sed contrariam opinionem tenent Petrus (& poſt eũ Zinus) & Salicetus, in d. l. certum. C. de reivendicatione, & dixit communem opinionem Platea, in. §. ſi hereditas inſtit. de officio iudicis, & Molineus, in conſuetudinibus Pariſi. 1. p. §. 2. fol. 212. Prima tamé opinio eſt approbata ex d. l. 39. tit. 28. p. 3. quam declarat Couarr. lib. 1. variarum. c. 3. num. 6. & ita communiter ſolet practicari.

## SVMMARIVM.

1 *Monaſterium quaſi agnatione poſthumi rumpit teſtamentum.*

2 *Diſtinctio in quæſtione principali propoſita refertur.*

3 *Opinio Bligij refertur.*

4 *C. 16. ſeſsione. 25. Concilij Tridentini declaratur.*

5 *Opinio Gutier. circa intellectum Concilij Triden. damnatur.*

6 *Concilij Tridentini diſpoſitio non procedit in teſtamentis ſed ſolum in contractibus in quibus non eſt locus pœnitentiæ.*

7 *Ioannes Gutier. maturius conſiderando verba Concilij ſequitur nouiſsime noſtram opinionem in qua antea dubius erat.*

## QVAESTIO. 121.

### *Vtrum per ingreſſum religionis rumpatur teſtamentum prius factum. Communis contra communem.*

A Lta inter antiquos agitata fuit quæſtio, an per ingreſſum religionis rumpatur teſtamé tum perfectum; in qua re Federicus de Senis, conſ. 165. exiſtimat, portionem legitimam relinquendam eſſe monaſterio, vt teſtamentum quaſi agnatione poſthumi non rumpatur, quam ſententiam tenet Zinus, & Fulgoſius, in authen. ſi qua mulier. C. de ſacro-



ſacroſanctis eccleſijs vbi Iaſſ. num. 17. teſtatur eſſe communem opinionem, quod ante eum dixerat Imola, in. l. 1. num. 9. de teſt. & dicit etiam communem Menchaca de ſucceſsionũ creatione, §. 20. num. 196. & Didacus Perez, in l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. pag. 68.

Sed contrariam opinionem, imò quod ſit diſtinguendum, an condens teſtamentum cogitabat de ingreſſu religionis, vel non, ſi cogitauit, etiá
2 ſi nihil teſtamento relictum ſit, valeat omninò ſi veró non cogitauit, teſtamentum eſt inutile interuentu nouæ volũtatis. Ita Bart. in d. authentica ſi qua mulier, num. 13. cuius opinio eſt communis ſecundum Decium, conſ. 31. num. 3. Ripa, in l. ſi vnquam quæſt. 35. num. 94. C. de reuocandis donat.
3 Viglius. in princ. inſtit. quibus modis teſtamenta infirmentur, numer. 3. vbi ipſe tenet indiſtinctè nullo caſu teſtamentum reuocari ex quadam Leonis nouella ab ipſo relata, & ſequitur iſtam opinionem Loriotus, de iuris arte in tractatu. 12. de iniuſto rupto, axioma. 10. pagina. 361. & laté Couar.
4 in c. 2. de teſtam. numer. 4. & 6. & eſt tex. in authentico de Monachis. §. illud, & nouiſsimè circa iſtam cõcluſionem plura tradit Angulo. in tractatu de meliorationibus l. 2. gl. 3. Iulius Clarus, lib. 5. receptarum ſent. §. teſt. queſtio. 28. Michael Craſſus, in d. §. teſtamentum, quæſtio. 34. & ſequitur Didacus Perez, in l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. pag. 67. & Menchaca. de ſucceſsionũ creatione. §. 20. numer. 29. & dicit communem Molina, lib. 2. de Hiſpan. primogeni. c. 5. num. 44. & 45. & ab hac non eſſe recedendum in iudicãdo & conſulendo, reſoluit nouiſsimè Gutierrez, lib. 2. canon. c. 1. num. 8. & iam ita vidi iudicatum. ſolet tamen dubitari, an hodié teſtamentũ factũ ante ingreſſũ, & ante profeſsioné vicietur ex tex. in. c. 16. ſeſſ. 25. Concilij Tridétini, & in hac quæſt. Gutier. in c. quãuis pactũ, verb. dũ nuptui, nu. 4. relinquit cogitãdũ, & in ea videtur ſe inclinare ſentẽtia, vt ſicut nõ valet cõ-
5 tractus ante ingreſſum factus, ita nec teſtamẽtũ, ꝙ abſolutè tenet Spino, in ſpeculo teſtamẽtorũ gloſſ. 12. nu. 50.
6 cuius opinioné reprobauim' inqueſt. 63. in fine, ſequẽdo opinioné aliorum qui rectius intelligunt cõciliũ Tridẽtinũ, vt eius diſpoſitio ſolũ loquatur in cõtractibus, nõ verò in teſtamẽtis, vt tradit Humada in l. 7. ti. 7. p. 1. gl. 3. nu. 4. qui aſsignat rationé differẽtiæ & reſpõdet ad obiecta. & cõtraria, & etiá diximus in quæſ 63. nu. 7. & poſt
7 hæc ſcripta hãc noſtrã opinioné defẽdit Gutier. lib. 2. canonicarũ quæſt. c. 1. à nu. 26.

## QVAESTIO. 122.

### *Vtrum tex. in l. quoniã in prioribus C. de inoffi. teſta. corrigat leges iuris cõmunis digeſtorum. Cõmunis contra cõmune. & quid iure regio.*

F Ilius primum locum obtinens in patria poteſtate, ac proinde ſuus hæres patri poterat iure digeſtorũ ſub conditione poteſtatiua inſtitui, lex ſuus quoque in princ. & in. §. puto recté &. §. ſi, ff. de heredib' inſtitu. l. ſi. ff. de cõditionibus inſtitut. l. filius à patre in princip. ff. de lib. & poſthu. l. Lucius Titius. ff. de cõditionib. & demõſt. l. ſi Libertinus. §. ſi Libertinus. ff. de bonis libertorũ. l. ſi pater, C. de inſtit. ex quib' dubiũ eſt, an iſtæ leges ſint hodié correctę per d. l. quoniam in prioribus, & non eſſe correctas tenet Zinus, Bald. & Ang. in d. l. ſi pater, & eſt cõmunis opinio ſecũdũ Alex. ad Bart. in d. l. ſuus quoque. n. 3. & dixit etiá cõmuné Socinus, conſi. 97. volum. 3. & Rodericus Xuarez (cõmẽtator illius legis) ampliatione

Gualdenſis de arte teſtandi titul.3. cautela.1.num.3.

Sed contrariam opinionem (imò quod ſint illę leges iam correctæ) tenet Bart.in.d.l.ſuus quoque, in princip.&in.d.l.ſi pater num. 2. vbi eius additionator in verſic.volens & Decius. dicunt hanc eſſe communem opinionem de quo articulo vide Antonium Gabrielem, lib.6.com.titul. de legitima, concluſione.1. & Antoniũ Gomez.1.tom.variarum.c. 9. à num.23.& hanc vltimam opinionem approbat hodie.l.11.tit. 4.p.6.vbi aduertit Gregor. verb.*Que es en poder,* quæ.l.difficillima reputatur,& rigurosa ab ſcribentibus,vt dicit Rodericus Xuarez in d.l.quoniam in prioribus ampliatione.2.& vide Molinã de Hiſpanorum primogen lib.2.c.1.nu. 29. Burgos de Paz, quæſt 1. num.9. Menchacã,de ſucceſsionum creatione lib. 1. §.10.num. 346. Queſada, in ſuis queſtionibus. cap. 6. num.17.in fi.Couarr.in.c.Raynaldus.§.2. num. 4.de teſtamentis, & quæ diximus in quæſ.711.num.8.

## SVMMARIVM.

1 *Impubes maior infante non aſtringitur ſeruare iuramentum.*

2 *L.qui iuraſſet.ff.de iure iurando declaratur.*

3 *Minor.14.annorum non incurrit pœnã periurij.*

4 *Impubes iure iurando non aſtringitur.*

5 *Contraria communis opinio proponitur.*

6 *Reſolutio quæſtionis traditur.*

7 *Iuri canonico ſtandum eſt,quando agitur de materia peccati.*

8 *Minor.14 annorum non incurrit pœnam periurij etiam ſi ſit doli capax.*

9 *Reſolutio quæſtionis traditur.*

10 *Opinio Anton. Gomez falſa reputatur à Parladorio.*

11 *Iuri canonico non ciuili, nec regio ſtandum eſt, quando agitur de materia peccati.*

## QVAESTIO. 123.

### *Vtrum impubes doli capax ex iuramento teneatur. Communis contra communem, & quid iure regio.*

IMpuberem maiorem infante ad ſeruandum ius iurandum non aſtringi tenet gloſſ.1.in authenti-
1 ca, ſacramenta puber. C. ſi aduerſus venditionem gloſſ. verb. potuerit in l.ſi ff.de liberali cauſa gloſſ. verb. ſeruari,in. c.quamuis pactum de pactis lib.6.& in princip. 22.quæſtione. 4. gloſſ.1.in verſ.quid ſi impubes in.c. 1.§.item ſacramenta de pace tenenda
2 & hanc opinionem tenet Henricus, in cap.conſtitutus de in integrũ reſtitutione,numer. 5. & ſequitur illam Aretinus, in cap. in præſentia. nu-
3 mer. fin. de probationibus Socinus, regula. 194. verſ.9.& alij citati per Georgium,concluſione.2.limitatione.4.in.d.c.quamuis pactum,& hanc
4 opinionem tenent communiter legiſtæ ſecundum Iaſſ.in. d.authentica ſacramenta puberum,numer.20. quam aſſerit communem Alex.in.l.qui iuraſſet in princ.num.2.ad finem. ff. de
5 iure iurando, & illam magis communem appellat Alciatus,in.c.cum contingat,numer. 219. de iure iurando,
6 Couarr.in. 4. decret.1.p.c.5. §.1. nu. 4.& in.d.c.quamuis pactum 3. p.§.1. numer. 3. col.3. qui vtrobique hanc
7 ſequitur opinionem, & Gomecius, lib.2. variarum, c.de reſtitutione minorum,nu.18.pro qua adducitur tex. in d.l.qui iuraſſet,& in authen. ſacramenta puber. verſ puberum.& in.d. c.quamuis pactum, poderato, quod puella, quæ ibi iurauit tradebatur nuptui,& etiã probatur de iure regio

in



in.l.7.&.16.tit.11.p.3.l.56.tit.5. p.5.l.
8 6.tit.19.p.6.l.5.tit.10.lib.3.fori,quib⁹ probatur minorem.14.annorum pœnam periurij non incurrere, & hanc opinionem omnes intelligunt,etiam ſi impubes ſit doli capax, nam quod incapax iureiurando non aſtringatur nullus dubitat.

Sed contrariam opinionem ( imò impuberem doli capacè ex iuraméto teneri) firmat vbiquè Bart. maximè in d.authen.ſacramẽta puber.nu. 9. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.quam tenet Alex.in.d.l.qui iuraſſe,numer.2.atquè eam veriorem dixit Imola, in. d. c. cum contingat, numer.48. & tutiorem Guillermus, in.c. Raynuntius verb. duas habens filias.num.292 de teſt. Abbas,conſil. 108.num.2.vol.2.dicit hanc tenere canoniſtas communiter, & latius ſe extendens conſ.39.vol.1.numer.1. dicit hanc tenere communiter iuriſvtriuſque doctores, quam dicit cómunem Imola,in.d.c.cum contingat,nu. 72. & aſſerit eſſe communem Iaſſ. in.l. is cui bonis,num.19.ff.de verborum. Decius,nu,3.Cagnolus, num. 11. in.l. pupillũ.ff.de regul.iuris, Gualdenſis, de arte teſ.tit.1. cautela.5. n.2. & pro hac parte eſt gl.in.c.ex literis,el.2.de ſpõſalibus iuncto. c.1.de delictis pue-
9 rorum,gloſſ.in.c.paruuli.22.quæſ.4. tex.in.l.fi.§.in eum.ff.de liberali cauſa,ex quibus videtur,quod hæc ſit verior opinio,& communior, & ſecundum eam fuiſſe determinatum firmat Mathæus de Afflictis deciſione 322.num.5.& deciſione.393.num.10. (temperat tamen illam Imola,in.d.c. cum contingat, numero. 72. verſic. aduerte.de iure iurando)& iſtam opinionem ſequitur Gregor. & dicit communem in.l.6.tit.fin.p.6. gloſſa, verb.*Maior de catorze años,* & quod ab ea non ſit recedendum in iudicando& conſulendo, idemque tenet Gutierrez, in. d. authenti. ſacramenta puberum,num.117.qui hanc opinionem de iure canonico dicit magis cómunem,& veriorem, & ſecuriorem animæ, & illum ſequitur nouiſsimè Parladorius,lib.2.rerum quotid.c.4.
10 num.4.ſed in puncto iuris dicit eſſe falſam opinionem Antonius Gomez variarum tit.de reſtitutione minorũ lib. 2.num. 18. & pro vtraque parte plures rationes aſsignat Curtius iunior, in. d. authen. ſacramenta pub. à num.54.& 73.& 85.qui refert iſtam eſſe communem, & ab ea non eſſe recedendum fauore animę,que opinio tutior,& ſecurior eſt,& ſeruanda in foro canonico, & ſeculari, cui ſtandum eſt in hac quæſtione cum agatur de materia peccati, & impubes doli capax non obſeruans iuramentum
11 ſit periurij reus,vt in.c.ex literis Syluani,vbi glo.verb.ſub iuramento,de ſponſalibus.

## QVAESTIO. 124.

### *Vtrum legitimatus ſine præiudicio venientium ab inteſtato poſsit ſuccedere ex teſtamento. Communis contra communem.*

CLauſula quæ ſolet apponi in reſcriptis quibusquis ſit legitimus videlicet ſine præiudicio eorũ qui ſucceſſuri ſũt ab inteſtato,id operatur, vt legitimatus præferatur omnib⁹ ſucceſſorib⁹ parẽtis inteſtati exceptis filijs legitimis,& naturalib⁹ quib⁹ extantib⁹ legitimatus ſuccedit ex teſtam. dũmodo legitima debita filijs legitimis,& naturalib⁹ nõ minuatur,hanc opinionem dixit cómunẽ Hieronymus Gratus, conſ.63.colu. penultima.

Sed contrariam opinionem (imó
quod illa clauſula operetur, quod le-
gitimatus ex teſtamento admittatur,
& ab inteſtato excludatur ab agnatis
& cognatis, intra quartum gradum,
cæteros veró, & vxorem, & fiſcum
excludat) dixit communem Decius,
cóſ. 338. nu. 4. & Paulus Pariſius, cóſ.
24. nu. 44. vol. 2. Socinus. cóſ. 95. vol.
4. col 3. & in. l. Gallus, §. & quid ſi tan
tum. num. 21. ff. de lib. & poſthumis
Couar. in. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 10. nu.
1. & de legitimatione filiorũ vide. l. 4.
& 6. tit. 15. p. 4. & quæ diximus ad
longum in. quæſt. 2.

## QVÆSTIO. 125.

*Vtrum contra petentem plus tempore, debeant omnes induciæ duplicare. Communis contra communem & quid iure regio.*

PEtenti plus tempore, induciæ
duplicantur, tex. in. c. vnico
de plus petitionibus. §. hodie
inſtit. de exceptionibus. dubitatur ta
men circa illa iura, an debeãt induciæ
omnes duplicari, an illius ſolũ tempo
ris, quod remanſerat induciarũ, quan
do actor plus petit, & oés inducias
eſſe duplicãdas, tenet (primus omniũ)
Ioannes Andreas in. d. c. vnico, quẽ
ibi ſequitur Antonius, numeró. 8.
quam partem tenet Ang. in. §. ſi quis
agens, nu 6. in fine inſtit. de exceptio
nibus Decius, in. l. pecuniã. nu. 10. ff. ſi
certũ petatur, & iſtã opinioné ſequũ
tur doctores, ſecũdũ Ananiã, in. d. c.
vnico, nu. 4 & eſſe communé opinio
nem teſtatur expreſſé Iaſſ. in. §. & hęc
quidé, nu. 5. inſtit. de actionibus vbi
Zaſius, num. 2. vbi tanquã veriorem
illam ſequitur ſententiã, qui omnes
mouentur per tex. in. d. §. hodie autẽ
inſtit, de exceptionibus.

1 Sed contrariam opinionem (imo q̃
reliquum tẽporis induciarum dupli-
cari debeat, & non omne) expreſſé fir
mat Bart. in. l. aut dãnum. §. quisquis
(arg. optimi tex. ibi.) ff. de pœnis, idẽ
tenet Bart. in. l. iuſtas. C. de iure fiſci
lib. 10. vbi Bald. nu. 9. & Platea, nu. 1.
& ex canonũ interpretibus hãc opi
nioné ſequitur Bal. in. d. c. vnico, nu.
6. Ancharran. nu. 17. Abb. nu. 14. Ana
nia, nu. 4. & Petrus de Rabenis, in có
pendio iuris canonici tit. de plus peti
tionibus col. 3. quam opinioné ſequi
tur Alex. n. 10. in. d. l. pecuniã vbi Iaſ.
(immemor ſui) in fine & Alciat. di-
cit iſtã opinioné cómuniter receptã,
illãque expreſſé probat Theoph. in
d. §. hodie, & de iure regio probatur
in. l. 45 tit. 2. p. 3. circa quã vide Villa-
lobos, in Antinomia iuris, nu. 34. fol.
6. & ſic illa Bart. opinio eſt verior, &
cómunior, & approbata vtroque iu-
re, quã quæſtionem (licet difficilem)
nõ mouent ibi Imola, Hoſtiẽſis, Abb.
Henricus, neque Cardinalis.

## SVMMARIVM.

1 *In legatis pijs, quod maius eſt interpretari debet.*
2 *L. Titia. § Seia ff de auro & arg. legato declaratur.*
3 *Cauſa pia habet tres gradus.*
4 *Captiuorum cauſa pia eſt & omnibus præfertur.*

## QVAESTIO. 126

*Vtrum in legatis relictis contra heredem ſit ampla interpretatio facienda. Communis contra communem.*





IN teſtamento amplam fieri debe
re interpretationem probat tex.
in. l. in teſtamẽtis. ff. de regul. iur.
& in. c. dilectus de donationibus, &
idem eſſe in legatis tenet gloſſ. in. d.
l. in teſtamentis & gloſſ. in. l. ſi quis
reum. §. idem Iulianus. ff. de lib. lega-
ta, & gloſſ. in. l. Lucio Titio. ff. de le
gat. 2. gloſſ. verb. errore in. l. 1. C. de
falſa cauſa adiecta leg. gloſſ in. l. le-
gatum. ff. de annuis legatis, quam opi
nionem (quod in legatis fiat exten-
ſio) tenet Zinus. in. l. fi. §. 1. C. commu
nia de leg. Villalonga, in. l. re con-
iuncti colum. 16. ff. de leg. 3. Iaſſ. in. l.
qui ſe patris, numer. 58. C. vndè lib.
& hanc dicit communem opinio-
nem Corneus in authentica ex cauſa
colum. 7. C. de lib. præteritis.

Sed contrariam opinionem dixit
communem Cagnolus, in. d. l. in teſ-
tamentis num. 3. vbi illam tenet De-
cius, & ſequitur gloſſ. fi. in. l. ſi plures
ff. de conditionibus inſtitut. quam
ad hoc commendat Iaſſo. in. l. pecu-
niam. ff. ſi certum petatur, numer. 2.
quam opinionem probat tex. in. l.
apud Iulianum. §. Seio. ff. de leg. 1. &
in. l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de penu
legata, & in. l. numis. ff. de leg. 3. &
hæc eſt illorum iurium interpreta-
1 tio ſecundum Aretinum, in. l. legato,
generaliter. §. 1. ff. de leg. 1. quod ta-
men fallit in legatis pijs in quibus id
debet preſtari, quod maius eſt, ita pro
bat tex. in. l. Titia. §. Seia. ff. de auro
& argento legato ſecundum literam
veriorem, vt commendat Romanus
in ſuo ſingulari. 515. & eſt commu-
nis opinio ſecundum Barb. in. c. indi
cante, numer. 12. de teſtam. vbi plures
id teſtãtur, & Couarr. ibi, numer. 5. &
licet tex. ille plures patiatur intellec-
tus, quos proſequitur latè Decius in
l. ſemper in obſcuris. ff. de regulis iu-
ris, & Gomecius in. §. ex maleficijs,
numer. 52. inſtitutis de actionibus:
pro cuius verò intellectu conſidero
nouiter reperiri poſſe tres gradus cau
3 ſæ piæ: primus eſt quãdo aliquid relin
quitur eccleſiæ pro clericis, quo ca-
ſu licet fauorabilis cauſa cenſeatur
ſufficit tamen ſi minimum præſte-
tur, tex. in cap. ex parte de teſtamen-
tis (iuncto intellectu veriſsimo illius
legis) ſecũd' grad' eſt, quãdo aliquid
relinquitur eccleſiæ pro vaſsis, &
ornamentis quæ cædunt inmediaté
in cultu Dei, & hic gradus fauora-
bilior eſt præcedenti. Vndè in eo
præſtatur id, quod maius eſt. vt in. c.
fin. de teſtamentis, & in. dict. l. Ti-
tia. §. Seia. Tertius gradus eſt quan
do aliquid relinquitur pro redemp-
tione captiuorum, & hic ſupremus
eſt, & ita præfertur ſecundo, vt in. c.
Apoſtolicos, & in cap. Sanctorum.
12. quæſtio. 2. l. ſancimus. C. de ſacro-
ſanctis eccleſijs. authentico. de alie-
natione emphytheoſi, §. ſanctiſsimos
verb. de ſacris autem vaſsis. In qui-
bus iuribus cauetur quod res, & vaſ-
ſa eccleſiæ poſſunt alienare pro re-
demptione captiuorum & facit tex.
in. d. authentica de reſtitut: §. ſi verò
in redemptionem, (iuxta gloſſam
ibi, verb. excimus (vbi ab imperato-
re cauſa hæc captiuorum, dicitur
pijſsima, vt in authentico, vt cum de
appellatione cognoſcitur. §. ſi vnum
de prædictis col. 8. & tradit Tira-
quellus, poſt leges connubiales gloſſ.
3. numer. 286. & ſic in hoc vltimo ca
ſu (à fortióri) quod maius eſt præſta
bitur. argumento dictæ legis Titia.
§. Seia, & vide. l. ſi quis ad declinan-
dam. C. de epiſcopis, & clericis, &
circa illius materiam, & pietatem
erga captiuos vide Padillam, & Sar-
mient. in. l. cum quidam delegat.
2. Acoſtam in. cap. ſi pater, verb.
pauperes de teſtamentis in. 6. l. ſunt
perſonæ, de religioſis, & ſumpti-
bus funerum. l. 20. titulo. 3. par-
ti. 6.

## QVAESTIO. 127.

### *Vtrũ vitium litigioſi purgetur per lapſum inſtantiæ.*

### *Communis contra communem.*

1 VItiũ litigioſi purgari per lap
ſum inſtantiæ tenet gloſſ. in
l. properandum. §. & ſiquidem
C. de iudicijs, quæ communiter eſt
approbata. Secũdum Paulum, in. l. 1.
C. de præſcriptione longi temporis.
Sed contrariam opinionem ( imó
q nó purgetur) dixit communẽ Bal
dus, num. 2. & Angelus in. d. l. 1. & tra
dit concordiam Balbus, de præſcrip-
tionibus. 3. p. 6. partis quæſt. 4. prin-
cip. num. 44. & quando res dicatur
litigioſa vide Parladorium, lib. 2. re-
rum quotidianarum. c. fi. 4. p. §. 4. nu.
5. & Couarru. practicarum queſtio-
num. cap. 15. num. 7. & an quando in-
tentatur hypothecaria actio dica-
tur res litigioſa vide gloſſam, verb.
dominio in authentica litigioſa res.
C. de litigioſis, quę tenet, quod non,
quam commendat Baldus ibi, & Gre
gorius, in. l. 13. ti. 7. p. 3. verb.* *Muchas
vezes*,* & Couarr. ſupra, num. 6. Bur-
gos de Paz, qui plures refert. conſ. 4.
nu. 25. per authenticum de litigioſis.
§. ab hac autem colatione. 8. & vi-
de Paulum in l. Diuus Pius. ff. de peti
tione hæreditatis, num. 4. qui limi-
tat totum titulum & materiam de li-
tigioſis quando res alienatur ex iuſta
cauſa, vel authoritate iudicis, & Gre
gor. verb.* *E que ſea tornada** in. d. l. 7.

## SVMMARIVM.

1 *MEndax punitur in pluribus. caſibus.*
2 *Qui negat debitum, non admittitur ad ceſſionem.*
3 *Lex. fi. ff. de rei vendicatione, declaratur.*
4 *Cautela pro actore, quando reus negat ſe poſsidere.*
5 *Mentiri, & mendacium dicere, differunt.*
6 *Iniuria non eſt dicere, tu dicis mendacium.*
7 *Error Cornei, notatur, qui aſſerit, quod non dicit mẽdacium, qui putat ſe verum dicere.*
8 *Quibus verbis teneatur reus palinodiam canere traditur.*

## QVAESTIO. 128.

### *Vtrum reus negans omnia contenta in petitione actoris (in caſu legis. fi ff. de rei vendicatione) amittat poſſeſsionem (ſi verum eſt quod poſsideat)*

### *Communis contra communem.*

REus negans ſe poſsidere, ſi cõ
uincatur de mendacio tranſ-
fert poſſeſsionem in actorẽ:
ita probat tex. in. l. fi. ff. de rei vendi-
1 catione, cui conſonat tex. in. l. 3. tit. 3.
p. 3. Et ratio illius pœnæ, eſt menda-
cium, vt eſt communis ſenſus illius
legis, ſecũdum Bart. ibi, nu. 1. Nec eſt
ſolus ille caſus in quo in iure noſtro
punitur mendax, eſt enim alius caſus
egregius, in. l. ſi dubitet. §. ita demum.
ff. de fideiuſſoribus. Hippolytus, in ru
brica illo tit. num. 323. qui benè loqui
tur, vltra quem de hac materia eſt vi
dendus Abbas. in. c. penultimo de iu-
ram. calumniæ. num. 18. & Romanus,
conſ. 59. & Felinus, in. c. cęterum, nu
mer. 18. &. 19. de iudicijs, Gomecius
in. §. ex maleficijs, numer. 19. inſtit. de
actionib. & tradit Alex. cõſ. 35. volu.
2 5. Barbacia, conſilio. 82. volum. 3. Et
qualiter negans debitum ad cęſionẽ
admittatur, tradit Afflictis, deciſione
296.



296. & vide communem contrariam
129. & Molend. in conſuetudinibus
Pariſi. 1. p. §. 30. numer. 5. qui poſſuit.
13. caſus, in quibus negans cum men
dacio punitur, & Guillermus, in
cap. Raynuntius, verb. abſque liberis,
el. 2. numer. 164. eſt tamen aduerten-
uertendum pro declaratione illius
legis fi. quod procedit non ſolum ſi
quis in poſſeſsionis ſubſtantia men-
tiatur aſſerens ſe non poſsidere, ſed
etiam ſi mentiatur in titulo poſſeſsio
nis: ita Bald. in. l. cogi, num. 12. C. de
petitione hæredi. vbi Iaſſ. & in. §. om
nium, numer. 92. inſtit. de actionibus
Secundò aduerte. d. l. fin. procedere
non ſolũ ſi ſe non poſsidere falſo quis
dicat, ſed etiam ſi teſtetur ſe alio no
mine poſsidere, cum tamen propio
nomine poſsideat: ita Angelus, nu-
mer. 8. Iaſſo. 86. in. d. §. omnium Hip-
polytus, ſingulari. 242. Matthæus de
Afflictis, deciſione. 18. & circa illius
legis materiam, & intellectum, vide
Padillam, in. l. quæſtionem. C. de fidei
commiſsis. Tertio aduerte, quod ad
translationem poſſeſsionis non re-
quiritur libellus: ita gloſſ. verb. & le-
gem, in authen. de triente & ſemiſſe
§. illud quoque, el. 2. quam commen-
dat Iaſſ. in. d. §. omnium, num. 89. &
dixit communiter tenere Romanus,
conſil. 70. colum. 2. in quo caſu cau-
4 tela ſit, quod ſi reus neget ſe poſside-
re, actor petat à iudice ſe mitti in
poſſeſsionem illam, tanquam vacan-
tem, ſecundum Angelum, qui dicit
ita practicaſſe, in. d. l. fi. quem ſequi-
tur Cępola, cautela. 161. & eum cor-
ruptè citat Iaſſo. in d. §. omnium,
numer. 41. Quartò præmittendum
eſt, maximam differentiam eſſe inter
mentiri, & mendacium dicere ſecun
dum doctrinam ſancti Thomæ. 22.
queſtione. 110. artic. 1. & probat tex.
5 in. cap. animaduertendum. 22. quæſ-
tioné. 2. in fine, quem cum alijs re-
fert Paulus Pariſius, conſi. 30. volum.
1. numero. 1. & tradit Aulus Gellius,
lib. 2. ad noctes Atticas. c. 11. ex qua
differentia dixit Corraſius, in. l. ſi tam
anguſti, numero. 5. ff. de ſeruitutibus,
non eſſe iniurioſum dicere, tu dicis
mendacium, quod ſequitur Viuius,
lib. 9. commun. titul. de iniurijs, nu
mero. 137. qui dicit ſic fuiſſe iudica-
tum in facti contingentia, cum ip-
ſe fuiſſet aduocatus pro reo: & tra-
dit Plaça, de delictis, libr. 1. cap. 1.
numer. 11. de eo qui dicit tu menti-
ris, & ſequitur Padilla, in. d. l. quæſ-
tionem, numer. 14. C. de fideicom-
miſsis, & vide in quæſtione per me
tradita. 323. Et ſic in caſu illius legis
fin. non priuatur poſſeſsione, qui
mendacium dixerit, ſed qui menti-
tus fuerit, quod comprobatur ex
text. ſimili, in. cap. 1. §. ſi fuerit, quæ
fuit prima cauſa benefi. amit. & in
c. 1. §. ſi vaſſallus fęudũ, ſi de fæudo
defuncti contentio ſit, quæ iura ex-
preſſè dicunt pœnam mendacij locũ
habere, ſi ſciens quis inficietur, & ſic
ad hoc vt mendacij pœna locum ha-
beat, dolum vel latam culpam exigit
Bart. in. d. l. fin. & laté Alexan. conſ.
35. volum. 5. Iaſſ. in. d. §. omnium, nu-
7 mer. 96. Gomecius, in. d. §. ex malefi-
cijs, numer. 19. & alij relati per Mo-
lend. ſupra, numero. 5. ex quibus obi-
ter reprobandus eſt error Cornei,
conſil. 324. volum. 3. colum. penulti-
ma ſecundum quem non dicit men-
dacium, qui putat ſe verum dicere,
& refert Catelianũ Cottam, in memo
rabilibus, verb. mendax.

Quibus ſic præhabitis dubitatur
circa illam legem, ſiquis dicat in libel
lo: Nego omnia narrata, prout in peti
tione narrantur: an tunc amittat poſ
ſeſsionem, ſi veré poſsidebat? Et poſ-
ſeſsionem non amittere tenet Bart,
in. l. ſi dubitet. §. ita demum. ff.
de fideiuſſoribus, quem ibi ſe-

quuntur Paulus, Imola,& Barbacia
(ad Bart.) in.l.ſi couenerit, in additio
nibus.ff.de re iudicata,Iaſſ.in.d.§.om
nium, num,98.Alex.conſ.91. vol. 6.
Hippolytus,in rubr.ff.de fideiuſſori-
bus,num.336. idem in ſingulari.242.
Decius,in.c.cæterum, numero.19.de
iudicijs,& eſt communis opinio ſe-
cundum Iaſſ.in.l.ſed hoc ita. ff, de re
iudicata,vbi Vicentius,in.§. fi. num,
4.qui laté proſequitur iſtum articu-
lum,& hanc opinionem ſequitur Pa-
dilla,in,d.l.quæſtionem num,10. C.
de fideicommiſsis, quia tunc magis
videtur reus negare ſubſtantiam li-
belli, quam qualitatem.
Sed contrariam opinionem vide-
tur ſentire Bart.in.l.1.C. de litis con
teſtatione, Bald.in.l.1. C. de ædilicijs
actionibus, Antonius,in. c.1. de litis
conteſtatione,& hanc partem dixit
veriorem Alex.in. d.l.ſed hoc,& illã
8 dixit communem Felinus, in.c.cæte
rum,num.19.ſupra, quę ſententia ve
rior eſt. Et obiter,quibus verbis te-
neatur quis palinodiam cantare,tra-
dit Gregor.in.l.8.titul.4.p. 6. verb.
*mintio,*& Parladorius,rerum quoti
dianarũ.lib.1,c.17.n.16.l.25.tit.18. p.
2.& eſt optima.l.6.tit.8.lib.8.recop,
quę à nemine allegatur, vbi expreſſè
cauetur,**que mintio**quæ verba tene-
tur reus proferre,neque ſufficiet alijs
æquipolentibus verbis vti,etiam ſi di
ceret,mendacium vel falſum dixiſſe,
propter differentiam, de qua ſupra,
quæ omnia ſunt notanda pro intelle-
ctu legis.2,titul.10.lib.8. recop. licet
in hoc contrarium teneat Humada,
in.l.25.tit.18.p,2.gloſſ.1. & Didacus
Perez,in.l.6.tit.8.lib.8. ordinament.
quos nouiſsimè ſequitur Azeu.in,d.
l.2.tit.10.lib.8.recop.num. 88.

## SVMMARIVM.

*1 FIdeiuſſor perdit beneficium excuſionis, ſi negauerit fideiuſiſſe.*

*2 Negans fæudum, perdit rem fæudalem.*

*3 Fideiuſsor conuictus de mendatio, perdit beneficium, ne conueniatur vltra quam facere poteſt.*

*4 Socius non poteſt conueniri vltra quam facere poteſt.*

*5 Hæres negans rem hæreditariam, ſi conuincatur de mendacio ſibi præiudicat.*

*6 Negans ſimilis eſt ſubtrahenti.*

*7 Beneficium cedendi bonis ad euitandum carcerem, non competit diſsipanti bona in fraudem creditorum.*

## QVAESTIO. 129.

### *Vtrum debitor negans debitum doloſé, perdat beneficium cæſsionis. Communis contra communem.*

PRo maiori ælucidatione quæ
ſtionis precedentis dubitatur,
an debitor, qui negat debitũ,
ſi poſtea conuictus confiteatur, per-
dat beneficium ceſsionis, & partem
affirmatiuam tenet Angelus,in.§. fi.
colum.3.inſtit.de actionibus,& dixit
communem Alciatus,in.c,cum non
1 ab homine,num,76.de iudicijs. Et ſi-
militer,ſi fideiuſſor negat ſe fideiuſiſ-
ſe,perdit beneficium excuſionis.Ita
probat tex.in,l.ſi dubitetur.§. 1.ff.de
fideiuſſoribus, vbi Baldus, Angelus,
& Salicetus,Aufredus,deciſion. To-
loſan.196.Iaſ.(qui allegat plura iura)
in.§.item ſiquis, el.1. num,79, inſtit.
de actionibus, Gratus,conſ.63. num.
44.& alios allegat Dueñas,regul.335.
limitat. 14. Secũdo facit pro hac ſen
2 tentia, quia negans fæudum perdit
rem fæudalem,vt tradit Abbas, in.c.
cæterum, nume.21.de iudicijs, lex.3.
tit.3.p.3.lex.40.tit.2.p.3.Capicius,de
ciſion.19.num.6.Guido Papæ, deciſ.
236.in fine, & plures refert, & ſequi-
3 tur.Dueñas,reg.35. & eſt bonus tex.
in.l.ſed hoc ita.§.1.ff.de re iudicata,
vbi



vbi probatur,quod fideiuſſor negans
ſe fideiuſiſſè,& conuictus de menda-
cio,perdit beneficium,ne conuenia-
tur vltra quam facere poteſt, quod
competit ſocio.lex. verum.ff. pro ſo
cio.lex,15,tit.10.p,5.& tradit Gutier.
de iuramento confirmatorio.3.p,c.15
4 per totum,qui illud eleganter decla-
rat,&probat tex.in.l.ſut qui. ff. de re
iudicata. lex. ſi vnus.§. fi. ff. pro ſo-
cio,tex,in.l.ſed ſi ex parte.§.interdũ
ff.quod cum eo,& eſt tex.in.l. hære-
ditatem.§.fi.ad.l.falcidiam,vbi hæres
5 negans rem hæreditariam, ſi conuin
catur de mendacio, ſibi preiudicat.
Quem tex, extollit Baldus,in ſuo re-
portorio, verbo.negatiua, qui di-
cit,ꝙ negans ſimilis eſt ſubtrahenti,
5 idem tenet Baldus,in.c.dudum, num.
8,de electione.Et principalem noſtrã
cõcluſionẽ,probat Baldus,in authen.
contra,qui propriam. C. de non nu-
merata pecunia,Iaſſ.in.l.1.num.11.C.
de tranſactionibus Hieronymus Gra
tus,conſ.63.num,44.& conſ.119.nu.
21.volum.2 Purpuratus, in. l. neque
pactio,num.79.C.de tranſactionibus
& Marſil. in rubrica de fideiuſſori-
6 bus, à nu.322, vſque.345. vltimo pro-
hac ſententia facit,quia beneficium
cædendi bonis ad euitandum carce-
rem,non compétit ei,qui in fraudem
creditorum bona ſua diſsipauit iuxta
tex.in.l.fi.ff.quæ in fraudem credito
rum,vbi Baldus,& Paulus, & tradit
Tiraquellus,in.l.ſi vnquam,verb.bo
na,nu,5.C.de reuocand.quibus adde
Afflictis, deciſione Neapolitana.296
&.379.
Sed contrariam opinionem (imó
7 quod etiam hoc caſu admittatur ad
beneficium cæſsionis) tenuit Salice-
tus.in.l. 1. C, qui bonis cædere poſ-
ſunt,quem ſequitur Decius,in.l. ne-
mo eſt,numer,7.ff.de reg.& ibi hanc
dixit communem Cignolus, num.5.
Inodium tamen negantis,prima opi
nio magis placet, licet hæc ſecunda
fit plena æquitate,& tãdem erit quæ
ſtio pro amico.

## SVMMARIVM.

*1 MAtrimonij fauore in dubio facienda eſt interpretatio.*

*2 Vſus communis verborum attenditur in matrimonio.*

*3 Pro expreſſo habetur, quod contrahentes reſpondiſſent, ſi fuiſſent interrogati.*

*4 Verba quæſtionis aliter declarãtur.*

*5 Matrimonium de præſenti hodie non poteſt contrahi, niſi coram parocho, & teſtibus.*

*6 Copula ſequuta poſt promiſsionem de contrahendo, non facit matrimonium.*

*7 Cis qui fidem de ſponſalibus eſt hodie correctus per Concilium Trid.*

## QVAESTIO. 130.

### *Vtrum per illa verba, non habebo aliam in vxorem, niſi te, cenſeatur contractum matrimonium, vel ſponſalia. Communis contra communem, & quid ex Concilio Tridentino.*

FRequentiſsima eſt in tribunali
bus eccleſiaſticis prædicta quę
ſtio,in qua diuerſę ſunt docto
rum ſentẽtiæ,& opiniones, & impri
mis,vt per illa verba cenſeatur con-
tractum matrimonium de pręſenti,
tenet Abbas,in.c,ex parte,numer. 8.
de ſponſalibus, vbi Præpoſitus,num.
7.dicit communem, quam ſequitur
Alex.conſ.512.num.4.volum.5. Bar-
bacia,conſ.6.colum.4.Sylueſter, in
ſua ſumma,verb.matrimonium, el.2.
quæſtion,10.Iaſſo,in.l.actione. C.de
tranſactionibus,vbi Curtius iunior,
num.5.Decius,numer.6.Purpuratus.

49.qui etiam dicit communem. Padilla,in.d.l. actione,num. 12. Villalobos,in ſuo ærario communium,litera.M.num.56.Couarr.in.4.decret.2.p.c.4.§.1.numero.2.& in numero. 6. dicit communem opinionem, pro
1 qua facit,quia in dubio pro matrimonio eſt facienda interpretatio,tex.in cap.fi.de re iudicata:maximè quia in
2 matrimonijs contrahendis,vſus cõmunis verborum attenditur. tex.in cap.ex literis,el.1.de ſponſalibus lex.vxori.ff.de leg.3.glo.in. c. nonnulli, verſic.vltra duas dietas de reſcriptis. Tex.cũ delanionis.§.aſinam.ff.de fundo inſtructo.Et ſic illa verba, excõmuni ſenſu loquendi, & interpretatione, ſignificant matrimonium de præſenti,& ſi contrahentes de hac interpretatione interrogarentur, illud reſpondiſſent.& ſic habetur pro ex-
3 preſſo,ſecundum gloſſam communiter receptam,in.l.tale pactum.§.fi.ff. de pactis,quam ſequuntur doctores, ibi.& hanc opinionem ſequitur deciſio Rotæ Romanæ.430.in.1.p. numero.1.

Sed contrariam opinionem (imò quod per illa verba ſolum ſponſalia de futuro cenſeantur contracta)dixit communem Gomecius, in.§. ſuper, num.10.inſtit.de actionibus, & Leoniſa, conſ.52.numer.2. inter conſilia matrimonialia, & dicit etiam communem Adrianus,in.4.queſtio.12.de matrimonio, & tradit Soto,in.4. ſententiarum,diſtinctione. 29. quæſt.2. artic.3.circafinem, Magiſter,in.4.diſ. 27.cap.4.Angelus in authen.quibus modis naturales efficiantur legitimi §.fi.cõcl.6.&Veracruz,in ſpeculo cõiugiorum.1.p.art.17.queſ.fin.concluſione. 2. & hanc dicit communem theologorum Gutierrez (qui doctè proſequitur iſtam queſtionem)in ſuis
4 canonicis.1.p.c.21.num.30. in fi. vbi à num.13.refert tertiam opinionem,ꝙ per illa verba (etiam prolata cum iuramento) non cenſeatur matrimonium,neque ſponſalia de futuro abſolutè contractum,ſed ſub conditione,ſi coniugalem vitam elegerit promittens,vt tunc cum illa,& non cum alia contrahere debeat. Non tamen poteſt compelli ad contrahendum, imò poterit continere,& in cælibatu viuere& iſta tertiam opinionem ſequitur Antonius de Butrio,in.d.cap. ex parte,num.10. & Alciatus,in.d.l. actione, numer. 10.& dicit communem Gomecius,ſupra,& Padilla, numer. 21. & Pedraça in ſua ſumma,in
5 6.precepto diuino,num.19.Hodiè autem,ex noua lege ſacri Concilij Tridentini, non poteſt contrahi matrimonium de præſenti, niſi præſente parocho, & duobus,vel tribus teſtibus, vt in.cap.1.ſeſsione.24.de reformatione matrimonij, & ſic etiam, ſi per prædicta verba, vel alia etiam de præſenti,ſine parocho,vel etiam coram ipſo ſine teſtibus, proferantur, non erit matrimonium de præſenti,
6 ſed ſeruandum erit quod tradimus in tertia opinione,quæ in tantum procedit,quod etiam ſi copula ſequatur poſt talem promiſsionem, non erit matrimonium de præſenti, ſecundũ Concilium, licet de iure communi
7 ſecus eſſet,vt in.cap. is qui fidem de ſponſalibus, qui tex.eſt hodiè correctus, vt aduertit Gutierrez de iuramento confirmatorio.2. p. cap.51. num,12.& in ſuis canonicis quæſtionibus.cap.14.numero 4.Mocius, de contractibus, titulo de ſponſalibus, fol.169.numer.5.Menochius,de præſumptionibus lib.3.præſumptione.1. & Matienço,in rubrica de matrimonio,gloſſ.1.tit.1.num.53.lib.5. recop. & Veracruz,in ſpeculo coniugiorũ 1.p.artic.20. concluſione.3. Didacus Perez,in.l.1.tit.1.pag.41.lib.5.ordin. Zenedo,in collectanea.131.ad ius canonicum, in libr. decretal. numero.2.

Quæſt.



## QVAESTIO. 131.

*Vtrum ante annum vigeſimũ primum teneatur aliquis ieiunare. Communis contra communem.*

POſt annum vigeſimum primum omnes teneri ieiunare, dicit communem opinionem Syluest.in ſua ſumma verb.ieiunium quæſt.6.nu.18,qui ſequitur ſanctum Thom.Palud.& Archi.& ſũma Armilla, verb.ieiunium,num.3.

Sed contrariam opinionem (imò quod teneatur ieiunare ſtatim quod aliquis eſt doli capax)tenet Innocentius.in rubr.de obſeruatione ieiunij, cum poſsint peccare,&peccata deflere,vt in.c.1.de delictis puerorum, & hanc opinionem dicit eſſe communẽ Abbas, ibi, num 7. Prima tamen verior eſt, & ſequenda vt tradit Angles,quæſt.6.concluſion. 1. &. 2.fol. 399.

## QVAESTIO. 132.

*Vtrum bona minoris ſint tacitè hypothecata pro penſione domus. Communis contra communem.*

BOna minoris non ſunt tacité hypothecata pro penſione domus:ita gloſſ.verb.illata, in.l. item quia.ff.de pactis,quæ opinio cõmunis eſt, ſecundum Iaſſ.in. §. item Seruiana,nu.57. inſtit.de actionibus, & tenent relati per Tiraquellum, poſt. ll. connubiales, gloſſ. 8.numer. 193.

1 Sed contrariam opinionem (imò quod cenſeantur hypothecata)tenet Baldus,in. l. certum, quæſt.8.C. locati, quem refert Tiraquellus,ſupra,numero.189.& dixit communem Albericus,in.l.2.num.2.ff.de rebus eorum & innuit eſſe communem Alexand. in.d.l.item quia;pro qua opinione facit gloſſ.celebris verb.teneri,in.l.fin. C. de legitima tutella, dicens bona minoris eſſe tacitè obligata pro dote quam recepit,quia illa obligatio inducitur à lege, vt in.l.aſsiduis.C.qui potiores.&in.c. ex literis,de pignor. & iſtam opinionem dicit communẽ Baldus,in.d.l.fi. vbi etiam dixit communem Faber.Et gloſſæ opinionem appellat communem Iaſſ.in.l.ſi conſtante,numer. 210. ff. ſoluto matrimonio,vbi Alexand.num.29.&dixit communem Crotus colum.7. &. 8. in.1.lectura,num.84.& in.2. numer. 103.Claudius, colum.10 .Lancelotus Decius,colum.7.&.8. & dixit communem Baldus Nobellus,in tractatu de dote. 6.p.priu.58.Fanus, de pignoribus.2.p.membro.4.numer.73. Curtius iunior,conſ.468.numer.20. Carolus Ruinus,conſilio. 61.volum. 3. & innuit eſſe communem Maynerius,in.l.in ambiguis,num. 143. ff.de regulis iuris,vbi dicit,quod ita in practica ſeruatur,quam opinionem ſequitur Rubius, in. c. per veſtras in princ.§.26. num. 1. vſque ad.3. & Fabianus de Monte, in tractatu de emptione, & venditione.4. p. quæſtione.22.numer.18.&. 5.p.numer. 95. & alios citat Tiraquellus, vbi ſupra, gloſſ.8.num. 188. ex quibus conſtat Bartoli,&aliorum ſequacium ſententiam huic aduerſam,in.d.l. ſi conſtante,numer.74.frequentiſsimo doctorum reijci conſenſu,ſequaces autem refert Tiraquellus, dicta gloſſ.8. numer.193 quæ opinio veriſsima & iuridica eſt,& ab ea non eſt recedendũ in iudicando & conſulendo.

Summa

## *SVMMARIVM.*

1 *IVramentum de per ſe non ſufficit ad probandam fugam debitoris.*
2 *In iudicio ſumario debet etiam conſtare de fuga per teſtes.*
3 *Iuramentum creditoris non eſt legitima probatio.*
4 *Contraria communis opinio proponitur.*
5 *Concordia opinionum refertur.*
6 *Suſpicio fugæ debet ſummariè probari, ſaltim per vnicum teſtem.*

## QVAESTIO. 133.

### *Vtrum per iuramentum creditoris probetur fuga debitoris. Communis contra communem: & quid iure regio.*

SVſpectum de fuga debitorem
debet probare creditor, alio
modo quam per ipſius iuramé
tum: ita tenet Baldus, in. l. apertiſsi-
mi. C. de iudicijs, & in. l. creditor. ff. ſi
1 certum petatur. Quam dixit commu
nem opinionem Decius, conſ. 75. &
Iaſſ. in d. l. apertiſsimi, num. 22. quam
fatetur communem Claudius, in. l.
2. in princ. colum. 4. ff. ſoluto matri-
monio, vbi Alexand. num. 22. & Tho
mas Parpalia, numer. 70. dixit illam
communem, & Antonius de Tremo
2 lis, in additione ad Bonacurſ. in rub.
de recuſatione. §. 1. numer. 3. quam ſe-
quitur Alexand. in. l. qui bona. §. qui
damnum, num 19. ff. de damno infe-
3 cto, & in. l. ſi fideiuſſor. §. fi. nume. 12.
ff. qui ſatisdare cogantur, vbi Iaſſo.
num. 11. aſſerit hanc eſſe veritatem,
quam etiam ſequitur ipſe, in. l. ſi ab
arbitro, num. 8. eodem tit. & ſequi-
4 tur Curtius, in. l. 2. num. 38. ff. de iuriſ
ditione omnium iudicum Natta, con
ſil. 430. num. 14. Caccialupus, in tra-
ctatu de debitore ſuſpecto, in. 6. quæ.
5 princip. num 16. Gratus, cóſ. 138. nu.
4. volum. 2. Bonacoſa, in ſuis commu
nibus opinionibus crimin. verb. fu-
gæ ſuſpitio, & Menochius, de arbitra
6 rijs, caſu. 87. num. 5. & nouiſsimé Io-
ſephus Maſcardus, volum. 2. de proba
tionibus, concluſione. 823. numer. 1.
&. 2. vbi aſsignat rationem, quia iura
mentum de per ſe non ſufficit ad pro
bandam fugam, cum generet magnũ
præiudiciũ, vt colligitur ex lege in
bona fide. C. de rebus creditis, & in. l.
admonendi, ff. de iure iuran. & etiã
in ſummarijs debet fieri plena pro-
batio, teſtibus, & inſtrumentis. l. 1. §.
ſi ea. ff. de ventre in poſſeſsionem mit
tendo. Et ſic cum captura perſonæ
ſit magni præiudicij (authentica &
omnimodo. C. ne filius pro patre) ſe-
quitur, ꝙ nó poſsit fieri ex ſolo iura
métocreditoris. c. legitima de appel
lat. lib. 6. & tradit alias rationes Bald.
conſ. 283. num. 3. vol. 1. quód per plu-
res ampliationes & limitationes de-
clarat Maſcardus, ſupra, & Rolandus
à Valle, conſil. 65. vol. 3.

Sed contrariam opinionem (imó quod in hoc caſu ſufficiat iuramentum) tenet Angelus, in. l. nemo. C. de exactoribus tributorum, lib. 10. & illam obſeruat totus mundus, ſecundum Paulum, conſ. 140. quod refert Iaſſ. in. l. 2. num. 30. ff. ſoluto matrimonio, & hanc Angeli ſententiam dixit communem Socinus, in. d. l. ſi ab arbitro, num. 9. Romanus, conſ. 320. num. 3. & 241. Imola, in. l. 2. in princip. ſoluto matrimonio. Paulus Pariſius, conſil. 99. num. 32. lib. 3. Paulus Caſtrenſis conſi. fin. num. 7. volu. 1. pro qua ſententia facit gloſſa. verb. recuſare, in. l. apertiſsimi verb. poteſt etiam, & vide Dueñas, reg. 175. ampliatione. 3. & aliam communem contrariam in quæſt. 267.

Sed



Sed hæc vltima opinio procedit in debitore paruæ quantitatis, ſecundũ Romanum, ſingulari. 69. Hippolytũ conſ. 103. num. 26. quos refert & ſequitur Gracian. reg. 58. numer. 14. & quod in hoc caſu practicatur illud eſt, quod recipitur probatio ſumaria de fuga, etiam cũ vnico teſte, ex qua detinetur debitor, vt in. l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraudem cred. l. quæſitum. ff. de pignoribus. l. 10. tit. 15. p. 5. vbi Greg. verb. * *Por ſi miſmo.* * l. 17. tit. 13. p. 5. Caſtillo, in. l. 63. Tauri. Iaſſ. in. l. vinum, numer. 3. ff. ſi certum petatur, & in. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de noui operis nũciat. Xuares, in tit. **de los emplazamientos** num. 21. col. 2. in fine, qui bené declarat iſtam materiam, & hęc vltima opinio eſt magis communis, & in practica recepta, ſecundum Franciſcum Viuium, conclu. 59. lib. 1. & Ioſe. Ludou. deciſione Per. 41. numer. 5. lib. 1. & ita fuiſſe declaratum per duas ſententias, tenet Fabius Turetus, conſ. 45. nu. 10. vol. 1.

## *SVMMARIVM.*

1 *SPeciale mandatum requiritur ad tranſigendum & compromittendum,*
2 *Mandatum dicitur ſpeciale, ſi dicatur ad tranſigendum vel compromittendum.*
3 *Speciale mandatum requiritur ad pignorãdum.*
4 *Speciale mandatum requiritur ad retrahẽdum.*
5 *Speciale mandatum requiritur ad donandum.*
6 *Renunciatio caſuum fortuitorum dicitur ſpecialis quando aliquis ſuſcipit in ſe omnes caſus fortuitos.*
7 *Repulſæ teſtium requirunt ſpeciale mandatum*
8 *Caſus de facto refertur.*
9 *Mandatum generale, comprehendit debita de futuro contracta poſt diem mandati.*
10 *Solutio facta in caſu quæſtionis, non liberat debitorem.*
11 *Mandatum conceſſum ad vendendum, non comprehendit bona futura poſt mandatũ.*
12 *Doctor Tellus Maldonado, gubernator conſilij sereniſsimi principis laudatur,*
13 *Confeſsio procuratoris de debito recepto, nõ liberat debitorem.*
14 *Conſilium pro debitoribus, qui ſoluunt procuratori ad recipiendum conſtituto.*
15 *Apocha tutoris de debito pupilli recepto nocet pupillo.*

## QVAESTIO. 135.

### *Vtrum reſtitutio in integrum peti poſsit per procuratorem, non habentem ad hoc ſpeciale mandatum. Communis contra communem.*

CAuſa reſtitutionis in integrũ poteſt proponi per procuratorem. tex. in. l. vnica. C. etiam per procuratorem, & tunc requiritur ſpeciale mandatum. tex. in. l. illud §. fi. ff. de minoribus, quod tamen intellige, quando principaliter peteretur, ſecus ſi incidenter. tex. in. l. ſi in fine. C. vbi, & apud quem. c. ſuſcitata, de in integrum reſtitutione, & tradunt Bart. & Doctores in. l. indebitã. ff. de cond. indebiti, & tenet gloſſa, in d. c. ſuſcitata, cuius opinionem dicit communem ibi Abbas, num. 5. & ſequitur Couarr. lib. 1. variarum, cap. 6. num. 1.

Quo ſuppoſito, dubium eſt, an ſufficiat conſtituere procuratorem (his verbis) quoties opus fuerit, an requiratur, quod exprimatur in tali cauſa. Et quod requiratur expreſsio in tali cauſa, tenet Zinus, in. d. l. vnica. C. etiam per procuratorem, cuius opinionem apertè innuit eſſe commu-

num

nem Bart.in.l.Titius,numer. 3. ff.de lib.& poſthumis.

Sed contrariam opinionem (imó quod ſufficiat conſtituere procuratorem ad petendam in integrum reſtitutionem,per hæc verba quoties opus fuerit)tenuit idem Bart.in.l.filius familias,numer.10.ff.de donationibus, Bart.Baldus,& Salicetus,qui hanc dixit communem opinionem in. d.l. vnica.C.etiam per procuratorem,& dixit communem Baldus,in.d.l.illud §.fi.& Alexand.in.d.l.Titius,num.5. vbi Iaſſ.num.15.& dixit communem Tiraquellus,poſt.ll.connubiales,glo. 7.num.109.Couarr.lib.1,variarum.c. 6.num.2.

Pro qua opinione facit, quia ad trã
1 ſigendum & compromittendum requiritur ſpeciale mandatũ, vt in.c. per tuas de arbitris, gloſſ.in.c.ad agẽdum de procuratoribus.l. procuratorem.C. eodem tit.l. mandato generali.ff.eodem. c.qui ad agendum.§.fi. extra eodem lib.6. quam opinionem tenet Alex. conſ.129. vol.1. Socinus
2 (qui loquitur in vtroque caſu)conſ. 18.num.17.volum.1.& tamen mandatum dicitur ſpeciale,ſi dicatur ad trãſigendum vel compromittendum, licet non dicatur neque exprimantur, quæ in compromiſſo vel contractu tranſactionis deducuntur ſpecificè ita Decius conſil. 27. & conſ.20.& conſ.60.Paulus,conſ.77.volum.1.pro qua ſententia facit doctrina Fani, in
3 tractatu de pignoribus in princ. vbi dicit, quod licet ad pignorandum requiratur ſpeciale mandatum, vt in.l. ſolutum.§.fi.ff.de pignoratitia actione,tamen non requiritur quod mandatum ſit ſpeciale ad pignorandam talem rem;ita Tiraquellus, de retract.§.fi.num. 96. vbi dicit ſufficere
4 mandatum ſpeciale,in quo quis conſtituatur nomine alterius ad retrahẽdum omnia quę à ſuis conſanguineis vendita fuerint,ſinè alia expreſsione rei venditæ emptori,& tradit Paul.in d.l. filius familias,in.fi. vbi dicit ſufficere ſpeciale mandatũ ad donandum, licet non exprimatur cui ſit facienda donatio,quem ſequitur Abbas, in.c.
6 coram,num.5.de reſtitutione in integrum.pro quibus etiam conduci,poſſunt tradita per doctores in.l.ſed & ſi quis.§.quęſitum. ff. ſi quis cautionibus,& in.l. Titius. ff. de lib. & poſt. vbi dicunt quod licet requiratur expreſſè quod renuncietur caſibus fortuitis,tamen ſatis dicitur ſpecialiter exprimi, ſi aliquis tantum ſuſcipiat in ſe omnes caſus fortuitos, abſque alia expreſsione. Faciunt etiam tradita per Abb. in. d.c.coram,numer.5. vbi dicit quod ad petendam reſti-
7 tutionem in integrum ſufficit ſpeciale mandatum , comprehenſum ſub generalitate verborũ,pro qua ſententia facit tex.in clem.1. de procuratoribus, vbi ad obijcienda crimina contra teſtes ſufficit in genere cõſtituere procuratorẽ,ad proponẽdos defectos teſtium quamuis requiratur ſpeciale mandatum,ita tenet Curtius iunior, in.l.2 §. ſin autem. C. de iuramento calumniæ,& diximus in quæſtione 162. ex quibus hęc opinio remanet fulcita & tenenda á qua non eſt recedendum in iudicando.& conſulendo,quam latè proſequitur & defendit Rolandus à Valle, conſ.26.vol.2. num.19.vbi alios refert dicentes cõmunem opinionem quam etiam ſequitur Gregorius,in. l.15. tit. 5. p.3. verb.*Señaladamente,*vbi reſoluit ex Alberico (in.l.illud.ff. de minorib⁹) quod ita fuit ſeruatum.

Nec in præſenti omittam,quod nu
8 per de facto mihi contingit (& fuit magna cõtẽtio inter aduocatos hui⁹ ciuitatis) an mandatum generale conceſſum ad omnia debita recuperãda, comprehendat debita futura,quę nõ habuerunt dependentiam de præterito,imò fuerunt contracta poſt diem man-



mandati:& in hoc caſu defendi,quod virtute illius mandati, non tenetur debitor ſoluere debita futura,imò nõ erit liberatus ex tali ſolutione, tãquã
9 facta, non veró procuratori.Ita probatur ex traditis per gloſſam,in.l.omnium.ff.de procuratoribus,vbi Bart.
10 Angelus,& Paulus,num.6.idem Bart. in.l.damni infecti.§.ſi quis.ff.de damno infecto,& tradit expreſſè Paz,in ſua praxi, anotat. 4. de procuratore, num.23.& notat expreſſè Queſada,in ſuis quæſtionibus.c.31. num.35.Et in
11 mandato ad vendendum,vt non comprehendat bona futura, tradit Ioſephus Ludouicus,deciſione.37.per.l.ſi ita legatum.ff de auro & argento legato.l.in lege.ff.de cõtrahenda emptione.l.cum Aquiliana. ff. de tranſactionibus.Et pro hac mea ſententia fuit iudicatũ à iudice ordinario hui⁹ ciuitatis cũ grauiſsimo , & doctiſsi-
12 mo doctore Tello Maldonado nũc (meritiſsimo conſiliario principis Archiepiſcopi Toletani)eius aſſeſſore,in cauſa domini Petri de Sylua,cũ fratre ſuo Marchione de Montemayor,qui fecit ſolutionem tributorũ cuidam procuratori,virtute cuiuſdã mandati,ad recuperanda omnia debita,& cum dicta obligatio tributorũ fuiſſet orta poſt conceſſum mandatũ non poterat debitor illorum,virtute illius facere ſolutionem,& facta non liberauit illum,maximè quia oſtende-
13 bat ſolutionem,per confeſsioné procuratoris conſtituti ad recipiendum, quæ confeſsio(niſi verè conſtet, & appareat de ſolutione ) non liberat debitorẽ,quia mandatũ nõ eſt datum ad confitendum recepiſſe debitum, ſed ad realiter vel eque recipiendum. Ita tradit Bart.in.l.2.§.fi.num.6. ff.de reb⁹ creditis,vbi Paulus.& Xuarez,in
14 l.poſt rem iudicatam,num.15. vbi admonet ſoluentes procuratori,vt ſint cauti,quod ſoluãt in preſentia teſtiũ, & tabellionis, qui atteſtetur de vera numeratione, & quod in illius præſentia ſit facta ſolutio, quia aliàs non ſunt ſecuri ex ſola confeſsione.Ita tradit(illos referens) Gutierrez,de iuramento confirmatorio.1.p.c.50.num. 4.& Gracian.regul.388.numer.10. & nouiſsimè Parladorius , lib.2. rerum quotid.c.fi.5.p.§17.numer.11.qui tenet contra Sarmient.lib.3.ſelectarũ c.11.qui nititur per aliqua fundamenta impugnare Bartoli , & ſequacium communem opinionẽ, vt eam appellat Gomecius,in.l.9. Tauri , numer. 35.col.2.& vide Gregor.in.l.61.titul. 18.p.3.verb.*por pagado,*& Auend.in cc.prætoru n.2.p.c.29.num. 12. Rojas in epitome ſucceſsionum. cap.11.
15 nu. 15. & Gutierrez,ſupra.c.53.num. 12. Et quando apocha tutoris confitentis recepiſſe pecuniam debitam pupillo, noceat ipſi pupillo , tradit Paulus Caſtrenſis,conſ.293.1.p. qui reſoluit,quod nocet.Quæ omnia , tanquã practicabilia ſunt menti tenenda.

## QVAESTIO.136.

VLtima voluntas ſcripta manu teſtatoris propria , ſine teſtibus & notario ſeruanda eſt,ſi in illa legata pia contineantur,quam concluſionem dicit communem Couarr.in.c.relatum,el.1.num.12. de teſtam. qui refert Bart. in authentica, quod ſine,vbi Corneus.C. de teſtam. Zaſius,conſ.6.nu.25.volu. 1.Alex.in l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto, C.de teſta.& in cõſ.4.vol.5.Imola,& Aretin.qui dicũt cõmunẽ opiniõẽ in.l.ſi quis.C.de teſtibus.Pro qua opinione facit tex.in.l. fi.C. familiæ erciſcundę Michael.Craſus , receptarũ ſententia.§.teſtament.quæſt. 3. num. 8.quem ſequitur Azeu.in.l.1.titu. 4. num.31.lib.5.recop.

Sed contrariam opinionem ſequitur Iaſſ.in.d.authen. quod ſine, Aretin.conſ.64.Alexand.conſ.76. vol.3. & dicit

& dicit communem Socinus iunior, conſ.189 num.74.vol.2.& Barbacia, conſ.42.vol.4.quam ſequitur Coua. ſupra (licet cum dubitatione, propter fauorem piæ cauſæ.) Sed ab hac opinione non eſt, recedendũ in iudicãdo & conſulendo, ex ratione de qua in quæſtione ſequenti, num.2.

## SVMMARIVM.

1 *Actus valet in foro conſcientiæ, quando ſolemnitas omittitur, & conſtat de voluntate.*

2 *Solemnitas teſtium fuit introducta ad obuiandas falſitates.*

3 *Lex, quæ ſe fundat in præſumptione, non habet locum in foro conſcientiæ.*

4 *Obligatio naturalis oritur ex teſtamento minus ſolemni.*

5 *Conſcientia non ligat, quem natura non obligat.*

6 *Teſtes ſunt neceſſarij ad formam probatoriam, & ſubſtantialem teſtamenti.*

7 *Teſtator videtur ſe conformare cum legis diſpoſitione.*

## QVAESTIO. 137.

### *Vtrum legata relicta in minus ſolemni teſtamento debeantur in foro conſcientiæ. Communis contra communem.*

Celebratiſsima eſt apud iuris profeſſores quæſtio ſupra dicta, in qua partem affirmatiuam, quod hæres teneatur in foro conſcientiæ ſoluere legatum relictum in minus ſolemni teſtamento (ſi de voluntate teſtatoris cõſtiterit) tenet Bart. in tractatu minoric. lib.1. c.3. quem ſequitur Antonins, in cap. quia plerique, num.9. verſ. ex his pa tet, de immunitate eccleſiar. vbi Abb. num.43. idem in.c.cum eſſes, num.10. de teſtamentis, vbi Couar. nu.4. dicit iſtam opinionem eſſe communem. Et communem etiam illam appellat Corneus, conſ.119.num.34.vol.2. & Orozcius, in.l. omnes popilli, num.65 ff. de iuſtitia & iure, & communem dicit Menchaca (ex voto theologorũ) de ſucceſsionum creatione. §.1.num. 23. Padilla, in.l.cum quis, num.8. C. de iuris & facti ignorantia, Gutiertez, in.l.nemo poteſt, num.457. ff. de leg. 1. Gomecius, in.l.3. Tauri, num.123. & Couarru. in.4. decret.2.p. c.6.§.8. num.12. Soto, de iuſtitia & iure, quæſ. 6. art.4. Syluester, in ſua ſũma, verbo hæreditas.3. quæſ.7. Adrianus, quodlibet.6. art.1. q.2. idem Soto, de iuſtitia & iure lib.4. quæſt.5. artic.3. Sanctus Thomas.1.2. quæſt.96. art.4. & dicit communem Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.31. num.25. & gloſſ. 8. num.69. qui allegat Iaſſ. dicentem communem, in.l.ſi non ſpeciali. C. de teſtamen. per illum tex. & eſt bonus tex. pro hac ſententia, in.l. & ſi inutiliter. C. de fideicõmiſſ. ibi, *ſed ex conſcientia relicti,* quod etiam confirmatur ex traditis per Molinam, lib. 2. de Hiſpanorum primogen. c.1. numer.7. Acoſta. in. c. ſi pater. 1. p. numer.14. verb. ſuo teſtamento, de teſtamentis, lib.6. Menochius, de præſumptionibus, lib.1. quæſt.80. Medina, de reſtitutione, quæſt.23. Caldas, in.l.ſi curatorem habens, verb. legis, num.71. de reſtitutione in integrum, Didacus Perez, in.l.1. tit.2. lib.5. ordi. pagina.106 Michael Craſſus, receptarum ſententiarum. c.4. queſt.1. verſ & predicta & in quæſt.2. Madalenus, de numero teſtium in teſtamento.1.p.c.3.num.9. & .3. par. c.2. n. 85. Tiraquellus, ad.ll. connub. gloſſ.4. num.22. Burgos de Paz, in.l.3. Tauri, num.1480. Matienço, in.l.1. tit.4. gloſſ.10. num.4. lib 5. recop. quæ opinio in ea fulcitur ratione, quia quando lex ciuilis requirit



rit aliquam ſolemnitatem pro actu aliquo explicando, idque pro pter ſuſpitionem fraudis, quæ in illo actu poſsit interuenire, ſi actus ille explicetur ſine illa ſolemnitate (ceſſante fraude) valebit actus, ſaltim in foro interioris iudicij. Ita tradit Innocentius in.c.quod ſicut, nu.8. de electione, Felinus, in.c. quoniam contra falſam, nu m.11. de probationibus. Et ſic, cum ſolemnitas teſtamentorum, & numerus teſtium adhibeantur ad euitandas fraudes, vt in. l. fi. C. de fidei-

2 commiſſ. ſequitur quod licet hæres in foro iudiciali non teneatur ſoluere legata relicta ex minus ſolemni te

3 ſtamento, tenebitur tamen in foro interiori, quia lex quæ fundatur in præſumptione, non habet locum in animæ iudicio, quia veritas facit ceſſare præſumptionem.l. filium quem. ff. de lib. & poſth. c. tua nos. c. is qui fidem, de ſponſalibus.

Rurſus facit pro hac ſentẽtia, quia ex minus ſolemni teſtamento oritur

4 obligatio naturalis.l.fi. vbi Baldus. C. ad.l.falcidiam. l. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libertatibus. l. ſi fideicommiſſum. ff. de codictione indebiti. Et eſt communis opinio, ſecundum Iaſſ. in.l.cum quis, num.13. C. de iuris & facti ignorantia. Id verò in foro animæ eſt ſoluendum, quod naturaliter debetur, ita Abb. in. c. quia plerique, de immunitate eccleſiarum Ancharr. in reg. poſſeſſor, de regul. iuris in.6. in quæſt.1. quos ſequitur Couar. in.d.c.cum eſſes, num.5. vbi alias aſſignat rationes, & tradit Menchaca, lib.2. de ſucceſsionum creatione.§.2.

5 num.10. quia conſcientia neminem ligat, quem natura non obligat, vt ſunt pulchra verba Bald. in.l.2. num. 2. C. de vectigalibus & comiſſ. quem ſequitur Gutierrez, in.d.l.nemo poteſt, num.464. qui plures rationes aſſignat in confirmationem huius opinionis, pro qua videtur tex. in.l.31. tit.14.p.5. vbi Greg. verſ. *acabadamente.* Villalobos, in ſuo erario communium, litera. L. num.24.

Sed his non obſtantibus, contrariam opinionem (imò quod legata non debeantur in foro conſcientiæ, ex minus ſolemni teſtatoris voluntate, neque ex ea obligationem naturalem oriri) tenent doctores vltramontani (prout refert Gregor. in.d. l.31.) quam opinionem pluribus fundamentis confirmat Menchaca, de ſucceſsionum creatione. §.1. numer. 12. & in.§.2. numer.2. quam ſequitur Zinus, in.d.l.cum quis numer.2. Iaſſ. in.l.1. numer.17. ff. de condictione indebiti, qui dicit veriorem in puncto iuris, Padilla, in.d.l. cum quis, numer.11. dicens veriſsimam, & dicit communem Iaſſo. in rubrica de verborum, numer.11. & Ripa, numer. 30. & idem Iaſſ. in.l.lecta, colum. 8 ff. ſi certum petatur, & in.l. ſi poſt diuiſionem, numer.5. C. de iuris & facti ignorantia. Et pro hac ſententia conſuluit Socinus, conſ. 97. numer.2. vol.1. & pluries pro hac opinione conſuluit Franciſcus Victoria, prout illũ refert & ſequitur Padilla, in. d.l cum quis, nu. 12. qui appellat communem, & reſpondit fundamentis contrariæ ſententiæ, quæ opinio confirmatur ex traditis per me, in queſtione.71. pro qua facit tex. in. l. dictantibus. C. de teſtament. ibi, *Ad*

6 *efficiendam voluntatem adhibitis.* Et ſic ſequitur, quod teſtes non ſolum ſunt neceſſarij ad formam probatoriam teſtamenti, ſed etiam ad ſubſtantiam & perfectionem voluntatis. Secundò facit tex. in.l. ſiquis legatum, §. fin ali. ff. ad l. Corneliam de falſis, & in.l.ſi vnus. C. de teſtamentis, quæ iura ad hoc induxit Padilla, ſupra, numer. 11. & ſic cum deficientibus teſtibus, vel alijs ſubſtantialib⁹ teſtamenti deficiat & etiã virtualis teſtatoris voluntas,

P quæ

quæ in dubio ſe videtur confor-
mare cum iuris diſpoſitione (vt di-
cemus in quæſtione. 693. numer. 7.) ſe
quitur quod nulla eſt obligatio natu
ralis tex. in. l. 31. §. ſi quis ita interro-
get. ff. de verborum obligationibus.
l. ſi creditoris. C. de fideicommiſſ. ibi,
*iure ſubnixa*,* quæ opinio verior, &
ſecurior mihi videtur; licet contra-
ria ſatis probabilis & iuridica ſit.

## SVMMARIVM.

1 *LEgatum relictum Meuiæ vt facilius nubere poſsit tranſmittitur ad hæredes, etiam non ſequuto matrimonio.*

2 *Opinio Acoſtæ damnatur.*

3 *Contraria communis opinio proponitur.*

4 *In caſu dubio quæ opinio eligenda ſit oſtenditur.*

5 *Voluntas teſtatoris etiam coniecturata eſt attendenda.*

6 *Legatum relictum ad maritandam Seiam debetur licet ipſa tempore legati ſit nupta.*

7 *Lex, ſi iam facta. ff. de conditionibus & demonſtrationibus, declaratur.*

8 *Quando effectus alicuius rei conſideratur nihil intereſt, quod finis præcedat.*

## QVAESTIO. 138.

### *Vtrum legatum relictum pro dote, vel cauſa dotis, dicatur purum: vel conditionale. Communis contra communem.*

LEgatum pro dote, vel cauſa
dotis alicuius puellæ, cenſe-
tur conditionale, & non pu-
rum, & ideò non debetur niſi matri-
monium præcedat, vel ſequatur tex.
in l. Publius Mæuius, in princip. ff. de
conditionibus & demonſtrationibus
l. ſi ego, in princip. ff. de iure dotium,
& in l. tali, & in l. promittendæ, eod.
tit. quam opinionem tenet Bart. per
tex. ibi, in. l. Titio centum. §. Titio
genero, col. 2. ff. de conditionibus &
demonſtrationibus, & eſt communis
opinio ſecundum Paulum, ibi, & di-
xit communem Corneus, conſ. 229.
vol. 4. Baldus Nobellus, de dote. 6. p.
priuilegio. 50. Acoſta, lib 2. ſelecta-
rum. c. 32. num. 1. & 5. per tex. in. l. pro
mittendo. ff. de iure dotium. l. ſi diuor
tio. ff. de verborum obligationibus,
1 & plures allegat Couarr. in. c. 3. num.
11. de teſtamentis, vbi dicit hanc opi
nionem communem, quam diſpu-
tat Iaſſo. in. l. Titio, numer. 12. ff. de
legat. 1. Si verò teſtator dixerit, lego
centum Mæuie, vt facilius nubere
poſsit, non ſe referendo ad matrimo
nium huiuſmodi legatum tranſmitti
2 tur ad hæredes Mæuiæ, etiam non ſe-
quuto matrimonio, vt tradit Couar.
ſupra, num. 10. verſ. 2. apparet, licet in
hoc etiam diſſentiat Acoſta, ſupra,
numer. 11. de qua quæſtione vide Spi
nũ. de teſtam. gloſſ. 10 numer. 18. qui
tranſit cum Baldo Nouello, in tracta
tu de dote, priuilegio. 76.
3 Sed contrariam opinionem in quę
ſtione principali (imò quod legatum
ſit purum) dixit communem Imola,
in. d. l. Titio centum. §. Titio genero,
num. 9. ff. de conditionibus & demon
ſtrationibus. Et quod tranſeat ad hæ
redes (ſi mulier decedat antequam cõ
trahat matrimonium) tenet Baldus
Nouellus, ſupra, quæ opinio tenenda
eſt & ſeruanda in iudicando & con-
ſulendo, ſecundum Ioannem Bottam,
conſ. 19. numer. 16. & conſ. 7. qui re-
fert duas communes, & in caſu dubio
hoc veriſsimum eſt, & cum de facto
mihi contingiſſet ita obtinui tan-
quam aduocatus, ſed tanquam iudex
arbiter negocium reduxi ad con-
cordiam, cum pro vtraque parte
ſit communis opinio, & facit tex.
in. l. ex his verbis. C. quando dies





4 legati cedat. l. Firmio Heliodor. §. fi.
ff. eodẽ tit. & vide Manticã, de conie-
cturis vltimarum voluntatum, lib. 8.
tit. 5. num. 23. Michaelẽ Craſſũ, lib. re-
ceptarum ſententiarum. §. legatum,
queſ. 84. Menchacã, de ſucceſsionum
progreſſu. §. 29. num. 22. & iſtam dicit
5 veriorem ſententiam Spino, in ſpecu
lo teſtamentorum, gloſſ. 14. num. 39.
niſi ex alijs coniecturis conſtet de
contraria teſtatoris voluntate; quod
facilè colligi poteſt, ex coniecturis
traditis per Aymon. Crauetã, conſil.
101. Menochium, conſ. 60. numer. 37.
6 vol. 1. ſolet tamen dubitari, an ſi mu-
lieri cui legatum pro ea maritanda reli
ctum eſt, tempore legati ſit nupta (in
ſcio teſtatore) conſequatur legatum,
& videtur dicendum, ꝙ non quia def
fecit conditio.
Sed contrarium eſt verius, vt tradit
Baldus, in. l. fi. C. de ſentent. quę ſine
certa quantitate proferuntur, Sarmiẽ
to, lib. 2. ſelectarum. c. 1. nu. 10. Spino,
ſupra, num. 152. Palacius Rubeus, in
c. per veſtras, notabili. 3. numer. 4. fol.
445. Couarr. in. c. officij, numer. 9. de
teſtam. Iaſſ. in. l. quo min⁹ ff. de flumi-
7 nibus, numer. 127. & Hippolytus de
Marſilijs (qui pluribus rationibus il-
lud confirmat) in rubrica de fide-
iuſſoribus, numer. 85. & ratio dedu-
citur ex tex. in. l. ſi iam facta. 11.
ff. de conditionibus & demonſtra-
tionibus ibi, * *ſi verò neſciat præſenti, die debetur*, * l. ſeruo manumiſſo. ff.
de condictione indebiti. Ex qui-
bus iuribus, notant doctores, quod
quando ſolus effectus alicuius rei
8 attenditur, nihil intereſt, quod finis
præcedat, & actus ſequatur, gloſſ.
verb. Nerua, in clem. 1. de conceſsio-
ne preb. Felinus, in. c. conſtitutus, nu
mer. 22. de reſcriptis. l. 21. tit. 9. p. 6.
vbi Greg. verb. **viuir** Ant. Gom. in
l. 42. Tauri, num. 2. vbi illud confir-
mat alijs rationibus.

## SVMMARIVM.

1 *DOnatio omnium bonorum eſt nullius momenti.*

2 *Paria ſunt dicere, dono hæreditatem meã, vel omnia bona.*

3 *Donatio omnium bonorum, etiam præſentium, prohibita eſt de iure regio.*

4 *Donatio reciproca inter maritum & vxorem facta in teſtamento, eſt irreuocabilis.*

5 *Cõtractus irreuocabilis poteſt fieri in teſtamento.*

6 *Teſtamentum habet naturam, reuocabilem.*

7 *Donatio reciproca, ſtatim morte non ſequuta (ad eius confirmationem) valet, inter maritum & vxorem.*

8 *Donatio reciproca inæqualis inter maritũ & vxorem, ratione ætatis, vel valetudinis poteſt reuocari.*

9 *Dubius euentus ceſſat in donatione reciproca in æquali.*

10 *Donatio reciproca quæ reſpicit futuram ſucceſsionem, non valet.*

11 *Lex. 33. tit. 11. p. 5. declaratur.*

12 *Lex. 6. Tauri declaratur, vt non procedat in contractu reciproco.*

13 *Teſtamentum qualiter fieri poſſit irreuocabile, remiſsiuè.*

## QVAESTIO. 140.

### *Vtrum valeat donatio facta de hæreditate, veluti dono hæreditatem meam. Comunis contra cõmunem.*

NOtiſsima eſt in iure noſtro
concluſio, qua diſponitur
non valere omnium bono-
rum donationem. lex. ſtipulatio hoc

modo concepta de verborum. l. tres
fratres.§.idem reſpondit.ff.pro ſocio.
l.ex eo.ff. de inutilibus ſtipulationi-
1 bus. Et ratio eſt, quia ex tali dona-
tione adimitur libera teſtandi fa-
cultas, & datur votum captandæ
mortis,quod iura aborrent.l. 33. tit.
11.p.5.vbi Gregor.verb.*no deue valer*
l.69. Tauri quæſt .l. 8. tit.10. lib.5.
recop.de quorum iurium interpræta
tione ( vltra ordinarios in prædictis
locis)agit Couarr. lib.3. variarum.c.
12.num.4. Dueñas.reg.219.Burgos de
Paz,conſ.2.num.44.& in quæſtione
1.numer. 14. Rojas, in epitome ſuc-
ceſſ.c.2.num.12. Iulius Clarus.§.do-
natio,quæſt.13.Zephal.conſ.53.num.
5.Natta conſ.94.numer.5.Rolandus,
cōſ.19.num.22.vol.1.Ioannes Botta,
conſ.58.nume.24.Gutierrez, de iura
mento confirmatorio.1.p.c.11. num.
14.Matienço,in.l.8.tit.10.gloſſ.1.nu-
mer.2.lib. 5. recop. ex quibus apertè
conſtat reſolutio noſtrę quæſtionis
pro parte negatiua, quod non valeat
2 talis donatio, quia paria ſunt dicere,
dono hæreditatem meam, vel dono
bona omnia mea: quia hęreditas ni-
hilaliud eſt quā ſucceſsio in vniuer
ſum ius,quod defunctus habuit tem-
pore mortis,vt in.l. nihil aliud. ff. de
verborum ſignificatione,& eſt nomē
iuris vniuerſalē.quod recipit augmē
tum,vt in.l.item veniunt. §. fructus.
ff. de petitione hęred. & ſic iſtam
opinionem ſequitur Bart.in.l.fi.nu.
14.C.de pactis conuentis, & dicit cō
munem Cagnolus,ibi,num. 224. quē
ſequitur Iulius Clarus, lib.4.ſenten-
tiarum.§.donatio,quęſt.19.numer.6.
Dueñas,reg.219.ampliatione. 4. Iaſſ.
in.l.licet,num.15.de pactis.Et pro hac
opinione conſuluit Socinus iunior,
conſ. 143. vol.1.num.21.quæ opinio
verìſsima mihi videtur,& ſeruari de
bet,in iudicando,& conſulendo,licet
contrariā dicat cōmunē Crotus,in.d.
l.ſtipulatio hoc modo cōcepta,nu.52.
Purpuratus,in.d.l fi.nu.245.aſsignās
rationē,quia verbum,hęreditas,expo
ni debet, id eſt bona de præſenti:quæ
interprætatio profectò violenta eſt,
& licet fuiſſet vera de iure communi
tamen hodiè ex.d.l.69.Tauri,non po
teſt ſuſtineri,cum prohibita etiam ſit
donatio bonorū præſentium, in quo
illa lex eſt correctoria iuris cōmunis,
prout notat ibi Antonius Gom.nu.1
3 & Greg.in.d.l.33.tit.11.p.5. gloſ.1.
Ex quibus poteſt oriri alia dubitatio
(circa quā hodiè lis pēdet)vtrū dona
4 tio hæreditatis reciproca,facta in teſ
tamēto,cōdito inter maritū & vxorē,
ſit valida de iure,ita vt reuocari non
poſsit.Et ex ſupradictis videtur dicē
dū,quod non valeat talis donatio, ex
eo quod eſt donatio omniū bonorū,
& ex eo,quia donatio inter maritum
& vxorē,prohibita eſt à iure, vt in.l.
1.ff.de donationibus,inter virum. Et
licet cōfirmetur morte donantis,(vt
in.l.donationes, quas parentes. C. de
donationibus,inter.l.4. & 6. tit 11.p.
4.)tamē nō facta traditione ante mor
tē,rectè poteſt reuocari.l.4.l.Papinia
nus.ff.de donationibus inter.l.2.ff.ſi
quis alteri,vel ſibi.
Sed his nō obſtātibus cōtraria opi-
nio verior eſt,imó quod valeat talis
donatio inter virū & vxorē, & ꝙ nō
poſsit reuocari,licet facta ſit in teſta-
mēto,ꝙ probatur ex eo, quia in teſta
5 mēto poteſt fieri cōtractus irreuoca-
bilis(prout eſt donatio inter viuos)ita
glo.ſingularis,& cōmuniter recepta,
in.l.hęredes palàm.§.fi.C.de teſtamen.
quā eſſe cōmuniter approbatā ſentit
Paulus Pariſius.cōſ.2.nu.19.vol 1.lib.
3.& conſ.46.num.36.lib.4.Roman⁹,
conſ.171.numer.6.Decius, conſ.196.
Boerius, deciſi.353. nu.4. Menchaca,
de ſucceſsionum creatione. lib. 3. §.
23.num.3.& 4.Gutierrez,in. l.nemo
poteſt,numer.254. delegat. 1. Auen-
dan.de exequendis mandatis. 2.parte
cap.29.num.10.quem ſequitur idem
Gutierrez



Gutierrez, de iuramento confirmato
rio.2.p.c. 1. num.10. & Tiraquellus,
ad.l.1.connubi.gloſſ.5.num.102.& Io
ſephus Ludouicus(inter communes)
tit.de teſtament.concluſione. 4. vbi
6 declarat, & ampliat,quod licet teſta-
mentum ſit ſua natura reuocabile, vt
in.§.poſteriore, quibus modis teſta-
menta infirmentur.l.ſi quis,in princ.
delegat.3.l.25 titul.1.p. 6. tamen ſi in
eo fiat contractus, retinet naturam
irreuocabilem,ita vt reuocato teſta-
mento, valeat & ſuſtineatur contra-
ctus.Ita reſoluit Oldradus, conſilio.
174.quem ſequitur Iaſſ.in.l. cum an-
tiquitas,numer. 3. C. de teſtamentis,
& Couarr. in rubrica de teſtamentis
3.p.num.17.Baeça,de non melioran-
dis filiabus ratione dotis. c.20.num.
16.Iulius Clarus,lib.5. ſententiarum.
§.teſtamentum quæſtione.75. & Mi-
chael Craſſus.§. teſtamentum, quæſ-
tione.60.quæ concluſio nullum ha-
bet contradictorem, & eſt commu-
nis opinio,vt(pluribus citatis) tradit
Gutierrez in.d.l.nemo poteſt,nu.254.
Tellus Fer.in.l.3.Tauri,in.2.p. nu.12
& probatur hæc cōmunis opinio in
l.ſicut.§.donationis.ff.quibus modis
pignus vel hypotheca ſoluitur. l. ſi
quia.C.de iure deliberandi, l. Panto-
nius.§.pro hærede.ff. de acquirenda
hæred.
7 Quib⁹ ſic ſuppoſitis,ꝙ in teſtamēto
poteſt fieri contractus,eſt etiam notiſ
ſimum,quod valeat donatio recipro
ca inter maritum & vxorem,adeò vt
nō ſpectata morte ſuſtineatur,ita Bal
dus.ſingulariter,in. l. ſi pater puellæ,
num.2.C.de inofficioſo teſtamento,
vbi Paulus, num.fi.Iaſſ.num.3. & Pa-
lacius Rubeus, in repetitione rubri-
cæ.§.50.numer.16.Dueñas.reg. 221.li
mitatione.1.Socinus,reg.104. limita-
tione etiam. 1.&plures antiquos con
geſsit Tiraquellus, in. l. ſi vnquam,
verb.donatione largitus,num.110.C.
de reuocandis donat. Acoſta in.§.cū
in bello,verb.cum filio,num.15.ff. de
rebus dubijs.Et eſſe communem opi
nionem dicit Caſſaneus,in conſuetu-
dinibus Burgundiæ,rubr.4.§.7.verb.
donatio,& tradit Gutierrez(nemine
citato)de iur.conf.1.p.c.3.num.18.
Quod tamen ſingulariter eſt intel-
8 ligendum,quando inter maritum &
vxorem datur æqualitas reſpectu æta
tis,& bonorum,&etiam valetudinis:
nam ſi in articulo mortis alterius ex
coniugibus; vel in aliqua infirmita-
te fiat talis donatio reciproca,inter
maritum & vxorem,nō valebit,quia
in ea non eſt æqualis dubius euentus,
& ſic reuocari poterit,cū ceſſet ratio
9 propter quam ſuſtinetur de iure,arg.
tex.in.l.ſi pater puellę.C.de inofficio
ſo teſtamēto.l.1.C.de pactis.l.de fidei
commiſſo.C.de tranſactionibus vbi
illud tenet expreſſè Padilla, num.4.
qui alios refert( imitans illam legem,
quando inter fratres daretur inæqua
litas):ita tradit Tiraquellus(limitans
illam communem opinionem(in.d.l.
ſi vnquam, verb. donatione largitus,
num.134.& 135. proqua ſententia fa
cit tex.in.c.2.de renunciatione,lib.6
l.cum ij. §. modus, el. 2. ff.de tranſa-
ctionibus,& arg tex.in.c.de ijs,de ſe
pulturis.quod etiam exiſtimo eſſe in
telligendum in donatione reciproca,
quę non recipit futuram ſucceſsio-
nem,ne detur votum captandæ mor
10 tis,ex traditis per Tiraquellum,in tra
ctatu de nobilitate, quæſt. 6. nu. 24.
quod videtur ſētire Gutierrez,ſupra,
de iur.conſir.1.p. c.3.nu.18.ibi,* pro-
priè iure donationis,*& facit tex.in.d.l.
33.tit.11.p.5.ibi.*pleyto, o promiſsion fa
ziendo dos homes entre ſi,que qualquiera
11 de ellos que murieſſe primero,q̃ el otro q̃ fin
caſſe heredaſſe todo lo ſuyo:tal pleyto,ni tal
promiſsion.dezimos que no deue valer.* Et
ibi notat Gregor.verb.*todo lo ſuyo,*
& tradit Burg.de Paz, conſ. 2. num.
14.vſque ad.38 quę omnia ſūt memo
riæ commendanda, cum quotidiè

in praxi cōtingant. Quod tamen ſub
intellige inter extraneos, ſecus verò
inter maritum & vxorem, cum illud
pactum reciprocum fieri poſsit ſe-
cundum formam dictę legis. 33. Ita
tradit Palacius Rubeus. in rubrica. §.
50. numer. 17. col. 2. & Gutierrez,
ſupra, numer. 21. & 24. dum tamen
fiat poſt annum matrimonij, per le-
gem fori, quam ipſe allegat. Quod
12 quidem etiam procedit, ſi alter ex
coniugibus habeat aſcendentes legi-
timos, quia adhuc contrahendo reci
procè, ratione dubij euentus (data
æqualitate ætatis, & valetudinis, &
bonorum) poſſunt illis in ſua parte
legitima (de qua in. l. 6. Tauri) præiu-
dicare, neque de hoc contractu po-
teſt pater conqueri, cum poſſet con-
tingere, quod fuiſſet ſucceſſor ma-
ioris partis bonorum. Ita tradit Ru-
beus, ſupra, quem ſequitur Gutier-
rez. d. c. 3. nu. 27. & ita fuit iudicatum
in regali Chacelleria Pinciana. Quod
quidem (ceſſante fraude) rationi &
iuri conſonum mihi videtur, & in
facti contingentia ita obtinui. Et
13 qualiter teſtamentum fieri poſsit irre
uocabile, vide in quæſtione. 310. nu-
mer. 4.

## QVAESTIO. 141.

### *Vtrum filia prohibita per ſtatu- tum ſuccedere ab inteſtato (ſtã- tibus maſculis) ſit capax ſuc- ceſsionis ex teſtamento. Communis contra communem.*

STante ſtatuto, quod fœmina
non ſuccedat ſtantibus maſcu-
lis, ab inteſtato, poteſt capere
quidquid ſibi relictum fuerit ex teſta
mento. Ita Bart. in. l. fi. numer. 4. C. de
pactis. Vndè infertur, ſecundum ip-
ſum, quod ſi tempore quo filia dota-
tur, de conſenſu patris filia reſeruat
ſibi ius ſuccedendi, quod iſtud pac-
tum valet, & ſic clarè innuit Bart. in
prædicta reſeruatione conſenſum ſuf
ficere, quoniam ſicut poteſt teſtando
ſuper hoc conſentire, ita & paciſcen-
do, vel tali reſeruationi conſentien-
do, argumento tex. in. §. fi. inſtit. de le
gitima agnatorum ſucceſsione. Quã
ſententiam ſequitur Iaſſ. in. d. l. fi. nu-
me. 19. poſt. Angel. col. 1. verſ. & ideó,
vbi Cagnolus, num. 161. aſſerit hanc
eſſe communem opinionem.

Sed contrariam ſententiam (imò
quod ſolus patris conſenſus non ſuf-
ficiat, niſi & maſculorum filiorum
etiam accedat voluntas) tenet Bal-
dus, in. d. l. fi. & Imola. Romanus, &
Alex. numer. 22. in d. l. ſtipulatio hoc
modo concepta. ff. de verborum, vbi
Claudius, colu. ante penultima, hanc
aſſerit communem opinionem, pri-
mam tamen tenent, & defendunt De
cius, num. 26. Alciatus. 56. in. d. l. fi. C.
de pactis, quæ verior eſt, & ab ea
non eſt recedendũ in iudicando & cõ
ſulendo.

## *SVMMARIVM.*

*1 LAici non poſſunt eccleſijs præiudicare, neque grauamen infferre.*

*2 Statutum cogens ſubditos ad molendum, vel coquendum, in molendinis vel furnis ciuitatis, non comprehendit eccleſiam.*

*3 Statutum prohibens alienationem fieri in eccleſia, non valet.*

*4 Statutum prohibens ius ſuccedendi ingredientibus religionem, non valet.*

*5 Princeps ſæcularis poteſt ſtatuere, quod animalia clericorum à ſuis paſquis arceantur, & quod ſoluant pœnam ſi damnum fecerint.*

Quæſt.



## QVAESTIO. 142.

### *Vtrum prædia eccleſiaſtica poſ- ſint tributaria fieri, quando bo- na laicorum minuuntur, & pau peres fiunt. Communis contra commu nem.*

QVando facultates eccleſię
creſcunt, & bona laicorũ mi
nuuntur, ne laici pauperio-
res ſuſtineant omnia onera, poſſunt
prædia eccleſiaſtica, quæ vetura ſunt
ad eccleſiam, facere tributaria, vel ea
hypothecare, vel obligare pro ſol-
uendis oneribus: & hoc modo tranſi
bunt prædia in eccleſiam cum ſuo
onere reali, & tenebitur eccleſia ad
onera illa pro prædictis prędijs. Hæc
eſt Bartoli doctrina, in. l. reſcripto.
§. fi. numer. 5. ff. de muneribus & ho-
noribus cuius opinio eſt communis,
ſecundum Aymon Crauetã, de anti-
quitate temporum, fol. 178. num. 10.
vbi antea, num. 9. plures pro hac opi-
nione citat doctores. Sed illam Barto
li doctrinam non approbari per do-
ctores aſſerit Paulus, in. l. inter debi-
torem, nu. 4. ff. de pactis. Et eſſe com
muniter reprobatam dixit Iaſſ. in. l.
placet. 1. lectura, num. 19. & in. 2. nu-
mer. 20. C. de ſacroſanctis eccleſijs.
Et contrariam (contra Bartoli opi-
nionem) aſſerit communem Cagno-
lus, in. d. l. fi. C. de pactis, num. 148. &
dicit veriorem Felinus, in. c. eccleſia
ſanctæ Mariæ. num. 76. de conſtitutio
1 nibus. Pro qua facit, quia laici non
poſſunt præiudicare eccleſijs, neque
aliquod grauamen inferre. c. cum lai
cis, de rebus eccleſſ. non alienan. & in
d. c. eccleſię ſanctæ Mariæ.

Ex quibus deducitur, primó quod
ſtatuentes, etiam in ſuo foro, non poſ
ſunt coarctare modum probationis
reſpectu clerici agentis, quæ opinio
communis eſt ſecundum Alciatum,
in. c. cum contingat, num. 155. de iure
iurando. Secũdo infertur, quod ſtatu-
tum cogens ſubditos ad molendum,
2 vel coquendum, in molendinis, vel
furnis ciuitatis, vel domini, non ha-
bet locum in eccleſia. Hęc eſt, cõmu-
munis opinio, ſecundum Iaſſ. in. l.
quominus, quęſtione. 25. ff de flumi-
nibus, & ſequuntur relati per Ay-
3 mon Crauetã, ſupra, fol. 178. num. 8.
Tertiò deducitur, quod ſtatutũ pro
hibens alienationes fieri in ecleſiam,
non valet. Ita Bart. in. l. filius familias
§. diui, num. 12. ff. delegat. 1. vbi (præ-
ter alios) Crotus, nu. 88. teſtatur hanc
eſſe communem opinionem, quam ſe
quitur Felinus, in. d. c. eccleſia ſanctæ
Mariæ, num 89. & diximus in quæſt.
36. quod declarat Gutierrez practic.
quęſt. 1. p. quæſt. 132. numer. 5.
4 Quarto infertur, ad elegãtẽ Bartoli
doctrinã, in. d. l. fi. num. 4. C. de pactis.
vbi vult nõ valere ſtatutũ prohibens
ius ſuccedendi ingredienti religio-
nem, quoniam eſſet contra eccleſiã:
cuius doctrina eſt communiter recep
ta vt (poſt alios) aſſerit ibi Cagnolus,
num. 178. ff. de verbor, oblig. & Ripa,
in. l. ſi ex facto. §. ſiquis rogatus. num.
39. ff. ad Trebel. & multa cõgeſsit Fe
linus, in. d. c. eccleſia ſanctę Mariæ, &
ibi Decius, in propoſito. Et vide cõ-
munem cõtrariã quæſt. 423. Gutier.
ſupra, quæſt. 4. num. 3. qui reſoluit, quod
5 princeps ſæcularis poteſt ſtatuere,
quod animalia clericorum, & eccleſia
rum à ſuis paſquuis arceantur, neque
ſumãt illa, inuitis dominis, & quod ſi
inueniãtur in illis ſoluã pœnã, vt tra
dit Lucas de Pen. in. l. iuuemus, C.
nauibus non excuſandis, lib. 12. quẽ
ſequitur Auiles, in. cc. prętorum. c.
17. gloſſ. verb. **buenas*, *num. 12. & ſic
fuit obtentum in regali Chancella-
ria Pinciana, prout refert Gutierrez,

 ſupra,

ſupra,qui fuit aduocatus cauſæ pro
concilio,& officialibus cuiuſdam po
puli,qui à fiſcali eccleſiaſtico fuerunt
denunciati coram iudice eccleſiaſti-
co:quod eſt notabile pro declaratio-
ne & ampliatione legis.1.2.tit.13. lib.
1.recopilationis.

## QVAESTIO.143.

### *Vtrum prodigus delinquẽdo poſſit ad mortem condemnari.*

*Communis contra communem.*

PRodigũ delinquendo obliga
ri tenuit Bart.in.l. is cui bo-
nis,num.6.ff.de verborum,cõ
muniter receptus ſecundum Iaſſ.ibi,
num.17.Ripa,num.53.& tenet gloſſ.
1 in.l.ſiquis in tantam. C. vndevi, vbi
Bart.num.14.Bald.7.Salicetus,num.
5.& plures citat Tiraquellus, poſt.ll.
connubiales,gloſſ.5.numer.155. Quo
ſuppoſito dubitatur, an puniatur ſi-
2 cut quilibet alius ad mortem.Et eum
poſſe ad mortẽ cõdẽnari tenetBald⁹,
in.l.furioſum.in fine.C.qui teſtamen
ta facere poſſũt, Angelus, in.l. fulci-
nius.§.adeó. ff. ex quibus cauſis im-
poſſ.eatur,& eſt communis opinio ſe
cundum Cagnolum,in.l.furioſi,num.
5.ff.de regulis iuris,vbi Decius,num.
6.ſequitur iſtam opinionem.
3 Sed contrariam dixit communem
Carolus Molineus,ad Decium. d.nu-
mer.6.&plures quæſtiones in hac ma
teria tradit Gutierrez.1.p.de iuramẽ
to confirmatorio.c.32. vbi numer.3.
4 diſputat,an contractus prodigi, cui
non eſt interdicta adminiſtratio, ſit
validus,& an iuramento cõfirmetur,
qui reſoluit,quod non : prima tamen
opinio in quæſtione principali ve-
rior & receptior eſt,& ita practica-
rem.

## QVAESTIO.144

### *Vtrum bona vacantia tranſeãt in fiſcum cum ſuo onere.*

*Communis contra communem.*

BOna vacantia, quę ad fiſcum
deferuntur,trãſeunt cum one
re ſuo,dummodo propter hæ-
redis delictum vacauerint. Ita pro-
bat tex.in.l.recuſare.§. ſi fiſcus.ff. ad
Treb.cuius iſte eſt communis intelle
llectus,ſecundum Iaſſ.in.l.eam quam
C.de fideicommiſsis,num.13.&ſecun
dum Alex.in d.§.ſi fiſcus.
1 Sed contrariam ſententiam ( imò
quod indiſtinctẽ tranſeant cum one
re ſuo. ſiue vacent propter delictum
hęredis, ſiuè ſine culpa illius ) tenet
Bald.in.d.l.eam quam quæſt.2. cuius
opinio communis eſt ſecundum Sali
cetum, in. d.l.vnica.§.penultimo in
fine.C.de caducis tollendis,quę opi-
nio vera,& iuridica eſt.

## QVÆSTIO. 145.

### *Vtrum fundãs ſe in negatiua,teneatur illam probare.*

*Communis contra communem.*

QVando negatiua eſt funda-
mentum alicuius intentio-
nis,qui ſe fundat in ea tene-
tur illam probare:ita Bart.in l.in illa
num.5.ff.de verborum,& eſt commu
nis opinio,ſecundum Alexand.ibi,&
Bernardus Diaz,regula.488. quod ta
men intelligo in negatiua iuris, vt
probat tex.in.l.ab ea parte.ff. de pro
bationi



bationibus,cui conſonat l.2.titu. 14.
p.3. vbi laté Gregor.& vide gloſſam,
verb.hæredis probatio,in. l. cum de
lege.17.ff.de probationibus, quam de
clarat Xuarez,in tit.**de las arras,**fol.
27.col.1.& Couar.lib.2.variarum. c.
6.à num.2.cum ſequentibus,& plura
tradit Antonius Gabriel, tit. de pro-
bationibus,concluſione.7.& Burgos
de Paz,conſ.39.num..8.& in confir-
mationem concluſionis principalis
plura congeſsit Maſcardus,volum.2.
probat.concluſione.1091.numero. 1.
qui dicit illud procedere,ſiuè loqua-
mur in agendo, vel excipiendo,ſiuè
ſit negatiua iuris,vel facti, ſiué quali
tatis,vt in.l.2.per illum tex. ff.de pro
bationibus.Cuius opinio communi-
ter tenetur,ſecundum Alex.ibi,Inno
centius,vbi Felinus,in.cap.ſuper his.
de accuſationibus,& pro hac opinio
ne conſuluit Alex.conſ.42.lib.6.Cor
neus,conſ.123.vol.1. Paulus, conſ.19.
&.71.vol.1.Ancharranus, conſ. 225.
num.3.Aymon Craueta,conſ.112.nu.
6.Alex.conſ.39.lib.1.Zephalus,conſ.
162.num.9.lib.2.Cacheranus, deciſio
ne Pedemontana.108.num.8.
Sed contrariam opinionem tenent
1 doctores antiqui,relati per gloſſam,
in.l.2.C.de errore aduocatorum,Bal-
dus,conſilio.79.lib.2. Lanfrancus de
Oriano,in. c. quoniam contra,num.
4.de probationibus,Herculan.in tra
ctatu de prob.negati:in princip.An-
tonius Gabriel,lib.1.tit.de probatio-
nibus,concluſione. 6. & refert duas
communes contrarias Cagnolus, in
l.ſi emancipati,num. 68. C. de colla-
tionibus.Quod eſt aduertendũ, quia
nemo ex prędictis doctoribus aliquẽ
allegant pro communi contraria,
quod tamen limita & declara,ſecũdũ
Maſcardum ſupra.

## QVAESTIO.146.

### *Vtrum ſi ex forma ſtatuti vir lucretur certam partem dotis (vxore mortua) illud lucrum ſit communicandum cum fratribus viri,viuente patre ſuo.*

*Communis contra communem.*

EX forma ſtatuti ſi vir lucretur 1
certam partem dotis, vxore
mortua,viuente ſocero ſuo,ac
patre viri,illud lucrum eſt communi
candum inter fratres viri,ſecundum
diſtinctionem gloſſæ,in.l.poſt dotem
ff.de caſtrenſi pecullio, quam appro
bat Zinus,in.l.2.C.familiæ erciſcun-
dæ,Dinus,in.l.ſi cum dotem.§.tranſ
grediamur. ff. ſoluto matrimonio,
quæ tamen gloſſæ diſtinctio commu
niter reprobatur,ſecundum Salicetũ,
in.d.l.2.col.2.Bart.tamen in.d.l. poſt
dotem concordat, diſtinguens hoc
modo,quod ſi ſtatutum diceret mu-
liere decedente, vir lucretur certam
partẽ dotis,& ſic circa perſonam vi-
ri diſponeret,tunc iſtud lucrum cen-
ſetur aduenticium alijs & fratribus
non communicandum.At verò ſi ſta
tutum diceret lucretur partem dotis,
qui dotem receperit, & ſic compre-
hendat perſonam viri, vel ſoceri,
recipientis dotem,tunc procedat di-
ſtinctio gloſſæ,Dini,& aliorum.Quę
Bartoli diſtinctio communis eſt, ſe-
cundum Crotum,in.l.frater à fratre,
numero.51.ff. de condictione indebi
ti.
Eſt tamen in hoc alia tertia opinio,
ꝙ tale lucrũ ſit ſemper mariti,ſine ali
qua diſtinctione, neque cum fratrib⁹
communicandum.quam tenet Bart.
in.l.1.C.de bonis quæ liber.cui⁹ opi
nio eſt verior, ſecundum Corneum

ibi,col.1. & eſt communis ſecundum
Florianum,in.l.filio familias.§.1.ff.de
legat 1.Bart. tamẽ in tractatu de duo
bos fratribus aliter diſtinguit,in quæ
ſtione.5.& Decius,conſ.52.numer.2.
qui dubitatquæ ſit harũ opinionũ cõ
munior.

## *SVMMARIVM.*

1 *CLericus perdit beneficia per contractũ matrimonij, etiam copula non ſequuta.*
2 *Regreſſus,& acceſſus.& alia iura ad beneficia eccleſiaſtica pertinentia, perdit clericus per contractum matrimonij.*
3 *Penſionem eccleſiaſticam perdit clericus contrahendo matrimonium.*
4 *Contrahens matrimonium nullum,ex qualibet cauſa perdit beneficia,ſecundum magis receptam opinionem.*
5 *Scientia,vel ignorantia non facit,vt clericus non perdat beneficia per contractum matrimonij,(contra Decium)*
6 *Vacare beneficium ipſo iure,vel per ſententiam,eſt magni effectus.*
7 *Homicida poteſt lite pendente ſuo beneficio renunciare.*
8 *Caſſus de facto narratur de permutatione parochi de Batres,qui ipſe ſuo beneficio ſe priuauit.*
9 *Homicida non priuatur ipſo iure ſuo beneficio,ſed per ſententiam.*

## QVAESTIO.147.

### *Vtrum clericus contrahens matrimonium nullum perdat beneficia ſua Communis contra communem.*

CLericus habens beneficia,ſi cõ
trahat matrimonium,ipſo iu
re amittit illa,gloſſ.in. c. 1. de
clericis coniugatis, quæ cõmuniter
eſt approbata ſecundum Rabenam,
incompendio iuris canonici,titul.de
1 clericis coniugatis, cuius immemor
hanc dixit communem Couar. in.4,
decretalium.2.p.c.6.§.3.num.4.quod
quidem procedit,etiam ſi clericus ſit
in minoribus ordinibus conſtitutus,
quia eo ipſo vacant beneficia, vt tenet Collectarius, in.d.cap.1.& tradit
Aufredus,in Capella Toloſſana.239.
& Syluester,in ſua ſumma,verb.cleri
cus,cl.2.§.4.& iſtam opinionem dicit communem Maſcardus,de proba
tionibus,vol.1.concluſione. 182. nu.
6.& Iulius Clarus, lib. 5. receptarum
ſententiarũ,queſtione.73. verſ. cleri
cus,& alios pro communi refert Flaminius:de reſignatione beneficiorũ,
lib.3.quæſtione.14. num.2.quod etiã
procedit,etiam ſi matrimonium non
fuerit carnali copula conſummatum
vt tenent doctores,in.d.c.1.vbi Abb.
Imola,& Collectarius,quam dicit cõ
munem Collectarius, ibi, & Capella
Toloſſana ſup.deciſione.239.Et nõ ſo
lum clericus in minoribus perdit be
neficia per contractum matrimonij,
ſed etiam regreſſus,& acceſſus, & alia
quælibet iura ad beneficia eccleſiaſti
2 ca competentia, vt tradit gloſſ.in.d.
c.1.verb.clericalis, quam ſequuntur
Paulus, & Alex.in.l.ſi à primo. ff.de
lib.& poſthu.Nauarr.in.c.ſi quando,
excep.5.de reſcriptis,& dicit commu
nem Couarr.ſupra.§.3.num. 5. Et idẽ
dicendum eſt de eccleſiaſticis penſio
nibus,vt tradit Gigas, in tractatu de
3 penſionibus, quæſtione.54. Nauarr.
in tractatu de oratione.c.21.num. 53.
& Ioannes Baptiſta,in tractatu de pẽ
ſionibus,quæſtione .30. quem ſequitur Salzedo,in practica ad Bernardũ
Diaz.c.80.litera.E.Nunc autem dubium eſt, an illud procedat quando
clericuscontrahit matrimonium nul
4 lum,an tunc ſit ipſo iure priuatus be
neficio,vel per ſententiam.Et eſſe pri
uandum



uandum per ſententiam dixit gloſſ.
fin.in.d.c.1.quam ibi ſequuntur Antonius,& Imola,& Ioannes Andreas,
in.c.Ioannes, de clericis coniugatis,
& ſequitur Romanus,conſ.483 Hippolytus,conſ.70.volum.1.Bernardus
Diaz,ſupra,& Ancharranus,conſ 34.
num.10.Aymon Craueta,de antiqui
tate temporum.4.par.§.videamus,nu
mer.14. Staphyleus, de literis gratię
& iuſtitiæ,fol.75.Rebuffus,in tractatu de pacificis poſſeſ.num.187.Greg.
in.l.41.tit.6.p.1.verb.**el beneficio*,*Di
dacus Perez, in. l. 1.tit.1.lib.5.ordin.
Menchaca.de ſucceſsionum creatione.§.22.num.64. Iulius Clarus, lib.5.
receptarum ſententiarum.§.fi.quæſt.
37.& Couarr.ſupra,quos ſequitur diligentiſsimus Salzedo,in. d. practicá
ad Bernardum Diaz; litera.F.& dicit
communem opinionem Ferdinãdus
Loaces.de matrimonio regis Angliæ
dub.11.num. 13. & Bermondus. dicit
etiam communem,de publicis concu
binarijs,col.404.
5 Sed contrariam opinionem (imó
quod etiam ſi matrimonium ſit nullum,clericus amittat beneficia ipſo
iure)tenent Cardinalis, & Abb.col.
fi.in.d.cap.1.Imola,in clem.gratiæ de
reſcriptis,Loaces,in.l.filius familias,
numer.285. ff.delegat.1.& hanc dicit
communem opinionemPetrus de Ra
benis,vbi ſupra,& dixit veriorem &
communem Couarr.(horum immemor)in. d. §.3. num.4. quod quidem
procedit,etiam ſi matrimonium con
trahatur à clerico,ſiuè ſcienter, ſiuè
ignoranter,contra Decium,conſ.166
quem reprobant in hac ſua diſtinctio
ne,Greg.& Salzedo.ſupra.
6 Eſt tamen maximi effectus,an bene
ficia amittantur ipſo iure,vel per ſen
tentiam,quia primo caſu clericus nõ
poterit renunciare in fauorem alterius beneficiũ, in ſecundo veró ſic.
Ita Innocentius,in. c.cum noſtris,de
conceſsione præbendæ,quem ſequitur in propoſito Bernardus Diaz de
Luco,in. d. practica.c.80.num.5.col.
7 3.Et ſic clericus homicidia,lite pẽdẽ
te poteſt ſuo beneficio renunciare,
prius quam condemnetur. Ita docet
gloſſ.in.c.2.verb. finita,vt lite pẽdẽ
te,in. 6. quam ſequitur Felinus,in.c.
inquiſitionis,de accuſationibus,Gomecius,in regula de annali poſſeſſore
quæſt.42.num.3. Rebuffus,in tracta
tu de pacificis poſſeſſoribus, nu. 261.
Ferrara,cautela. 44. Caſſaneus,conſ.
44.n.22.idẽ Bernardus Diaz,in practica criminali. c.94.num.2.qui plures refert pro hac ſententia,quam ſequitur Decius (dicens communem)
conſ.166 & Couarr.in in clement. ſi
furioſus.2.p.relectionis.§ 3.numer.7.
qui relinquit cogitandum.Sed à com
muni opinione in hoc non eſſe rece
dendum tenet Salzedo,in additionibus ad Bernardum Diaz,ſupra.Quam
opinionẽ ſequitur nouiſsimé Flaminius,de reſignatione beneficiorũ,lib.3.
q.14.n.2.vbi dicit eſſe receptiſsimam
ſententiam,& quod ita tota die prac
ticatur,& ita vidi practicari.**En el ne
8 gocio de el cura de Batres*,*qui renuncia
uit ſuũ beneficiũ curatũ, lite pẽdẽte,
imò permutauit illud cũ beneficio cu
rato de Almorox,& admiſſa fuit per
mutatio,& litteris Apoſtolicis expe
ditis,miraculoſa Dei prouidẽcia,vtro
que beneficio priuatus fuit; primó
de Batres per renunciationem,& per
mutationem.Secundó de Almorox,
quia idoneus non fuit repertus ab ordinario,cum plurima ſcelera nefanda,adulteria, inceſtus, & homicidia
perpetraſſet,& ſic illud beneficium de
Almorox, quod vacauit per dictam
permutationem, in curia Romana
impetratus fuit à licentiato Ludouico de Molina, qui nunc eſt in quieta
& pacifica poſſeſsione illius beneficij curati.Quæ omnia ex illa ratione
9 procedunt, quia homicida non ipſo
iure priuatur ſuo beneficio,vt tradũt
docto

doctores,ſupra & capella Toloſſana, deciſ.207.Abb.in. c. fi. de exceſibus prælatorum,Felinus,in.c.2. & in.c.ſi citatus,de reſcriptis, & eſt communis opinio ſecundum Nauarr.in Manuali.c.27.num 249.&in.c.ſi quãdo, exceptione. 9.de reſcriptis, Couarr. ſupra.§.3 num.6.Iulius Clarus,lib.5. receptarum ſententiarum.§.homicidium,Plaç a,de delictis,lib.1.c. 11.nu. 2.& plures refert Salzedo ſupra & nouiſsimè Gutierrez,lib. 2. canonicarum.c.5.num.6.vbi plures refert pro hac ſententia, dicentes communem & Flaminius,ſupra,num. 4. vbi pluribus citatis reſoluit hanc eſſe magis communem opinionem.

## QVAESTIO.148.

### *Vtrum quod vnus ex correis credendi exigit a debitoribus,teneatur cum ſocijs communicare. Communis contra commune.*

QVod vnus ex correis credendi exigit tenetur alteri communicare, dummodo ſocij ſint.Ita gloſſ.verb. communis, in. l. qui hominem.§.1.ff.ſoluto matrimonio.Aliamque ſententiã voluit gloſ. in.l.ſi Titio,aut Mæuio. ff. de legat. 2.& in.l.frater á fratre. ff. de condictione indebiti, imó quod indiſtinctè teneatur communicare, & hanc innuit Ioannes Faber.eſſe communé opinionem,in.§.duo in princ. inſtit. de duobus reis.

Sed contrariam opinionem (imò quod adhibenda ſit diſtinctio quædam)tenet Bart.in.l.lege falcidia,hoc obſeruandum.ff.ad.l.falcidiam,& in l.reos,num.3.ff.de duobus reis, & in authentica hoc ita,num.15.C.eod.& d.l.ſi Titio, & in. d. l. qui hominem §.1.quæ talis eſt, quod aut erant ſocij omnium bonorum,aut illius obligationis tantum,ſi omnium bonorum, debet alteri communicare,ſi illius obligationis tantum,tunc aut ex cauſa oneroſa,& tenetur communicare, aut ex cauſa lucratiua, & tunc non tenetur,& hanc Bartoli diſtinctioné dicunt communiter teneri Paulus, Imola,& Cumanus,in.d.l.ſi Titio,aut Mæuio,quę diſtinctio veriſsima eſt, & ita debet practicari.

## SVMMARIVM.

1 OPinio gloſſæ in.§.hoc iudicium reprobatur.
2 Cauſa(licet iniuſta)excuſat à dolo.
3 Qui per obliuionem non venit ad iudicium excuſatur.
4 Credulitas(etiam)fatua excuſat à dolo.
5 L.2.& 11 tit.7.& l.12.tit.23.p.3.cum alijs declaratur.

## QVAESTIO.149

### *Vtrum iuſta cauſa de non comparendo in iudicium excuſet a dolo & contumacia. Communis contra communem.*

CAuſa (quantumcumque iniuſta)propter quam quis nõ venerit ad iudicium, eum excuſat à contumacia,dum tamen per cõtemptum non omiſſerit comparere. Ita gloſſ.magna,in fine,in.l.vnica. §. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. ſimilis gloſſ. in. l. ſatis.ff.de in ius vocando, & dixit eſſe menti tenendum Bart.in.l.deberi. ff. fideicommiſſ.libertatibus,& eſt communis opinio ſecundum Ioannem Baptiſtam,in.d.§.hoc iudicium, qué refert(putans bonum verbum) Lancelotus ibi, columna.2.& doctrinam gloſſę ſequuntur communiter moderni, ſecundum Socinum.ibi,num. 16.

1 Sed contra gloſſæ opinionem (dicens non eſſe tutam)tenet Iacobus, ibi,num.15.& eius ſententia diſplicet Alex.ibi,num.11. & contra illam tenent multi, ſecundum Baldum ibi,numer.2.qui in.c.cum Bertoldus,nu.2. de re iudicata,dicit, quod doctores illam gloſſam non approbant, quem refert Iaſſ.in.d.§.hoc iudicium,num. 30.ex quibus ipſi aperté dicunt eſſe communem,contra gloſſam.

2 Sed pro gloſſæ opinione facit,quia cauſa(quantumcumque iniuſta) excuſat à dolo ita gloſſa in.l. plagi criminis.C.ad.l. Flauiam de plagi. com
3 muniter recepta,ſecundum Decium, conſ.398.& ſecundum Boerium, deciſione.168.num.11.& tradit Hippolytus,in.l.1.nu.25.C.ad.l. Corneliam de ſicarijs, & plura tradit Afflictis,in conſtitutionibus regni Siciliæ rubr. 55.numer. 18. & Auend.in.cc.pp.2.p. c.27.à numer. 9. Secundó facit pro gloſſ.quod tradit gloſſ. verb.non recte,in.l.ex conſenſu.§.eum qui. ff.de appell. quod ſi quis per obliuionem, aut quia non credebat iudicem ſic feſtinaturum,non venit ad iudicium, excuſatur à pœna contumaciæ. Et hęc eſt communis opinio ſecundum
4 Curtium iuniorem,conſ.28.num.10. & conſ.34. num.9.Facit tertio,quia credulitas (etiam fatua)excuſat à dolo,ſecundum eundum Curtium,cõſ. 19.numer.4.& plura circa principalem quęſtionem tradit Azeuedo,in l.5.titul.3.lib.4.recop.num.7. & in.l. 14.numer. 7. eiuſdem tituli, Couarr. pract.quæſt.c.27.num. 3. & pro hac
5 vltima ſententia facit. l.2.& 11.titul. 7.&.l.12.tit.23.p.3.l.27.tit.11.p.3. l.37 tit.11.p.5.vbi impedimentum excuſat à contumacia.

## QVAESTIO.150.

### *Vtrum dominus præiudicetur videns cauſam ſuam agitari per falſum procuratorem, & non contradicat. Communis contra communem.*

QVando dominus videt cauſam ſuam agi ſuo nomine per falſum procuratorem,facit ſibi præiudicium, quia creditur ex voluntate ſua facere, & ſic ſententia mandabitur executioni contra eum.Hoc eſt notabile & celebre dictum Innocen.in.c.ex parte decani, num. 2. de reſcriptis, quod latiſsimé explicat Alex,in.l.ſæpe,num.83(cum ſequentibus) ff. de re iudica.& Aretinus, in.l.2.§. voluntatem,num.12.ff. ſoluto matrimonio, & ſequitur (poſt alios)Purpuratus,in.l. rogaſti.§.ſi fugitiuus,num.15.ff.ſi certum petatur, Palacius Rubeus,in repetitione.c.in rubr.§. 68. numer.24.& pro vtraque parte explicat Aymon Craueta, de antiquitate temporum, fol. 58.num. 57.& opinionem Innocentij communem eſſe fatetur Barbacia, in. d.c.ex parte, num.70. idem Barbacia,conſ. 17.col.4.vol.3.

Sed dictũ Innocentij cõmuniter reprobari dicit Imola, in.d.l.ſæpe,n.22. de re iud.idẽ Barbacia(ſibi cõtrarius) cõſ.46.nu.23.vol.2.Alex.cõſ.80. col. penultima vol.4.Felinus, in. c.cæterum,num.5.de iudicijs, & idem aſſerit Zaſius,in.d.§.volũtatem,in prin. & Aretinus,in.l.1.in prin.col. penul. in fine. ff. de verborum, & vide tex. in.c.3.de procuratoribus,vbi confirmatur hæc ſententia, quæ verior & communior eſt.

Suma-

## *SVMMARIVM.*

1 *Caſtitas ſeruatur cum propria vxore.*
2 *Lex.1.tit.2 lib.3. fori adducitur pro prima opinione.*
3 *Concordia opinionum traditur.*
4 *Filius maximam recipit iniuriam quando mater tranſit ad ſecunda vota.*
5 *Mulier nobilis debet ſe abſtinere à ſecundis nuptijs.*
6 *Legatum relictum vxori ſi caſtè vixerit quid operetur ſi matrimonium contrahat.*
7 *Per tranſitum ad ſecunda vota ipſo iure legatum amittitur.*
8 *Pœnæ ſtatutariæ in foro conſcientiæ non debentur ante iudicis condemnationem.*

### QVÆSTIO. 151.

### *Vtrum mulier cui maritus legauit mille ſi caſtè vixerit, amittat legatum ſi ſecundo nubat. Communis contra communem.*

VXor cui maritus legauit mille, ſi caſtè vixerit, ſecundo nubens legatum amittit: Hæc eſt communis opinio ſecũdum Gualdenſem, de arte teſtandi, tit.6. cautela.39.num.4.& dixit etiam communem Bermondus, de publicis concub. col.193.& pro hac parte facit quod tradit Bald. (per tex.ibi) in.l. ſi res vxoris.C.de donationibus inter virum, & vxorem.

1 Sed contrariam opinionem (imó quod ſecundo nubens mulier non perdat legatum) tenet Bart.in.l. mulier.§.cum proponeretur. ff. ad Trebel.(argum.tex.ibi,)& eſt pro eo ferè expreſſus tex.in. c. Nicæna ſinodus 31.diſtinct.vbi tex. dicit ſeruari caſtitatem in propriæ vxoris concubitu, cuius argumento hanc Bartoli doctrinam pluribus defendit Hippolytus, ſingulari. 577. & Euerardus, loco.91.col.5.vbi dicit doctores idẽ tenere, & Bartoli ſententiam ſequuntur plures, ſecundum Felinum, in.c. cum ſit, num. 13. de foro competenti
2 & tenet Palacius Rubeus, in rubrica. §.12. in princ. & approbat expreſſè opinionẽ illam.l.1.titul.2.lib.3. fori, inter quas aſsignat concordiã Ang. & Alex. in. d.§. cum proponeretur, ſcilicet, quod ſi conditio ſit adiecta ab aliquo filio mariti præmortui, ſeu
3 ab ipſo marito, procedat prima opinio, ſi verò à patre, alio vè extraneo, prioris viri non conſanguineo, tunc Bartoli ſententia procedat, & hæc eſt communis opinio ſecundum Claudium, in.§:cum proponeretur, & tradit Couarr.(alijs citatis)in.4.decret. 2.p.c.3.§.9. num. fi. idemque tenet Michael Craſſus, lib.ſententiarum.§. legatum, quæſt. 54. & Menchaca, de ſucceſsionum progreſſu.§.27. num. 29.& dicit communem Decius, in.l. ſi certis annis.C.de pactis, & Ioãnes à Garronibus, in rubr.num.83.de ſecũdis nuptijs, & tradit Padilla, in authẽtica, res quæ.C.communia de legatis, Baeça, de non meliorandis filiabus ratione dotis.c.12.numer.64. Palacius Rubeus, in.c.per veſtras, notabili.3.
4 §.20.num.6.Tellus Fer.in.l.10. Tauri, num.6.& tradit Tiraquellus.de iure primogenit.quæſt.69.num.5 & ratio eſt, quia maxima iniuria afficitur filius, quando mater tranſit ad ſecunda vota, videns matrem ſuam cum vitrico ſuo miſceri, maximè ſi ipſa, vel filius illi⁹ nobilis ſit, quia tunc magis
5 honeſtum eſt mulieribus à ſecundis nuptijs ſe abſtinere.c.fi.31. quæſt.1.l. hæc conditio. ff. de conditionibus & demonſtrationibus, & ſequitur Couarr.in.4.d.§.9.num. 11. & tradit Plutarchus in problematibus Romanorum, problemate 105.quem allegat Spino, in ſpeculo teſtamẽtorũ, gloſſ. 14.nu.95.vbi ſequitur iſtã opinionẽ (nullum referens pro contraria)& vi
6 de de alia ſimili quæſtione Simonẽ de Petris, lib.4.vltim. volũt. inter p. 1. dub.10.num.121.fol.350.de legato vſufructus relicto vxori, donec caſtè & honeſtè in viduitate viuat, & ſi nubat relinquit ei cẽtum, an ſi in viduitate non caſtè vixerit, & poſtea nubat, cõſequatur legatum de centum, & reſoluit quod ſic (pluribus citatis.) etiam ſi ab hæredibus mariti fuerit accuſa-
7 ta. In foro autem conſcientiæ, quotieſcumque mulier ob hanc cauſam legatum amittit ipſo iure committitur pœna, ſine iudicis declaratione per tranſitum ad ſecunda vota. ita Caietanus, in ſumma, verb. pœnam, licet alię pœnæ ſtatutariæ ante iudicis ſententiam in eo foro nõ debeantur iuxta gloſſam celebrem, in.c. fraternita-
8 tis.12.quæſtione.2.& nos dicemus in quæſtione. 687.num.4. Et illam Caietani opinionem ſequitur Alphonſus de Caſtro, lib.2.de lege pęnali.cap.11. col.penult.& Soto, de iuſtitia & iure lib.1.quæſtione.6.art.6.col.2.in.4.argumento, & iterum poſtea in reſponſione ad illum quartum argumentũ & Cagnolus, in.l. quod à quocũque num.fi.de regul iuris, Corraſius. in.d. qui liberos, num.113.ff.de ritu nuptiarum, Couarru.ſupra. cap.6.§.4. numer.17.



## *SVMMARIVM.*

1 *Societas videtur contracta, quando vnus ponit induſtriam, alter pecuniam.*
2 *Arbitrio iudicis relinquitur, an filius conſequatur, quod acquiſiuit ex pecunia patris.*
3 *Lex.3.tit.15.p.6.declaratur.*
4 *Acquiſitum ex pecunia patris totum patri, debetur niſi filius proteſtetur.*
5 *In caſu dubio, lucrum acquiſitum ex pecunia patris diuidetur inter omnes fratres.*
6 *Effectus patriæ poteſtatis eſt, vt lucrum acquiſitum per filium ex pecunia patris, acquiratur integrum patri.*
7 *Diuiſio non habet locum lucrorum, niſi cõtracta ſocietate.*
8 *Tutor contrahens ſimpliciter in re pupilli, acquirit pupillo.*
9 *Filius eſt domeſticus patris, & ei operari tenetur.*
10 *Salariũ non debetur filio, qui rem patris geſsit.*
11 *Filio, qui laborauit in bonis patris (eo mortuo hæreditate non diuiſa) ſalarium debetur.*
12 *Filius non eſt in poteſtate matris.*
13 *Author tenet in hac quæſtione contra plures doctores regni, & declarat quando debetur ſalarium filio.*

### QVAESTIO. 152.

### *Vtrum quod filius acquirit ex pecunia patris, ſit profectitium vel aduentitium. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DVbiũ maximum in iure eſt, an id quod filius acquirit ex pecunia patris ſit profectitium (vt ſic conferatur) an veró aduẽtitium, vt non conferatur cum alijs fratribus. In quo variæ ſunt doctorũ ſententiæ, & prima opinio eſt, quod dimidia pars lucri quæſiti cum pecunia parentis, tribuatur filio negocianti pro opera, & induſtria eius, & dicetur aduentitia: altera veró dimidia patri, reſpectu illius pecuniæ, & dicetur profectitia, & ſic conferenda. Ita diſtinguit Bart. in.l.cum oportet. C. de bonis quæ lib. & in.l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. ff. de pactis, & in tractatu

tractatu de duabus fratribus.1.p.nu.
2.& dicit magis communem opinio
nem Curtius iunior,in.l.penult. nu.
15.C.de collatio. & ſequitur Gomez
Arias,in.l.17.Tauri,num.119.& An-
tonius Gomez,in.l.29.Tauri,numer.
24.Ayora.de partitionibus.3.p.quæſ
tione.3.num.61.& ſequitur Gregor.
in.l.5.tit.17.p.4.(argum. illius legis,)
& hæc eſt communis conſuetudo,ſe-
cundum Bart.in.l.1.§.neque caſtren
ſe,nume.5.ff.de coll.bonorum. quam
opinionem ſequitur & dicit æquiſsi
mam Baeça, de decima tut. c.2.nu.5.
& hæc eſt communis opinio ſecun-
dum Corneum,in.d.l.cum oportet,&
dixit communẽ idem Corneus,conſ.
130.vol.2. Socinus,conſ. 92. num.15.
vol.1.Ripa,in.l.in quartam, numer.
157.ff.ad.l.falcidiam,Crotus,in.l. fra-
ter à fratre,num.72.ff.de condict.in-
debiti, & vide Socinum, conſ. 162.
vol.2.vbi num.1.ad finem dicit hanc
Bartoli opinionem eſſe magis com-
munem,quando eſſet dubium quan-
ta ſit filij induſtria,aliàs eſſe relinquẽ
dum arbitrio iudicis,quantum indu-
ſtriæ filij tribuendum eſt,& tradit Ti
raquellus.de vtroque retractu, lib.1.
§.1.gloſſ.9.nu.60. & 61. Menochius,
lib.2.de arb.caſu.126. num. 5. & pro
hac Bartoli opinione facit gloſſ.in.l.
ſi.C.pro ſocio,quæ vult, quod quādo
duo contrahunt ſocietatem, vt vnus
ponat pecuniam. alius operam,in du
bio videtur actum,vt lucrum ęquali
ter cedat vtrique.Cuius gloſſæ opi-
nio communis eſt, ſecundum Bart.
ibi,& dixit etiam communem Abb.
in.c.per veſtras,num.8.de donationi
bus inter virum & vxorem. Quam
opinionem ſequitur Craueta, conſ.
165.num.1.& alios refert Menochius
vbi ſupra,num.4 vbi quatuor refert
opiniones contrarias in quæſtione
propoſita.
Sed contrariam opinionem (imó
quod illud lucrum ſit profectitium
indiſtinctè, & ſic communicandum)
apertiſsime innuit eſſe communem
Fulgoſius. in.d.l. cum oportet: vbi
dicit ipſe, neminem huic ſententiæ
contradicere, & hanc dicit commu-
nem Caſſaneus, in conſuetudinibus
Burgundię.§.2.rubrica.6.verſ.ne par
ticipe,num.6.Et hanc ſententiam te
nent gloſſę, & doctores, ſecundum
Bart in.l.illud,num.3. C. de collatio-
nibus,& illam gloſſæ opinionem di-
cit receptam Oroſcius,in,l.ſi tibi.§.ſi
pactus,num.2.ff.de pactis,Caldas, in.
l.ſi curatorẽ habens, verb.læſis,num.
118.C.de in integrum reſtitut. mino-
rum,& Lara,in.l.ſi quis à liber. §. ſed
ſed ſi filius,num. 138. ff. de lib.agnoſ.
Tertia opinio fuit Baldi,in authent.
ex teſtamen.num.6. C.de collationi-
bus,dicentis arbitrio iudicis eſſe re-
linquendum inſpecta rei quantitate,
& qualitate ipſius lucrantis. Quam
2 opinionem dicit receptiorem Ripa.
in.l.in quartam,num.157.ff.ad legem
falcidiam, & Corraſius, in.l.frater à
fratre.2.p.num.48. Segura.in.l.ſi ex
legati cauſa,num.47.de verborum,&
in.l.1.§.ſi vir vxori,num.69.ff.de ac-
quirenda poſſeſsione,Greg.in.l,5.tit.
17.p.4.&in.l.3.tit.15.p.6.Menochius
ſupra,lib.2. caſu.126.num.5.& plures
refert Caldas, ſupra, verb.læſis.d.nu.
118.
Sed prima opinio,tam de iure com
muni,quam regio verior eſt, & pro-
batur in.d.l.3.tit.15.p. 6. ad quam aſ-
ſignat intellectum Gomecius, ſupra,
3 num.24.& Nauarr. in manuali.c. 17,
num.144.&. 148. vbi totum tribuit
Patri,niſi filius proteſtetur. Quod ve
rum eſſe intelligerem, quando filius
abſque opera, & labore ſuo,negocia-
uit cum pecunia patris, quia poſuit
pecuniam apud mercatorem,vel cam
pſorem,tunc omne illud lucrum dice
retur profectitium, & eſſet diuiden-
4 dum inter omnes fratres:ſi verò labo
re proprio,& induſtria lucrum fece-
rit,



1 rit,tunc(licet pecunia,& ſic capitale
pertineat ad omnes fratres) lucrum
erit aduenticium,vt in.l.5.tit.17.p.4
&ſic totum lucrum erit ipſius fratris
laborantis,neque erit communican-
dum cum alijs fratribus,& ita in cau
ſa mihi commiſſa ſententiam protu-
li(tanquam iudex arbiter)pro domi-
no licenciato Segura deVillarreal(in
cola& aduocato hui⁹ ciuitatis)à qua
nemo ex colitigantibus prouocauit.
At veró in caſu dubio, quando non
conſtat ſi lucrum illud fuit quæſitum
ex labore,& induſtria filij, tunc me-
dietas lucri acquireretur filio labo-
ranti,& alia medietas ſubſtantiæ pa-
tris.Ita diſtinguit Azeuedo,in.l.3.tit.
8.lib.5.recop.num. 24. & ſecundum
hãc diſtinctionem intelligi poteſt pri
ma opinio,& dicta.l.3.ti.15.p.6.quod
eſt valdé notandum,ſecundum Gre-
gor.ibi,verb.**mercaduria*,*qui exiſti-
mat generalitatem illius legis eſſe reſ
tringendam ad caſus prædictos, &
alios quos ipſe ibi refert. Sed profe-
ctò illa lex eſt nimis generalis,& intẽ
dit, quod omne lucrum acquiſitum
per filium ex pecunia patris,ſit com-
municabile,& in hoc videtur appro
bare opinionem ſecundam commu-
nẽ,(de qua in præſenti) quę vera eſt
ſecundum Nauarrum,ſupra,quia ille
6 eſt effectus patrię poteſtatis,vt omne
lucrum acquiſitum ex patris pecunia
illi acquiratur,& non filio laboranti,
cum ad nihilum ipſe teneretur ſi pe-
cunia perderetur,& ipſa induſtria ma
gis dicitur capitale patris(cum tenea
tur filius ipſi operari,quam ipſius fi-
lij) & illa diuiſio non poteſt locum
7 habere niſi contracta ſocietate,vt in
l.cum duobus. §. duoerant argẽtarij
cum.l.ſi fratres.ff.pro ſocio qua cæſ-
ſate prout cæſſat inter patrẽ & filiũ
cæſſauit etiam acquiſitorum, & lu-
crorum diuiſio, vt tradit Bart. in. l.
certum,num.5.C.familiæ erciſcũdæ,
quem ſequitur Calcanus,conſilio.19.
Et hæc opinio indiſtinctè eſt tenen-
da,ſecundum legem partitæ,cuius de
ciſio procedit,quando pater cõceſsit
filio pecuniam in peculium, quia tũc
videtur voluntatem ſuam acommo-
daſſè,vt filius contrahat eius nomine
l 1.§.item acquirimus.ff. de acquiren
da poſſeſsione.l.quod ſeruus, in fine.
ff.de ſolutionibus:& ſic patri,nõ ſibi
acquiritur lucrum argumen.tex.in.l.
poſt mortem.§.1.ff. quando ex facto
tutoris,vbi tutor contrahens ſimpli-
citer in re pupilli,videtur tutorió no
8 mine agere,&ei acquirere Nec obſtat
huic reſolutioni. l.ſi defunctus. C. ar
bitrium tutelæ quia procedit in caſu
dubio ad excludendum delictum.Ita
Bart.num.5.in.d.l.cum oportet, Ro-
manus,conſ.159. num. 5. quæ omnia
àfortiori procedunt in filio, cum ſit
domeſticus patris, & à beo alatur, &
ſic ei operas præſtare tenetur,vt tra-
9 dit Baldus, in . l. cum oportet,num.
10.C.de bonis quæ lib.& Paulus,in.l.
diuortio.ff. ſoluto matrimonio, nu-
mer. 10. Neque proteſtatio aliquid
operabitur filio in hoc caſu.prout dĩ
cebat Nauarrus,ſupra,quem ſequitur
Parladorius,lib.1.rerum quotidiana-
rum.c.19.num.2.quia ſi illud lucrum
ad patrem pertinet ex legis diſpoſi-
tione,nihil operabitur filij proteſta-
tio,& ita ſentit Caſtro, in.d.l.cum o-
portet,nu.25.verſ. ſecundo infertur,
in quo illi aſſẽtio.Ex quibus reproba
tur opinio Fulgoſi,in.d.l.illud. C. de
coll.dicentis filio deberi ſalarium ex
bonis parẽtis,quãdo ipſe rẽ patris geſ
ſit quẽ ſequitur Gomecius,in.d.l.29.
Tauri,n.24. &plures quos refert Bae
ça,de decima tut.c.2.nu.15.quia illud
abſque præmio tenetur filius facere,
ratione patriæ poteſtatis,vt probatur
in.d.l.partitæ,& ſic illã Fulgoſi,opi-
nionẽ impugnat Iaſſ.in.d.l.illud.nu-
mer.8.C.de coll.& Caſtillo, in. l. 27
Tauri, numer.17. & Nauarr. in ma-
nuali.c.17.nu.148.&Greg.in.l.3.ti.20

verb.*que ſon ſuyos*quos ſequitur Par
ladorius d.c.7. amplians illud proce-
11 dere.etiam ſi matris, vel aui, negocia
geſsiſſet filius. cum ſit eadem ratio,
mihi tamen reſpectu matris videtur
multum diuerſa,cum filius nõ ſit ſub
eius poteſtate,vt in.§.feminæ,de ado
ptionibus,&.l.partitæ,& cætera iura
in patria poteſtate fundãtur, & ceſ-
12 ſãte cauſa debet ceſſare eius efect⁹. l.
adigere.§.quamuis.ff.de iure patrona
tus.c.cum cæſſante, de appellationi-
bus,ita Menochius,lib.3.præſump.in
præſunt.46.Amicis,conſ.62.num.20
Maſcardus, vol. 1. de probationibus
concluſione. 31. Rolandus, conſ.90.
num.8.cum ſequentibus,vol.2.Et ſic
ſi filius mortuo patre laboraret in re
matris, aſsignabitur illi aliquod ſa-
larium, maximè ſi alij fratres fuerũt
abſentes, vel preſentes nihil labora-
bant. Quod verius putó,licet Baeça,
ſupra,num.3.&.9.& Ayora, quæſt.2.
contrarium exiſtimarunt,quos ſequi
tur Azeuedo,in.d.l.3.tit. 8. num.24.
lib.5.recop. qui tenet, quod ſic con-
ſuluit quod àſsignaretur modicum
13 ſalarium,quod magis eſt de æquitate,
quam de iure, quia non eſt dare me-
dium:aut filius eſt in patrispoteſtate,
& tunc nullum conſequetur ſalariũ
ex labore & induſtria:aut patre mor
tuo,& bona non diuiſa, operatur in
bonis nondum diuiſis, & tunc aſ-
ſignari debet ſalarium laborando in
rebus paternis, cum alium famulum
ad hoc neceſſarium excuſaſſet,& ſuo
labore auxit bona paterna,& ſic in di
uiſione bonorum (vltra legitimam)
ex corpore hæreditario ſalarium, ar-
bitrio iudicis taxandum, tanquam
æs alienum deduci debet, maxime ſi
ceteri fratres nihil laborarunt, & ita
pluries practicaui.

## QVÆSTIO. 153.

*Utrum renuncians appellationi, quando fuit iniuſtè à iudice condemnatus, poſsit contra iudicem agere in ſindicatu. Communis contra communem, & quid iure regio.*

NOn appellans à ſentencia iu
dicis iniqua vel iniuſta, po-
teſt contra iudicem agere
in ſindicatu. Ita tenet gloſſ. verb.no-
ui iuris,in verſ. quid autem, in.l.1.ff.
quod quiſque iuris,per quam idem te
net Bart.ibi,num.9.& in.l.item ſi res,
n.3. ff de alienatione iudicij mutãdi
1 cauſ. fact. & in.l.1.nu.6. ff.de appell.
& in l ſi minoris,num.4. ff. de admi-
niſtratione tutorũ:& ſequitur Alex.
Socinus,& Iaſſo.in.d.l 1. quod quiſ-
que iuris, & ſequitur ibi Iacobinus,
num.6.vbi ſolus Lancelotus Decius,
col. 1.hanc dixit communem opinio
nem,& ante illum dixerat illam com
munem Alex.in l,4.§.fi. ff.de damno
infecto,& ante Alex. dixit commu-
nem Barbacia,conſ. 12.col. 1. &.2.in
fine,lib 4.& ante Barbaciam dixe t
communem Abb in.c.ſepe,num.47.
deappellationibus, vbi etiam dixit
communem Decius, num.7. & Ber-
nardus Diaz,regul.363.& illam tenet
Innocentius, in. c.paſtoralis,de offi-
cio delegati,vbi etiam ſequitur illam
Barbacia,num 17. & Felinus,num.7.
&idem Innocentius,in.d.c.ſæpe,vbi
Præpoſitus,numer.47. & ſequuntur
etiam alij relati per Couarr. in.4.de-
cret.2.p.c.8.§.12.numer.18. idemque
eſt, ſi quis appellauerit, & appella-
tionem deſeruerit, vt dicunt com-
munem opinionem doctores ſupra
citati. Quibus ſuppoſitis dubium
2 eſt, an idem ſit ſi pars expreſſè re-
nunciauit



nunciauit appellationi, & quod ſit
idem tenuit Bald.in.l. fi.§.ſin autem,
num.2.C.de temp. appell.& in. d. c.
ſepe,& tenet Ang.in.d.l.1. ff. de ap-
pellationibus,& eſt communis opi-
nio ſecundum Barbaciam, conſ. 12.
col.3.vol.4.
3 Sed contrariam opinionem (imó
quod ſi renunciauit expreſſé,nonpoſ
ſit agere contra iudicem in ſindi-
catu)tenet idem Baldus (ſibi contra-
rius,vel ſui immemor)in.§ iudices.c.
1.col.penul.de pace iuramento firmã
da,& hanc dixit magis communem
Alex.in.d.l.4.§.fi.col.2.in medio, &
hæc opinio eſt magis vera,quia prop
ter expreſſam renunciationem vide-
tur iuri ſuo renunciaſſe. l. poſtquam
liti,vbi Iaſſo.C.de pactis. l. quæro.§.
remitentibus. ff. de edilicio edicto,
quam opinionem ſequitur Auenda-
ñus,reſpon.11.nu.2.& Auiles, in. cc.
prætorum.c.1.num. 19. vbi allegat,
pro hac opinione pragmaticam Re-
giam.

## SVMMARIVM.

1 *IN ciuilibus non habet locum remiſ-
ſio.*
2 *Reus poteſt perſonaliter capi propter nimiã
contumaciam vt ſic ſit locus remiſsio-
ni*
3 *Ratione cõtractus,& etiam diſtractus,ſor
titur quis forum.*
4 *Sumaria cognitio debet præcedere de con-
tractu vt quis ſortiatur forum.*
5 *Hæreticus non eſt remittendus.*
6 *Quando pars renunciat priuilegio fori, eſt
locus remiſsioni*
7 *L.20.tit. 21.lib.4 recop. declaratur.*
8 *De iure regni fit remiſsio in contracti-
bus,ſeruata forma legis regni.*

## QVAESTIO. 154.

*Utrum in contractibus ſit locus remiſsioni, quando renunciatur priuilegio fori. Communis contra communem: & quid iure regio.*

REmiſsio in contractibus non
habet locum,tex. eſt,vbi cõ-
muniter notant doctores, in
c. Romana.§. contrahentes, de foro
competenti,in.6.(cum alijs iuribus)
1 ita Bart. in. l. hæres abſens. §. 1.ff.
de iudicijs(motus per tex.in.d.§.con
trahentes) cuius opinio eſt commu-
nis,ſecundũ Socinum,in.c.2.col. 22.
de foro cõpet. ad quã cõcluſionẽ cõ
congeſsit.15.limitationes Bernardus
Diaz,regul 146.& 642.vbi Salzedo,
& dixit communem Couar. practica
rum quæſt.c.10.num.5.&tenet Auen
dañus,titul.de las excepciones,in de-
claratione legis.4.&.5.nume.9.idem
in reſpon. fin. numer. 11. & Auilés,
in cc. prætorum.c. 27. gloſſ verb.
*entreguen* num. 24. Didacus Perez,
in.l.1.titul.17.lib.8 ordin.pagina.336.
Michael Craſſus lib.2. communi.c.
10.q.9.Belluga,in ſpeculo principum
rubric.11.§.viſum eſt, Montaluus, in
l.1.gloſ.2.col.2.verb.item nota,circa
remiſsionem tit. 1. lib.2. fori Meno-
chius,de arb.caſu.228.ex num.7.Ioſe
phus Ludouicus, deciſione.74. & tra
dit Gutierrez de iuramento confir.3.
p.c.16.num.3. Quibus addendum eſt,
2 quod propter nimiam cõtumaciam
poteſt reus perſonalitercapi,& tunc
habebit locũ remiſsio incõtractibus.
Ita ſingulariter Bald in.l. conſenta-
neum.nu.8.verſ.octauo nota.C quo
modo,& quãdo iudex, vbi Barbacia
reputat ſingularem limitationem ad
tex.in.d.§ contrahentes,& eſt cõmu
nis ſecundũ Lancelotũ Deciũ,in.d.l.

hæres abſens. §. ſiquis tutelam, inprin cip. Secundò adde, quod ſicut ratione contractus ſortitur quis forum, ita & ratione diſtractus, & eſt commu-
3 nis opinio, ſecundum Tiraquellum poſt. ll. connub. gloſſ. 5. num. 8. Tertiò adde, quod ad hoc, vt quis ratione celebrati contractus conueniatur debet iudex prius facere ſummariam
4 cognitionem, per quam conſtet illum contraxiſſe. Hæc eſt opinio Bartoli, in. l. preſcriptione, num. 7. C. ſi contra ius, vel vtilitatem, cuius opinio eſt communis, ſecundum Felinum, in. c. ſi clericus laicum, verſ. limita. 2. de foro competenti, & dixit etiam communem Curtius iunior, conſ. 124. num. 6. & aſſerit bis communē Boerius, ad (Dinum), in regul. ea quæ de regul. iuris in. 6. Quamuis contrarium (imó quod non requiratur hæc ſũmaria cognitio) tenuerit idem Bart in l. ex quacumque ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, vbi Alex. diſputat ad partes iſtam opi-
5 nionem. Quartó adde, quod hæreticus non eſt remmittendus. vt tradit Couarr. in practicis. c. 11 numer. 10. & Simancas, de Catholicis inſtitutionibus, tit. 2. num. 14. Rojas, in ſingularibus fidei, ſingulari. 174. numer. 7. & in priuilegijs inquiſitorum, num. 439. & Didacus Perez, in. l. 3. titul. 4. lib. 8. ordinam. pag. 86. col. 2. & Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgun-
6 diæ, rubr. 12. § vnico, numer. 17. Quibus ſic viſis dubium eſt, an ſi contrahens renunciaſſet priuilegio fori, tunc poſſet fieri remiſsio. Et fieri poſſe tenet gloſſ. in. l 1. ff. ſi quis in ius vocatus. Quam dixit ſingularem Iaſſo. in. l. ſi conuenerit, numer. 40. ff. de iuriſdictione omnium iudicum & ſequitur Bart. in authentic. nulli iudicum. §. ſi veró quis, numer. 5. & Ancharranus, in. d. §. contrahentes, col. 3. Antonius Cardinalis, & Abb. numer 37. Felinus, numer. 22. verb. 3. fallit. in. c. ſi. de foro competenti, & eſt communis opinio ſecundum Addition. ad Bart. in. d. l. hæres abſens. §. ſi quis tutellam, & dixit communem Alexand. in. d. l. 1 ff. ſi quis in ius vocatus, numer. 6. & eandem dixit communem Iafredus Balbus, deciſione. 5. Iaſſo. in. l. qui certo loco, ff. de condictione indebiti, Decius, in. c. 1. numer. 23. de iudicijs, verſ. quinto. Et dixit etiam communem Alciatus de præſumptionibus, regula. 3. preſumptione. 36. numer. 12. Iaſſ. num. 9. Curtius, numer. 6. in. d. l. 1. idem in. l. penulti. num. 3. C. de pactis, & dixit etiam communem Ripa, in. d. c. 1. de iudicijs, num. 65.

Sed contrariam opinionem (aduerſus gloſſam) communiter ſeruari teſtatur Imola, in. d. cap. fin. numer. 8. quem refert Alexand. in. d. l. 1. num. 7. & Iacobinus, ibi, num. 6. idem in d. §. ſi quis tutelam, numer. 9. & gloſſam illam communiter reprobari affirmat Barbacia (ad Bald.) in l. cum Archimedoram ff. vt in poſſeſsione legatorum in additionibus numero. 5.

8 Hodié verò per legem 20. titul. 21. lib. 4. recop. tradita eſt forma, qualiter in contractibus remiſsio ſit facienda, quam. l. explicat, & declarat Paz, in ſua praxi. 4. partis. 1. tom. cap. 2. num. 12. ex qua lege eſt approbata opinio Iaſſo. in. l. ſi conuenerit, numer. 39. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, quē ſequitur Oroſcius, ibi, per legē Titium. ff. de adminiſtratione tutorum, & vide Menchacam, lib. 3. controuerſiarum vſu frequentium. cap. 52. numer. 3. & 4. & Azeuedo. in. d. l. ſi. titul. 21. numer. 54. vbi facit mentionem dictæ lægis, licet tunc non eſſet incluſa in corpore iuris nouæ recopilationis, quæ lex dirimit controuerſias iuris communis.





## QVAESTIO. 155.

*Vtrum eccleſia hæres inſtituta, detrahat quartam falcidiam de legato alteri eccleſiæ facto. Communis contra communem.*

Eccleſia hęres inſtituta de legato facto alteri eccleſię, poteſt detrahere falcidiam. Ita tenet Abb. in. c. in preſentia, de probationibus. Salicetus, in authent. qui res. C. de ſacroſ. eccleſſ. Cumanus, & Imola, in. l. 1. §. ad municipium. ff. ad. l. falcidiam, & tenent alij plures relati per Iaſſ. in. l. Marcellus, num. 37. & 38. ff. ad Treb. & ab hac opinione durum eſſe recedere in practica, teſtatur Alexand. in. d. §. ad municipium, num. 3. & ibi Vicentius, col. 5. pluries dixit eſſe communem opinionem, eamdemque dixit communem Decius, in. d. c. in præſentia, num. 54.

Sed contrariam opinionem (imó quod in hoc legato falcidia non detrahatur) tenet Romanus, in authen. ſimiliter (per illum tex. ſpeciali. 40. piæ cauſæ). C. ad legem falcidiam. Eamque veriorem in puncto iuris dixit Alexan. in. d. l. Marcellus, num. 5. vbi idem Iaſſ. numer. 37. & dixit veriorem Alexand. in. d. §. ad municipium, num. 3. & expreſſe fatetur communem Barbacia, conſ. 15. col. 7. vol. 3. Quare non eſt mirum, ſi gloſſ. in. c. Pontifices. 12. quæſt. 3. hāc quæſtionē relinquerit indeciſſam. Sed hæc vltima opinio verior eſt, & tenenda in iudicando & conſulendo, cum priuilegiatus contra parem priuilegiatum nō gaudeat priuilegio tex. l. verum. §. ſi. ff. de minoribus cum vulgatis. Ita docet Peregrina, de fideicommiſſis, art. 28. num. 85.

## QVAESTIO. 156.

*Vtrum per procuratorē ex clauſula conſtituti, quæratur domino poſſeſsio, & quid per aſpectum occulorum. Communis cõtra communem, & quid iure regio.*

Per procuratorem poſſeſsionē acquiri poſſe, nemo eſt qui neſciat, vt in. l. per procuratorem C. de acquirenda poſſeſsione. Modò dubium eſt, an per conſtitutum factū procuratori, nomine ipſius, quæratur domino poſſeſsio, & poſſe queri per conſtitutum, tenuit Bart. in. l. ſi is qui pro emptore, num. 7. ff. de vſucapionibus, idem in. l. ab emptione, num. 15 ff. de pactis, & dixit communem Bertrandus, conſ. 130. vol. 3. & Galiaula, in rub. ff. de verborum col. 41. & Crotus, in. d. l. ſi is qui pro emptore, num. 54. & teſtatur communiorē Tiraquellus, de iure conſtituti, ampliatione. 26 num. 14. qui eamdixerat communem num. 1. & 16.

Sed contrariam opinionem tenet Bart. (ſibi cōtrarius) in. l. 1. C. per quas perſonas, & alij citati per Tiraquellū, vbi ſupra, num. 4. & hanc dixit veriorem & communiorem Barbacia, conſ. 8. vol. 2. col. 14. Quam opinionē ſequitur Antonius Gomez, in. l. 45. Tauri, num. 88. qui dicit quod eſt in practica notandum, Sed nihil allegat pro hac ſententia. Et vtrum vera poſſeſsio. acquiratur per viſū occulorū à nuncio, ſeu procuratore, tradit duas comunes cōtrarias Mēchaca, lib. 3. de ſucceſsionū creat. §. 21. nu. 229. qui tenet partē negatiuā (plures adducens) & eſt pro ea ſententia tex. in. l. 3. §. Neratius. ff. de acquiren. poſſeſſ. Quam opinionem ſequitur Antonius Gomez, in. d. l. 45. Tauri, numer. 45. & pro hac opinione eſt tex. de iure regio, in. l. 6. tit 30. p. 3. vbi conſtituitur diſtinctio.

## QVAESTIO. 157.

*Vtrum in ſententia lata contra abſentem, præſumantur omnia ſolemniter acta, ſi acta proceſſus non reperiantur. Communis contra communem.*

QVădo ſententia eſt lata partibus præſentibus, & non contradicentibus, & in ea fit mentio de litis conteſtatione, & libelli datione, probantur acta, & litis conteſtationem interueniſſe, ac preceſiſſe in illo proceſſu. Ita Bart. (poſt Innocetium, & ſpeculatorem) in.l.acta,n.3. ff.de re iudicata, & in.l. fi.C.de relationibus. Et eſt communis opinio ſecundum Vitalem, in tractatu clauſularum, col.207.num.1. & dixit communem Aymon Craueta, de antiquitate temporum, fol.82.num. 1. Nunc autem dubium eſt, an ſit idē, quando ſententia eſt lata contra abſentem contumacem. Et eſſe idem voluit Compoſtell. in. cap. bonæ, el.1. de electione, & Imola, in. cap. cum in iure. de offi. delegat. numer.30. dixit eſſe comunē opiniōnē. Et hanc partem tenet Rota Noua.301.tit. de prob. iuxta impreſsionē Venetorum, & tenent aliqui citati per Aymon. Crauetā, vbi ſupra, num.2. fol.8.

Sed contrariam partem (imò quod in ſententia lata contra contumacē, non præſumatur preceſiſſe dicta acta ex hoc, ꝙ de illis in proceſſu fiat mentio) tenet Innocentius, in.d.c.cum in iure, num. 4. vbi Barbacia, num.40. dixit hanc eſſe communem opinionem, additque Imolam, apertè fallidum contrariam eſſe communem aſſeruit: poteſt tamē aſsignari concordia inter has duas communes contrarias, quod dictum Compoſtella, procedat in vero contumace, contra quē omnia præſumuntur ſolemniter acta ſecus verò in contumace ficto, in quo habebit locum ſecunda ſententia Innocentij, quam dixit communem Barbacia: ipſemque concordiam aſſignat Rota Noua, ſupra allegat. 301. & eſt communis concordia, ſecundum Aretinum, conſ. 62. col.2. quod etiam ſequitur Aymon, ſupra, num.3. quæ opinio eſt ſequenda, in iudicando & conſulendo, cum ſummā contineat æquitatem.

## QVAESTIO.158

*Vtrum inimicitia capitalis ſit ſufficiens indicium ad torturam. Communis contra communem.*

INimicitia non eſt ſufficiens indicium ad torturam. Ita eſt communis opinio ſecundum Thom. Gramaticum, conſilio.3.numer.16. etiam ſi ſit capitalis. Communis eſt, ſecundum Carrerium, in ſua practica, fol.18.col. 4. num.118. Quam opinionem ſequitur Antonius Gomez, dicens communem, c.13.num.11.tit.de delictis, & Iulius Clarus, lib.5. receptarum ſententiarum. §. fi, quæſ.21.num. 30. vbi alios refert.

Sed contrariam opinionem (imò quod capitalis inimicitia ſit ſufficiēs indicium ad torturam) dixit communem Marcus Antonius, in tractatu de indicijs, numer. 175. Prima tamen opinio eſt magis recepta, & ab ea nō eſt recedendum in iudicando & conſulendo, & quod ita practicetur teſtatur Boſius, tit. de indicijs, numer.47. & Grammaticus, voto, 30. numer.20. & voto.34.num.7.





## SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa, verbis directis facta à pagano, valet poſt pubertatem iure fideicommiſsi.*

2 *Subſtitutio compendioſa, quæ nunquam potuit valere iure directo, non trahitur ad fideicommiſſum.*

3 *Actus debet interpretari, vt magis valeat, quam pereat.*

4 *Miles non poteſt grauare filium in legitima, per ſubſtitutionem fideicommiſſariam.*

5 *Legitima filij etiam reſpectu patris militis, debet integra filio remanere.*

6 *Miles, etiam per directam militarem ſubſtitutionem, non poteſt hodiè grauare filium in ſua legitima.*

## QVAESTIO.159.

*Vtrū ſubſtitutio pupillaris, quæ directo iure non poteſt valere, trahatur ad fideicōmiſſum. Comunis contra cōmunem.*

QVando ſubſtitutio pupillaris non poteſt valere iure directo, trahitur ad fideicommiſſum. Ita eſt communis opinio ſecundum Bar.in.l.verbis ciuilibus, numer.6.de vulgari, vbi Iaſſ.numer.19. teſtatur etiam communem Socinus, num. 35. Iaſſ.32. Claudius, col 6.in.l. Centurio.ff.eodem tit.& dicit etiam communem Vicentius, & Ripa, in. l.ex facto, in princ.ff.ad Treb.& Guillermus Benedictus, in.c. Raynūtius, verb. abſque liberis, el.2. in materia compendioſę, nu.37.&.39.de teſtam. & dixit etiam communem Guido Papæ, conſ.202. & 203. idem profitetur Curtius iunior, in.l.precibus, numer.56.C.de impub.& Viglius.in. §. fi. inſtit.de pupillari.

Sed contrariam opinionem (imò quod talis ſubſtitutio non trahatur ad fideicommiſſum) tenuit gloſſ. in. d. §. fi. vbi Angelus, & Viglius, eam veriorem exiſtimant, idem credit Alexan. in. d.l. verbis ciuilibus, numer. 11. & eſt communis opinio ſecundum Ioannem Andream, in.cap. ſi pater, de teſtamentis in.6. & ſecundum Matheſil. notabili, 140.

Ex quibus ſolet etiam dubitari (&
1 eſt alia communis contraria) an ſubſtitutio compendioſa, verbis directis facta à pagano, valeat poſt pubertatem iure fideicommiſsi. Et partem affirmatiuam tenet Ioannes Andreas, in. d. c. ſi pater, numer.19. vbi Dominicus, & Peruſinus, dicunt eſſe communem opinionem canoniſtarum, idemque tenet Antonius de Butrio, in.d. c. Raynuntius, numer. 42. & iſtam opinionem (tanquam æquiorem) ſequitur Decius, in.l.precibus, vbi Crotus, num. 57. C.de impub.pro qua adducit. 20. argumēta Lanfrancus.in.d.l.Centurio. numer. 42.& defendit Antonius Gomez.1. tom. variarum.cap.7.num.4.

Sed contrariam ſententiam (imò quod ſubſtitutio compendioſa, verbis directis à pagano facta intra pubertatem, valeat vt pupillaris, poſt pubertatem verò vt fideicommiſſaria) tenet gloſſ. in. d. l. Centurio, & alia gloſſ. in.d l.verbis ciuilibus, & gloſſ.in. §. qua ratione de pupillari. Quam ſententiam eſſe communiter approbatam tenet Couarru. in. d.c. Raynuntius. §. 9. numer.15. Socinus iunior, conſ.338.numer.6.lib.2. Pariſius, conſ.92.num.2.lib.2. Rubeus, in. l. Gallus. §. quidam rectè, numer.20. de liber.& poſthum. Alciatus, in. d.l. Centurio, numer.60. Acoſta, in.d.c.

ſi pater.3.p.verb.interdum, num. 53.
qui adducit fundamenta.

Solet tamen concordia aſsignari in
ter has duas communes opiniones,
vt opinio legiſtarum procedat, quan
do compendioſa fuit concepta infor
ma pupillaris, exprimẽdo tempus cer
tæ ætatis, vt quia fuit dictum, Titius
ſit hęres filio meo, ſi filius meus intra
decimum quartum annum deceſſe-
rit, cum enim hæc ſit integra forma
pupillaris, & poſt pubertatem nõ poſ
ſit valere vt pupillaris, neque valebit
vt fideicommiſſaria. tex. in. l. in pupil
lari. ff. de vulgari, quia in hoc caſu cõ
ſtat, teſtatorem voluiſſe facere direc-
ctam ſubſtitutionem, & ſic trahi non
poteſt ad fideicommiſſum. l. an inuti
lis. ff. de acceptilationibus. Si verò cõ
pendioſa non ſit concepta ſub forma
pupillari, neque fuerunt addita verba
conuenientia pupillari ſubſtitutioni,
non exprimendo tempus certæ æta-
tis, ſed ſimpliciter ſit dictum, talis ſit
mihi hęres, tunc poſt pubertatem va
lebit, iure fideicommiſsi. Quam con
cordiam aſsignat Baldus, in. d. l. pre
cibus, num. 25. quam eſſe veriſsimam
tenet Paulus, num. 14. Decius. 17. Ri-
pa. 73. in. d. l. Centurio, & ibi Lanfran
cus, num. 219. Ex quibus infero, quod
ſubſtitutio cõpendioſa, verbis dire-
ctis concepta, quæ numquam potuit
valere iure directo, neque poterit va
lere iure fideicommiſsi. Ita Alexand.
nu. 70. in. d l. Centurio, & in. l. verbis
ciuilibus, nu. 10. Viglius, in. d. §. fi. in-
ſtitutis, de pupillari, & eſt communis
ſecundum Additionatorẽ Matheſela
ni in ſingulari. 40. Guido Papę, deci
ſione. 534. pro qua ſententia eſt tex.
in. l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alie-
nus. ff. delegat. 1. vbi libertas directè
alieno ſeruo relicta, non trahitur ad
fideicommiſſum. Quem tex. declarat
Iacobus Niger, in. l. 1. §. ſi quis ita, nu
mer. 64. de verborum oblig. Iaſſ. in. d.
l. verbis ciuilibus, num. 25. Cuiatius
ad Africanum. pag. 77.

Sed in hoc contrariam ſententiam
(imò quod ſubſtitutio compendioſa,
verbis directis concepta, quæ num-
quam potuit valere iure directo, ſem
per trahatur ad fideicommiſſum (vt
3 actus magis valeat, quam pereat) te-
net gloſſ. in. d. l. verbis ciuilibus, &
gloſſ. in. §. fi. de vulg. quam opinionẽ
ſequitur Alex. num. 10. Iaſſ. num. 19.
Alciatus, num. 20. Socinus. nume. 35.
Galiaula, numer. 264. in. d. l. centurio,
Alciatus, in. l. 1. §. ſi quis ita interro-
get, numer. 38. de verborum, vbi dicit
eſſe communem, & dixit etiam com
munem Ripa, in. d. l. ex facto, num. 2.
ff. ad Trebel. & in. l. filius familias. §.
vt quis hæredem. ff. delegat. 1. Coſta.
in. d c. ſi pater. 3. p. verb. interdum, nu
mer. 12. & iſtam opinionem ſequitur
Spino, in ſpeculo teſtamentorum,
gloſſ. 24. num. 20. vbi reſpondet ad
l. Sceuola. ff. ad Treb. & ad. d. l. ex fa-
cto, quę iura videbantur obſtare huic
opinioni.

4 Rurſus pro complemento huius
quæſtionis ſe offert in præſenti alia
communis opinio contraria, an mi-
les poſsit grauare filium de reſtituen
da hæreditate, ita vt in reſtitutione
fideicommiſſaria comprehendatur le
gitima filij. Et quod non poſſit mi-
les in fideicõmiſſo de reſtituenda hæ-
reditate filium in legitima portione
grauare, etiam adueniente conditio-
ne militaris ſubſtitutionis directę,
ſed quod legitima filij debeat integra
5 filij, & illæſa remanére, tenet Alex. in
d. l. precibus. C. de imp. vbi Cagnolus,
num. 66. teſtatur communem & Co-
uar. in. c. nos quidem, num. 7. de teſta
mentis, per tex. in authent. vt cum de
appellatione cognoſcitur. §. ſiue igi-
tur, verb. ſancimus, colat. 8. per quẽ
6 tex. dicunt doctores, militem non ſo
lum per fideicommiſſariam ſubſtitu-
tionem, ſed neque per directam mili
tarem poſſe filium á legitima por
tione excludere licet ſecus fuiſſet de





iure codicis, vt in. d. l. precibus. C. de
impuberum.

Sed contrariam opinionem defen-
dit Decius, in. l. precibus, numer. 25.
& teſtatur communem Gregor. in. l.
12. tit. 5. p. 6. & Acoſta, in. c. ſi pater. 1.
p. verb. habens, num. 11. qui fatetur
priorem opinionem veriorem, & cõ
muniorem.

## QVAESTIO. 160.

*Utrum tempus, quod requiri-
tur, vt perueniatur ad ſecundũ
decretum, relinquatur arbitrio
iudicis. Communis contra
communem, & quid
iure regio.*

QVantum tempus requiratur
vt perueniatur ad ſecũdum
decretum, relinquendum eſ
ſe iudicis arbitrio tenet gloſſ. verb.
vnius anni, in. l. cum proponas. C. de
bonis authoritate iudicis poſſid. cu
ius opinio communiter ſeruatur, ſe-
cundum Bart. ibi, num. 6. Quam opi-
nionem ſequitur Barbacia, dicens ve
riorem in. l. ſi finita. §. Iulianus, num.
39. ff. de damno infecto, vbi Ang. &
Imola, & Alexand. (ad Bart.) dicũt cõ
munem, & eandem communem teſtá
tur Maranta, de ordine iudiciorum,
fol. 177. num. 127.

Sed contrariam opinionem (imó
1 quod ſaltim de æquitate iudex non
debeat procedere ad ſecundum decre
tum, niſi decurſo iam anno) aſſerit eſ-
ſe comunem opinionem Felinus, in.
c. conſultationibus. col. 2. de offi. de-
delegat. Hodié tamen, de iure regio,
in curia ſæculari elapſo menſe in ac-
tione perſonali, & duobus menſibus
in actione reali, miſſus ex primo de-
creto, ſine interpoſitione ſecundi,
ſtatim efficitur verus poſſeſſor. l. 6. ti
tul. 8. p. 3. l. 1. tit. 11. lib. 4. recop. vbi la
tè Azeued. circa quam videndus eſt
Didacus Perez, in. l. 1. tit. 9. lib. 3. ord.
gloſſ. 1. quęſtione. 20. Auendaño in
ſuo tractatu de. 1. & . 2. decreto, Meno
chius, lib. 2. de arb. caſu. 6. num. 13. &
omnia requiſita ad interpoſitionem
ſecundi decreti tradit Paz. in ſua pra
xi ſecundæ partis. 2. tom. c. vnico.
num. 34. & Azeu. in. d. l. 1.

## QVÆSTIO. 161.

*Utrum quando ſunt duo domini
inſolidum alicuius iuriſdictio-
nis, vno delinquente poſsit ab
alio puniri Communis
contra commu
nem.*

QVando ſunt duo domini v-
nius caſtri, vel ciuitatis, qui
bus iuriſdictio æqualiter cõ
petit, alterum ex his delinquentem,
alter punire poterit. Ita tenet Ang. in
l. & eſt receptũ. ff. de iuriſdiction. om
nium iud. & eſt communis opinio, ſe
cũdum Iafredum Baldum deciſione.
116.

Sed cõtrariã opinionem (imó ꝙ al
ter dominorũ aliũ nõ poſsit punire)
tenuit Bart. (per tex. ibi) in. l. fi. ff. de
rerum diuiſſ. & in. l. inter tutorem. ff.
de adminiſtratione tutorum, & ſequi
tur Iaſſ. in. l. eius qui in prouincia,
num. 5. ff. ſi certum petatur (poſt Ro-
manum, & alios.) Et hanc dixit com-
munem Felinus, in. c. prudentiam, in
princ. num. 4. de offi. delegat. & dixit
communem Gaſpar Portug. (imme-
mor Felini) in. l. imperium, num. 304.
ff. de iuriſdictione omnium iud. Et ra
tio eſt, quia par in parem non habet
imperium. l. nam & magiſtratus. ff.
de receptis arbitris. l. ille à quo. §. tem
peſtiuum. ff. ad Trebel. quæ opinio

vera & recepta eſt, & ita practica-
tur.

## QVAESTIO. 162.

### *Vtrum crimina, & obiecta contra teſtes, ſint ſpecialiter proponenda. Communis contra communem & quid iure regio.*

QVando teſtibus crimina obij
ciuntur, vt à teſtimonio re-
pellãtur ſunt ſpecialiter pro
ponenda, adeó quod debet inſeri lo-
cus, & tempus commiſsi delicti, vel
ſententię à iudice ſuper eo prolatæ.
Ita Bart. in. l. 1. num. 8. ff. de exceptio-
nibus, & in. l. prætor edixit, in princ.
ff. de iniurijs, idem, in. l. 3. §. lege Iulia.
ff. de teſtibus. Et eſt magis communis
opinio, ſecundum Boerium deciſion.
321. num. 1. & Marantã, de ordine iudi
ciorum. 6. p. actu. 13. num. 3. Pro qua
opinione eſt tex. in. c. pręſentium. §.
teſtes, de teſtibus, lib. 6. vbi notat glo.
verb. ſpecificationem, tex. in. c. vt cir
ca, de electione, lib. 6. quam opinioné
ſequitur Romanus, conſ. 290. num. 1.
Lanfrancus, in. c. quoniam contra,
num. 48. de probationibus Auenda
ñus in, cc. prætorum. c. 2. nu. 21. part
1. Didacus Perez, in. l. 1. tit. 4. lib. 3.
ord. col. 942. Menochius de arbitra-
rijs, lib. 1. quęſt. 32. quę opinio in pra-
xi recepta eſt, & de iure regio. Pro-
batur, in. l. 2. tit. 8. libr. 4. recopilatio-
nis vbi notat Azeuedo, num. 1.
Sed contrariam opinionem (imó
quod non ſit neceſſarium exprimere
has circunſtantias & qualitates) te-
nuit Ioannes Andreas, (argum. tex.
ibi) in. d. c. præſentium de teſtib⁹, qué
ibi ſequitur Ancharranus, & hanc di
xit communem Iaſſ. in. l. Titiæ texto
res, num. 12. ff. delegat. 1. & tradit Ma
ranta. ſupra. Prima tamen opinio eſt
hodiè tenenda & conſulenda. Adde
tamen, quod ad repellendum teſtes à
teſtimonio, non eſt ſatis crimina obij
cere cum ijs circunſtantijs, niſi expri
matur eos haberi, & reputari tanquã
criminoſi tunc temporis. Ita Bart. in.
l. 1. C. de teſtib. & in. l. ad teſtium. §.
1. ff. eod. & in. l. 2. col. 2. C. de ſentent.
& interlocut. omn. iud. Contrarium
tamen tenet communis opinio, ſecũ
dum Alex. conſ. 152. vol. 5. numer. 13.
qui reſoluit ſatis eſſe crimina, & obie
cta probare.

## QVAESTIO. 163.

### *Vtrum inter patrem & filium cadat ciuilis obligatio. Communis contra communem.*

INter patrem & filium non cadit
ciuilis obligatio, ſed tantum na-
turalis. Ita tradit Bart. in. l. frater
à fratre, num. 12 ff. de condictione in
debiti, vbi tradit rationé, & dicit eſſe
communem, quam ſequũtur ibi Pau
lus, nu. 7 Salicetus. 5. & Socinus, col.
1 qui etiam dicunt communem. Aliã
rationem aſsignat Bart. ibi, verſ. alij,
& eſt communis ſecundum Iaſſ. ibi,
in lectura, num 34. Aliam, & tertiam
aſsignat idem Bart. in verſ. tamé alia
ratio (& eſt melior) & eam ſequitur
Iaſſ. ibi, nu. 20. & 21. & in lectura, nu.
33. quam dixit communem Socinus
ibi, col. 2. & tradit Corraſius, lib. 4.
Miſcell. c. 3. cui rationi eſt addendus
Ariſtotelis, lib. 1. politicor. c. 1. in fine
qui refert ex Homero, parentes iura
natis reddidiſſe.

## SVMMARIVM.





1 *Concubinatus eſt prohibitus de iure diuino, canonico, & ciuili.*
2 *Concubinatus fuit permiſſus de iure ciuili, ſed eſt actus à natura prohibitus.*
3 *Coitus cum concubina non eſt legitimus.*
4 *Peccatum eſt habere coitum cum concubina.*
5 *Occaſio delinquendi eſt euitanda.*
6 *Legum correctio eſt euitanda.*

## QVAESTIO. 164.

### *Vtrum filius naturalis excludat ſubſtitutum. Communis contra communem.*

DVbiũ eſt, an in caſu legis ex
facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad
Treb. filij naturales in ſerui
tute concepti (in figura matrimonij)
excludant ſubſtitutum; ſi repugnet
dignitas ſubſtituti. Et eo caſu exclu-
dere ſubſtitutum; dixit communem
opinionem Claudius, in. d. §. ſi quis
rogatus, vbi Bart. Angelus, & Imola,
& Alex. num. 5. dicunt communem
opinionem, quam ſequitur Benedi-
ctus Capra; conſ. 123. num 5. Decius,
conſ. 1. num. 8. & dicit magis commu
nem opinionem Socinus, in. l. cũ auus
numer. 96. ff. de conditionibus & de-
monſt. Ripa, in. l. ex facto. § ſi quis ro-
gatus, num. 15. ad Treb. vbi reſpondit
ad obiecta Decij, in. c. in pręſentia,
de probationibus. Quæ concluſio
maximé procedit ſi nobilitas, & con
iectura teſtatoris non repugnet. Quã
opinionem ſequitur Molina, lib. 3. de
Hiſpanorum primogenijs. c. 3. num.
41. vbi refert duas opiniones. Et plu-
ra cumulauit Mantica, de coniectu-
ris vltimarum volunt. lib. 11. tit. 9.
num. 9. cum ſequentibus, vbi poſſuit
quinque coniecturas, cumpluribus
limitationibus.
Sed contrariam opinionem dixit
communem Ripa, ibi, num. 12. & Cor
raſius, lib. 1. miſcelanearum. c. 7. num.
1. & ſequitur Spino, in ſpeculo teſta-
mentorum, gloſſ. 14. numer. 133. Tira-
quellus, in. l. ſi vnquam, verb. ſuſcepe-
rit liberos, num. 84. C. de reuocandis
donationibus, qui plures refert pro
hac opinione. Et eſt ratio, quia ſi fili⁹
naturalis excluderet ſubſtitutum, in-
uitaretur is, qui grauatus eſt reſtitue-
re, ad delinquendum, quia cum non
haberet filios legitimos, facilè poſſet
eos ex concubina generare, & concu
binatus eſt prohibitus de iure diuino
& canonico. c. 1. 32. quæſt. 4. imó etiã
de iure ciuili, ſecundũ magis recep-
tam opinioné, quæ probatur ex tex.
in. c. 1. de filijs natis ex matrimonio
ad Morg. contracto in vſibus fæud.
quem ad hoc ponderat Felinus, in. c.
cum ſit generale, de foro competenti
num. 36. Afflictis deciſione. 386. quam
opinionem dicit communem Moli-
na, lib. 3. de Hiſpanorum primoge-
nijs. c. 3. num. 30. vbi dicit, quod non
eſt aliquis qui ab ea diſſentiat, in quo
profectó fallitur. Quam ſequitur etiã
Abb. in. c. tanta, num. 12. qui filij ſint
legitimi, Alex. conſ. 69. num. 11. vol.
3. Socinus, in. l. Gallus. §. quid ſi is, nu.
7. de lib. & poſth. Et hanc eſſe commu
nem ſententiã teſtatur Ripa. l. fi. nu.
38. C. de reuocand. & in. d. l. ſi vnquam
num. 78. & ratio eſt; quia coitus ille
non fuit permiſſus ex quo naſcitur
filius naturalis, & ſic cauendum eſt à
2 Gomecio, in. l. 80. Tauri, in princip.
qui in aduertenter contrariũ innuit,
iure na quod fuerit permiſſus, et ã d
ſilicet turali. Sed licet concubinatus
fuerit permiſſus de iure ciuili, vt in. l.
in concubinatu, vbi Bart. ff. de con-
cubinis, non tamen ſequitur, quod
non ſit actus à natura prohibitus, eſt
3 tamen tolleratus, vt euitentur alia
mala argum. tex. in. c. nerui. c. duo ma
la. 11. quæſt. 2. ita Fortunius Garcia, in

d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum, num. 180. Et non eſſe legitimum coitum cum concubina, tenet Couarr. in epitome de ſponſalibus.c.4.num. 8. Ergo cum ex ſupradictis, coitus cócubinari⁹ ſit peccatum, vt in clement.ad noſtrum, de hæreticis, & in.d.c.1.de filijs natis, videtur dicendum, quod filij ex illo coitu procreati, non debeant excludere ſubſtitutũ, quia aliàs daretur occaſio delinquendi, contra.
4 l.conueniri. ff. de pactis dotalibus. Et ſic illa conditio debet intelligi de filijs, qui ſine peccato concepti ſunt, vt tenet Bart.in.l.hæredibus.§.ſi Titius.ff.ad Treb. Ex qua ratione (ſed malè) dicebat Ruynus, in.d.l.Gallus. §.& quid ſi tantum, num.28.&.43.ꝙ
5 ille.§. ſi quis rogatus eſt iam correctus, cum legum correctio ſit euitanda.c.cum expediat, de electione lib.6 l.præcipimus. C. de appellationibus. Et ſic Ripa, in.d.l.ſi vnquam, num.78. & in.d.§.ſi quis rogatus, num.50.reſpondit huic difficultati, quod quamuis concubinatus etiam iure ciuili ſit prohibitus, non ideò ſequitur, quod filij nati ex concubina repellantur à ſucceſsione parentum, maximè hodiè, ex.l.10. Tauri: quia ſecundum magis communem opinionem ſuccedũt, etiã de iure canonico, per tex in c.per venerabilem, vbi Abb.qui filij ſint legitimi, Hoſtienſis, & Abb.in.c. tanta eodem tit. Quod tamen intelligas, quando non agitur de præiudicio ſubſtituti, vt latè reſoluimus in quæſt.2.

## QVÆSTIO. 165.

*Vtrum filius excluſſus a ſucceſſione ex vno capite, poſsit virtute alterius ſuccedere. Communis contra comunem.*

1 Filius, qui lapſis.30.annis amiſſit ſucceſsionum ex capite vndè liberi, poteſt ſuccedere ex alijs duobus capitibus, videlicet, vndè agnati, & vndè cognati. Ita tenet Baldus, & omnes, in.l.licet. C.de iure de liber.vbi Corneus, col.fin. hanc dicit communem, & illam ſequuntur plurimi allegati per Tiraquellum, de retractu conuent.§.2.gloſſ.vnica, nu. 20.& dixit communem Sebaſtianus Sapia, in repetitione legis primæ.C. qui admitti, num. 70. & Iacobus de Nigris, ibi, num.64.& ratio deducitur ex tex. in. l. 1.§.quibus.ff.de ſucceſſorio edicto: nã ſicuti ſe habet annus (de quo in illo tex.) de iure prætorio, ſic ſe habent anni triginta, de iure ciuili. Ita conſuluit Bart.conſ.129. num.3.quem ſequuntur Bald.Angel. Paulus & Alex.in.l.quãdiu, lã.1.ff.de acquirenda hæred.Alex.conſ.89.nu, 4.vol.2.& conſ.90.num.3. Corneus, conſ.70.num.9.vol.4. vbi dicit ſe legendo idem tenuiſſe, & ab aliorum obiectis defendiſſe, & ſecũdum hanc opinionem (tanquam magis communem, & magis æquam) ſæpius ſe conſuluiſſe, quam ſequitur Ruinus, conſ. 24.num.1.vol.1.& conſ.13.numer.5. vol.3.& conſ,162.numer.8. eod. vol. Quæ opinio debet intelligi, vt procedat non extantibus alijs filijs, quibus ex capite filiationis hæreditas defferatur, nam ſi extent per ius acreſcẽdi, eos impediunt, qui tanquam legitimi volunt ſuccedere gloſſ.eſt ſingularis, & communiter recepta, in.d.l.1.§.ſed videndum, de ſucceſſorio edicto, & ſequitur Angelus, conſ.241.Salicetus, in.l.ſi emancipata.C.de iuris & facti ignorantia, & ibi Padilla, Aretinus in.l.3. ff. de acquirenda hæred.Corneus, conſ.16.num. 2. vol.3. Socinus ſenior, conſ.63.num.6.vol 1. & Socinus iunior, qui prædictam gloſſam dicit ſingularem, & communiter receptam, conſ.19.num.12.vol.1.

Sed



1 Sed contrariam opinionem in quæſtione principali tenent Fulgoſius, & Salicetus, in. d. l.licet, & eorum opinionem dicit communiter obſeruari Carolus Molineus (ad Alex.) cõſ.89. nu 7.vol.2.Et dicemus in quæſtione 715.vbi tradimus queſtionis reſolutionem.

## QVAESTIO.166.

*Vtrum ſtatutum puniens homicidam, comprehendat mandantem homicidium fieri. Communis contra communem.*

Qvando ſtatutũ loquitur circa ré, putà, vt pro homicidio puniatur quis tali pœna, tũc comprehenditur, mandans & pœna ſtatuti punitur: ſi veró circa perſonã ſtatutum dirigat verba, non compræhenditur. Hęc eſt Bartoli doctrina, in.l.aut quia aliter.§.fi. nu.3.ff.quod vi, aut clam, & eſt communis ſecundum Iaſſ.in.l.ſi is quis pro eo emptore, num.82 ff. de vſucap. dixit etiam communem Viglius de Syluestris, in rub.ff.ſi certum petatur, numer.2.& Carrerius in ſua practica, fol.94.nu. 59.

Sed contrariam opinionem (imó quod in diſtinctè, ſiué inſpecta iuris communis diſpoſitione, ſiuè municipalis, puniatur mandans) tenet Bart. in.l. quęmadmodum, numer.4. C.de agricolis & cænſitis lib. 11. & dixit communem Gandinus, in rubr. de tranſactionibus, col.10.verſ.fi.& in rub.de pęnis.col.4. Et de iure communi mandans, & mandatarius puniuntur eadem pęna vt eſt communis opinio. Ita tradit Additionator ad Bart.in.l.ſi quis id quod (quam legit cum lege, ſerui quoque, num.10.) ff.de iuriſdict.omn.iud.& dixit communem Curtius iunior, conſ.137.nu. 5.quæ opinio veriſsima eſt, & contraria caret ratione & fundamento.

## QVAESTIO.167.

*Vtrum poſt concluſionem in cauſa, teneatur litigator iurare ad inſtantiam collitigantis. Communis contra communem, & quid iure regio.*

Interrogatus aliquid de nouo poſt concluſionem in cauſa, ex mero iudicis officio tenetur reſpondere. Ita Abb.Imola, & Barbacia, in.c.penult.de iuramen.calumniæ, & eſt communis opinio, ſecundum Iaſſ. in repetitione, l.admonẽdi, num. 63.de iure iurand.& dixit etiam communem Decius, in. c.1.numer.14.de iudi.eandem appellauit communem Felinus, in. c. inquiſitionis, num.18. verſ.itẽ cõcluſio. de accuſationibus, & dixit magis communem Robertus Maranta, de ordine iudiciorum, fol. 88. numer.28. & Belionus, conſ. 59. per totum.

1 Contrariam tamẽ ſententiam (imò quod iudex poſt concluſionem in cauſa ſolum poſsit interrogare ad declarationem reſponſionis dubiæ, factæ ante concluſionem, & non ſuper ueniẽtis de nouo) tenent Innocẽtius, Cardinalis, & Felinus, col.3.in.c.cum Ioannes, de fide inſtrumentorum, & eſt communis opinio ſecundum Ripam, in. c. 1. de iudicijs, notabili.14. Prima tamen opinio eſt verior & tenẽda, & ſequẽda & practicanda, vt docet Decius.in.d.c.1 numer.36. &. 37. Oldradus.conſ.327.Neuizanis, conſ. 5.numer.25.& hanc reſoluit magis cõmunem opinionem Flaminius.lib.3.

de

de reſignatione beneficiorũ, quæſt. 16.num.16. & ſic hodié practicatur,
2 quod in quacumque parte litis teneatur litigator iurare, quod etiam procedit in via executiua, etiam tran
3 ſactis decem diebus oppoſitionis, vt in.l.71.tit.4. lib. 3. recop. de qua lege oblitus Auendañus, in.cc.pp.1.p.c.8. num. 1. contrarium tenebat, & Paz, in ſua praxi.4.partis.1.tom.c.3.num. 39. quod declarat nouiſsimè Parladorius, lib.2. rerum quotidia.c.fi.5 p.§. 10.num 26. quod certiſsimum & indubitatum eſt.

## *SVMMARIVM.*

*1 Voluntas teſtatoris eſt deambulatoria vſque ad mortem.*
*2 Teſtamentum, etiam iuratum, reuocari poteſt.*
*3 Iuramentum ſortitur naturam contractus ſuper quo interponitur.*
*4 L.25.tit.1.p.6. declaratur.*
*5 Non eſt modus in iure per quem teſtamentum non poſsit reuocari.*
*6 Teſtator reuocando teſtamentum iuratum, non eſt periurus, ſecundum vnam opinionem, ſed contraria eſt verior.*
*7 Actus factus contra iuramentum, etiam ſi agens ſit periurus eſt validus.*
*8 Gloſſ. in.c fi. de procuratoribus, declaratur, & limitatur.*
*9 Procurator conſtitutus ad renunciandum cum iuramento, ex cauſa permutationis, non poteſt reuocari.*
*10 In ſpiritualibus non poteſt agi ad intereſſe.*
*11 Contractus celebratus gratia vtriuſque ex contrahentibus, non poteſt reuocari.*

## QVAESTIO. 168.

*Vtrum iurans teſtator non reuocare teſtamentum, remaneat periurus ſi eum reuocauerit. Communis contra communem.*

SAtis trita eſt in iure concluſio, quod teſtator poteſt vſque ad vltimum ſpiritum, toties quoties voluerit reuocare ſuum teſtamẽtum. quia teſtatoris voluntas eſt deambulatoria vſq; ad mortẽ.l.4.ff. adimẽdis legat. c. vltima volũtas.13. q.
1 2.c. cũ Marte, de celebratione miſſarum.l ſiquis in principio teſtamenti de legat.3.l.25.tit.1.p.6. quod ampliãt doctores vt procedat, etiam ſi teſtator iurauerit non reuocare tale teſtamentum. Ita gloſſ. in.d.c. vltima voluntas vbi idem firmat Archidiaco-
2 nus, & tenet Bart. in.l duobus. §. idem reſpondit.ff. pro ſocio, & in.d.l. ſiquis in principio teſtamẽti col.fi ff. de leg. 3. & dixit communẽ Alex. in.l. ſtipulatio hoc modo concepta, num.5.ff. de verborum, Corneus, conſ.294.nu. 4.vol. 1. & plures refert Couar. in.2. p.rubr. de teſtamen.num.15. & gloſſæ opinionem dixit communem Curtius ſenior, conſ.53.num.21. Alciatus, in.c.cum contingat, de iure iurando, num.30. Salicetus, in authen. ſacramẽta pub. qui dicit communem. Et hanc opinionem ſequũtur doctores vtriuſque iuris, ſecundum Oroſcium, in.l. omnes populi, num.115. ff. de iuſtitia & iure, & hæc eſt magis communis opinio, ſecundum Alex. cõſ.18 lib. 2. & ſequitur Menchaca, de ſucceſsionum creatione. §.29. num.20. & dicit magis communẽ legiſtarum, & canoniſtarum, Iulius Clarus, lib. 3. receptarum ſententiarum. §. teſtamentum, queſt. 94. Loaces, in allegationibus [illegible] iuris



iuris pro Marchione de los Velez, in 6.fund.num.160. pagina.383. qui alios refert, Gutierrez, de iuramento confirmatorio.2.p.c.1.num.3. & Ioannes Baptiſta de Villalobos, in ſuo ærario communiũ, litera. I.num.216. & hãc eſſe veram & communiorem opinionem, & contrariam falſam, reſoluit Padilla, in.l. clari, num.20.C. de fideicommiſsis, Peralta, in.l. ſiquis in principio teſtamenti, num.226 de legatis 3. & dicit communem Flaminius, de reſignatione beneficiorum.2.p. quæſtione.31.lib.9.num.25. vbi alios allegat, & Antonius Gabriel, lib.2. com munium, tit. de iure iurãdo, cõcluſio. 1. Et eſt ratio, quia iuramentum ſortitur naturam contractus ſuper quo interponitur, vt in.l.fi.C. de non nume-
3 rata pecunia. Et ſic, cum natura primordialis teſtamẽtorum ea ſit, vt poſſit reuocari, ſequitur quod iuramentum non facit actum irreuocabilem, & hæc opinio eſt approbata ex generalitate legis.25.tit.1.p.6.ibi.**Ningun*
4 *home puede fazer teſtamẽto tan firme, que no lo pueda deſpues mudar quando quiſiere, faſta el dia de ſu muerte.** Et ſic nullus
5 eſt modus in iure per quem teſtamentum fiat irreuocabile, licet in hoc adducat aliquas cautelas, Zepola, cautela.117.num.3. quem reprobat Gregor. in.d.l.25. & Gutierrez, ſupra, num. 9. ponderans ad hoc dictam legem partitę, & plures cautelas refert & reprobat Padilla, in.d.l. clari, nu.17. de fideicommiſsis.

Contrariam tamen opinionẽ (imó quod teſtamentum iuratum non poſſit teſtator reuocare, ſed ſemper firmum, & irreuocabile permanere ratione iuramenti) tenet Speculator, in tit. de inſtrumentorum editione. §. compendioſé verſ. quid ſi quis iurauerit, num.25. quem ſequitur Corraſius, & Fortunius Garcia, ſecundum Couar. ſupra, & dicit Albericus, in.l. fi.C. de ſacroſanct. eccleſ. quod hæc opinio tenent communiter canoniſtæ, vt tradit Iulius Clarus, ſupra, & Loaces, in.d. allegatione pro Marchione de los Velez. 6. fundamento pro parte oppidi de Mulá, num.7. & 8. fol. 58. & fundatur hæc opinio in. c. licet mulieres, de iure iurando, in. 6. & in c. debitores, eod. tit. ſed prima opinio eſt magis communis, & recepta, & ita practicatur, etiam ſi teſtamentum iuratum fuerit factum ad pias cauſas, vt tenet Couarr. ſupra.

Vlterius pro clariori intelligentia
6 quæſtionis præcedentis dubitant doctores, an teſtator reuocando teſtamẽtum iuratum remaneat periurus, in qua quæſtione Bart. in. l. ſi quis pro eo, num.4. ff. de fideiuſſoribus, tenet non eſſe periurum, & dicit communem legiſtarum Zinus, in.l.1.num.13. C. de ſacroſ. eccleſ. dicens, quod licet canoniſtę varient, tamen communiter apud legiſtas recipitur, quod teſtamentum ſit nullum quod idem eſt ac ſi diceret, quod non eſt periurus, nam vbi non eſt iuramentum, neque periurium eſſe poteſt. Et quod Bartoli opinio ſit communis, expreſſè teſtatur Ang. de Gambel. in tractatu de teſtamentis, in verſ. iurauit non reuouare, & aſſerit eſſe communem opinionem Alex. ſupra, num.5. & iſtam partem videtur tenere glo. in.c. 1.§. item ſacramenta, de pace iuramento firmanda, in verſ. ſuper contractibus, in principio. & pro vtraque parte plures allegat. Couar. ſupra, num.15. qui refert duas cõmunes & Oroſcius, in l. omnes populi, num.116. ff. de iuſtit. & iure, qui plura adduxit fundamẽta pro vtraque parte.

Sed contrariam opinionem (imò quod remaneat periurus) tenet Ioannes Andreas, in regul. quod ſemel, de regul. iuris in.6. cuius opinionem dixit communem & veriorem Alciatus, in.c. cum contingat, num 80. de iure iurando, & alij relati per Couar. ſupra

ſupra,& dicit etiam communem Go
mecius,in.§.item ſi quis poſtulãte,nu
mer.36.inſtit.de actionib⁹,&Padilla,
in.d l.clari,num.20.col.3.vbi plures
refert pro hac opinione & Zaſi⁹,in.l.
ſtipulatio hoc modo concepta, num.
50.& iſtam opinionem ſequitur Gu-
tierrez, ſupra,num.5. & Iulius Clar⁹,
in verſ. ſed nunquid⁹, pro qua facit
gloſſa. celebris & notanda,in.c.fi. de
procuratoribus, in.6. ex qua talis ſu-
7 mitur doctrina,quod actus factus cõ
tra iuramentum,etiamſi agens ſit per
iurus, eſt validus,ſi prior actus, ſuper
quo interpoſitum eſt , iuramentum
non ſit perfectus. Quam gloſſæ do-
ctrinam(vltra citatos per Couarr.in
4.decret.2.p.c.4.num.9.& in.2.p.ru
bricæ de teſtament.num.15)ſequitur
Alex.conſ.16.vol.3.col.1.in fi.& Go-
mecius,in.c.1.num.71. de conſt.in.6.
& eſt communis opinio , ſecundum
8 eum,in.c.1.num.58.de reſcriptis,&in
d.§.item ſi quis poſtulãte,num. 36.&
dicit communemCurtius ſenior,cõſ.
53.num.17.& Iaſſ.in.l. ſi ita quis.§. ea
lege,num.34.de verborum,& Curti⁹
iunior,in authentica ſacramẽta pub.
num.62.C.ſi aduerſus vend. & dixit
communem Purpuratus,in.l. ſingula
ria,num.74.ff. ſi certum petatur, &
Tiraquellus(eum citans)de iure pri-
mogeniture.quæſtione.78. numer.1.
& Padilla,in.d.l.clari,nu. 6. vbi alios
refert, & illam gloſſam multum exor
nat Gutierrez,de iuramento confir-
matorio.1.p.c.1.à num.80.cum ſequẽ
tibus,qui reſoluit, quod illa gloſſæ
9 opinio non procedit in procuratore
conſtituto ad reſignandum benefici-
um, & renũciãdum ex cauſa permu
tationis,quia ſi iuramentum interue
niat de non reuocando procuratoré,
nõ valebit reuocatio poſtea ſequuta:
Ita eſt deciſum per deciſionem Rotæ
8.de procuratoribus,in antiquis,quę
olim erat deciſio.104.vbi aſsignatur
10 ratio,quia in ſpiritualibus,in quibus
non cadit intereſſe,non poteſt agi ad
illud,& ſic quidquid fit contra preſti
tum iuramentum,nõ valet, vt tradit
Innocentius,in.c.dilecto de præben.
Archidiaconus, in. c. fi.de reſcriptis
in.6.Rolandus à Valle, conſ. 6. num.
50.vol.1.Antonius Gabriel,lib.2.cõ-
mun.tit.de iure iurãdo cõcluſ.1.n.12.
& 13.& àb ac opinione non eſſe rece
dendum in iudicando &conſulendo,
&eſſe cõmuniorem reſoluit Flamini⁹
de reſignatione beneficiorum. 2.p.
lib. 9.quæſt.2.num.18.vbi dicit quod
ita practicatur, cuius authoritas in
practica magna eſt. Verior tamen ra
tio eſt huius limitationis ad præce-
dentia,quia in teſtamentis ſolum in-
teruenit vnius voluntas, & eſt actus
non ſtatim obligatorius, quod ſecus
eſt in mãdato cõceſſo ad permutãdũ
11 quia tuncdicitur celebratus cõtract⁹
gratia vtriuſque,cũ depẽdeat á volũ
tate duorum,& ſic non poteſt reuo
cari cum à principio ſit vtriuſque
parti ius quęſitum. Quam opinioné
ſequitur Gomeci⁹,in.d.§.item ſi quis
poſtulante,num.36.& Rolandus,cõſ.
51.lib. 1. vbi limitat in procuratore
ſimpliciter conſtituto ad renuncian
dum,cum in hoc caſu non interue-
niat duorum conſenſus,vt tradit Go
mecius,in reg. de annali poſſeſſore,
quæſt.40.quem ſequitur Gutierrez,
ſupra,nu.83.quod ſemel vidi ita de fa
cto ſeruari , licet in hoc contrarium
reſoluat Flaminius,ſupra,lib.1.quęſt.
12.num.44.dicens talem procurato-
rem ad renunciandum,vel reſignan-
dum cum iuramento poſſe reuocari
& eſſe communem opinionem.

## SVMMARIVM.

1 *Confugientes ad ſtatuam principis ſunt ſecuri.*
2 *Si cardinalis ſit obius reo, qui ad ſupplicium ducitur, non poteſt in eo pœna executioni mandari.*





3 *Eccleſia dicitur corpus Chriſti.*
4 *Executio ſententiæ , quando differenda ſit.*
5 *Damnatis ad mortem non eſt concedenda Euchariſtia.*

## QVAESTIO. 169.

### *Vtrum confugiens ad corpus Chriſti gaudeat,immunitate Eccleſiaſtica. Communis contra communem.*

CONfugiens ad corpusChriſti,
gaudet immunitate Eccleſiæ.
Ita tenet Archidiaconus , in
capit.quæſitum. 13.quęſtione. 2. &
hanc partem tenet Hoſtienſis, in. c.
ſanè,colum.2.de celebratione miſſa-
rum.§.in quantum,num. 12. & ean-
dem laté tenet Marianus Socinus,
in tractatu de citatione, arg.17. nu-
mer. 45. & ex theologis idem tenet
Angelus,verbo.immunitas,quæſtio-
ne.28.Syluester,in eodem verbo. 3.
quæſtione.1.& Montaluus,in.l.7.ti-
tul.5.libr.1.fori,& in.l.15.titu.20.lib.
3.&Gomez Arias,in.l.2.Tauri,num.
68.RodericusXuarez, alegat.25. Se-
gura,in.l.quæmadmodum, num. 70.
ff. de acquirenda poſſeſſione , & eſt
communis opinio ſecundum Corſe-
tum,in ſingulari,verboCardinalis,&
ſecundum additionem ad Romanũ,
ſingulari. 335. & ſecundum Gome-
cium,in.§.pænales,numer.50. inſtitu
tis,de actionibus Couarru.libr.2.va-
riarum,capit.20.num.6.& tenet Fa-
ber,in.§.1.num.3.inſtitutis,de his qui
ſunt ſui,vel alieni iuris,Gomecius.1.
tomo. variarum.c.10. nu.1.Plaça, de
delictis,lib.1.cap.34.numer.16.Men-
chaca,lib.3.de teſt.§.22.numer.55. &
Paz.in ſua praxi.5. partis. 1. to. cap.
3.§.3.numer.36.vbi limitat , quando
detentus in carcere confugeret ad
corpus Chriſti,& Euchariſtiam,quæ
ad eum ducitur,in quo omnes con-
ſentiunt,ſecundum opinionem gloſ.
in capit. quæſitum. 13. quæſt. 2.
Sed contrariã opinionẽ tenet gloſ.
in.d.cap.quæſitum ( vt a quibusdam
citatur.)Et præcedens opinio repu-
tatur dubia à Couarru.ſupr.nume. 6.
&hanc ſecundam opinionem aſſerit
communem Hoſtienſis,in.d.capit.ſa
né,& Bonifacius,in colum.1.numer.
39.de pęnitentijs & remiſſ.qui tamẽ
ſequitur primam , quæ eſt commu-
nior,verior,& tenenda,quam tenent
Fuschus,ſingul,156.litera E. Pechius
de iure ſiſtendi,cap.6.nume.2. Dida-
cus Perez,in l.1.titu.1.lib.1.ord pag.
17.ThomasCerdan,*enla viſita dela car
cel*,c.11.§.4.pag.161.Belluga.in ſpe-
culo princip.rub.11.§.ſed quia,num.
29.& ſequitur Alex.in. rub. numer.
10.ff. de noui operis nunciatione, &
pro hac ſententia facit textus.in au-
thentica.multo magis. C. de ſacro-
ſanctis eccleſ.quia ſi immunitas con
ceditur eccleſijs propter Deum, mul
to magis erit ſecurus reus confugiẽs
ad ipſum Deum.Facit etiam,quia cõ
fugientes ad ſtatuã principis ſunt ſe-
curi(pro vt aſſerit eſſè communem
opinionem Remigius,in tractatu de
immunitate eccleſiarũ,col.98.) ergo
1 á fortiori illud procedit incõfugiẽtes
ad corpus Chriſti.ſecũdò facit , quia
confugiens ad perſonam principis,
eſt tutus,ſecundum eundem , qui di-
2 cit communem opinionem , & te-
net Caſſaneus , in conſuetudinibus
Burgũdiæ,rub.1.§.5.verſi.ſis nagrace,
nu.119.vbi ipſe hoc argumẽto.tenet,
nu.120. fugienté ad corpus Chriſti
hac immunitate gaudere, tenet etiã
3 Sylua nuptialis,libr. 1.num. 62.facit
etiam & tertió pro hac ſententia,
quia ſi Cardinalis ſit obius reo , qui
ad ſupplicium ducitur , non poteſt
in eo pęna executioni mãdari, iuxta

conſuetudinem, quam refert Baldus, in.l.addictos.C. de appell. & Corſetus, verbo. Cardinalis, Hippolytus, in rubr.nume.13.ff. ad. l. Corneliam de falſis, & in ſingulari. 273.colu mn. fi. Guillermus Benedictus, in. capit. Rainuntius, verbo mortuo itaque teſtatore, el.1. numero.182.&. 269. & Sylu a.nuptialis, vbi ſupra Gomez Arias, in.l.2. Tauri, Dueñas, regul.81. vbi poſſuit remiſsiuè ſex limitationes. Idẽ tenẽt & alij relati per Remigium, ſupra, colum.84. eſt tamen verum, quód hoc de Cardinali non placet Gomecio, neque alijs per eum relatis in.d.§.pænales, numer.50.

4 Quartò facit pro hac opinione & ſententia principali, quia Eccleſia dicitur corpus Chriſti, vt in cap. Eccleſia.1.queſtione. 1. & in. capite ſed & illud.26.quæſtione.2. & in. c. vbi ſana.24.queſtione.1. & traditur per gloſſam ſingularem, in.cap.fi. ne prælati vices ſuas, & per gloſſam magnam, in princ. in.capit.ſi quem, de ſententia excõmunicationis. ex quibus hæc pars verior videtur, neque obſtat gloſſ.in.d.cap. queſitum, quoniam non loquitur in hoc noſtro caſu, ſed in caſu quo delinquens ſumeret corpus Chriſti, quo caſu videtur vera, & in hoc ſaluat eã (poſt Archidiaconum) Segura, in.d.l. quemadmodum, numer. 70. & Gomez Arias, in.d.l.2. Tauri, numer.78. & tenet Bonifacius.in.d.clem.1.numero. 35. (poſt Hoſtienſem in locis ſupra ci

5 tatis,) ſecũdũ quẽ in hoc caſu eſt dilatãda & differẽda executio ſentẽtiæ, in tres, vel quatuor dies, quod ſequitur Hippolytus, in practica criminali.§. oportunè, num. 30. Et licet hoc ſit honeſtius, contrarium tamẽ fieri poterit, ſecundum Bonifacium vbi ſupra, numer.28. vbi refert contrariam in quibuſdam partibus eſſe conſuetudinem, & ſanè eſt credendum, quod propter illud dictum Hoſtienſis. non practicatur opinio cælebris gloſ-

6 ſæ, in. d. clem. 1. de pænitẽt. & remiſſ. quæ vult damnatis ad mortem concedendã eſſe Euchariſtiam, quã ſentẽt. probat textus.in. l. Archigerontes.C.de Epiſcopali audientia.l. 7.titul.13.part. 1. licét numquam ſit practicata, vt teſtatur Boteus, de ſynodo.3.part.art.1.num.169.

## QVAESTIO. 170.

*Vtrum ex ſola confeſsione creditoris, de recepto debito á fideiuſſore, poſsit ipſe agere contra reũ de vendi. Communis contra communem.*

FIdeiuſſor, vt habeat actionem mandati contra reum, docere debet ſe verè ſoluiſſé debitũ. Ita Bartol.in.l.duobus.§.à fideiuſſore, numer.1.ff.de iureiurando. Et cautelam, vt habeat actionem antea quam ſoluat, ponit Rodericus Xuarez, in.l.poſt rem iudicatam, quæſtione.1.fol. 160. numer. fi. cuius opinio communis eſt, ſecundum Fulgoſium.ibi, & plura tradit Gomecius, in titul. de legatis, numer. 81. Gutierrez de iuramẽt.conf.1.part.c. 50 per totũ. Sarm.li.3.ſelectarũ, c.11. & latius explicabimus in quæſt.699

1 Sed contrariam opinionem (immò quod per ſolam confeſsionem creditoris, dicentis ſe debitam peccuniam recepiſſe à fideiuſſore, poſsit fideiuſſor contra eum agere) dixit communem Iaſſ. in. d. l. duobus, in.princ. nu.7. & dixit etiã cómunẽ Hippolytus, in rubrica de fideiuſſoribus, numer. 265. in parua impreſſione, & in magna. 311. & dicunt etiam communem relati per Dueñas, reg.337. ampliatione. 4. Et hæc eſt tenenda, reprobata gloſſ.in. d. §. à fideiuſſore, verb. ſolutionis, in fine. & vi de perno s tradita in quæſtione.699. vbi laté proſequimur huius veritatis reſolutionem.



## SVMMARIVM.

1 *IVramẽtum non excludit læſsionem enormiſsimam.*

2 *Relaxatio iuramenti peti poteſt ab eo, qui iurauit per viam agendi.*

3 *Relaxatio iuramẽti eſt cõcedenda, etiam ſi iurauerit aliquis non petere relaxationem.*

4 *Minor iurans contractum, non excluditur á beneficio legis.2.*

5 *Iuramentum non extẽditur ad incognita, & non cogitata.*

6 *Error & ignorantia, excludunt conſenſum.*

## QVÆSTIO. 171.

*Vtrum per iuramentum in caſu.l.2.C. de reſcindenda venditione, excludatur minor à beneficio reſtitutionis, quando iurauit non venire aduerſus contractum: Communis contra communem.*

PEr iuramẽtũ quis excluditur à beneficio legis.2.C.de reſcindenda venditione, dum modo ſit maior. Ita tenet Albericus ibi, colum.2. Paulus, colum.4. Salicetus, quæſtione.10. & Fulgoſus, col. 3. qui teſtatur hanc eſſè communem opinionem. Dixit etiam communẽ Socinus, cõſilio.155.volum.2.nu. 14. Imola in.c.cũ cõtingat, nu.54. colũ. 2.verſi.ſed cõtrahoc, & colũ.3.verb. ſed aduerte quia, & dicũt etiã cómunẽ plurimi relati per Cagnolũ, in.l.ſi quis maior, num.23.C.de trãſactionibus, & aſſerit cómunem Imola, in.c. cum cauſam, colum.10. de emptione & venditione, vbi gloſſ. ſequitur iſtam opinionem, quam dixit etiã cómunem Corneus, conſi.72. colum. 3. volum.3. & Curtius ſenior, conſilio. 66.num.196. Et ex noſtratibus idem tenet Couar.in.c. quanuis pactum.3. par.relectionis.§.4.num.4. & Pinelus, in.d.l.2.3.par. c.1. num.1. Gutierrez, de iur.conf.1.par.capi.26.num. 5. qui poſſuit ad Regulã plures limitationes, & principalior eſt, quãdo læſio enormiſsima interuenit, vt tradit

1 Couar.lib.2. variarum. c. 4. num.5. Molina, lib.2.de Hiſpaniorum primogen.c.3.num.18. & principalem concluſionem ſequitur Matienço, in. l.1. gloſſ.8.tit.11.num.45.lib.5.recop. & dicit cómunem (pluribus citatis) Aymó Craueta, cõſi.188. nu.3. & Antoni⁹ Gabriel, libr.3. commun. tit. de emptione & venditione, cóncluſi.1.nu.78. deciſsio Pedemontana. 41. numer.8. Poteſt tamen ille qui iurauit, petere relaxationem iuramenti ad effe-

2 ctum agendi, quod ſolet iure concedi, vt in. capit. debitores de iureiurando, capit. ſignificauit de cenſibus, qua obtenta poterit aduerſus contractum agere, ſecundum Abbatem, in.capit.cum cauſa, num. 13. de emptione & venditione, Alex. con-

3 ſilio.125. volumn. 1. & dixit communẽ

munem Decius, conſil. 349. quod procedit, etiam ſi ſit iuratum non petere relaxationem iuramenti, quia non obſtante illo iuramento, poterit illam petere, ſecundum Baldum, in.l.2.colum. 28. ff. de iureiurando, verſicul.& quo ad primam quæſtionem, Felinus, in. c. debitores, nu.9.
4 de iure iuran. Thomas Grāmaticus, cōſi. ciuili. 25.nu.1. Sunt tamē neceſſariæ tot relaxationes, quot fuerunt promiſsiones iuratæ, aliàs remanebit periurus. Ita felinus.in.d. capit. debitores num. 9. de iureiurando. Afflictis, deciſione. 220.num.12. Natta.conſi.631.num.11. Romanus, cōſi. 326. nu.2.&.3. & plures allegat Menochius, conſi.24. nu.15.vol.1. Rolādus, conſi.34.num.5.volumine. 1. & conſi.31.num. 11. volum. 2. & pulchrè declarat Ioānes Botta, conſi.68. num. 11.&.13.& an ſit ad hoc neceſſaria partis citatio, dicemus in quæſtione.434. Concluſio tamen principalis limitatur in minore, qui etiam ſi iurauerit, non excluditur à remedio illius legis, vt ibi tenet Bartol. numer.10. Albericus, colum. 2. & Crema.41. dicunt eſſe communem, & etiam dicit communem Salicetus, ibi num. 15. & profitetur etiam communem Socinus, conſi. 48. volum.4.& Fabianus de Monte, de emptione, & ven. quæſt. 8.pruil.2.nu. 17. Decius, conſi.180.num. 5. & ter appellat magis communem Curtius iunior, conſi.53. num. 9. & Cagnolus vbi ſupra num. 22. idem tenet gloſſ. verb. reſtitueret, in.d.cap. cum cauſam, vbi Barbacia, colum. 7. teſtatur eſſe communem, idem aſſerit Alex. in. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num.13.& dixit communem Socinus, conſi.48.colum.fi. volum. 4. & pro hac allegatur textus mirabilis, in.l.1. C. ſi quis maior factus alienat. ratā habuerit, cui conſonat textus.in.l.56.titu.5.par. 5. vbi Gregor.verb. *mayor de catorze años*.

Quibus ſuppoſitis dubium eſt, an minor, qui iurauit non venire aduerſus contractum (ſuppoſito quod non amittit beneficium illius legis) amittat beneficium reſtitutionis in integrum. Et in hac queſtione Di-
5 nus, (quem refert Zinus) in d.l. 2. quæſtione.6. tenet, quod etiam ſi iuraſſet non venire contra contractum, ſi vltra dimidiam fuiſſet deceptus, nihilominus tamē haberet beneficium reſtitutionis in integrum, niſi de hoc fuiſſet certificatus, quia iuramentum non extenditur ad ea, de quibus non eſt excogitatum. arg. tex.in.l.tres fratres.ff.de pactis.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verborū. l.cum Aquiliana. ff. de tranſactionibus. Et illud quod quis ignorat, non videtur cogitatum, cum error & ignorantia excludant conſenſum.l.ſi quis per errorem. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Et hanc Dini opinionem dixit communem Anto-
6 nius, in.d.c.cum cauſam, colum.3. vbi Imola, aſſerit hanc partem ſeruari de conſuetudine, num.36.& dixit etiam communem Aretinus, in. l.ſi duò patroni.§.idem Iulianus, num.5. ff.de iureiurando, & hanc tanquam tutiorem ipſe elegit, in.l.ſciēdum.ff. de verborum, num. 11. & hanc tenet Ioānes Andreas, & Cardinalis, in.d.c. cum cauſam, & ibi Barbacia, num. 8. & in.d.l.ſi duo patroni, in.§.idem Iulianus, num.2. vbi ſequitur Alex. & Bart.in authentica ſacramenta puberum, num.16.C.ſi aduerſus vend. pro qua adducitur tex.in.c.ex reſcripto de iureiurando, & hāc ſeruari in praxi dixit Alex.conſi.42.volum.1. numer.10.

Sed contrariam opinionem tenuit Bartol.in.d. l. 2.nu.10. cuius opinio eſt cōmunis, ſecūdū Alex. ibi ad eum, in additionibus, & dicūt etiā cōmunē Fulgoſius, ibi, colum.31.& Crema. 42.& fa-



42. & fatetur communem Romanus, num.30. Iaſſ.num.34. Zaſius, nu. 16.in.l.ſciendum. ff. de verborum: eādem dixit communem Zaſius, in d. authēt.ſacramenta puber. nu. 56. & dixit magis communem Curtius iunior, conſi. 47. num. 10.& teſtatur magis communem Mauricius, in tractatu de reſtitutione, capit.114. In qua varietate opinionum poteris has lites componere, ex reſolutione tradita per Baldum, in.d.l. 2. quæſt. 9. num.12.& vide ſimilem communem cōtrariam in quæſtione. 515.& latius proſequor hanc quæſtionē in queſtione.723.

## QVAESTIO. 172.

*Vtrum in venditione in qua interuenit iudicis decretum, habeat locum. l. 2. C. de reſcindenda venditione. Et quid iure regio.*

PRoſequendo materiam illius legis.2.dubium eſt, an remedium illud habeat locum, quādo in venditione interuenit iudicis decretum. Et partem affirmatiuam dicit communem Antonius de Burgos, in.c.cum cauſam, nu.27.de emptione & venditione, & dixit communem Franciſcus Curtius, in repetitione, legis, pacta nouiſsima, num. 11.C.de pactis, volum.7. repetit. Romanus, in.l.ſi quis cum aliter, num. 8.& ibi Alex.num.16.ff.de verborū. Abbas.in.d.cap.cum cauſam, num.6. Cremenſis, in.d.l.2.nu.10. vbi Cagnolus, num.158.quæſt.23. dicens hanc eſſe veram & communem, & Pinelus.2.part.c.2.num.18.&.25. Padilla, num.30.in.d.l.2. Antonius Gomez, qui hanc eſſe veram & communem aſſeuerat.2.tho. variarum.c.2.nu.23.

1 Contrariam tamen opinionē tenet Bart.in.l.1.C. de prædijs decurionum.nu.4.lib.10. cuius opinionē dicit communē Decius, conſi.210. nu. 8.verſi.3. Socinus, reg.463. limitatione.2. Dueñas, reg.187.verſi.10. & vide gloſam in.l. ſiquidem. C. de prædijs minorum, Angelū, in.l.pretia rerum, num.3.ff.ad.l.falcidiam, & in. l. 1.num.2.C.de præſcriptione.30. vel. 40.annorum, & in.l.ſciendum, num. 12.ff.de verborum, & dicit magis cōmunem Decius, conſi. 110. num. 8. Corneus, conſi.56.lib.3.& Paulus, in
2 d.l.2.num.5.& eſt l. ſtyli. 120. Primā tamen opinionem approbat hodiè.l. 1.tit.11.lib.5. recop. vbi illud notat Azeuedo, num.31.& Matienço, gloſ. 9.num.2. Sed profectò illa l. non loquitur de precepto iudicis, ſed ſolū de ſubhaſtatione publica, quę poteſt fieri de partis conuentione, licet fre-
3 quentius contingat fieri iudicis mādato, quo non obſtante, ſi detur læſio vltra dimidiam, habebit locum illa.l.2.vt defendit Gomecius. ſup. & probatur in.l.1.C. de prædijs decurionum, quam declarat Matieço, nu. 3.vbi ſup.& Pinelus.2.p.c.2.nu.18.& num.25. Quę concluſio limitatur, ſi
4 emptor fuerit ad emendum compulſus per iudicem, vt in.l.6.tit.11.lib.5. recop. vbi doctores.
5 Sed quid ſi minor iurauit non venire contra contractum, ratione minoris ætatis? & tunc minimè iuuari beneficio dictę legis, 2.tenet ibi Bartol. quem ſequitur ibi Salicetus, nu. 15. Paulus, num.16. Fulgoſius, colū. 3. aſſerens eſſe communem, & ſequitur Cremenſis, colum. 42. contra
6 Bartol. tamen tenet Decius, conſil. 403.colum.4. Aymon Craueta, cōſi. 188.col.1.& pro hac ſententia facit tex.in.l.56.tit.5.par.5.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iura incorporalia non poſsidentur.*

2 *Statutũ quod debitum certo tempore præſcribatur, non valet.*

3 *Leges regni inducentes præſcriptionem, declarantur.*

4 *Ius exequendi præſcribi poteſt cum mala fide.*

5 *Salarij famulorum non præſcribuntur cum mala fide.*

6 *Præſcriptio eſt iniquum preſidium, & in dubio contra præſcribentem eſt iudicandum.*

7 *Melius eſt non lucrari aliquem, quam damnum pati.*

8 *Lex.63.Tauri declaiatur.*

9 *Lex fi.titulo.15.libro.4.recopilationis, declaratur*

10 *Contraria opinio in quæſtione principali adducitur.*

11 *Contra præſcribentem in caſu dubio eſt iudicandum.*

12 *Præſcriptio eſt iniquum præſidium.*

## QVÆSTIO. 173.

### *Vtrum in actionibus perſonalibus procedat præſcriptio cum mala fidè. Communis contra communem.*

PRæſcriptionem cum mala fide non procedere, probat textus in c. fi. de pręſcriptionibus, cuius textus diſpoſitio, an habeat locum in actionibus perſonalibus, eſt maximum dubium, & bonã fidem in eis præſcribendis eſſe neceſſariam, tenet Coua. in regula poſſeſſor.2.parte.§.11.num.3.column.3.verſiculo, verum, vbi refert plures Doctores, qui ſequuntur iſtam opinionem, & dicũt communem, vltra quos dixit etiam communẽ Paulus, in.l.hæc autem iura.ff. de ſeruitutibus vrbanorum præd.Fulgoſius, in.l.cum notiſsimi.§.immò. C. de præſcriptionibus.30.vel.40.annorum, & Corneus, conſilio. 206. volumi. 2. column.2.Alciatus, in Rub.de præſcriptionibus, numer.48.Ripa.in.l.fi. num.232.C.de reuocandis donationibus, Bernardus Diaz. Reg.578.& eandem ſequitur, & dicit communẽ Tiraquellus, lib.2.de vtroq; retractu §.1.gloſſ.2.num.20.Et hanc eſſe communẽ legiſtarum& canoniſtarum dicit Corneus, cõſilio.259.&.328.in volumine.1. & plures pro cõmuni congeſsit Ioãnes Botta, conſilio. 34. nu. 31.Paulus de Montepico, conſilio.5. num.6.&.Alex.conſilio.64.volumine.4.num.8.& plures pro vtraq; opinione refert Menchaca, de ſucceſsionum creatione.1.part, lib.3.§. 21. nu. 129.& Antonius Gabriel, lib.5.cõmuniũ ti.de præſcriptionibus, cõcl.3.& Greg.Lopez, in.l.22.tit.29.p.3.verb. *Poderſeyan parecer*, Didacus Perez, in.l. 3.tit.13.lib.3.ordin.col.1235. Caſtillo, in.l.66.Tauri, & idem Menchaca, lib. 1.de ſucceſsionũ creatione.§.10. nu. 26.Mexia, ad pragmaticam regiam, concl. 1. nu.139. Dueñas, regula 6. Auendanius, in.cc.prætorum.2. p.c. 30.qui late proſequitur iſtum articulum, & Padilla, in.l.1.nu.42.C. de ſeruitutibus & aqua, Gutierrez.in.l.nemo poteſt, numer.476.de leg.1.& ita fuit deciſum in capella Tolõſana, deciſi.74.& ibi Aufrerius.

Sed contrariam opinionem (immò quod in actionibus perſonalibus non requiratur bona fides, de iure canonico) tenet Bart.in.l.ſequitur §. ſi viam.ff.de vſucapionibus, cuius opinionem communem fatetur Ferrara, & Carolus Molineus, quos refert Coua. ſup. nu. 3. vltra quos hãc partem dicit communem Socinus, in rub.de cauſa poſſ. & prop.& cõſilio 203.volumine. 2. & conſilio.40.in

fine,



in fine, vol.1.Corneus, cõſi. 176.vol.
1. & ratio eſt, quia iura canonica lo-
quũtur in poſſeſſoribus malę fidei, vt
in reg. poſſeſſor.de reg. iuris: iura au-
te incorporalia non poſsidentur, &
ſic ceſſat ratio prohibitionis: ſed
profectò prima opinio verior, &
communior eſt, & in dubio contra
pręſcribentem iudicandum. Ita Ze-
1 phalus. conſi. 403. nu. 23. cum præſ
criptio ſit iniquum præſidium, vt in
auth. de ijs qui in gred. ad appell.§.
volumus, Fulgoſ. conſi. 83. & 234.
Neuizanis, conſi.10.num. 21. Simon
2 de Pretis, conſi.91.nu. 51. melius eſt
enim alium nõ lucrari, quam alium
damnum pati, lex. at ſi quis. §. ſed ſi
adita ff. derelig.& ſumpt. Craueta,
conſi. 33. num. 24. in fi. & Ioanes
Botta, conſi. 83. num. 21. & pro ea
facit, quia ſtatutum diſponens quod
3 debitũ certo tẽpore præſcribatur, nõ
valet, vt tenet Bart. in l. omnes po-
puli, num. 24. ff. de iuſt.& iure, vbi
Crotus, col.12. & Ioanes Baptiſta de
Sanctoſeuerino, col. 22. & dicunt
communem opi. Balbus, depræſcri
ption. 2. par.2. partis. princip.num.
14. & Corneus, conſ. 180.vol. 3. &
Alex. conſ. 18. vol. 2. & dixit com-
munem Ripa (contra Bart) in.d. l.ne
mo poteſt, num. 116.vbi Crotus, nu.
114. & 116. Alciatus in Rub. de
pæſcrip. num. 49. & Gomecius, in
prin. inſtit. de actionibus, nu.67. Et
ſic ex hac reſolutione videtur dicẽ-
4 dum, quod nõ poſsit procedere diſ-
poſitio legis. 22. titu. 29. par. 3. l. 3.
tit. 13. lib. 3.ord.& l. 63.Tauri, & ita
tenebat Auendanius, ſupra. ſed pro
fectò fallitur, quia.d. l. 63. ſolum pro
cedit in præſcriptione iuris exequen
5 di, quæ præſcriptio poteſt procedere
cum mala fide, cum non agatur de-
præſcribendo debito, quia tunc ius
canonicum ſeruari debet, quod decla
rat Hugo dezelſo, in ſuo reportorio.
verb **preſcription** in verſi. 17. Dida-
cus Perez, ſup. qui loquitur in pręſ-
6 criptione ſalariorum famulorũ. &
Padilla, num. 43. qui reſoluunt non
procedere cũ mala fide, & Gutierrez,
de iuramento confirmarorio. 3. par.
c. 1. nu. 20.& ſic eſt intelligenda lex.
fi. titul. 15. lib.4. recopi. vbi Azeue-
do declarat.

## QVAESTIO.174.

### *Vtrum pacto præſcriptioni renunciari poſsit. Communis cõtra communem.*

PRæſcriptioni pacto partium renunciari non poſſe, tenet Bart. in l. nemo poteſt, num. 20. de leg. 1. vbi Claudius, col. fi. & Crotus, num. 107. Ripa, num. 104. hanc aſſerit eſſe communẽ, & ſecũdũ Alex.ibi, num. 25. eſt ſuſtentabilior, & eamdẽ dixit communẽ Alciatus, (vbi alios refert) in rubrica de præſcriptionibus, num.60.& Boerius, deciſione 182. num. 8. idem fatetur Tiraquelus, lib.2.de retractu.§.1.glo.2. num. 15. & eandem dixit comunem Balbus, depræſcrip. 5. par. 5. partis, quęſt. 6. num. 1.

Contrariam tamen opinionem tenet Dinus, in.d. l. nemo poteſt, cum quo comuniter tranſeunt doctores, ſecũdũ Baldũ, ibi, col. 2. poſt mediũ, quem ad hoc referunt Alciatus, & Crotus, in locis ſupra citatis, & candẽ aſſerit communem Barbacia, cõſ. 22. col. fin. volum. 4. quem refert Gualdenſis, de arte teſtandi, tit.6. cautela.31. num. 3. & hanc partem ſequitur Socinus, conſ. 86. vol. 1. num. fi. & diſputat Gutierrez, in d. l. nemo poteſt, num 468. cũ ſequentibus, qui ſequitur Dini opinionẽ, illam amplians, vt non ſolum procedat ſi renunciatio fuerit expreſſa, ſed quod ſufficiat tacita, vt ſi actum ſit



in

in contractu, vt perpetuò, & quam docũque debitum petatur, quia tunc
2 neque obligatio, nec ius exequendi præſcribitur, & hæc eſt optima limi tatio ad. l. 63. Tauri, quę eſt. l. 6. tit. 15.
3 lib. 4 recop. & ita tenet Gregor. in l. 1. tit. 29. p. 3. Couarr. lib. 1. variarum. c. 9. num. 4. & Parladorius. lib. 1. rerũ quotidianarum. c. 1. §. 13. num. 43. & 44. & pro cautela tradit Zepola, cau tela. 75. quæ vtilis eſt, in omnibus con tractibus, vt in perpetuum nõ obſtet preſcriptionis exceptio quo ad actio nem, neque quo ad ius exequendi. contra Gutierrez de iuramento con firmatorio. 3. p, c. 1. num. 9.

## SVMMARIVM.

1 *Citatio quo iure eſt introducta*
2 *Citationem non poteſt tollere iudex ec cleſiaſticus, neque ſecularis.*
3 *Princeps cum cauſa poteſt tollere citatio nem.*
4 *Clementina, paſt oralis. §. cæterum de re iu dicata, declaratur.*
5 *Defenſio iudicialis, & naturalis differunt.*
6 *Princeps non poteſt procedere ſine citatio ne.*
7 *Baldi opinio ad. §. cæterum increpatur.*
8 *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt tollere citationem, non verò de ordina ria.*
9 *Poteſtas principis ſolum extenditur ad ea, quæ ſunt humana & poſitiua.*
10 *Negatiua, præcedens verbo poteſt: negat omnem potentiam.*
11 *Princeps quando agitur de tertij præiudi cio non procedit ſine citatione.*
12 *Citatio prima ad cauſam, eſt de iure natura li, cæteræ verò ſunt de iure ciuili.*
13 *Princeps eſt ſupra ius ciuile.*
14 *Citatio poteſt fieri in die feriata, remiſsi uè.*
15 *Citatus præſumitur, qui comparet in iudi cio, licet aliter non conſtet de citatio ne.*

## QVAESTIO. 175.

### *Vtrum citatio per principem tolli poſsit Communis contra communem*

Citatio eſt de iure naturali, tex in clementin a, paſtoralis. §. cæ terum, de re iudicata, quod te nent plurimi doctores, licet ſint gra-
1 uiſsimi viri, qui eam eſſe de iure diui no arbitrentur, prout docet Zãchus de priuileg. in priu. 98. ex numer. 5. & Sccapus. li. 5. cap. 9. de iure nõ ſcrip, c. 28. nu. 2. Caualinus ex. milleloq. 831. vſque. 836. Hojeda. de beneficijs, in comp. 1. p. c. 18. num. 11. Redin. de ma ieſtate principis. §. ſed etiam, ex num. 84. Auiles. in cc. pp. c. 3 gloſſ. verb. *el deſcargo* num. 5. Didacus Perez, in l. 3. tit. 8. lib. 8. ordinam. pag. 562. Co uar. in. pp. c. 32. num. 6. Belluga, in ſpe
2 culo princip. rub. 15. repet. num. 4. Sarmient, lib. 2. ſelect. c. 14. numer. 7. Menoch. de arb. lib. 1. quæſt. 17. nu. 5. Anton Gabriel lib. 2. com. tit. de cita tione. concl. 1. num. 9. Burſat. conſ. 200. num. 127. vol. 2. Et ſic ex hoc eue nit, vt neque per ſecularem principẽ, vt in. d. §. cęterũ) neque per eccleſia ſticum tolli poſit, vt in. c. 1. de cauſa poſſeſsionis & propiet vndé colligi tur generalis cõcluſio, quod princeps non poſsit tollere citationem. Quam
3 regulam communiter tenent docto res ſecundum Boerium, deciſ. 147. nu mer. 7. & dicit communem Felinus, in. c. cum olim, num. 12. de re iudica ta.

Sed contrariam ſententiam (imó quod princeps poſsit cum cauſa tol lere citationem) tenet gloſſ. in fi. in. l. is qui reipublicę. 2. ff. ex quibus cau ſis maiores. cuius opinio dicit com munem Felinus, in. c. quæ in eccleſia rum, num. 26. & 66. de conſtitutioni bus.



bus. In qua contrarietate, quia plu-
4 res ſunt opiniones, & agitur de intel lectu. d. §. cæterum, non erit abs re ali quãtulum immorari, & primó dico. non obſtare tex. in d. §. cęterum, huic vltimæ opinioni, quia loquitur in cauſis criminalibus, & non in ciuili bus, ſecundum Baldum, in. l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iuris, & pro hoc facit doctrina Abbatis, in. c. dile cti, num. 13. de emptione & venditio ne, vbi poſt Baldum, in. l. cum mulier, col. 6. verſ. quæro de vna quæſtione ff. ſoluto matrimonio, tenet, tex. in. d. §. cæterum, non debere intelligi de
5 omni defenſione iudiciali ſimplici ter, ſed de defenſione de qua loquitur tex. in. l. vt vim. ff de iuſticia & iure, ſcilicet, quando accuſatus de homi cidio excipit ad ſuam defenſionem id feciſſe. Contrarium tamen tenet Curtius ſenior, conſ. 49. fundamento 11. imò quod tex. in. d §. cæterum, lo-
6 quatur non ſolum de defenſione quę competit omnibus animalibus, ſed de citatione, quæ eſt defenſio iudicia lis, ſine qua dicit principem non poſ ſe procedere. ſecundó etiam poteſt di ci, quod princeps in. d. §. cæterum, ideó non potuit procedere ſine cita-
7 tione, quia procedebat contra non ſubditum ſibi principaliter. Ita Bal dus, in. l. neque cauſa, num. 4. C. de ap pellationib'. Sed profectò hic ſenſus eſt contra illum tex. & ſic de Baldo. miratur Fortunius, in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 406. ff. de liber. & poſthu. & illũ reprobat Felinus, in c. cum olim, nu. 12 vbi aſsignat alios duos intellectus, quos etiam repro bat. Quare tertiò poteſt dici, quod tex ille procedat de poteſtate ordina
8 ria. de plenitudine autem poteſtatis, benè poſſet princeps tollere citatio nem. Ita Hoſtienſis, & Ioannes An dreas, in. c. 1. de cauſa poſſeſſ. & prop. quos ſequitur Iaſſ. in. leg. nequid quam, in princ. num. 29. ff. de officio

pro conſulis & legati. Sed contra il-
9 los (& merito) tenet Cardinalis, An charr. & Abb. in. d. c. 1. de cauſa poſſe. quia hęc abſoluta principis poteſtas, ſolum ad ea, quæ humana ſunt & po ſitiua, refertur, ſecũdum Fortunium, in. d. §. & quid ſi tantum, col. fi. quem ſequitur Couarr. lib. 3. variarum. c. 6.
10 num. 8. pro quo facit, quia negatiua pręcedens verbo, poteſt, negat omnẽ potentiam, ſecundum gloſſam in re gula beneficium de regul. iuris in. 6. & tradit Gutierrez, in. l. nemo poteſt, delegat. 1. num. 145. Couarr. in. c. quã uis pactum. 2. part. §. 4. num. 14. Gra cian. regul. 484. Quartò poteſt dici, quod in his, quæ non dependent à libera principis voluntate, velutiquã do agitur de priuãdo aliquẽ iure ſuo, ſine cauſa, princeps procedere abſque
11 citatione non poteſt, ſecus autem a lias. Ita eſt communis opinio, ſecun dum Aymon Crauetã de antiquitate tẽp. in princ. nu. 30. Sed nec hic intel lectus plenè ſatisfacit, vnde quintò,
12 dic, quod prima citatio ad cauſam eſt de iure naturali, cæteræ verò ſunt de iure ciuili. Ita Baldus, in. cap. cum ſit Romana, de appellationibus, in fine, quæm ſequitur Decius, in l. milites, nu. 23 C. de teſtamẽto militis, ad quã doctrinã reducenda ſunt tradita per doctores in hac quæſtione, vt primã citationem princeps ommitere non
13 poſsit (tanquam de iure naturali in ductã) cæteras verò ſiuè in crimina libus, ſiuè in ciuilibus, poſsit omitte re, quoniam ipſe eſt ſupra iuſciuile, à quo prędictæ citationes originem ducunt, vt tradit Curtius Iunior, cõ ſilio 170 nu. 17. Aretinus, conſ. 163. Felinus, in cap. cum olim, nu. 12. So cinus, conſ. 120. vol. 3. Iaſſ. conſ.
14 86. vol. 3. ex quibus confunditur o pinio tradita per Duenas, reg. 43. Fa lecia 5. verſ. & facit. Et an citatio fieri poſsit die feriata, vide in quæſtione 366. & 309. & aduerte, ꝙ citatus præ ſumitur

ſumitur is quando comparet in iudicio, licet aliter non conſtet decitatione. Ita Aufredius, centuria 6. & deci
35 ſione. 504. & Rota, in nouis deciſi. 375. & quæſtionē principalē latè proſequitur Sarmiento. lib, 2. ſelectarū c. 13. num. 7.

## QVAESTIO. 176.

***Vtrum miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto in actionibus realibus, poſsideat intra annū, vel tantum detineat. Comm. contra communē, & quid iure Regio.***

MIſſus inpoſſeſsionem ex primo decreto intra annū, poſsidet in actionibus realibus, ſed reuocabiliter, ſecūdū. glo. in l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſiquis. C. de præſcriptio. 30. vel. 40. annoīū, & in. l. 3. §. genere ff. de acquirenda poſſeſ. vbi Alex. num. 11. & Claudius. num. 5. Iaſſ. 20. teſtantur hanc eſſe communem opiuionē legiſtarum idem aſſerit Fanus, depignoribus 3. par. 2. membro, num. 6.

Sed contrariam ſententiā (immó quod miſſus intra annū non poſsideat, ſed tantum detineat) tenet glo. iuris canonici, in. c. contingit, de dolo, & contumacia, & in. c. quoniam frequenter. §. fi. ver. verus, vt lite non conteſtata. Et hęc eſt cōmunis opinio apud iuris pōtificij interprętes, ſecūdū Alex. nu. 11. Claud. nu. 5. Iaſſ. nu. 21. vbi ſup. & dixit commun. Fanus, ſup. qui teſtatur communē legiſtarū. ſententiam, eſſe ſeruandam.

Hodié autē de iure. regio, aliter eſt diſpoſit, & vt pattū in. l. 1. tit. 9. li. 3. ordin. vbi latè per Didacū Perez, & in l. 1. tit 11. lib. 4. Recop. & diximus in quæſt. 160. in fine, & latè declarat hāc quęſtionem & totam materiam, Azeuedo, in d. l. 1.. num. 55. vbi reſoluit ex illa lege. quod tranſactis duobus menſibus in actione reali fit miſsio ipſo iure, in perſonalibus verò poſt menſem, vt in. d. l. diſponitur.

## QVAESTIO. 177.

***Vtrum in cauſis poſſeſſorijs ſufficiat ſemiplena probatio, vt actor mittatur in poſſeſsionē Communis contra communem.***

IN cauſis poſſeſſorijs ſufficere ſemiplenā probationem tenet Barto. in l. 1. C. quorum bonorū, & dixit communem Curtius ſenior, in l. admonendi, col. 87. de iure. iur. & dixit magis communem Gualdenſis, de arte teſtandi. tit. 11. cautela. 20. nu. 7. pro qua facit, quia in cauſis poſeſſorijs, teſtes ſingulares, qui aliàs non faciunt probationē, probāt, ita glo
1 ſa. in. l. ob carmē. ff. de teſtibus, cuius opinio. eſt communis ſecūdū Fulgoſiū. ibi, & ſecūdū Corneū, cōſ. 266. vol. 2. litera. B. Dixit etiā comunē Boerius, deciſione. 239. num. 6. Menchaca, de ſucceſsionū creatione. §. 21. nu. 12. & Gozadinus, conſi. 12 num. 12. Ruynus, cōſi. 32. nu. 7. lib. 4. Aymó Craueta, conſi. 158. nu. 2. Dueñas, reg. 299. nu. 30. Sarm. de redditibus 1. parte c. 4. & Iulius Clarus (qui refert duas communes contrarias) in practica criminali. §. fi. quęſt. 3. nu. 10. idē Mēchaca, de ſuceſsionū creat. §. 4. nu. 45. Gutierrez, pract. quæſ. lib. 3. quæſ. 12. nu. 20.

2 Sed contrariā opinionem (immó quod non ſufficiat ſemiplena probatio, ſed requiratur plena) tenet (dicens communē) Alex. cōſil. 139. nu. 14. vol. 6. vbi Carolus Molin. in addit. & tradit plures nouiſsimorum remiſsiones, idem Alex. conſi. 187. in fine, libro. 6. & Ancharranus, in



c. in clem. ſæpe, de uerborū ſignificat. & eamdem dixit magis cōmu. Cagnolus, in l. in pari cauſa. ff. de reg. iuris, vbi bellisſimè diſputat, & pro hac ſent. eſt glo. in extrauaganti. ad reprimendum, verb. ſumariæ, & tradit Afflictis, deciſſ. 364. num. 5. Rolandus à Valle, conſ. 50. nu. 16. vol. 2. Menochius, de recuperanda poſeſſ. Remedio. 15. nu. 408. vbi dicit communem, & diſputat pro vtraq; parte, Conrradus, qui plures allegat, in l. vnica. C. ſi de momentanea poſeſſ. in ratione decidendi, nu. 8. fol. 50. vbi refert circa iſtā quæſtioné quatuor opiniones quę omnia, ſunt valde neceſſaria quando actor intendit mitti in poſeſsionē, ex remedio legis ſi. C. de edicto diui Adriani tollendo, & ex lege Soriæ, quæ eſt lex. 3. titul. 13. li. 4. recopilationis

## QVAESTIO. 178.

***Vtrum dicens teſtes eſſe falſos, & pecunia corruptos, teneatur probare vtrumq; . Communis contra communem.***

DIcens teſtes falſos, & pecunia corruptos eſſe, aſtringitur ad probandum illa duo. Ita tenet Hoſtienſis, & Ioannes Andreas, in. c. licet cauſam, de probationibus, & dixit communem Decius, cōſilio. 189. nu. 9. Et an requiratur quod teſtis de crimine de quo accuſatur ſit damnatus, vt repellatur a teſtimonio, declarat Azeuedo, in l. 2. tit. 8. numer. 57. libr. 4. recop. & ratio noſtræ cōcluſionis eſt quia ad veritatē copulatiuā requiritur vtriuſq; facti veritas, textus. in. l. ſi hæredi plures. ff. de conditionibus inſti.

Sed contrariam opinionem (immò quod non teneatur, niſi alterum próbare tantum) tenet Bart. in l. diuus. ff. de re iudicata, vbi Iaſſ. numer. 21. teſtatur eſſe communē opinionē, quæ verior eſt, & ita practicatur, cū iniquitas & turpitudo teſtis ex quocunq; vitio colligatur, quia ſecundū Philoſophum, bonum dicitur, ex integra cauſa, malum, ex quocunq; defectu.

## QVAESTIO. 179.

***Vtrum clauſula conſueta apponi in inſtrumentis, ſemper cēſeatur appoſita. Communis contra communem.***

CLauſulas conſuetas apponi in inſtrumentis, ex communi vſu notariorū, non deberi attēdi, ſed haberi pro non poſsitis tenet Bart. in l. 1. q. 6. in fine. ff. de iure codicillorum, Abb in c. Quintaualis, numer. 32. de iureiurando. Et hanc partem dicunt communem plures relati per Tiraquellum, in l. ſi vnquā, in prin. nu. 126. C. de reuocandis donationibus, & de iure conſtituti. 3. p. limitatione. 31. num. 12. & tenet Alciatus, in l. 1. §. ſi quis ita, num. 7. ff. de verborum, & dicit communem Coua. 2. part. rub. de teſt. numer. 14. & plures refert & ſequitur Matienço, in l. 1. tit. 4. gloſſ. 10. num. 65. lib. 5. recop.

Sed contrariam opinionem ſequitur (poſt plura) Ripa, in l. Centurio, num. 81 ff. de vulg. atq; illam tenent relati per Tiraquellum ſupra, in limitatione. 31. num. 13. & aſſerit communem Barbacia, in pluribus conſilijs relatis per Curtiū iuniorem, cōſilio 101. num. 11. & dixit communem Hieronymus Gratus, conſili. 112. colum

na

na.3.lib.2.qui omnes exiſtimant,clau
ſulas conſuetas apponi,debere atten-
di(licèt ad eas contrahentes non ſem
2 per aduertant)Ita tradit Ripa,in.d.l.
ſi vnquam,queſtion.21.num.44. vbi
refert duas communes contrarias cir
ca illam Bart.opinionẽ,& vide Gui-
llermum Benedictum,in c.Raynunt.
verb.in eodẽ teſtamento,el.1.numer.
46 & 47.de teſt.& Gomecium,in c.
1.de conſtitutionibus in.6.nume.57.
&.2.Seguram, in l.3.§.fi. num. 31. ff.
de lib.& poſth. vbi Doctores notant
Menchaca, de ſucceſsionum creatio
ne.§.6.num.53.Et pro iſta opinione
facit textus.in.l.fi. C. de fideiuſſori-
bus.c.cum.m.Ferrarienſis,de conſti-
tutionibus.c.ex literis, de conſtitu-
tionibus.cap.cauſam de reſcriptis.l.
quod ſi nollit.§.qui aſsiduã. ff.de ędi
licio edicto.l.excepto.C. delocato. l.
dominus prædiorũ.C.de agricolis &
ceſ.li.10. l.penult.ff.de iuſtitia&iure.
c.1.de precario.c.dilectio, de conſan
guinitate.l.vniuerſorum.ff.de pigno
ratitia actioné.In quibus iuribus pro
batur,quod clauſulę cóſuetę apponi
de conſuetudine in priuilegijs reſ-
3 criptis,& inſtrumentis,cenſentur ap
poſitę. quam concluſionem nouiſsi-
mè declarat & exornat Salazar, de
vſu & conſuetudine.c.3.num.4. (cir
ca clauſulam guarentigiam)& Anto
nius Gabriel,lib.6.commun tit.1.de
conſuetudine,cócl.3.vbi poſſuit.14.
ampliationes.

## QVAESTIO. 180.

*Vtrum clauſula codicillaris cõprehendat poſthumum ignoranter præteritum à teſtatore. Communis contra communem.*

Clauſula codicillaris,etiam cócepta.ſi nõ valet quod ago,vt ago,valeat meliori modo quo poteſt,non cõprehendit poſthumum ignoranter pręteritum, de quo teſtator tempore teſtamenti non cogitabat. Ita Bart.in.l.1.ff.de iure codicillorum,& eſt communis opinio ſecũdũ Barbaciam,conſi.60.incipi. illud afferam, inmedio,volumine.2.col.7 dixit etiam communem Alciatus,li.3.de verborum ſignificatione,col.93. Socinus , conſil. 93. colum. vltima, volumi.4.&plures refert Iullius Clarus.§.teſtamentum,queſt.47. dicens hanc eſſe magis communem opinionem ſequendam in iudicando & cóſulendo,& vtraſque communes opiniones refert Tiber.Decianus ,conſi. 37.num. 10.lib.1.quam ſequitur Rolandus,conſi.7.nume.25.lib.4.Burſatus,conſi.89.nume.4.libr.1. qui allegat pro hac ſentẽtia deciſioné Rotæ: & hanc eſſe magis communem &ſequendam in iudicando & conſulendo,dixit Fabius Turetus cóſil.12. nu. 6.volum.1.

Sed contrariam partem ( immò quod clauſula codicillaris operetur fidei commiſſum , etiam in poſthumo ignoranter præterito ) dixerunt communem Alex. & Iaſſ.in authét. ex cauſa.C.de lib.præteritis,vbi Iacobinus,num.27.tenet hanc partem,& pro vtraq; parte tradit communem Ripa,in.l.ſi vnquam quæſt.21.nume. 42.C.de reuocandis donationibus& Gualdenſis,de arte teſtandi,tit.3.cautela.10.Curtius,in.d.authét.ex cauſa num.70.&.71 .& Belonus. conſi. 85. à nu.3.&.5.ſed à prima opinione recedere non licet,cum ſit verior &communior,& magis in ſcholis recepta, & dicit veriorem & æquiorem Paulus de Montepicco,conſi.1. num.30. vbi refert duas communes.





## QVAESTIO. 181.

*Vtrũ authẽtica ex cauſa. C. de liberis præteritis , procedat in poſthumi præteritione. Communis contra communem.*

Textus.in authét.ex cauſa,nó procedere in præteritione poſthumi, tenet communis opinio ſecundum Signorolum,conſi. 28.

Sed contrariam(immò quod in eo procedat) dixit communem Iacobinus.ibidem,num. 36. quę opinio verior eſt,vt ex reſolutione ſequentis quæſtionis apparebit.

## QVAESTIO. 182.

*Vtrum authentica ex cauſa procedat quando pater ignorabat habere poſthumũ. Communis cõtra communem; & quid iure regio.*

Diſpoſitio textus,in.d.authética ex cauſa,non habet locum ſi præteritio ſit facta á patre ignorãte ſe habere poſthumũ, quia tunc non debentur legata. Quã opinionem dicit magis communem & veriorem Oroſcius,in. l. tale pactum.§.fi.in fi.ff.de pactis,Iulius Clarus.§.teſtamentum,quæſt.52. num.3. &.4.& dicit veriorem & communiorẽ Azeuedo,in.l.1.tit.4.nu.173.lib.5. recopilationis,quę opinio fuit de mẽte Bart.in.d.authentica ex cauſa,nu. 6.& dicit communem Curtius iunior,ibi,num.17.& 23.Iaſſ.nu.4. idẽ teſtatur , & Tiraquellus, in.l. ſi vnquã,verb.donatione largitus, nume. 263. C. de reuocandis donationibus (vbi citat plures tenentes hanc partem) quam dixit communem Loriotus,de iuris arte, tractatu.12. axioma.56. quanuis ipſe teneat indiſtinctè, legata conſeruari,& dixit communem Guillermus Benedict. in. c. Raynuntius,verb.in eodem teſtamẽto,el.1,num.233. & dixit communẽ Ripa,in.d.l ſi vnquam,queſt.21.Si tamen pater,ſciens ſe poſthumum habere,illum præterierit,tunc habet locum diſpoſitio illius authẽticæ, ſecũdum communem opinionem relatã per Alex.ibi,& idem fatetur Curtius iunior,ibidem,num.12.&.14.& Albericus,ibi dicit eſſe communem opinionem gloſſarum.

Sed contrariam ſententiam dixit communem Albericus ſupra, num: 13.dicens ſe pluriès de facto ita obtinuiſſe,atq; ita eum refert Ripa,in.d. l.ſi vnquam,quæſtione.19.colum. 2. quę opinio eſt tenenda,etiam de iure regio,vt tradit Azeuedo,ſupra num. 174.&.175.per illam legem,quæ non eſt extendenda adhunc caſum,quod verum eſt , maximè fabore filiorum & dicit magis communem opinionem Mantica,de coniecturis vltim. volunt.libr.4.titu.8.num.6. ad fi. & Sforcius Oddi,referens duas communes,conſi.58.num.4.

## SVMMARIVM

1 *Lex.fi ff de hæredibus inſtituẽd , declaratur.*
2 *Lex.cum mater ff de in offitioſo teſtamẽt. declaratur.*
3 *Lex 3 ff de conditionẽ indebiti cum. l. cum mater,eſt antinomia iuris.*
4 *Lex.3.tit.12.lib.3.fori declaratur.*

5 *Lex.28.Tauri declaratur, vt non procedat reſpectu poſthumi.*
6 *Leges fori non ſeruantur, niſi probata conſuetudine.*
7 *Fauorabilior eſt cauſa filij nati,quam poſthumi.*
8 *Lex.qui in vtero.ff de ſtatu hominum exornatur?*

## QVAESTIO. 183.

*Vtrum. d.authentica ex cauſa de liberis præteritis,procedat in præteritione matris & patris. Communis contra communem.*

Diſpoſitio textus,in.d.authentica ex cauſa,(qua legata ſuſtinentur rupto teſtamento ex cauſa præteritionis,)habet locum ſi filius ſit præteritus á patre, ſcientèr,ſecus ſi ignorantèr. Ita Bart. ibi, num.4.& ſequitur Alex.num.19. & dixit communem Corneus,nu. 7. & Iaſſ.num.4.Curtius,num.12. Iacobinus,num.18.idem in authentica,non licet,num.3.C. de liberis pręteritis, Tiraquellus,in.l.ſi vnquam,verb.donatione largitus,num.263 C.de reuocandis donationibus,qui hunc articulum cum pręcedenti coniungit.

Sed contra hanc communem opinionem tenet Zinus,in l.filio præterito.ff.de iniuſto rupto,pro vt eũ ibi refert Baldus,dicens omnes doctores communiter teneri, authenticã ex cauſa ſolum procedere in præteritione facta à matre,non autem à patre.

Sed contra hanc communem Zini(& ſic erit hæc alia communis contraria,immó quod non ſolum illa authentica habeat locum in præteritione facta à matre , ſed etiam à patre) eſt communis opinio gloſſarum ,ſecundum Baldum,in.d.l.filio præterito,& ſecundum Alex. ibi, numer.15. Iaſſ.num.1.idem Alex.ad Bart. in. d. authentica ex cauſa , quamuis idem dicat,ſatis poſſe ſuſtineri contrariũ, ex quibus videtur tenẽdã eſſe Bartoli ſententiã,dum diſtinguit dictam authenticã locum habere in filio à patre ſcientèr præterito,& non in præterito ignorantèr.Huic tamen concluſioni refragantur nonnulla , & primò textus.in. l. ſi.ff.de hęredibus
1 inſtit. vbi filio ignorantèr præterito legata debentur, licét diſpoſitio vicietur.Huic tamen legi,( vltra Bart. in.d.authentica ex cauſa,num. 6.) reſpondit Viglius,in.§.penul.numer.2. inſt. de exhęredatione liberorũ, qui eſt videndus circa intellectum illius
2 legis,in.§.ſed & ſi quis,nume. 6.inſt. quibus modis teſtamenta infirmentur,& vide.l. 21.tit.1.par.6. Secundò aduerſus prædictam concluſionem eſt textus.in.l.cum mater. ff.de inofficioſo teſtamento pro cuius intellectu(ne communis,& Bartoli concluſio obſtet,)videndus eſt Viglius.in.§.
3 ſi.numer.3.inſt.de ex hęredatione liberorum,eſt tamen textus.in. d. l. cũ mater,ex diametrò pugnans l.3.ff.de conditione indibiti, quam antinomiam notauit Tiraquellus, in. d. l. ſi vnquam, verb.donatione largitus, num.267.ſubdens, quod eam ſoluat Apollus,ſed pro huius contrarietatis declaratione,vide Loriotum,de iuris arte,tractatu.12.de iniuſto rupto , axioma.51.cũ. 7.ſequentibus, & Curciũ,Theophilum interpretem,lib.3. coniecturalium.c. 35. iure autem regio , quotieſcumq; pater fecit plu-
4 ra legata in teſtamento, nato poſtea poſthumo,poſt eius mortem, reuocãtur omnia legata,(præter quartã partem bonorum, quę inter legatarios diuidenda eſt.)Ita diſponit.l.3.in fine tit.12.



tit.12.lib.3.fori,(quæ ſané ſingularis eſt).ex qua eſt notandum,quod licet habens filios non poſſit legare niſi quintam partem bonorum(vt in.l.9. tit.5.lib 3.fori,& in.l.28.Tauri)poſ-
5 thumus tamen non impedit quin pater poſſit de quarta parte diſponere, vt ibi notauit Montaluus,in. d. l.9. quam dixit ad hoc notabilem Rodericus Xuarez,in.l. quoniã in prioribus,limitatione.9.legis fori, fol. 80.
6 colum.3.C.de in officioſo teſtament. quæ.l. non ſeruabitur in praxi niſi de ea ſit conſuetudo,vt tradit Ayora,de partitionibus.2. part. quæſt. 1. num.2.quod eſt notabile pro limitatione,& declaratione dictæ legis.28.
7 Ex quibus deducitur, fauorabilioré eſſe cauſam filij nati, quam poſthumi,quod eſt notandum ad textum in l.qui in vtero.ff.de ſtatu hominum, & ad.l.maximum vitium, in fi.C. de
8 lib.pręteritis. Alios etiam caſus , in quibus eſt fauorabilior cauſa iam nati,quam poſthumi naſcituri,vide per Forcatulum,dialogo. 10. in prin.Ex quibus veniunt notandæ aliquæ differentiæ inter filios natos,& poſthumos,vltra quas poſuit quatuor Viglius,in.§.poſthumi quoq;, inſt. de ex hæredatione liberorum,in prin.

## QVAESTIO.184.

Proſequendo materiam illius authenticę ex cauſa, dubium eſt,an per eius diſpoſitionem ſit correctus textus,in.l.Papinianus. §. ſi ex cauſa.ff.de inofficioſo teſtamento,quod apud. dd.ita eſt controuerſum,vt Curtius iunior,in .d. authentica ex cauſa,num.31.dicat. cõmunẽ eſſe doctorum ſentenciã, quod ille.§.ſit correctus.

Sed contrariam partem ( immò quod non ſit correctus) aſſerit eſſe communem opinionem Albericus, in.d.§.ſi ex cauſa,num.25. ad finem. Quę opinio verior eſt , quia legum correctio eſt vitanda,cap.cum expediat,de electione lib.6.l.1.C.de inofficioſis dotibus.

## QVAESTIO.185.

Clauſula codicillaris operatur, etiam rupto teſtamento, per quærelam.Ita Bart. in. d. authentica,ex cauſa,numer.23. & eſt communis opinio ſecundum Curtiũ iuniorem,ibi,nu. 68. Contrariam tamen partem dixit communem Signorolus,conſi. 177. à qua opinione recedendum non eſt.

## QVAESTIO.186.

*Vtrum clauſula codicillaris habeat effectum rupto teſtamento ex cauſa præteritionis. Communis contra communem.*

Clauſula codicillaris remanet firma rupto teſtamento ex cauſa pręteritionis , ſecundum Bartolum,in.l.1.quęſtione.5.ff. de iure codicillorum,& eſt communis opinio ſecundum Gualden.de arte teſtandi,tit.3.cautela.1.num.4.(contra gloſſam in verſi.cætera,in.d. authentica ex cauſa.) Quod intellige, quando præteritio fuit facta ignorãtèr,vt tenet communis,ſecundũ Aretinum,conſi.24.colum.2.

Contrariam tamen partem dicunt communem Alex.& Iaſſ.numer.24. in.d.authentica ex cauſa. Dixit etiã communem Alex.conſi.26.numer. 5. volum.1.& conſi.37.num.4. volum. 1. Tiraquellus,in.l.ſi vnquam, verb. donatione largitus,num.265.& 266, & 269.

&.269.C.de reuocandis donationibus.

## QVAESTIO. 187.

### *Vtrum clauſula codicillaris in teſtamento inter liberos, ſemper cenſeatur appoſita. Communis contra communem.*

CLauſula codicillaris ſemper intelligitur appoſita in teſtamẽto inter liberos. Ita voluit gloſſ. verb. non valuit, in l. cohæredi. §. cum filiæ ff. de vulg. cuius opinio eſt communis ſecundum Iaſſ. ibi, numer. 18. & dixit communem etiã Boerius, deciſione. 240. num. 6. & cõmendat illam in deciſione. 33. num. 10. & Couar. in capi. Raynuntius. §. 1. num. 2. de teſt. & vbi Guillermus Benedictus, verbo, teſtamentum, el. 1. numer. 82. Intelligunt tamẽ, quando æqualitèr ſunt filij inſtituti, ſecundum Ripam. in. l. Centurio, num. 86. ff. de vulgari.

Contrariam tamen ſententiam (immo quod non intelligatur in teſtamento inter liberos appoſita) dixit communem Guadelſis, de arte teſtandi, titu. 3 cautela. 1. num. 7. Prima tamen opinio verior eſt, & communior, pro qua facit, quód tradit gloſ. in l. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libert. quæ vult in teſtamento, in quo eſt aliquis hæres inſtitutus, hanc clauſulam ſubintelligi, quam commendat Pantal. Crem. in l. 2. C. de reſcindenda, num. 322. volum. 7. repet. Hippolytus, in l. vnica. C. de raptu virginum, num. 208. in impreſſione parua, & in magna. 239. commendat etiam Arelata ad Alciatum ſ in reg. 1. num. 4. præſumptione. 28. Tiraquellus, in. l. ſi vnquam, verbo. libertis, num. 103. C. de reuocandis donationibus, qui omnes plures alios citant pro illa gloſſ. adeò vt ex eorũ relatione communis appareat, & eſſe communem expreſſè firmat Iaſſ. in. l. non dubium, num. 6. C de teſtamentis, qui ſolus dicit hanc communem, ex pluribus quos citat additio Seguræ, in. l. Imperator, numer. 22. ff. ad Treb. quanuis additio dicat (in locis ibi citatis) ab omnibus communem appellari, & ſequitur Alciatus, lib. 1. de verborum ſignificatione, colum. 28. Romanus, conſi. 179. Couarru. 2. part. rubr. de teſtamen. num. 20. verſi. 8. Ripa, in. l. 3. numer. 21. &. 22. ff. de leg 1. quem vide.

## *SVMMARIVM.*

1 *Princeps ſæcularis non poteſt (etiam cum cauſa) iuramentum remittere.*
2 *Iuramentum ſemel præſtitum, neque lex, neq; princeps remittere poteſt.*
3 *Princeps per indirectum poteſt remittere iuramentum.*
4 *Per ſtatutum poſſũt infringi vires iuramẽti.*
5 *Lex poteſt diſponere, vt non ponatur iuramentum in contractibus.*
6 *Lex. 6. titu. 1. lib. 3. ord. declaratur.*
7 *Papa non poteſt facere, quod non adimplens iuramentum non ſit periurus.*

## QVAESTIO. 188.

### *Vtrum per principem, vel ſtatutũ poſſint infringi vires iuramenti. Communis contra communem.*

Lex



LEx ciuilis poteſt remittere vires iuramenti. Ita tenet gloſſ. in. l. adigere. §. quanuis ff. de iure patronatus, quam commẽdat Ancharranus, in reg. ea quæ, numer. 6. de regul, iuris, Imola, in. l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1. Ang. in. §. illud, inſtit. mandati, Baldus, in c. 2. de probationibus, & in. l. non dubium. nume. 4. C. de legibus, & in l. pactũ, num. 4. C. de collationibus, Abb. in. c. 2. de arbitris, Alex. & Iaſſ. num. 22. vbi latiſsimè proſequuntur iſtum articulum in. l. fi. ff. qui ſatiſdare cogantur, vbi Iaſſ. in fin. reprobat gloſſam illam, & in l. iuris gentium. §. ſi paciſcar, num. 3. ff. de pactis: eamque gloſſam optimè declarat Alex. conſ. 18. volum. 4. colu. 1. & ſex opiniones in hoc adduxit Caſſaneus, in conſuetudinibus Burg. rub. 4. §. 7. verb. *ſupoſſe*, num. 42. cum ſequentibus, quę etiam in principe habent locum, qui poteſt iuramentum re-
1 mittere, & ad hoc allegat gloſſam illam Barbacia. ad Baldum. in rub. C. qui admitti ad bonorum, nume. 1. in verſ. dederunt. Quam gloſſæ opinionem primó limita, vt cum iuſta cauſa fiat remiſsio iuramenti, ſecundum Baldum, in. l. 2. C. de indicta viduitate toll. Romanus, conſ. 477. colum. fi. cuius contrarium tenuit Iaſſo. in d. l. fi. numer. 26. qui exiſtimat (etiam cum cauſa) non poſſe principem ſecularem iuramentum remittere. Se-
2 cundò intellige, dummodo talis remiſsio ſit iuramenti nondum præſtiti, nam ſecus ſi iam eſſet præſtitum, quia tunc, neque per legem, neque
3 per principem poſſet remitti, ſecuncundum Dominicum, in. c. quanuis pactum, de pactis in. 6. quem ſequitur Iaſ. in authent. ſacramenta puberum, num. 32. C. ſi aduerſus venditionem & Imola, in. d. l. ſi quis inquilinos. §. fi. & ante hos tenuerat Baldus, in. l. omnes populi, quæſtio. 2. & 3. quæſtionis princ. & dixit communem Alex. conſ. 59. vol. 1. & conſ. 39. volum. 4. dixit etiam communem Iaſſ. in. d. l. fi. ff. qui ſatiſdare cogantur, num. 26. Couarr. in. d. c. quanuis pactum. 1. parte. §. 3. num. 7. cum ſequentibus.

4 Quibus ſuppoſitis dubium eſt, an per ſtatutum poſsint vires iuramẽti infringi. Et non poſſe tenet communis opinio, ſecundum Alex. d. conſ. 18. vol. 4. num. 4. & dixit etiam communem Curtius iunior, conſil. 118. nume. 3. & Paulus Pariſius, conſ. 97. vol. 1. num 3. vltra quos tenent hanc partem, relati per Tiraquellum de iure conſtituti. 3. par. limitatione. 7. nu. 34. & pro hac ſententia conſuluit Rolandus, conſ. 99. num. 11. qui dicit magis communem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo dicit Alex. conſ. 25. vol. 1. & conſ. 53. vol. 3. & conſ. 62. vol. 7. quæ opinio veriſsima eſt.

Sed contrariam opinionem, (imò quod poſsint infringi per ſtatutum) dixit communem Barbacia, conſ. 16. vol. 3. colum. 8. & dicit etiam communem Iaſſo. in authent. ſacramenta pub. C. ſi aduerſus vend. vbi Igneus. colum. 1. & dicit etiam communem Curtius iunior, conſil. 118. numer. 6. & Beroius. conſil. 37. numer. 24. volum. 1. vbi dicit quod ita crebrò tenent doctores quam ſequitur Oroſcius, in. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar, numer. 6. cum ſequentibus. ff. de pactis. Prima tamen opinio verior eſt & tenenda, quam etiam ſequitur Gutierrez, in. d. authent. ſacramenta pub, numer. 46. C. ſi aduerſus vendict. Et pro complemento materiæ ſunt duo addenda, quorum primum eſt, poſſe lege caueri, quod in contractibus non apponatur iuramentum

S quod

quod firmat Fortunius Garcia, de vl
timo fine, illatione.20.nu.270. & ita
cautum eſt in his regnis per plures
leges, quæ idem diſponunt, vt in.l.
6.titu.1.lib.3.ord.& apud Luſitanos,
vt in.§.29.c. **defendemos** & titulo.
59. verb. hos Tabelliones de notat.
lib.1.ordinam:l.22.tit.11.lib.5.ordina
menti regalis; quam ſic declarat Di-
dacus Perez, in.l.1.tit.8.lib.3. ordina.
6 col.1026.& Gutierrez, ſupra numer.
47.Et vide Gomez Arias, in.l.65.Tau
ri, num.4.cum ſequentibus, Palaciũ
Rubeũ in repetitione. c.per veſtras
§.fi.num.30.Guillermum Benedictũ,
in.c.Raynuntius, verb.duas habens
filias, num.247.Seguram, in.l.1.§. fin.
verb.vxori, num.138.ff. de acquiren
da poſſeſsione, per quos illa l. 6. per
fectiſsimè declaratur. Tertiò adde,
quod Papa non poteſt facere, quod
non adimplens iuramentum non ſit
periurus, quod tenet ſanctus Tho-
mas.2.2.quæſt.89.art.9.& Abb.in.c.
cumparati, col.3.de appellationibus,
quem ſequitur Guillermus Benedi-
ctus vbi ſupra, num.268.

## *SVMMARIVM.*

1 L*Ex.53.Tauri declaratur.*

### QVAESTIO. 189.

### *Vtrum ſocius omnium bono-
rum poſsit filiam de communi
dotare. Communis con
tra communem,
& quid iure
regio.*

SOcius omnium bonorum nõ
poteſt filiam dotare de com-
muni, niſi hoc expreſſè actũ
ſit argumen. tex.in. l. ſi ſocius pro
filia.ff.pro ſocio, & dixit commu-
nem Socinus, conſ. 291. col. 2. nu-
mer.3.verſ poſtremo, vol.2.Iaſſo. in
authent.quod locum, numer.6.C.de
collationibus, Ancharranus. conſil.
33.Alex.cõſ.48, vol.2.Romanus cõſ.
45.Socinus, conſ.203.& conſ. 46.vo
lum. 1. & dicit magis communem
opinionem Aymon, conſ.159.& hãc
appellat magis communem Anton.
Gabriel, lib.3.comm. tit.de iure do-
tium, & dotis promiſsione cõcl. 2.
Sed contrariam opinionem (imò
ꝙ poſsit de communi filiam dotare
licet expreſſè non fuerit conuentũ)
dixit communem Decius (immemor
Socini) conſ.68. num.2. & conſ.66.
num.4. quas opiniones ad cõcordiã
reducit Corneus, conſ.285.vol. 1.pri
ma tamen opinio magis communis
eſt, ſed iudex pro amico poterit ſine
peccato ſententiã proferre, vt tenet
Petrus Peruſius, in tractatu de duo-
bus fratribus.6.p.queſt.9.c.11.n.121
quẽ ſequitur Burgos de Paz, quæſ.8
nu.15.in ſuis quæſt. á qua opinione
diſſẽtit Greg.in.l.7.tit.10.p.5.verb.
**comunales,** maximè per legem.53.
1 Tauri, vbi dos à patre promiſſa ſolui
debet de bonis cõmunibus quæ lex
profectũ nõ diſponit noſtrũ caſum,
imó procedit in caſu ſpeciali, & ſic
nõ debet ad alios caſus extẽdi. l.age
cũ Geminiano.C.de tranſactionib'
lex, in agris.ff.de acquirendo rerum
dominio, & explicat Baeça denó me
liorãdis filiabus ratione dotis. c. 15.
nu.2.cum ſequentibus.

## *SVMMARIVM.*

1 A *ſententia iudicis de exequendo appel
lari non poteſt.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali
proponitur.*
3 *L.52, tit.18.p.3.inducitur pro prima opinio
ne.*
4 *Appellari poteſt ab executore quando ex
cedit modum.*





5 *C. nouit de appellationibus inducitur
pro limitatione ſupra adducta.*
6 *Appellatio in via executiua non habet ef-
fectum ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuum.*
7 *L.4. tit. 21. lib.4.recop.inducitur pro hac
opinione.*
8 *Finis litibus eſt imponendus.*

### QVAESTIO. 190.

### *Vtrum à ſententia iudicis de
exequendo, appellari poſsit.
Communis contra com
munem, & quid
iure regio.*

AB executione ſententiæ de
exequendo, quod appellari
non poſsit omnes fatẽtur, &
probat tex.in.l.ab executore.ff.quo
rum app.non recip.& in.l.ab execu
tione.C.eod.tit.quod ita pro com-
1 perto habuit gloſſ.in verb.dandam,
in.l.ſi cum exceptione.§.in hac ac-
tione. ff.quod metus cauſa, vt etiam
tenuerit, quod neque à ſententia iu-
dicis de exequendo appellari poſsit,
quam gloſſæ opinionem (ſingulari-
ter limitando) tenet Rodericus Xua
rez, in.l.poſt rem iudicatam, in fin.
quæſt.6. num.3. fol.170.in antiquis,
& in nouis.359.ff.de re iudicata, &
gloſſæ opinionem innuit eſſe cómu
nem Alex.conſ.181.vol.6. nume.12.
& dicit idem communitèr eſſe recep
tam, conſ.95.num.2.vol.4.quem re-
fert (falſò citans) Felinus, in. c.quod
conſultationem, num.14.de re iudi-
cata, & dicit magis communem opi
nionem Rolandus à Valle, conſ. 43.
nu.5.& Ioãnes Botta, conſ. 4.& hãc
opinionem tenendam eſſe reſoluit
Antonius Gabriel, lib.2.comm.titu.
de appellationibus, concluſione. 4.
in fin.& dixit etiam communẽ Gra
tus, conſ.292.vol.2.& Corneus, con-
ſil.71.volu.1.colu.fin. & dicit magis
communem Craueta, conſil.283. nu.
14.& Bernardus Diaz, regul.43.De-
cius, in.c.nouit, num. 4. de appella-
tionibus, Alciatus, in.l.1.§.ſi quis ita
num.16.ff.de verborum, Didacus Pe
rez, in.l.5.tit.8.lib. 3. ord. colu.1113.
Azeuedo, in.l. fi.tit.21.num.139. lib.
4.Recop.& in.l.3. numer.4.fol.322.
Paz.in ſua praxi.4.partis.1.tom. c.3.
num.38.& nouiſsimé Parladorius, re
rum quotidianarum lib. 2. c. fi.5.p.
§.2.num.12.
Sed contrariam opinionem (imò
2 quod à pronunciatione de exequen
do poſsit appellari) tenet gloſſ.in.l.
ab executione. C.quorum appellat.
non recipiãtur, cuius opinio innuit
eſſe communem Alex.conſ.113. nu-
mer.10.volum.5. & aſſerit commu-
nem Salicetus, in.d. gloſſ. & Rolan-
dus à Valle.d.conſ.43.numer.5. vol.
1. vbi dicit (ex ſententia aliorum)
quod ita communitèr obſeruatur,
& etiam dicit communem Socinus,
regul.24. falencia.2.qui etiam ſequi
tur illam in regul.26. falencia fi. &
hanc dixit magis communem De-
cius, in. dict.capite nouit, numer.
40. de appell.
3 Sed po prima opinione, quod ab
executore non poſsit appellari, facit
lex. 52. titul. 18. part.3. &. l. 161.
ſtyli, quæ iura cum ſuperioribus,
limita, in caſu quò modus execu-
4 tionis excederetur, nam tunc apella-
ri poteſt ab executore, vt eſt commu
nis opinio ſecundum Robertum Ma
rantam, de ordine iudiciorum, fol.
301. numero. 55. & dixerunt etiam
communem Felinus, Corneus, &
Bernardus Diaz, ſupra quam limi-
tationem probat expreſſé text. in
5 d.c.nouit de appellation. 169. & in
d.l.52. in fin. per quæ iura (nullo
citato authore) hanc ſentẽtiã tenet
Dueñas, reg.41.limit.1.per quẽ vide
alias.7.limitationes, vltra.5. traditas
per Soc.reg.26.& in.queſ. principali

duas communes tradit Antonius Gabriel, ſupra, lib. 2. tit. de appell. cõcluſ. 4. & hęc eſt magis cõmunis opinio, & ſeruanda in iudicando & conſulendo: ꝗ tamẽ ſubintellige, quo ad effectũ ſuſpenſiuum, ſecus verò quó ad deuolutiuum, vt tradit ſupra Azeuedo, & Parladorus, & Antonius de Canario, de executione inſtrumenti quæſtione. 46. & 47. & probatur in l. 4. tit. 21 lib. 4. recopil. *ibi, *quedando ſe la ſentencia en ſu fuerça y vigor, haſta que ſe de ſentencia en reuiſta,** & ita practicatur ſecundum Gutierrez, in l. nemo poteſt num. 447. ff. de leg. 1. à qua obſeruantia & practica recedendum non eſt in iudicando & conſulendo, quia via executiua efficeretur longior ordinaria, & lites fierent immortales, & vitas hominum penè excederent, contra legem properandũ C. de iudicijs & c. iurgantiũ de appellationibus.

## SVMMARIVM.

1 *Aduerſus vſufructuarium omnium bonorum poteſt procedi via executiua.*

2 *Via executiua agi poteſt contra filium melioratum in tertio, & quinto, bonorum.*

3 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*

4 *Lex vſufructu bonorum ff. ad l. falcidiam, declaratur.*

5 *Onus æris alieni pertinet ad hæredem.*

6 *Diſtinctio Spini in quæſtione propoſita traditur.*

7 *Cautela fauore hæredis adducitur, vt minus grauetur.*

8 *Hæres grauatus reſtituere, poteſt vendere bona hæreditaria pro ſolutione æris alieni.*

9 *Creditores hæreditarij poſſunt hæredem & vſufructuarium omnium bonorum conuenire pro ſolutione debitorum.*

## QVAESTIO. 191.

*Vtrum onus legatorũ expectet ad hæredem, vel ad vſufructuarium vniuerſalem. Communis contra communem.*

ONus legatorũ expectare ad hæredem, non autem ad vſufructuarium vniuerſalem, tenet Bart. in l. fi. num. 6. ff. de vſufructu legato, & eſt communis opinio ſecundum Guillermum Benedictũ, in c. Raynuntius, verb. cætera bona, num, 44. de teſta. Pro qua opinione conſuluit Ioannes Botta, conſ 6. & dicit communem opinionem Ruynus, conſ. 206. vol. 2. & magis communem appellat Curtius iunior, cóſ. 105. num. 27. & conſ. 115. nu. 10. vol. 1. & ab hac Bartoli opinione nõ eſſe recedendum in iudicando & conſulendo, dicit Decius, conſ. 590. quam exornat Rolandus, conſ. 8. num. 26. vol. 2. & tradit copioſè Couar. lib. 2. variarũ. c. 2. n. 6. Ioã. Garcia de expẽ-
1 ſis. c. 11. à nu. 6. & nouiſsimè Parlad. lib. 2. rerũ quotidianarũ. c. fi. 4. p. §. 2. nu. 6. qui reſoluit, quod aduerſus vſufructuariũ omniũ bonorũ poteſt procedit via executiua, & etiã cõtra filiũ
2 melioratũ in tertio, & quinto bonorũ, quia pro rata poteſt cõtra melioratũ agi via executiua pro debitis hęreditarijs, ſecundũ diſpoſitionẽ. l. 21. Tauri, quæ eſt hodiè l. 5. tit. 6. lib. 5. recop. & ita intelligit Cou ſup. & Molina, lib. 1. de Hiſpan. primog. c. 8. nu. 16. & Ioan. Garcia. de expen. c. 16. n. 7 quos ſequitur Parlad. ſup. & latè Gutier. lib. 2. pp. quęſ. 58. & eſt bon⁹ tx. in l. fi. §. ſin autẽ ęs alienum. C. de bonis quæ liberis.

3 Sed contrariam ſententiam (imò expectare ad vſufructuarium vniuerſalem, & non ad hæredem) tenet Baldus, in d. l. fi. §. ſin autem legatum. C. de bonis quę lib. & eſt communis ſecundum Bertrandũ, conſ. 376. vol. 2. & ſecundum Caium (ad Angelum) in. § fi. inſtit. de vſufructu, & alios refert & ſequitur Rolandus, ſupra, conſil. 8. num. 20. volu. 2. & ſequitur Paulus de Montepicco, conſ. 6. num. 14. & dicit Baldus, conſ. 237. col. fi. volu. 1. & conſ. 451. vol. 5. quod contra Bartolum tenet cõmunis doctorũ ſchola, & ſequitur Paulus, conſ. 294. numer. 3. & conſ. 459. volu. 2. Socinus, conſ. 131. Decius, conſ. 485. num. 15. & conſ. 536. num. 13. & . 590. nume. 4. & . 620. num. 5. & Gozadinus, conſil. 94 Socinus iunior, conſ. 109. nu. 13. vol. 1. Bellonus, conſ. 7. num. 1. Crauetta. conſ. 187. num. 1. Villalobos, in ſuo ærario, verb. vſufructuarius numer. 61. Emanuel Xuarez, lib. communiũ, verb. vſufructuarius, num. 103. Pariſius. conſ. 94. num. 22. vol. 2. Natta, cóſ. 297. num. 5. & facit tex. pro hac ſententia. in l. vſufructu bonorum. ff. ad l. falcidiam.

4 Sed pro prima opinione (quę verior & communior videtur) facit, quod onus æris alieni pertinet ad hæredẽ, & non ad vſufructuarium, vt tenet communis opinio, ſecundum Barbaciam, conſ. 63. vol 3. & ſecundũ Iaſſ. (poſt Alex.) in l. 1. ff. ad Treb. in 2. lectura, num. 13. Guillermus. Benedictu. vbi ſupra, (& ſecundum alios) quos refert Gualdenſis, de arte teſtãdi, tit. 6. cautela. 42. numer. 6. quam quæſtionem proſequitur Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 13. nu. 82. qui diſtinguit ſecũdum alios, aut
5 loquimur in legitimo vſufructuario bonorum, vt eſt pater, & ille tenetur, vt in l. fi. §. ſin autem verſ. ſiquidem C. de bonis quæ lib. vbi Bald. Fulgoſius, Paulus, et Salicetus, ſecus in alijs, quod tamen ipſi diſplicet. viſo igitur quod ad hęredem ſpectat onus æris alieni. Eſt optima cautela, qua ſi
6 bi hæres poterit proficere ad diminuendum vſum fructum propter æs alienum, ſi aliter non poteſt ſoluere,
7 quæ talis eſt, ſcilicet, quod hæres vendat bona mobilia, & inmobilia, pro ſatisfactione prędicti æris alieni, antea quam vſufructuario tradat, & tãto minorẽ vſufructum habebit vſufructuarius, & ſic hæres ab illo onere remanebit liberatus. Ita Alex. in l. vſufructu bonorum. ff. ad l. falcidiã. Pro qua opinione conſuluit Ioãnes Botta, cóſ. 6. numer. 3. & Rolandus, ſupra conſ. 8. num. 24. & hæc eſt vera, & communis reſolutio, ſecũdum Decium, conſ. 620. in linea antepe-
8 nult. Sed tutiùs & magis ſecurum erit, vt omnes conueniantur, vt reſoluit Gutierrez, ſupra quæſt. 58. numer. 18. & declarat ſingulariter Michael Craſſus, in. §. legatum quæ. 36.



## QVAESTIO. 192.

*Vtrum monaſterium habeatur loco filij, vel loco hæredis. Communis contra communem.*

MOnaſterium habetur loco 1
filij. Ita tenet gloſſ. in authent. niſi rogati. C. ad Treb. & eſt communis opinio ſecũdum Angelum, conſ. 80. col. 2. & dixit etiam communem Barbacia, conſ. 20. col. 2. vol. 1. idem Barbacia, in l. cum acutiſsimi, nu. 71. & . 76. ad fi. C. de fideicommiſſ. & dixit etiam communem Corneus, in d. auth. niſi rogati, & innuit eſſe cõmunem Matthæus de Afflict, deciſ. Neapolitana. 320. num. 9. & dixit magis communem (contra Bart. infra allegandum) Boerius, deciſ. 354. col. penult. verſ. & per conſequens, & Menchaca, de ſucceſsionum creatione. §. 21. nu. 166 qui refert duas communes & hanc vltimam ſequi videtur Molina, de Hiſpanorum primogen. lib. 2. cap. 9. à num. 40.

Sed contrariam ſententiam, (imó quod non ſit in iure cautum, quod habeatur loco filij, ſed loco hæredis) voluit Bart. in d. authent. niſi rogati, cuius ſententiam dixit communem Tiraquellus, in. l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos, num. 47. C. de reuocandis donationibus, & eandem partem ipſe tenet, lib. 1. de retractu. §. 1. gloſſ. 8. numer. 20. Et quia tex. in cap. in præſentia, de probationibus, in quo fundatur Bartolus, videtur probare contrarium ſuę opinionis Sed defendendo eum vide Abbatem, ibi, num. 40. & Vincẽtium. in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, colum. 14. ff. ad Trebel. & Seguram, & eius additiona. in. l. ſi ex legati cauſa, num. 139. ff. de legat. 1 & ab hac opinione non eſt recedendum, in iudicando & conſulendo.

## *SVMMARIVM.*

1 *REſolutio quæſtionis proponitur.*
2 *Tres caſus conſiderari debent vt excludatur, vel admittatur monaſterium.*
3 *Conſuetudine eſt receptum, quod ſubſtitutus excludat monaſterium.*
4 *Subſtitutio facta de familia teſtatoris inducit perpetuitatem propter eius conſeruationem.*
5 *Quæſtio voluntatis non eſt admittenda, quando habemus clarum teſtatoris ſenſum.*
6 *Mens teſtatoris talis præſumitur qualis verba demonſtrant.*
7 *Bona ſubſtitutionis interim quo monachus viuit ſunt penes monaſterium.*
8 *L. Statius Florus. §. Cornelio Fælici, exornatur.*
9 *Succeſsio monaſterij durat donec monachus naturaliter moriatur.*
10 *Bona fideicommiſsi non tranſeunt ad monaſterium quando teſtator diſpoſſuit quod conſeruarentur perpetuò in ſua familia.*
11 *Memoria teſtatoris non eſt ſupprimenda ex ſucceſsione monachi.*
12 *Inducta ad vnum, effectum non debent operari eius contrarium.*

## QVAESTIO. 193.

### *Vtrum monaſterium excludat ſubſtitutum ex illis verbis, ſi ſine liberis ex ſuo corpore natis deceſſerit. Communis contra communem.*

RETenta opinione cõtra Bart. in quæſtione pręcedenti, (quæ communior eſt) inſurgit tale dubium: Titius eſt hæres inſtitutus, & rogatus reſtituere, ſi ſine liberis ex ſuo corpore natis deceſſerit, ingreſſus eſt monaſterium, dubitatur, an ſubſtitutus debeat admitti, an monaſterium habeatur loco filij ita vt euaneſcat ſubſtitutio. Et euaneſcere ſubſtitutionẽ, & monaſteriũ admitti loco filij, tenuit Dinus, in. l. ſi ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. vbi Bart. in §. is cui; & in conſ. 1. quem ſequitur Alex. cõſ. 121. vol. 1. vbi adducit plura fundamenta, & in conſ. 35. lib. 3. & conſ. 92. volum. 4. vbi dicit quod communis opinio eſt pro monaſterio, quã opinionẽ tenet Abb. in. d. c. in præſentia, numer. 84. vbi Felinus, num. 36. Decius, num. 58. Lapus, allegatione. 129 vbi plures allegat Mandoſius, & eſt communis opinio ſecũdum Corneum, in. d. authent. niſi rogati, & Ripã in. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, numer. 37. ff. ad Trebellian. idem in. l. ſi vnquam, quæſtione. 34. num. 92. C. de reuocandis,





Menchaca, de ſucceſsionum creatione. 1. p. lib. 3. §. 21. num. 167. qui refert duas cõmunes opiniones contrarias Bertran. cõſ. 123. vol. 2. Ruynus cõſ. 153. vol. 3. & dicit communem Aymõ conſ. 152. vol. 1. Rolandus, conſil. 35. nu. 12. vol. 3. & ab hac opinione nõn eſſe recedendum in iudicando & cõſulendo, tenet Alex. ſupra. d. conſil. 121. num. 11. Decius, conſ. 426. Mantica, de coniecturis vltimarum volũt. lib. 11. tit. 7. num. 18. Didacus Perez, in. l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. & Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 12. num. 31. qui refert, & ſequitur contrariam opinionem & dicit veriorem, & tenendam imó, quod admittatur ſubſtitutus, quam dixit Boerius. eſſe cõmunem obſeruantiam, quæ vſu conſueuit approbari, in deciſ. 354. num. 4. & dixit communem Felinus, in. d. c. in præſentia, num. 36. verb. per illã gloſſam, & dicit communem Albericus, in. l. cum vir vxori. ff. de conditionibus & demonſtrationibus, dum dicit, quod Raynaldus, & alij tenent contrarium. Et hanc eſſe veriorem dicit Boerius, ſupra, num 6. & Bartoli opinionem procedere, & habere locum. ſi teſtator dixiſſet, ſi ſine liberis decederet, ex ſuo corpore legitimis natis, & ex vero matrimonio procratis. Ita Couar. dicens communem (cũ alijs) lib. 1. variarum. c. 19. nu. 11. verſic. ex quibus: quanuis plures, ac maximè authoritatis viri teneant cõtrariũ excluditur tamen monaſteriũ admiſſo ſubſtituto, ſi teſtator dicat, ſi ſine liberis verè ex ſuo corpore natis, non per interprętationem iuris, vel ingreſſum religionis deceſſerit, ſecundum communem, quam refert Baldus, in. d. l. ſi quis ita. §. fi. vbi dicit, quod hęc eſt communis obſeruantia, quam nullus refert ex doctoribus ſupracitatis. Excludetur etiam monaſterium, ſi teſtator verborum ambagibus dicat ſe velle, quod ſubſtitutus monaſterium excludat, nam fieri quidem poterit talis ſubſtitutio neque dicetur ex hoc ſic inſtitutum à religione auertiſſe, argumen. tex. in l. Deo nobis. C. de epiſcopis & clericis, & eſt communis opinio ſecundũ Calcaneum, conſ. 7. numer. 24. & ſecundum Gualdenſem, de arte teſtandi, tit. 5. cautela. 18. Couarr. in. d. c. 19. numer. 8. & num. 11. in princ. quam opinionem ſequitur Gutierrez, in ſuis canonicis quæſt. c. 32. vbi poſtquam prædictam quæſtionem pro vtraque parte diſputabit, hanc vltimam amplectitur opinionem quam dicit eſſe tenendam in iudicando & conſulendo, adducens plures doctores & fundamenta quem omninò videas.

1 Quan obrem recoligendo materiam, tres caſus principales, pro clariori huius quæſtionis intelligentia, ſunt conſiderandi: primus cum teſtator expreſſè vel in neceſſariam conſequentiam excludit monaſterium, in quo caſu conſiderata communiore opinione, monaſterium non excludit ſubſtitutum. 2 Secundus caſus eſt, cum teſtator ſimplicitèr ponit filios, aut liberos in conditione affirmatiua, vel negatiua, & in hoc caſu fauore monaſterij eſt facienda interpretatio. Tertius caſus eſt, quando teſtator non ſimpliciter poſſuit filios in conditione, ſed cum aliqua adiectione, & qualitate, ex qua apparet de filijs per naturam ſenſiſſe, maximè quando dixit, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo proprio corpore natis, vel de filijs legitimis & naturalibus, aut de legitimo matrimonio natis, vel de filijs maſculis, qui caſus, valdè controuerſus eſt. 3 Verior tamen & recepta ſententia eſt, pro ſubſtituto, vt conſuluit Baldus, conſil. 407. numer. 13. volum. 1. vbi dicit

hanc opinionem de conſuetudine eſ
ſe approbatam, quam ſequitur Fulgo
ſius, conſ.53. Barbacia, conſ.13. vol.1.
Corneus, conſ. 18. num. 16. & conſ.
253. volu.4. vbi etiam dicit hãc opi-
nionem conſuetudine eſſe receptã,
idemque docet Gratus, conſ.111. nu-
mer.50. vol.2. Boerius, deciſ.354. nu.
6. Natta, conſ. 602. num. 4. Cachera
nus, deciſ.126. num. 24. quæ opinio
maximè, procedit ſi teſtator deceden
te filio ſine liberis ſubſtituat aliquem
de familia, adiecta ea ratione, quia
voluit vt perpetuò bona remane-
rẽt in ſua familia. Ex qua ratione eui
4 dentèr colligitur, monaſterium non
excludere ſubſtitutum, quia ceſſaret
ratio conſeruationis familiæ, & à vo
lũtate expreſſa, vel tacita, & ſubin-
tellecta teſtatoris, recedendum nó
eſt. l. in conditionibus primum locũ.
ff. de conditionibus, & demóſtratio-
nibus, ita tenet Decius, conſ.259. &
& 419. Pariſius, conſ.22. numer.9. vo
lum.3. Pancirolus, conſ.114. numer.5
Alciatus, in. l. Gallus. §. & quid ſi tan
tum, num.7 ff. de liberis & poſthumis,
Antonius Peregrina, de fideicommiſ
ſis, art.28. num.79. vbi tenet contra
plures doctores antiquos & moder-
nos (quos ibi refert) reſoluens, quod
ab hac opinione vti magis conſenta
nea teſtatorum voluntati, & quę ex
5 frequenti iudiciorũ vſu recepta fuit
non facilè eſt recedendum, cum illa
verba, ſubſtitutionis, non poſſunt
monaſterio conuenire, imó expreſſè
refragantur, & ſic non eſt admit-
tenda quæſtio voluntatis, vbi ha
bemus clarum teſtatoris ſenſum. l.
ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de le-
leg.3. & mens teſtatoris talis præſu-
mitur qualis verba demonſtrant. l. fi.
vbi Bart. ff. ad Trebellianum.
6 Ex quibus reſolutiué dicendum eſt,
monaſterium non excludere ſubſti-
7 tutum, retinebit tamen bona fideicõ
miſſi, interim quo monachus natura
liter moriatur, ar. tex in. l. Stacius Flo
rus. §. Cornelio Fęlici. ff. de iure fiſci,
vbi ſic notat Bart. & Baldus. & conſ.
407. num.13. vol.1. Couar. lib.1. va-
8 riarum. c.21. nu.7. Mantica, de con-
iecturis vltim. vol. lib. 11. titu. 7.
num.4. & vide Antonium Gomez,
in. l. 40. Tauri, numer.61. Salazar, de
9 vſu & conſuetudine. c. 1. numer.65.
Gregor. in. l. 8. tit. 19. p. 2. verb. **de he*
*redar.** Xuarez, allegatione. 20. Moli-
nã, lib.3. de Hiſpanorum primogen.
cap.13. num.93. qui omnes agunt de
materia & interprętatione dicti.
§. Cornelio Fęlici. Et quod ſucceſsio
10 monaſterij ſit ſolum durãte vita mo
nachi tenent communiter doctores
in authẽt. niſi rogati. C. ad Trebellia
num, vbi Baldus, numer. 5. Decius, in
d. c. in præſentia (per illum tex.) nu-
mer.290. & Beroius, nu. 554. & alios
11 refert & ſequitur Molina, ſupra, nu-
mer.79. quæ omnia limita non pro-
cedere quando teſtator expreſſé ad
iecisſet, quod nollebat, quod bona
ſua exirent de familia, ſed quod per
petuò conſeruarentur in ea, exclu-
ſo monaſterio, quę verba excluſiua
operarentur etiam in vita grauati, &
ſequens vocatus admittetur duran-
te vita primi, vt docet Couar. ſupra,
c.19. num.11. Pariſius, conſ.100. vol.
1. Peregrina, ſupra, nu. 82. quia aliàs
ex ſucceſsione monachi (per temp'
vitę ſuæ) memoria fũdatoris ſuppri
meretur, & aboleretur, nec nomen,
12 nec arma, inſtitutoris, nec eius fami
liæ ac maiorum ornamenta, eo tem-
pore apparerent, & ſic inducta ad
vnum effectum, non debent operari
ſuum contrarium. l. legata inutili-
ter. ff. de legat. 1. ita notabilitér con-
ſiderauit Molina, ſupra, num. 91. vbi
ſequitur hanc opinionem, cui liben
ter accedimus.

Quæſtio.



## QVAESTIO. 194.

*Vtrum emphyteoſis eccleſiæ, vel feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, intelligatur de filijs hæredibus, vel etiam de extraneis. Communis cõtra communem.*

Qvando quis accepit feudũ pro ſe, & hæredibus ſuis, ſolum de filijs hæredibus cenſetur intellectum, aliàs eſſet donatiò in perpetuum. Ita tenet gloſſ. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. communiter recepta ſecundum Euerardum, in loco.12. colum.2. verſ.2. quæro, & loco.46. colum. ante penultima, Iulius Clarus. §. fæudum, quæſt.4. nu. 2. & dicit communem Zaſius in tractatu de ſucceſsione feudi. 9. p. numer.28. Socinus iunior, conſ.112. numer.12. volum.2. vbi dicit communem, & Rolandus, conſ.44. num.38. volum.3. & conſ.2. num.39. volum.1. Modò dubium eſt, àn idem ſit in emphyteoſi eccleſiaſtica, quæ eſt conceſſa alicui, & hęredibus ſuis. Et non eſſe idem, imò quod tranſeat ad hæredes extraneos, dixit communem Alex. conſ.189. num.12. vol.2, Imolà, in. l. quod dicitur, col.13. ff. de verborum, Corneus, conſ. 131. vol.2. col.3. Afflictis, deciſione.386. qui dicit ita fuiſſe iudicatum in ſacro ſenatu Regis Ferdinãdi, & plures doctores pro hac ſententia refert Iulius Clarus, lib. 4. ſent. §. emphyteoſis, quæſt. 28. num.6. verſ. & in ſpecie, vbi refert duas communes, & pro vtraque infinitos authores, qui magiſtraliter loquitur, Portius, in. §. adeò, inſti. de locato, & refert alios dicentes cõmunem Cutius iunior, conſ.4. nu.1. Pro qua ſentẽtia facit tex. in. d. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebellianum. vbi appellatione hæredis veniunt filij, & non extranei, quod optimè declarat Coſta, in. c. ſi pater. verb. ſi abſque liberis, num 20. de teſtamentis lib. 6. & Peregrina, de fideicommiſsis, articulo.32. per totum.

Sed contrariam partem (imò quod non tranſeat ad hęredes extraneos, ſed tantum ad filios) tenet gloſſ. in. l. etiam. §.1. ff. ſoluto matrimonio, & eſt communis opinio, vt teſtatur Alex. (ſibi contrarius) conſ.23. numer. 10. vol.1. & dixit etiam communem Curtius iunior, conſ.13. numer.1. & Boerius, deciſ.278. num.7. & magis communem Decius, conſ.171. col.1. Eſt tamen concluſio hęc limitanda, ſecundum Bart. in. l. quocumque. C. de omni agro de ſerto, lib. 11. cuius limitationem explicat bellisſimè Ripa, in tractatu de peſte, fol. 20. num. 255. Et pro perfecta huius articuli expeditione eſt omninò videndus Couar. lib.2. variarum. c.17. num.5. cum ſequentibus, cuius opinio eſt ſequenda in iudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 195.

*Vtrum monitio requiratur ad incurrendam pœnam, quando lex loquitur negatiuè. Communis contra communem.*

Monitio requiritur ad incurrendam pœnam, quando lex loquitur negatiuè. Hæc eſt celebris doctrina Innocentij, in. c. extirpandę, ante fi. de pręb. & eſt communis ſecũdum Decium, conſ.151. num.21. Sylueſter, verb. excõmunicatio.7. & verb. ex cõmunicatio.20. verſ. ſecundo quæritur, &

eſt communis ſecundum Socinum, conſ.133. volum.1.numer.15. & dixit etiam communem Præpoſitus, in.c. quidam.5.quæſ.1.&Bernardus Diaz, regul.474.

Sed contrariam opinionem contra Innocentium,dicit eſſe communem Corneus,in.l.1.num.4.C.de his quibus,vt in dignis Caſtro, lib. 2. de lege pęnali.c.5.colu. 6.quæ opinio verior eſt, & tenenda.

## QVAESTIO. 196.

### *Vtrum in ſucceſsione fideicommiſsi filius ſuccedat in locum patris. Communis contra communem.*

IN ſucceſsione fideicommiſsi, filius ſuccedit in locũ patris, gloſ. eſt in.l.cum ita legatur.§.infidei commiſſo.ff.de legat. 2 gloſſ. penul. & eſt communis ſecundum Alexan. conſ. 26. vol.3. & dixit etiam communem Iaſſ. conſ. 158.volum.2.late Gualdenſis,de arte teſtandi,tit.5.cautela.27.

1 Sed contrariam opinionionem imo quod filius in fideicommiſſo non aſſumat locum patris, ſed quod patruus admittatur, tenet Guillermur benedictus,in.cap.Raynuntius, verb,vxorem,decis.5.num.6.de teſt. & plures relati per Decium, conſil. 408.& in.l.2. C. de ſucceſſorio edicto, vbi Curtius,num. 6. hanc dicit communem opinionem. Eandem etiam teſtatur communem, conſil.1.
2 num.5. & Bellonus, conſ. 50. Et eſt alia tertia opinio, & communis ſecundum Curtium iuniorem, conſil. 161.numer.1.ſcilicet,quando agitur de hæreditate aſcendentis,vel etiam patrui,tunc ne potes ſuccedunt, & non patruus: quand autem de hæreditate aliorum,tunc patruus, & non
3 nepos. Et hoc pacto poſſunt reduci ad concordiam prędictę communes contrariæ,circa quas vide eundem Curtium,in conſ. 58.num.1. & vide in quęſtione ſequenti alia plurima. capitula.ex quibus colliges quęſtionis reſolutionem.

## SVMMARIVM.

1 *Quæſtio præſens fuit gladiatorio iudicio deciſſa tempore Othonis.*
2 *Nepos vicit in pugna, & miraculosè fuit exiſtimatum.*
3 *Repræſentatio non habet locum quando maior vocatur ad ſucceſsionem.*
4 *Cauſa nepotis eſt hodiè approbata in.l.2. tit.15 p.2.*
5 *Lex.40.Tauri fuit neceſſaria, quia eſt magis generalis, & loquitur in deſcendentibus, & tranſuerſalibus.*
6 *Repræſentatio cadit in omni fideicommiſſo familiæ relicto.*
7 *Repræſentatio facit, vt remotior dicatur propinquior.*
8 *Communis eſt opinio contraria, quod non detur repræſentatio.*
9 *Nepos repræſentat perſonam ſui patris.*

## QVAESTIO. 197.

### *Vtrum in maioratibus ſuccedat patruus, vel nepos ex filio maiori præmortuo. Communis contra communem, & quid iure regio.*

ALta inter antiquos fuit quæſtio agitata, vtrum in primogenitura ſuccedat patruus, an verò nepos ex filio maiori præmortuo,& patruum quidem in ſucceſsione præferendum eſſe, tenuit Oldra.



Oldradus,conſil.94. colum. 5. & eſt communis opinio ſecundum Alex. conſ.4.volu.4.num.11.& dicit magis communem,& melioribus rationibus fundatam, Gualdenſis, de arte teſtandi, tit. de liberis inſtituendis, cautela.8.Et tempore Othonis impe
1 ratoris,hæc quæſtio fuit gladiatorio iudicio deciſſa inter patrem & nepotẽ,vt refert Antonius Gabriel,lib.4. commun.titul.de ſucceſsionibus ab in teſtamento concluſione. 2. num. 16.qui tradit duas communes contrarias, & Antonius Gomez,in.l. 40. Tauri,num. 66. qui dicit,quod im
2 pugna vicit nepos, & fuit exiſtimatum quod miraculosè accidiſſet, & ſequitur Antonius Gamma, in deciſionibus Portugaliæ, deciſ. 306. in qua quæſtione dixit Baldus,in.l.cũ antiquioribus.C.de iure deliber. ꝙ ſoluat Apollo,& in conſ.275. vol.2. dicit, quod aſſerere aliquid in hac quęſtione, potius eſt ſuperſticioſum quã diſcretum. De cuius quæſtionis reſolutione videndus eſt Couarru. pract.qq.quæſ.38.nu.5 qui poſt multa concludit veriorem eſſe opinionem pro nepote. Et vide Gregoriũ, in.l.2.titul.15.p.2. Molinã de primogen.Hiſpanię,lib.3.c.6. Tiraquellũ de primogen.quęſtion. 40. Coſtam de ſucceſsione patrui & nep. & vide Decium,conſ.445. qui tenet pro patruo,& ratio huius opinionis eſt, quia quando vocatur maior ad ſucceſsionem,non habet locum repræſentatio.Ita Rubeus,in rubric. §.69. in fine,Capicius,deciſ.2.num.8.maximè quia nepos habetur loco filij repræſentatiuè, filius verò propriè &naturaliter eſt filius.

3 Sed pro cõtraria opinione,& ſic ꝓ nepote conſuluit Paul. Caſtren. cõſ. 164.num.10.vol.2. Barbacia, conſil. 10.num.1.lib.2.Socinus, conſ. 252. numer.10.lib.2.& Caſtillo,in d.l.40. Tauri gloſſ.1. vbi dicit, quod ante tempora Pauli,erat introductũ antiqua conſuetudine, quod nepos patruo præferẽdus eſſet, etiam ante leges Tauri,&ita affirmat obſeruatum fuiſſe de conſuetudine Hiſpanię Montaluus,in.l.1.tit.3.lib.2.fori in gloſſ. verb.*ſu hijo,* & eandem Hiſpaniæ conſuetudinem refert. Tiraquellus de iure primogenit. quæſt 40.num. 12.& Molina lib.3. de Hiſpanorum primogen.c.6.num.26.Xuarez,in.l. quoniam in prioribus,ampliatione. 10.num.12.Aretinus, conſ.62. aliàs. 162.& Gualdenſis de arte teſtandi, tit.3.cautela.8. & hanc communem contrariam refert Tiraquellus, ſup. num.11.&.13.& Anton. Gabriel,lib. 4.commun.tit.de fideicommiſ. concluſione.3.& Couarru.lib.3. variarũ c.5.num.8.& Gomecius,numer. 66. qui plures referunt pro hac opiniõne, & hodiè approbata eſt,cauſa ne
4 potis,ex. d.l.2. tit.15.p. 2.& in.l.40. Tauri,quæ idem videtur diſponere, quæ eſt lex.5.tit.7.lib.5.recopilationis,ſed fuit neceſſaria illa lex Tauri, quia .d. l. 2. non loquebatur ge
5 neraliter,ſed tantum in primogenio regis,vt expreſſè aduertit Paulus de Caſtro,conſ.754.&Gutierrez,nouiſſimè pract.quęſt.12.p.quæſt.67.num. 36.& lib.2.canonicarum.c.14.num. 62.Præterea fuit neceſſaria. d.l.40. Tauri,quia.l.2.partitæ nihil de tranſuerſalibus expreſſit,ſed ſolum de aſcendentibus,de quo art. vide Socinũ,cõſ.252.vol.2.Acoſta in tractatu docet de patruo & nepote,idem Molina.c.4 numer. 13. Burgos de Paz, quæſt.2.num.67.& conſ.44.numer. 11., Pinelus,in.l.1.de bonis maternis.
6 3.p.num.99.& eſt ratio propter repræſentationem, quæ cadit in omni fideicommiſſo familiæ relicto,quæ
7 operatur, vt remotior dicatur propinquior,vt tradit Paulus Pariſius, conſ.36.num.8.vol.2.& eſt gloſſ.cõmuniter recepta, in. l.cum ita. §. in fidei

fideicommiſſo,verb. proximo.ff.de
leg.2.quam(pluribus citatis ) dicit
communem Antonius Gabriel,ſup.
concl.3.num.2.Rolandus, conſ. 68.
num.46.Tiraquellus de primogeni-
tura,quæſt. 40. num. 184. Tiberius
Decianus,conſ.5.numer.358.& dicit
cõmunem Vincentius Hondedei,
conſ.70.num.19.& Molina.ſupra.c.
7.num.20.& Velazquezde Auenda
ño,in.d.l.40.Tauri,gloſſ.2. num.31.
& Gutierrez.ſupra,lib.3 quæſt. 67.
num.36.vbi refert alteram commu-
8 nem contrariã(contra gloſſam,quod
non detur repræſentatio)quam opi-
nionem tenent doctores in.d.§.in fi
deicommiſſo,vbiPeralta.ſequitur,&
dicit magis communem Antonius
Gomez, in l.8.Tauri, num.17. Co-
uarr.ſupra pract.quæſt.c.28.num.4.
Velaſcus.de iure emphyteotico,quę
ſtione.51.num.31.& Spino,in ſpecu-
lo teſtamentorum gloſſ.1.nume. 50.
vbi refert duas communes,Rojas.in
epitome ſucceſsion.c.5.num. 36.vbi
hanc dicit communem obſeruantiã
in Hiſpania, & quod ad euitandas
doctorum opiniones condita fuit
dicta lex.40.Tauri,idem Spino,glo.
19.num.52.& gloſſ.18.numer. 47.&
facit tex in.l.1.§.ſi filius.ff.de ſuis &
legitimis hæred.§.cum filius inſti.de
hæreditatibꝰ.quę ab in teſtato deffe
runtur. l. poſthumorũ..ff de iniuſto
9 rupto.c.licet devoto,vbi Abb.dicit,
quod nepos repręſentat perſonam
ſuipatris.l.1.§.ſiſit filius.ff. de con-
iug.cum emancip.lib. eius. l.2. &.3.
C.de ſuis,& legitimis hęred.&ſic ab
hac opinionenon eſt recedendum
in iudicando & conſulendo, cum
iam habeamꝰ expreſſam determina
tionem.

## QVAESTIO. 198.

### *Vtrum clericus in vita æquiparetur vſufructuario. Communis contra communem.*

CLericus in vita æquiparatur vſufructuario Ita tenet gloſ. in. c.pręſenti de officio deleg.in.6.cuius opinio dixit communem gloſſ. in pragmatica ſanctione, tit.de agnatis verſ.item quid ſi eccleſia,verb.acquiſitos.Dixit etiamcommunem Corneus,conſ.314. vol.3. & Ioannes Lupus, in repetitione rubr, §.66.n.22.de teſta.&Rip.in.l.obligatione,num.46.ff.de pignoribus,qui omnes ſequuntur diſtinctionem illius gloſſæ, quam dicit ſingularem Barbacia,in.c.requiſiti,colum.26.de teſtamẽtis,& in.c. venerabili,col.10 de offi.deleg. &.in tractatu de pręſtant.Card.quæſt.3.col.3.& 6.

Sed illius glo. opinionẽ cõmuniter non teneri aſſerit idem Barbacia,in c.fi.num. 13. de peculio clericorum, quamquęſtionem reſolue ex traditis in quæſt.338.

### *SVMMARIVM.*

1 *REs prohibita alienari,poteſt locari,*
2 *Locatio ad modicum tempus eſt permiſſa in fructibus beneficiorum.*
3 *Gloſ.in.§ inſtituto rreprobatur.*
4 *Ex locatione ad longum tempus, transfertur poſſeſsio naturalis.*
5 *Dominium transfertur ex locatione ad longum tempus, ſecundum aliquos, & eſt communis.*
6 *Lex.fin.C.de iure emphyteotico declaratur.*
7 *Locari non poſſunt bona eccleſiaſtica vltra triennium.*

*Clerici*



8 *Clerici non poſſunt locare fructus ſuorum beneficiorum vltra triennium, ſecundũ Gutierrez,ſed alij contra.*
9 *Extrauagans,ambicioſæ,de rebus eccleſiæ declaratur.*
10 *Locatio fructuum de triennio in trienniũ non valet.*
11 *Pœna excommunicationis,de qua in dicta extrauaganti,non eſt in vſu.*
12 *Pontificis licentia eſt neceſſaria in locatione fructuum beneficiorum vltra triẽnium.*
13 *Longum tempus quod dicatur.*
14 *Spacium decennij dicitur longum tempus.*
15 *Locatio facta ad longum tempus valet in tempore permiſſo, ſecundum veriorem opinionem contra alteram communem.*

## QVAESTIO. 199.

### *Vtrum fructus beneficiorum ad lõgum tempus locari poſsint, & quod dicatur longum tempus. Communis contra communem.*

REs eccleſiæ non poſſunt alie
nari, vt per totum titulum
de rebus eccleſiæ non alienã
dis. modò eſt dubium, an fructus be
neficiorum locari poſsint,&facit du
bium,quia res prohibita alienari be-
nè locari poteſt.l.codicillis.§.inſtitu
to.ff.deleg.2.l.non ſolet.ff.locati,ex
quibus videtur, quod etiam in his
1 fructibus locatio fieri poſsit.Ita pro
bat tx.in clem.1.in fine,de rebus ec-
cleſiæ non alienandis,qui tex.intelli
gitur dũmodo prædicta locatio fiat
2 ad modicũ tẽpus,ex quo venit gloſ.
repræhendẽda,in.d.§.inſtituto, verſ.
extitiſſe,quæ dicit,quod prohibitus
alienare,poteſt locare ad longũ tem-
pus,etiam ad mille annos,cuius con-
trarium tenet glo.in.d clem.1. dicẽs
prohibitum alienare ſolum poſſe lo-
3 care ad modicum tempus,&hæc opi
nio tenetur communiter,ſecundum
Bar.in.d.§.inſtituto(contra gloſſam
ibi)& ſecundum Ananiam,in. c.fin.
num.17.ne prælati vices ſuas, ita Bel
lamera,deciſ.748.Decius,conſ. 142.
Greg.in.l.19.ti.8.p.5.ver.*ſu vida,*&
Molina,lib.1.de Hiſpan.primo c.21.
n.18.& dixit etiam cõmunem Affli-
ctis,de iure protomiſſ.in princip.le-
gis.nu.26.vol.5.tractatuum,& Boe-
rius,deciſ.234.num.5.& dixit etiam
communemTiraquellus,de retractu
§.1.gloſſ.14.numer.81.& Gomecius,
in.l.80.Tauri,num.84.Couar.lib.2.
variarum.c.16.num.1.ad fin.& Feli-
nus,in.c.quæ in eccleſiarum, nume.
87.de conſtitutionibus,quorum ra-
tio eſt,quia ex locatione ad longum
4 tempus transfertur poſſeſsio natura
lis,ſecundum gloſſam,in.l. ſi vt cer-
to.§.ſi duobus. ff.commodati, cum
alijs citatis á Tiraquello.d.gloſſ.14.
num.79.Itẽ transfertur dominium
5 vtile ex tali locatione,vt in. l.1.§ qꝛ
autem ait.ff.de ſuperficiebus,& in.l.
1.§.qui in perpetuum (iuxta legẽ fi.)
ff.ſi ager,vect.vel emphyt.petat.vbi
tradunt doctores,& Euerardus loco
12.col.149.& Tiraquellus, in.d.glo.
14.num.80.vltra quos illud aduertit
Paulus, in repetitione,legis, ex hoc
iure,num.21.ff.de iuſtitia & iure,quẽ
nullꝰ refert, & Iulius Clarus,lib.5. re
ceptarum ſententiarum.§. fi. quæſt.
82.& Molina,lib.1. de Hiſpanorum
primog.c.21.n.16.&.17.ſed certè tx.
in.d.§.qui in perpetuum, probat ex-
preſſè contrarium, imó quod non
tranſeat dominium, vt in tex.ibi,
*quamuis domini nõ efficiantur,*&illud
tenet Conanus, lib. 7.commentario
rum.c.12.fol.535.& Pinelus,in.l.1.de
bonis maternis.3.p.num.66.cum ſe-
quentibus,contra quos eſt commu-
nis

nis opinio, vt tradit Molina, ſup. nu.
17. dicens non poſſe aſsignari con-
gruum reſponſum ad contraria iu-
ra.

Ex quibus eſt limitanda regu. tex.
in. d. l. non ſolet. ff. locati, & regul.
tex. in. l. ædem. C. locati, & in. l. em-
ptorem. C. eod. vt aduertit Tiraquel
lus. d. gloſſ. 12. num. 82. & Euerardus
d. loco. 12. col. 149. & ſimiliter venit
6 amplianda diſpoſitio tx. in. l. fi. in fi.
C. de iure emphyteotico, vt habeat
locum in emphyteota locantem ad
longum tempus, irrequiſito domino
ſecundum Aymonem Crauetam, de
antiquitate temporum. 4. p. in prin-
cipio, num. 147.

7 Hodiè autem, per extrauagantem
ambicioſæ, de rebus eccleſiæ nó alie
nandis, non tenet locatio vltra trien
nium bonorum eccleſiaſticorum, de
cuius intellectu agit nouiſsimè Hie
ronymus de Monte, variarum iur.
quæſt. 20. ex num. 3. Salzed. in addi-
tionibus ad Bernardum Diaz. c. 71.
Nauarr. in Manuali. c. 23. numer. 62.
& c. 27. nu. 149. Azeued. in. l. 33. titu.
3. num. 1. lib. 1. recop. Maſcardus, vol.
2. de probat. concl. 603. num. 28. Vin
centius Carocius, in tractatu de lo-
catione. 1. p. in titulo de bonis eccle
ſię non alien. ex nu. 5. Pinelus, in. l. 1.
de bonis mat. 3. p. num. 65. Sarmien-
to de redditibus eccleſ. 1. par. cap. 2.
8 num. 20. Gutierrez, lib. 1. canonica-
rum quęſtionum. c. 8. qui à num. 14.
& 15. reſoluit, quod clerici, vel cano-
nici non poſſunt vltra triennium lo
care fructus ſuorum beneficiorum,
licet in contrarium teneat Auenda-
ñus, in. cc. pp. 1 p. c. 4. num. 32. col. 3.
qui dicit, quod dicta extrauagans ſo
lum procedit in rebus eccleſiæ, non
9 autem in boniseccleſiarũ, idemque
tenet Couar. lib. 2. variarum. c. 16. nu
mer. 6. & eſt tex. pro hac ſententia in
l. 9 tit. 17. p. 1. circa cuius interpræta
tionem agit Didacus Perez, in. l. 2. ti
tul. 6. lib. 5. ordinam. pag. 202. & Ioan
Garcia. de expenſis. c. 14. nume. 5. &
Burſatus, conſ. 23. 1. p. num. 6. & 7.
Sed contra Gutierrez, ſupra, tenet
Zenedo, in ſuis collectaneis, collec-
tanea. 76. num. 3. in. 2. p. & vide Can-
celinum, deciſione 43. vbi ampliat,
quod neque locatio de triennio in
triennium valeat, quod etiam tenet
Gutierrez, de iuramento confirma-
torio. 1. p. c. 7. numer. fi. & ita proba-
10 tur in authent. de non alienandis, vel
permut. §. quod autem dictum verſ.
neque illud collatione. 2. & reſpectu
pœnæ illa extrauagans nó eſt in vſu,
11 neque quo ad excommunicationé
fuit recepta, vt tradit Mandoſius, de
ſignatura gratię, in tit. de locandis
redditib⁹, verſ. de iure fol. 105. qui te
net opinionem Gutierrez, ſupra, dũ
12 dicit, quod eſt neceſſaria licentia pó
tificis in locatione fructuum vltra
triennium, quod etiam ſentit Cor-
doba, in ſuo quæſtionario de Romã
ce, quęſtione. 103. & illud ſignificant
verba illius extrauagãtis, ibi, **omniũ*
*rerum, & bonorum eccleſiaſticorum,**
5 quaſi cõtrarium ſit in fructibus præ
bendarum. Quælibet tamen opinio
eſt probabilis, ſed magis practicatur
ſententia Gutierrez, contra Couar.
& Auendañum, ſupra.

13 Quibus ſic præhabitis, nunc autẽ
dubium eſt, quod dicatur longum
tempus, in hoc articulo, (ſiquidem
prædicta locatio in his fructibus ad
longum tempus fieri prohibetur) cir
ca quod gloſſ. in. d. clem. 1. varias re-
fert opiniones, inter quas illa eſt re-
cepta, quod hoc relinquatur arbi-
trio iudicis, & hæc eſt communis
opinio ſecundum Alex. in. l. ſi filio
familias. §. fin. num. 25. ff. ſoluto ma
trimonio, & hanc eſſe veram opinio
nem teſtatur Couar. lib. 2. variarum.
c. 16. num. 3. quem ſequitur Meno-
chius, de arbitrarijs lib. 2. centuria. 1 I
caſu. 5. num. 12. vbi refert ſeptem op-
niones contrarias, ſed neutram dicit
communem. Eſt alia opinio, & ſic cõ
traria, quod longum tempus dicatur
deccennium, & hæc eſt communis
14 opinio, ſecundum Bartolum, in. d. l.
1. §. quod autem ait, num. 3. ff. de ſu-
perficiebus, quam opinionem dicũt
communem plures relati per Couar.
d lib. 2. variarum. c. 16. num. 1. (imme
mor Alex. in d. §. fi.) Et an locatio
de rebus eccleſiæ, vel de bonis maio
ratus, ad longum tempus ſuſtinea-
15 tur per tempus quo fieri poterat de
iure, vide Couar. lib. 2. variarum. c.
16. numer. 5. & Iulium Clarum, lib. 4.
ſententiarum. §. emphyteoſis, quæſt.
6. & §. feudum, quæſt. 13. & Molina,
lib. 1. de Hiſpanorum primogen. c.
21. num. 28. qui reſoluit eſſe commu-
nem opinionem valere, contra plu-
res, quos ibi refert, inter quos eſt La-
pus, allegatione. 80. & Matthæ⁹ de Af
flictis, deciſ. 107. num. 2. qui tenent
non valere, etiam in tempore per-
miſſo, quod fuit de mente Baldi. in
authen. ſiquas ruinas. C. de ſacroſan.
eccle. & ſequitur Paul. in auth. qui rẽ
C. eodẽ, vbi Iaſſo. numero. 21 De-
cius, num. 22. & 23. dicit communẽ
opinionẽ, & ab ea non eſſe recendũ,
& in praxi eſſe tenẽdam aſſerit Are
tinus in. l. 1. §. ſed mihi concl. 6 de
verborum & ſequitur Alex. cõſ. 38.
n. 5. vol. 2. & Tiraquel. lib. 2. de retra
ctu §. fi. numer. 144. & dicit magis
communem Carolus Molin. in con-
5 ſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 41. quæſt. 10. nu.
43. & dicit communem & frequen-
tiori calculo receptam Couar. ſup.
numer. 5. & Baldi. ſententiam eſſe ve
riorẽ & magis communem dicit Iu-
lius Clarus, ſupra quæſt. 6. in. d. §.
emphyteoſis, & in. §. feudum, quęſt.
13. ſed à priori opinione non eſt rece
dendum iniudicando & conſulendo,
cum vtile per inutile non debeat vi-
ciari, & hanc ſequitur nouiſsimè
Gutierrez. 2. p. canonicarum. c. 13.
num. 6. quam dicit communiorem,
& magis receptam, & facit pro hac
tex. in authent. de non alienandis. §.
quid autem, in fin. col. 2.



## QVAESTIO. 200.

*Vtrum contractus firmetur iu ramento, quando eſt à lege pro hibitus. Communis con tra commu- nem.*

QVando contractus eſt pro-
hibitus, & lex dirigit verba
prohibitionis in perſonam
contrahentis, talis contractus non
firmatur iuramento, ſecus verò ſi
verba dirigantur in rem. Ita Barto-
tolus, in. l ſi quis pro eo, num. 9. ff. de
fideiuſſoribus, cum quo tranſeunt
omnes legiſtæ, ſecundum Imolam,
in. c. cum contingat, num. 36. de iure
iurando. Et quod ſit generalitercom
munis, imó etiam magis communis,
aſſerit Rodericus Xuarez, in. l. 1. tit.
**de las arras,** lib. 2. fori, quæſt. 3. col.
3. fol. 30. pagina. 2.

Sed contrariam ſententiam contra
Bartolũ aſſerit eſſe cõmunẽ Alex.
conſ. 100. vol. 4. & Alciat. in c. nouit,
nu. 37. de iud. & in. c. cũ contingat,
num. 97. & 109. de iure iur. & hanc
communem contrariam retulit Co
uar. in. c. quanuis pactum. 2. p. §. 2.
in princ. num. 7. verſ. primum, vbi la
tiſsimé per totum. §. agit de veritate
huius quęſtionis. Et vide Gutierrez,
de iuramento confirmatorio. 1. p. c.
3. num. 8. qui reſoluit, quod licét de
iure ciuili non valeret contractum
iuratum contra legem, vt in. l. non
dubiũ. C. de legib. tamen. de iure ca-
nonico optime valet, vt in. d. c. quan
uis pactũ. c. cũ contingat. c. licet mu
lieres, de iure iuran. lib. 6. cui iuri
ſtandum

ſtandum eſt invtroque foro, & ab ac vltima opinione non eſt recedendum.

## QVAESTIO. 201.

*Vtrum contra præſcriptionẽ inceptam in præſentia, & in abſentia conſummatam, detur in integrum reſtitutio. Communis contra communem.*

SI præſcriptio eſt incepta in præſentia, quanuis in abſentia ſit conſũmata, non datur in integrum reſtitutio. Hæc eſt cõmunis opinio Martini, & Placentini, in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cauſis maiores, eam que ſequuntur Oldradus, & Petrus, in l. in l. quo tempore. C. de reſtitutione militum, vbi Zinus, quæſtione 9. & Paulus eã eſſe verã teſtatur, & tenet Faber. in §. rurſus, nu. 5. vſque ad. 11. inſtit. de actionibus, vbi Zaſius col. 49 teſtatur eſſe concluſionẽ indubitatam, & eam dicit communem Paulus in l diuorcio. §. non ſolum, numero. 4. ff. ſoluto matrimonio.

Sed contrariam opinionem tenuit Vulgarinus, & (poſt eũ) Accurſius, in. d. §. ſed quod ſimpliciter, vbi Albericus, num. 12. ſequitur iſtam opinionem, quam tenet Bartolus, in. d. l. quo tempore, vbi idem Albericus, colum. 2. Baldus. colum. 2. in fin. Salicetus. col. 1. in fin. qui teſtatur hanc eſſe communem opinionem, quam ſequitur gloſſ. in. d. §. rurſus, vbi hãc eſſe communem teſtatur Iaſſ. num. 57. & Gomecius, numer. 28. & dicit etiam communem Balb. de præſcrip. 1. p. 6. partis princip. col. 4. à qua opinione recedendum non eſt in iudicando & conſulendo, cum ſit magis benignior.

## SVMMARIVM.

1 *Bona ſecundi conductoris non ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus.*
2 *Cænaculum idem eſt quod hoſpitium.*
3 *Hypotheca tacita facilius inducitur in inquilino, quam in colono.*
4 *Hypotheca tacita impedit alienationem.*
5 *Inuecta, & illata eſſe tacitè hypothecata qualiter intelligatur.*
6 *Locatio ſine pretio in pecunia eſſe non poteſt. ſed contrarium verius.*
7 *Res alienæ inuectæ in domum, vel fundũ, ſunt tacitè hypothecatæ.*
8 *Venditio rei alienæ facta domino præſente & non contradicente valet.*
9 *Executor teſtamenti in præſentia nominatus, non videtur conſentire.*
10 *Gloſſ. in l. cum proponas. C de pactis, reprobatur.*

## QVAESTIO. 202.

*Vtrum inuecta in domum ſecundi conductoris, ſint tacitè hypothecata vero domino, ſi res inuecta ſit aliena. Communis contra communem, & quid iure regio.*

INuecta, & illata in domum, vel fundum conductum, ſunt tacitè hypothecata pro penſione illorũ tex. in l. item quia ff. de pactis l. certi iuris C. locato §. item Seruiana, in ſtitutis, de actionibus l. 2. & 3. ff. in quibus cauſis pign. vel hypotheca ſoluitur l. 5. tit. 8. par. 5. l. fin. tit. 17. lib. 3. fori, de quorum iurium materia vide Romanum ſingulari. 233. & Socin. reg. 192. incipien. inuecta & illata, eundem Romanum, ſingulari. 386. & dicit Forcatulus, dialogo 17. in princip. ꝙ regula illa non habet locum in bonis ſecundi con-
1 ductoris, quia illa bona non cenſentur hypothecata vero domino pro pẽſione. Ita probat tx. in. l. ſi in. l. §. ſi colonus. ff. locati, qué cõmendat Romanus, ſingulari. 386. Cõtrarium tamen videtur imò quod bona ſecũdi cõductoris ſint hypothecata pro penſione domus, ſaltim pro ea parte qua domus, partem vé eius cõduxit. Ita probat tex. in. l. ſolutum. ff. de pignoratitia actione, per quem hoc tenet Socinus, reg. 192. limitatione. 6. pro quorum iurium concordia multũm laborãt ſcribentes Accurſius, vtrobique (plures aſsignat ſolutiones) & in. l. Pomponius, la. 2. ff. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca ſoluitur, quod aut loquimur in prædijs vrbanis, & tunc bona ſecũdi locatoris cenſentur hypothecata, & ꝙ ita
2 procedat tex. in. d. §. ſolutam, qui loquitur de eo, qui cænaculum conduxit, quod eſt idem quod hoſpitium vt declarat Budeus, in. l. ſi verò. ff. de his qui deiecerunt, vel efud. & Alex. ab Alex. lib. 3. dierũ Genial. c. 14. & Alciat. lib. 3. Parergon. iuris. c. 12. aut verò loquimur in prædijs ruſticis, & non cenſetur, & ita procedat tex. in d. §. ſi colonus, quem intellectum ad illa iura ſequitur Romanus ſingulari. 391. pro quo intellectu facit, quia facilius inducitur hæc hypotheca in inquilino, quam in colono, vt in
3 l. certi iuris. C. locat. & facit tex. in. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. eod. tit. vbi tacita recõductio induci tur in prædijs vrbanis ex habitatione poſt tempus conductionis finitum, quod non eſt in prædijs ruſticis, cuius rationẽ differentiæ poſſuit lex. 20. tit. 8. par. 5. quam declarat Gregor. ibi gloſſ. fin. & Gomecius. 2. tom. cap. 3. num. 15. quæ tamen differentia videtur iam ſublata per legem . 8. titul. 17. lib. 3. fori. Vndè Bart. intelligit illa iura, quod in. d. §. ſi colonus, ideò non obligantur tacitè bona ſecundi conducturis domino, quia expreſſé erant iam obligata primo conductori. Quem intellectum aſsignat Bartolus, in. d. §. ſi colonus, & Antonius de Fano, de pignoribus. 2. part. membro 4. numero. 135. & dicit communem Gomecius, in. §. item Seruiana, nume. 15. (quem vide) & numero 32. inſtit. de actionibus. Qui intel-
4 lectus diuinat, ſecundum Romanũ d. ſingulari. 391. Eſt tamen notandum illam tacitam hypothecam à lege inductam alienationem impedire, vt in. l. ab eo. C. de ſeruo pignor. dato manum, de quo vide Gomecium, in. d. §. item Seruiana, numer. 26. & Bellonum, nu. 34. lex. tamen regni. 5. tit. 8. p. 5. ea ſola bona pro penſione obligata eſſe dicit, quę in prædio fuerunt inuecta, ex quo præſuponit ea poſſe vendi, de quo articulo latè per Fortunium, in. d. . item quia
5 in principio. Rurſus eſt intelligenda illa regula, quod illata & inuecta ſunt tacitè hypothecata pro penſione domus, quando locatio facta eſt in pecunia numerata, ſecus ſi in alia ſpecie ſoluenda, ſecundum Speculatorem, tit. de locato. § poſtquam, nũ. 25. 4. p. quẽ ſequitur Curtius iunior, in. l. ſingularia, nu. 21. ff. ſi certum petatur, dicẽs durum eſſe reddere rationem diuerſitatis. ſed illam aſsignat Speculator, vbi ſupra, dicens ꝙ locatio ſine pretio in pecunia eſſe nõ poteſt vt tenet glo. in. l. ſi olei. C. locati
6 & in. l. 3. C. eod. tit. & in. l. hęc diſtin tio. ff. eod. in prin. inſti. eod. tit. & alibi ſępe, quas ſequitur Iaſſ.. in. d. §. itẽ

Seruiana, numer. 12. & in §. actionum numer. 185. ff. eod. tit. & probat lex 1. titul. 8. p. 5. quam opinionem fatetur communem Corraſius. lib. 2. miſcelanearum, cap. 11. dicens tamē contrarium eſſe de iure veriùs, ſed contra Speculatorem (imò quod in quacunque ſpecie fiat conductio. cenſeantur hypothecata bona inuecta, & illata tacitè) tenet expreſſé gloſſ. in. d. §. item Seruiana, quę vult prędicta etiam procedere in colono partiario. Cuius gloſſæ opinio eſt communis ſecundum Angelum, ibi num. 7. Iaſſ. num. 15. Gomeciū, & Zaſiū, num. 14. & ita per illam gloſſam contra Speculatorem tenet Romanus, ſingulari. 233. & Iaſſ. in. d. l. item quia, in princip. numer. 2. Quibus ſic viſsis dubium eſt, an ſiquis inferat res alienas in domum conductam, vel in fundum domino illarum rerū ſciente, & non contradicente res il-
7 lę ceſeantur tacitè hypothecatę pro penſione illius domus, vel fundi, & non cenſeri tacitè hypothecatas tenet gloſſ. in. d. l. item quia & eſt communis opinio ſecundum Alexand. in. l. quæ dotis, numer. 28. ff. ſoluto matrimonio, & ſecundum Iaſſ. in. d. §. item Seruiana, numer. 54. & ſecundum Gomecium ibidem, num. 24. & hanc partem tenet Afflictis deciſione Neapolitana. 184.

Sed contrariam opinionem (imó quod illa bona aliena illata preſente & conſentiente domino ſint tacitè hypothecata) tenet gloſſ. in, d. l. certi iuris, cuius opinionem ſequitur Alexand. in d. l. item quia. in princip. num. 1. & eſt communis ſecundum Neguſancium de pignoribus. 2. par.
8 in princip. membro. 4. numer. 152. & illam expreſſè comprobat lex. 9. tit. 13. p. 5. per quam legem idem tenet Menchaca. (referens duas communes) lib. 3. de ſucceſsionum progreſ. cap. 56. numer. 1. licèt ipſe reſoluat cōtrarium. Et illam legem par. declarat Mieres, de maioratu. 1. par. quæſt. 23. numer. 4. & pro opinione iſtius gloſſæ, facit opinio gloſſæ. in. l. cum proponas filios. C. de pactis, cui eſt ſimilis in. c. 1. §. pręterea, quibus modis fęudum amittatur, quæ vult ꝙ ſi vendo rem alienam domino preſente, & tacente valet huiuſmodi venditio, & domino pręiudicat Illa tamen gloſſ. communiter reprobatur, ſecundum Baldum, in. l. 1. num. 12. C. de bonis maternis, & dixit eſſe communem contra gloſſam Iaſſ. in. l. filius familias. §. diui in lectura. 2. num. 85. ff. de leg. 1. & Guillermus Benedictus, in. cap. Raynuntius verb. ſi abſque liberis, el. 2. titulo de fideicommiſſaria ſubſtitutione, numer. 114. & Tiraquellus, de retractu lib. 1. §. 1. gloſſ. 9. num. 154. ſed adhuc pro illa gloſſ. in d. l. certi iuris plurimum conducit theorica gloſſæ. in. l. Caius. ff. de pignoratitia actione (per illum tex.) ſic diſtinguens, quod ſi actus, qui fit me prę ſente, & tacente, eſt eius qualitatis, quod me inuito etiam fieri poterat, tunc non videor conſentire illi actui, vt eſt exemplū
9 in executore teſtamenti, qui licet præſens, & tacens nominetur executor non viſſus eſt acceptare officiū ſecundum Couarr. in. cap. Ioannes, numer. 4. de teſtamen. vbi refert hāc eſſe communem opinionem ex Barbacia, ibi, num. 12. vbi etiam Couarr. affert aliud exemplum de compromiſſario nam licet me præſente, & tacente in me fiat compromiſſum, non ſunt viſſus acceptare, quam dicit eſſe communem opinionem ibidem. & primam concluſionē, de executore dixit eſſe communē Iacobus à Canibus de executione vltimarum voluntatū. 1. p. quæſt. 4. in fi. volu. 7. tractat. doctorum, & ex hoc membro. reprobatur gloſſ. in. d. l. cum proponas, aut verò actus, qui me preſen
10 te fit, & tacete eſt talis qualitatis, ꝙ eum prohibere poſſunt (vt eſt pignus vel hypotheca) & tunc videor conſentire, & ex hac parte diſtinctionis comprobatur opinio gloſſæ, in. d. l. & ſequitur Alex. conſ. 131. numer. 5. vol. 2. & dicit communē Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgundiæ rub. 3. §. 8. verb. *las conſeutement.* num. 9. & ſimilem diſtinctionem facit gloſ. in. cap. nonne de præſumptionibus, verb. tacendo, alia gloſſ. ſimilis verb. tacuerit, in. d. c. Diaconus. 27. diſtinctione alia, in. c. 2. de hiſquę fiunt á prelato, alia in. l. fideiuſſor la. 2. §. pręter. ff. de pign. verb. manifeſtum eſt alia in. l. Titia, cum teſtamento. §. Lucia Titia verb. non eſſe. ff. de leg. 2. alia in. l. fine, verb. conſultum. C. ad Trebellianum, quas omnes approbat expreſſè lex. 9. tit. 13. p. 5. Limita tamen illas prout limitat glo. in. d. c. Diaconus, & vide tex. contra illam diſtinctionem in. l. ſicut. §. non videtur. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſoluitur, quam legem & alias quas adducit pro hac opinione, declarat Menchaca, ſupra, num. 1. col. 3.



## SVMMARIVM

1. *Difficilior redditur princeps, vbi ſunt duo vincula & impedimenta quàm in vno tantum.*
2. *Adulterinus filius & inceſtuoſus, ſpurius iudicatur.*
3. *In odioſis à propria verborum ſignificatione eſt recedendum.*
4. *Genus comprehendit ſub ſe omnes ſpecies.*
5. *Sub ſimplicibus cōtinetur caſus mixtus in fauorabilibus.*
6. *Filius legitimatus gaudet honore parentum quo ad officia, non vero quoad contributiones plebeiorum, & num. 9.*
7. *L. 12. Tauri declaratur vt ſolum procedat quo ad officia & honores ſi fuerit ſpurius, ſecus ſi naturalis.*
8. *Filius baſtardus non gaudet nobilitate parentum.*
9. *Filius naturalis gaudet honore & nobilitate parentum, etiam ſi nobilitas patris proueniat ex priuilegio.*
10. *Lex. 7. tit. 20. lib. 8. recopilationis declaratur.*
11. *Lex. 62. Tauri declaratur.*

### QVAESTIO. 203.

*Vtrum facultas legitimandi ſpurios & adulterinos, comprehendat filios qui vtroque morbo laborant. Communis contra communem.*

DVbitari ſolet apud ſcribentes, an facultas legitimandi filios ſpurios & inceſtuoſos comprehendat etiam filios qui vtroque morbo laborant; & pro parte negatiua adducitur Bartuli ſētētia, in. l. 2. ff. de verb. obligat. quem ſequitur ibi Alciat. numer. 46. dicens, eſſe communem opinionem, vbi etiam dicit eſſe communem opinionē Iaſſ. numer. 4. eandem opinionem tenet Feli. in, c. a tſi clerici. §. de adulterijs, num. 7. de iudicijs idem in. c. fin. de ſimo. & in. c. poſtulaſti de reſcrip. & Deci. num. 14. in. d. §. de adult. & pro hac ſentēcia cōſuluit Anan. cōſ. 95. & dicit cōmunē opinionem Vincē. in. d. l. 2. num. 12. Bald. & Angel. in. §. omnium. inſtit. de acti. Præpoſi. in
1 cap. venerabilem qui fil. ſint. leg. & ratio eſt quia difficilior redditur princeps in conceſsione commiſsionis ad filios ſpurios, & ſimul inceſtuoſos, vel adulterinos, quàm ad ſpurios tantum, vel adulterinos tantum &

& illa qualitas eſt exprimēda quę mo
ueret principem ad non conceden-
dū, vel ad difficilius concedendu m,
tex.in.c.poſtulaſti.de reſcrip. Felin.
in. c. ſuper literis.num.8.illo tit.So-
cin.conſ.251.num.12.lib.2.Rebuf.in
praxi benefici, rub.de forma ſignatu
ræ ſimp.prob.§ Magalonem. Rurſus
confirmatur prædicta opinio , quia
vbi plura obſtāt impedimēta , diffici
liꝰ cōcedūtur diſpenſationes & reſ-
cripta, vt docet Decius, conſ.206.nu
mer.19.& in.c. ad aures in fine, vbi
Ripa, num. 37. de reſcript. Alexand.
conſ.195.num.10.lib.2.& alios refert
& ſequitur Menoch.de arbitr.lib.2.
cent.3.caſu.203.num.13.

Sed contrariam opinionem tenet
Decius, in d.c.at ſi clerici, nume.14.
quam dicit communem Zaſi. in.d.l.
2.num.16.Iaſſ.num.4.Socin. nu. 14.
idemque tenet Archid.in.c.virginē
27.queſt.1.Anch.in reg. acceſſoriū,
de reg.iur.lib.6 q.4.& ratio eſt quia
1 filius adulterinus, & ſimul inceſtuo-
ſus, ſpurius iudicatur, cum ſit natus
2 extra puritate matrimonij. l. ſpurij.
ff.de decurionibꝰ. Et in odioſis, à pro
pria ſignificatione verborum recedi
3 mus.l.cum lege.C.de teſtamen.& tra
dit Calderi.conſ.1. de conſangui. &
affini. Secundo facit pro hac ſenten
tia, quia ſub genere quælibet ſpecies
4 vere includitur.l.ſi quid earum.§.in
teremptum.ff. de leg.3.l.2. §. doli.ff.
vi bonorum rapt, maxime quia illa
principis conceſsio eſt fauorabilis,
5 & tunc ſub ſimplicibus continetur
caſus mixtus. l. Clemens patronus.
ff.de hæred.inſtit. & hanc opinionē
ſequitur Menchaca (alijs citatis) lib.
3.de ſucceſſ.crea.§.22.num.51. vbi di
cit quod iſta opinio eſt, verior,
ęquior & receptior per tx.in.l. ſi ita
ſcriptum.ff.de lib.& poſth. vbi pro
uiſsio facta in caſibus ſeparatis, porri
gitur ad eoſdem caſus ſimul coniun
ctos, quam etiā opinionem ſequitur
Couarr.in.4.in.2. p.c.8.§.8.num. 8.
vbi dixit communem eam declarans
niſi ageretur de enormi præiudicio.
Solet vlterius dubitari, an talis filius
legitimatus á principe, gaudeat pa-
6 tris nobilitate, ſi de illo nō fuit facta
mentio principi , non ſolum quo ad
honores & officia , ſed etiam quoad
omnes plebeiorum contributiones,
vt ad id minimè teneatur, in qua re
Greg. Lopez, in.l.4.tit.15.p.4. verb.
*todas las honras* reſoluit, quòd cum
princeps in hoc reddatur difficilior
quod princeps ſolum videtur conce
re legitimationem , quo ad honores
& officia (in quibus ipſe nullum pati
tur preiuditium) ſecus verò quo ad
contributiones plebeiorum, quia in
hoc patrimonium regale diminuere
tur, ſed contra Greg. tenet doctiſsi-
mus Gutierrez, in.§.ſui, nu.189. inſt.
de hered.qual.& differ. Ciſuent.in
l.12. Taur.num.18. Oroſci . in.l.cum
legitimæ.ff.de ſtat.hom.nu.4.hodiè
verò iam ceſſat hęc doctorum con
trouerſia, per.l.20.tit.11.lib.2.recop.
& per.l.12.tit.2.lib.6.recop.vbi cla-
rè diſponitur filios legitimatos tene
ri ad omnes plebeiorum cōtributio
nes, idemque tenet Couar. in.4.2.p.
c.8.§.4.nu.4. Otalor.de nobilitate.
2.part.3.partis princip.c.3.nu.4. qui
dicit, quòd etiam de iure communi,
hæc erat verior, & communior opi
nio, quæ opinio veriſsima eſt, & te-
nenda in iudicando & conſulendo,
quando filius legitimatus erat ſpuriꝰ
vel adulterinus, ſecus verò, quando
naturalis, quia tunc etiam abſque le
gitimatione gaudebat parentum no
bilitate, & ſi legitimetur à principe,
nō ex hoc erit deterioris cōditionis
imò quo ad honores officia & tribu
ta gaudebit patris nobilitate, nō ob
ſtāte illarū legū deciſ. prout cū iudi
cio aduertit doct. Azeu.in.l.10.tit.8
lib.5.reco.ex.n.46.&.50. vbi mirifi-
cè explicat & declarat hūc articulū
&



& difficultatem quam ommiſsit
Ioan. Garcia (meritiſsimus quondā
fiſci patronus) de nobili.gloſſ.21.nu.
32.vbi meminit.d.l.20.tit. 11. lib.2.
7 recop. Et ita debet intelligi.l.12.Tau
ri, quæ non eſt correcta per dictas le
ges regni nouiores, quia illæ proce-
dunt quo ad contributiones plebeio
rum, *pechos y ſeruicios,* & nō quo ad
honores & dignitates, prout loqui-
tur dicta lex.12.quā ita declarat Ola
nus, in Antinom.iur.litera.B.nu.11.
quem ſequitur Azeued.ſup.& idem
ſentiebat Dueñas, reg.69.de filio baſ
8 tardo legitimato, ſed illum reprobat
Gutierrez, in.d.§.ſui, nu.18.quia illā
legitimationem quo ad honores &
tributa ſolùm conſequuntur filij na
turales, non veró baſtardi, vt tradit
9 Horozco. Ciſuētes, & Couar.ſup.&
Padilla, in.l.naturalis.n.21.ff.de præſ
crip.verb. Didacus Perez, in.l.1.tit.1
lib.4.ordin. Auendaño.in ſuo dictio
nario, verb. *hijo natural,* Matienço.
in.d.l.10, ti.8.glo.1.&.8.lib.5.recop.
Anto.Gom.in.d.l.12. Tauri, nu. 54.
Gregor.in.d.l.4.tit.15.part.4. verb.
*todas las honras,* & in.l.1.tit.11. par.
10 7.verb. *amiga,* Ioan. Garcia , ſupra,
gloſſ.1.§.1. nu. 46. qui hoc ampliat
non ſolum procedere in filio natura
li nobili ex ſanguine , ſed in nobili
ex priuilegio, idēque tenet gloſſ.21.
nu.33.& glo.20.n.368.vbi dicit quod
ita obſeruat vniuerſa Hiſpania, & Pa
dilla, in.l.1.ff.de præſcrip.verb.& in
l.cum accutiſsimi, nu.32.C.de fidei-
cōmiſsis. Quæ omnia ſunt menti te
nenda pro ornatu huius quæſtionis,
& quia quotidiana & practicabilia.
Ex quibus infertur intellectus ad.l.
7.tit.20.lib.8.recop. vbi ponitur pę
na contra inceſtuoſos maſculos &
fęminas, vt procedat etiā ſi inceſtus
ſimul cū adulterio cōmittatur, à ma
ioritate rationis ſed quidé conuer-
ſo ſi mulier coniugata adulterium
11 committat cum proprio conſangui
neo, in quo caſu exiſtimo, quòd non
poterit ab aliquo de inceſtu accuſa-
ri, propter maximum periculū mor
tis ipſius, & ita tenet expreſſé Azeue
do, in.l.10.tit.3.lib.5.recop. num.38.
contra Greg.in.l.2.tit.17.p.7.gloſ.2.
cuius opinionē practicaré ſi daretur
maximum ſcandalum. & maritus eſ
ſet vir bonus corde nudus ex tradi-
tis per Hippolytum de Marſilis, in.l.
vnica.C.de raptu virginum , nu.31.
qui reſoluit, quod mulier nupta quę
habet maritum infamem, vel leno-
nem reputatur pro meretrice non
nupta, idéque tenet Hippolytus, in
ſingulari. 279. & Auiles. in. cc.pp.
gloſſ. 1. nu.27.infi. Dueñas.reg.312.
limitatione.1.ex qua doctrina etiam
12 intelligi poteſt lex.62.Tauri, & lex
3.tit.7, p,3.quæ òmnia ſunt menti te
nenda.

## SUMMARIUM.

1 *Lex.23.Tauri adducitur pro prima opinione.*

2 *Lex ſi quando.§.1.declaratur & inducitur pro prima opinione.*

3 *Contraria opinio in queſtione principali proponitur.*

4 *Lex.23.Tauri declaratur.*

## QVAESTIO. 204.

*Vtrum tradita filio legitima, quæ eo tēpore cōpetebat poterit ſi bona patris augeantur tempore mortis petere ſupplementum. Communis contra communem, & quod iure regio,*

SI pater legitimam portionem
filio debitam tradiderit atten-
ta quantitate bonorum , quæ
eo tempore pater habebat, ac demũ
patris bona augeantur ante eius mor
tem, filius (patre mortuo) ad integrã
portionem legitimæ agere poteſt,
vſque ad quantitatem bonorũ quæ
pater tempore mortis relinquit , ita
1 Bald. (per tex. ibi) in. c. cum. m. col. 4.
de conſtitutionibus idem Baldus. in
l. pactum. C. de collationibus & eſt
communis opinio ſecundum Iaſſ. in
authent. nouiſsima, nume. 9. C. de in
offi. teſtam. & dixit communem idẽ
in. l. quod ſeruus. ff. de conditione
cauſa data cauſa non ſequuta, & in
confirmationẽ huius quæſtionis plu
ra practicabilia adduxit Mieres, de
maioratu. 1. p. quęſt. 52. à nume. 2. vbi
declatat legem. 23. Tauri, & vide
tex. pro hac ſententia, in l. ſi quando
§. 1. C de inoffi. teſtam. vbi filius, qui
recepit aliqua bona pro legitima po
teſt petere ſupplementum poſt mor-
tem patris, non obſtante pacto, quod
antea fecerat, & Iaſſ. ibi dicit , ꝙ ille
2 tex. deſtruit contrariam opinionem,
& quod iſta opinio ſit vera, & cõtra
ria falſa, & communiter reprobata,
& veriorem appellat Ripa, in. d. cap.
cum. m. nu. 38. vbi aſsignat rationẽ,
& ſequitur Caſſaneus. in conſuetudi
nibus Burg. tit. de ſucceſsionib. rub.
7. §. 2. gloſſ. verb. **du traſpaſse*, *nume.
6. vbi dicit, quod contraria opinio
eſt falſa & communitèr reprobata.
Couarr. in. c. quanuis pactum. 3. p. §.
1. de pactis. qui allegat etiam pro hac
quęſtione. d. l. 23. Tauri idem in. cap.
Raynuntius, §. 1. numer. 8. de teſtam.
& dicit etiam communem Marcus
3 Mantua. d. auth. nouiſsima, & Cor-
neus, in. d. l. pactum quod dotali, nu.
9. C. de collationibus.

Sed contrariam ſententiam (imò,
quod in hoc caſu nõ poſsit filius age
re ad ſupplementum) tenuit Butrica
rius. in. d. l. pactum, & eſt communis
opinio ſecũdum Romanum, ibi, col.
8 & ſecundum Georgium Nat. in. c.
2. nu. 6. de pactis, lib. 6. dixitqué hanc
partem communem Rodericus Xua
rez. in. l. quoniam in prioribus. C. de
inoffi. teſtam. limitat. 4. legis regni,
num. 4. fol. 72. & Palacius Rubeus, in
repetitione. c. per veſtras. §. 23. nota-
bili. 3. num. 2. & dixit etiam commu
nem Ripa. in. d. c. cum m. num. 38. idẽ
fatetur Curtius iunior, conſ. fi. col. 3.
& Menchaca, de ſucceſsionum crea-
tione. §. 20. num 29. & eſt communis
vt reſoluit Michael Craſſus, recepta
rum ſententiarum. §. legitima, quęſt.
13. & Caſtillo. in. d. l. 23. Tauri , col. 2.
Guillermus Benedictus. in. c. Raynũ
tius. verb. duas habens filias, nũ. 42.
de teſtament & Crotus. in. l. frater á
fratre. nu. 17. ff. de cõdict. indebiti, &
refert cõmunem pro vtraque parte
Boer. deciſ. 62. nu. 13. & Coua. in. d. c.
Raynuntius. §. 1. nu. 3. de teſtamẽtis,
& hãc opinionẽ ſubtiliter defendit
Tell. Fer. in. d. l. 23. Tauri, nu. 16. qui
plures allegat pro ſententia Butrica
rij pro qua eſt tx. in. l. cũ quo de pecu
4 lio. §. fi. ff. ad. l. falcidiã & ab hac opi
nione non eſt recedendum in iudi-
do & conſulendo , quia eſt æqua &
iuridica, & lex. 23. Tauri ſolum pro-
cedit in melioratione facta filio, nõ
verò in aſsignatione legitimæ.

## SVMMARIVM

1 *TRanſmiſsio ex potentia ſanguinis quã do habeat locum.*
2 *Per dationem cohæredis extranei , non tollitur ſuitas in filio.*
3 *Lex. fi. tit. 6. p. 6. declaratur.*
4 *Suus non tranſmittit poſt repudiationem.*
5 *Repudiatio expreſſa non poteſt reuocari ſecus in tacita ex lapſu temporis.*
6 *Per dationem vulgaris ſubſtituti non perdit filius ius tranſmittendi.*

Quæſtio



## QVAESTIO. 205.

### *Vtrum lex fi. C. de erpudianda hæreditate , procedat dato cohærede extraneo. Communis contra communem.*

DIſpoſitio tex. in. l. fi. C. de rẽ
pudianda hæreditate habet
locum etiam dato cohęrede
extraneo, ita tenet Iaſſ. in. l. pro hęre
de. §. Papinianus, num. 4. ff. de acqui
renda hæreditate , & eſt communis
opinio ſecundum eundem in. d. l. fi.
num. 3. Contrariam ſententiam teſta
tur eſſe communem Mayneruis. in. l.
nemo poteſt mutare, num. 114. ff. de
reg. Pro prima tamẽ parte facit, quia
tranſmiſsio ex potentia ſuitatis ha-
1 bet locum etiam dato cohærede ex-
tranco, vt eſt communis opinio ſecũ
dum Aretinũ, in. l. ſi filius hæres col.
9. ff. de acquirenda hęred. facit etiam
quia generaliter eſt verum datione
2 cohæredis extranei non tolli ſuitatẽ
in filio, & pro declaratione illius le-
gis fi. & legẽ. fi. tit. 6. p. 6. (quę cũ ea
concordat.) Primò conſidera legem
illam, quæ de paterna hæreditate lo-
quitur habere locum in hæreditate
materna ſecundum gloſſam verb.
paternam ibi, quę cõmuniter appro
batur, ſecundum Bart. ibi, num. 1. &
ſecundum Corneum, ibi, & Mayne-
rium , in. d. l. nemo poteſt, nu. 113. ꝙ
quidem ampliat gloſ. vt habeat locũ
in filio emancipato, cuius contrariũ
tenet communis opinio , vt teſtatur
ibidem Alex. num. 4. & Iaſſ. & Cor-
neus, & Maynerius, vbi ſupra, nu. 110
& innuit eſſe cõmunem contra gloſ
ſam Segura, in. l. cohæredi. §. cũ filię,
3 num. 14. ff. de vulgari. Secũdò conſi
dera ſuum non tranſmittere poſt re-
pudiationem, beneficium illius legis
& hęc eſt cõmunis opinio ſecundũ
Iaſſ. in. l. qui ſe patris, num. 44. C. vn
de liberi, & dixit etiam communem
Aretinus, in. l. ventre præterito col.
12. ff. de acquirend. hæred. Tertiò cõ
ſidera illius legis beneficium habere
locum in repudiatione expreſſa quę
reuocari poteſt intra triẽnium, ſecus
4 autem eſſet in repudiatione tacita,
quæ inducitur ex lapſu temporis ſe-
cundũ gloſſam, in. l. 2 in ſol. 3. C. de iu
ris, & facti ignorantia, quam plures
ſequuntur ſecundum Tiraquellum
poſt. l. connubiales. gloſſ 7. num. 74.
& ſequitur Iaſſo. in. l. cum quid. 2.
5 lectura, num. 10. ff. ſi certum petatur
vltimo cõſiderandum eſt illius legis
beneficium habere locum etiam da-
to ſubſtituto vulgari, vt tradit latẽ
Segura, in. d. l. 3. §. fi. nu. 158. ff. de lib.
& poſthu. Solet tamen dubitari, an
6 per dationem vulgaris ſubſtituti per
dat filius ius tranſmittendi, & partẽ
affirmatiuã tenet Baldus. in. l. ſi filius
hæres. ff. de lib. & poſthumis, quæ
opinio communis eſt ſecundum Al
ciatum. in. l. 1. num. 79. & in. l. filius
qui patri, num. 22. ff. de vulg.

Sed contrariam opinionem (imò
ꝙ filius non perdat ſuitatẽ, & ius trãſ
mittẽdi per vulgarem ſubſtitutionẽ)
tenet Iaſſ. dicens communem in. d l.
ſi filius hæres, num. 28. quam ſequun
tur plures relati per Gomecium. 1.
tom. variarum. c. 9. num. 34. Bartoli
tamen opinio eſt magis recepta, vt
tradit Ripa, in. d. l. 1. num. 139. vbi So
cinus, nu. 47. quam ſequitur Spino,
in ſpeculo teſtamentorum gloſſ. 33.
num. 91. vbi dicit, quod hæc opinio
eſt verior & tenenda.

## SVMMARIVM.

1 *IN filio emãcipato procedit. d. l. vnica. Ex (o ſtat.) ab in teſtamento. proce*
2 *dit illud.*



Vbi

3 *Vbi eſt eadem ratio debet aſsignari eadem iuris diſpoſitio.*
4 *Illa lex ſi. habet etiam locum in bonorum poſſeßore de iure ciuili, & prætorio.*
5 *Potentius eſt ius ſucceſsionis ex beneficio illius legis, quam ex iure ſubſtitutionis C. de cadu toll. vulgaris.*
6 *Lex vnica §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de cad. tol. declaratur.*
7 *Legatum, vel fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad liberos.*

## QVAESTIO. 206.

### *Vtrum lex vnica. C. de his qui ante apertas tabulas, habeat locum in tranſmiſsione ad aſcendentes. Communis contra communem.*

DIſpoſitio, legis vnicæ habe
re locum in tranſmiſsione
ad aſcendẽtes tenet glo. ibi,
verb. liberos, & eſt communis ſecun
dum Romanum, in. l. ventre prẹteri
to, num. 23. ff. de acquirend. hæred.
Sed contra gloſſam tenet ibi Petrus,
& Bart. num. 3. & eſt communis opi
nio ſecundum Guillermum Benedi
ctum, in. c. Raynuntius verb. mortuo
itaque teſtatore, el. 2. num. 152. de te-
ſtam & ſequitur Menchaca. lib. 3. de
ſucceſsionum creatione. §. 21. num.
267. & pro clariori intelligentia il-
1 lius legis. 1. adde. habere locum etiam
in filijs emancipatis, ſecundum gloſ
ſam. ibi, verb. filios, quę communis
eſt ſecundum Iaſſo. in. l. emancipata
colum. 4. C. qui admitti Bart. in. l. 1.
num. 24. ff. de vulg. 2. adde illius le-
gis diſpoſitionẽ habere locum ſiuè
2 ex teſtamẽto. ſiuè ab inteſtato hære
ditas filijs obuenerit, ita glo. ibi ver.
liberos in fine, quam ibi ſequuntur
Odofredus, Zinus quæſtione. 5. Sali-
cetus. quæſt. 4. & dixit communem
Barbacia, num. 3. in fine, & Guiller-
mus Benedictus. vbi ſupra, num. 158.
colu. 2. ex qua concl. gloſſ. deducit
ibi Baldus, ꝙ vbi eadem eſt ratio de
bet decerni idem ius ab inteſtato,
3 quod ex teſtamẽto, ad quod illa glo.
redditur ſingularis per Alex. in. l. Se
ius Saturninus, nu. 3. ff. ad Trebel. &
in. l. ſi emancipata. C. qui admitti, &
eſt tex. in. l. 1. §. hoc autẽ. ff. ad Treb.
Tertiò adde diſpoſitionẽ illius legis
locum habere in bonorum poſſeſſo
4 re, & ſic non ſolum in ſucceſſore de
iure ciuili, ſed etiam de iure prętorio
vt tenet communis opinio, de qua in
quæſt. 10. illatione. 3. Quartò ex illa
lege deduci poteſt potentius eſſe ius
tranſmiſsionis ex beneficio illius le
gis, quam ex iure inſtitutionis vul-
garis, exponendo illud verbum alios
5 in verſic. ſi quidem. alios ideſt ſub-
ſtitutos vulgariter, vt eſt commu-
nis opinio ſecundum Ripam, in. l. 1,
nu. 131. ff. de vulgari. Quintò ex illa
lege deducitur per eam non limitari
tex. in. l. vnica. §. ſin autem aliquid
ſub conditione. C. de caducis toll.
quæ vult legata vel fideicommiſſa
conditionalia non tranſmitti ſi ante
euentũ conditionis legatarius, vel
6 fideicommiſſarius moriatur, non li-
mitari in quam in caſu, quo tranſ-
miſsio fieret ad liberos, & ita tenet
communis opinio ſecundum Ripã,
in. l. hæredes mei. §. cum ita, num. 59.
ff. ad Trebel. imò tenet gloſſ. ſi. in. d.
l. vnica, quod legatum, vel fideicom-
miſſum non tranſmittitur ad liberos
quando eſt conditionale, & eſt ſimi-
lis gloſſ. verb. ſuſcepiſſet in. d. §. cum
ita, quam opinionem aſſerit commu
nem Socinus, in. d. §. cum ita, num. 9.
& Ripa, nu. 60. & ſequitur ibi Alex.
num. 6. & dixit communem Iaſſo. in
lege ſi, cui legetur. §. hoc autem, nu.
7 5. ff. de leg. 1. idem Iaſſ. conſ. 52. vol. 7.
col. 2. idem etiam aſſerit Decius cõſ
55. num. 8. & conſ. 7. num. 2. & cõſ





417. num. 3. & Alex. in. l. cum ex filio
num. 4. ff. de vulgari, vltra quos hanc
ſententiam ſequitur Tiraquellus (&
ab eo citati) lib. 1. de retractu. §. 1. glo.
2. num. 25. reprobatã gloſſ. 1. in fine,
quę voluit contrarium in. l. ſi tamen
perſonam. C. de fideicommiſſ. & in
l. is qui ſub conditione. ff. de actioni
bus & obligationibus & reiectis ra-
tionibus, & fundamentis, quæ pro
illis adducit Socinus, in. d. §. cum ita
num. 9. cum ſequentibus ſatisfacies
ex Ripa ibidem, & ex Rubeo. &
Alex. conſ. 8. num. 3. & tradit Gual-
denſis. de arte teſtandi. tit. 1. cautela.
23. num. 3.

## *SVMMARIVM.*

1 *Actio dotalis præſcribitur triginta annis.*
2 *Dictio ſemper non excludit præſcriptionem.*
3 *Præſcribens, & ſoluens, æquiparantur.*
4 *Pactum de retrouendendo producit actionem ex vendito, vel, præſcriptis verbis.*
5 *Actio præſcriptis verbis, præſcribitur per triginta annos.*
6 *Filij excluduntur ab hæreditatis petitione. tranſactis triginta annis,*
7 *Actio euictionis præſcribitur per ſpatium triginta annorum.*
8 *Perpetuum dicitur, vſque ad triginta annos.*
9 *Statutum excludens præſcriptionem, reſtringitur ad præſcriptionẽ minoris temporis quam triginta annorum.*
10 *Præſcriptio triginta annorum, non cõprehenditur per illa verba non obſtante præſcriptione.*
11 *Præſcriptio triginta annorum eſt odioſa, & ſic per pactum renunciari non poteſt.*
12 *Doctores tenentes primam opinionẽ referuntur.*
13 *Bona fides debet interuenire, etiam de iure ciuili vt præſcriptio in quæſtione propoſita procedat.*
14 *Contraria communis opinio in quæſtione principali adducitur.*
15 *Verba contrahentium, quæ ſunt apta comprehendere infinitatem temporis, excludunt præſcriptionem.*
16 *Nihil excludit qui totum dicit.*
17 *Lex. 2. C de pactis inter emptorem & venditorem, declaratur.*
18 *Actus agentium, non debet operari contra ipſorum intentionis contrarium effectum.*
19 *Verba apta ſignificare infinitatem, non debent tempus limitatum habere.*
20 *Contrahentes decipi non debent.*
21 *Mens & intentio contrahentium, attendi debet in contractibus.*
22 *Verba intelligi debent cum effectu.*
23 *Præſcriptio non procedit in rebus conſiſtẽtibus in facultate vtentium.*
24 *Bona fides de iure canonico, requiritur in præſcribente.*
25 *Iuri offerendi non præſcribitur.*
26 *Doctores tenentes noſtram opinionem referuntur.*
27 *Obligatio & actio ex conuentione partium, poteſt extendi ad infinitum.*
28 *Pactum quod perpetuo res reddibeatur, ſi res vendita non placuerit, validum eſt.*
29 *Lex 44. tit. 13 p. 5. declaratur. & aliæ leges partitæ.*
30 *Lex. 63. Tauri declaratur, vt non procedat ſi fiat pactum, vt quandocunque poſsit creditor debitum petere.*
31 *Validum eſt pactum, quod præſcriptio non procedat.*
32 *Iuri exequendi non præſcribitur tranſactis decem annis, quando pactum eſt contrarium.*
33 *Conſilium Auiles, refertur, & defenditur contra Gutierrez.*

## QVAESTIO. 207.

*Vtrum actio perſonalis, quæ oritur ex pacto de retrouendendo, (cum clauſula ſemper, & quandocunque) præſcribatur ſpatio triginta annorum. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DVbitant ſcribentes, an pactum initum cum emptore, de retrouédendo, cum clauſula quandocunque, præſcribatur triginta annis & pro parte affirmatiua facit, quia promiſsio facta creditori de ſemper ſoluendo, præſcribitur ſpatio triginta annorum tex. in l. in rebus. §. fi. C. de iure dotium. vbi actio de dote (licèt fauorabilis ſit, ſemper & vbique) vt in. l. 1. ff. ſoluto matrimonio præſcribitur per triginta annorum curricula. & ſic, cum illa dictio, ſemper, nó excludat præſcriptionem, vt in. c. 1. de in integrum reſtitutione, iuncto. c. 1. eodem tit. lib. 6. & in. l. fi. C. de teſtaméti, iuxta gloſſam, in. l. fi. C. de iuris & facti ignorátia ſequitur, quod dictio, quandocũque, non excludat prædictam pręſcriptione: maximè, quia præſcribens ſoluiſſe videtur, vt in. l. ſi pupillus. ff. de adminiſtratione tutorum. Rurſus confirmatur hæc ſententia quia ex pacto de retrouendendo cum dictione, quandocunque oritur actio ex vendito, vel pręſcriptis verbis, vt in l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem, quæ actiones pręſcribũtur per ſpatium triginta annorum, vt in. l. ſicut. C. de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum. l. penultima. ff. de conſtituta pecunia: ergo non obſtante illo pacto, procedit precriptio. Quam interpretatio-
nem facit gloſ. ſolemnis, in. l. 1. C. de bonis maternis, in verb. præſcriptionem, vbi dicit, quod filijs vendicanti-
6 bus rem ſuam, nemo poterit opponere præſcriptionem, quod poſtea intelligit, niſi ſint lapſi triginta anni. Idemque ſentit gloſſ. verb. quandocunque (per illum tex.) in. c. 1. de feudo dot. inuict. quam gloſſ. ad hoc expendit, & dicit notabilem Socin. iunior, conſ. 143. nume. 47. volum. 1. Præterea confirmatur hæc ſententia ex tex. in. l. minor. § ſtatu liberum ff. de euictionibus, vbi dicitur, quod
7 euictionis nomine perpetuó obligatio procedit, & tamen dictæ actioni per ſpatium triginta annorum pręſcribitur, vt in. l. prætor ait. §. hoc interdictum. ff. de noui operis nunciatione, vbi gloſſ. exponit perpepetuum, id eſt ad. 30. annos, per tex.
8 in. §. 1. de perpetuis & temporalibus præſcriptionibus: quia non eſt credendum contrahentes vtendo illo verbo quandocunque, totam præſcriptionis obſeruantiam & ſubtilitatem velle radicitus excludere, arguméto. tex. in. l. ſi quando. C. de inofficioſo teſtamento, & ſic bené dixit Paulus, in. l. 1. C. de bonis maternis, in fine, quod ſi ſtatutum diſponat, quod nulla poſsit opponi pręſcriptio, debeat reſtringi ad præſcriptioné minoris temporis quam triginta annorum. Idemque exiſtimant doctores ſi à teſtatore, vel contrahentibus dicátur illa verba, non obſtante præſcrip-
10 tione, quod non compræhendantur præſcriptio triginta annorum, vt reſoluit (pluribus citatis) Rolandus, conſ. 21, num. 33. volum. 2. vbi, num. 38. anectit aliam rationem, quia præſcriptio triginta annorum eſt odioſa, & ſic per pactum renunciari non poteſt, vt docet Bart. in. l. nemo poteſt, vbi latè Gutier. nu. 477. de leg.
11 1. Romanus, conſ. 200. in fi. Socinus iunior, conſ. 145. volum. 1. & dicit communé opinionem Tiraquellus, in tractatu de retractu. §. *atel temps*, num. 13. ex quibus rationibus & fundamentis hęc opinio recepta videtur
12 quam in terminis ſequitur Angelus, conſ. 55. vbi dicit, quod dicto pacto non obſtante dictione, quandocunque, præſcriptio triginta annorum procedat, quia in tali pacto, ſeu promiſsione ſubintelligitur tacita conditio, ſi retrouenditio fuerit petita intra triginta annos. Et hanc opinionem dicit communem, & ꝙ ſeruatur in curijs, Boerius, deciſ. 182. num. 4. vbi, num. 7. extendit, etiam ſi iuramentum fuiſſet interpoſitum, vt declarat Couarr. lib. 1. variarum. c. 9. nume 7. & Rolandus, conſil. 25. vol. 2, & illam Angeli opinionem ſequitur Ancharranus, conſ. 331. col. 2. Alex. conſ. 228. lib. 6. colum. fin. Decius, conſ. 164. numer. 4. Socinus iunior, conſ. 145. lib. 1. nume. 36. Paulus Pariſius, conſ. 92. lib. 3. in column. 2. Cephalus, conſ. 40. num. 2. & 43. numer. 12. & conſ. 102. numer. 4. & 329. num. 41. & 496. nume. 24. quem ſequitur Ioannes Botta, conſ. 82. num. 53. Faber. in. l. cum notiſsimi, nu. 14. C. de pręſcriptione. 30. annorũ, Iaſſ. in. l. ſi mater, num. 5. C. de inſtitutionibus & ſubſtit. Felinus, in. c. cum acceſiſſent, de conſtitutionibus, nu. 27. & in rubr. de præſcriptionibus, num. 15. vbi hanc fatetur eſſe communem opinionem, quam ſequitur Balbus, de præſcription. 4. par. 5 partis princ. quæſt. 3. Cagnolus. in. d. l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem, num. 42. Rebuffus, in. l. vnica. C. de ſent. quę pro eo quod inters. notab. 1. num. 53. Tiraquellus. de retractu. lib. 2. §. 1. gloſ. 2. num. 7. & 29. & Angeli, opinionem dicit magis communem Couar. lib. 1. variarum c. 9. num. 6. vbi notabilitèr declarat illam ſententiam, & dicit etiam cómunem Gozadinus, in repetitione legis petens, num. 8. C. de pactis, quę & alios (referens duas communes) allegat Antonius Gabriel, lib. 5. communium titulo de præſcriptionibus, concluſione. 6. in princ. Pro quá opinione conſuluit Ruynus, conſ. 167. vol. 1. Bertrandus, conſ. 181. col. 2. volum. 3. Ripa, in. l. fi. quæſt. 69. C. de reuocandis donat. & in. l. nemo poteſt num. 121. vbi Annibal. nume. 357. ff. de legat. 1. Craueta, conſ. 71. col. 2. & ab hac opinione non eſſe recedendũ in iudicando & conſulendo, & eſſe veriorem & communiorem, & pro ea pluriès in parlamento Pariſieſi fuiſſe iudicatum, tenet Rolandus, ſupra, conſ. 21. num. 43. vbi alios antiquos doctores refert, vltra quos ſequitur iſtam opinionem Hugo de
13 Celſo, conſ. 61. nu. fi. & hanc etiam ſequitur noſter Hiſpanus Iuriſconſultus, Ioannes Gutierrez, de iuram. confirm. 3. part. c. 1. num. 10. dum tamen interueniat bona fides in pręſcribente, vt declarat etiam Couarr. ſupra verſ. ſecundum.

Sed his nó obſtantibus, contrariã
14 opinionem in quæſtione propoſita tenent quamplurimi doctores, quia illa verba, ſemper, & quandocunque & perpetuó, appoſita in contractu excludunt pręſcriptionem, cum ſint
15 verba compræhenſiua omnium temporum in infinitum, vt probat, tex. in l. cum debere. ff. de ſeruitutibus vrbanorum pręd. vbi verbum, perpetuò, comprehendit omne tempus, & qui totum dicit, nihil excludit, vt in
16 l. Iulianus. ff. de leg. 3. & ſic hanc opinionem videtur confirmare, tex. in l. 2. C. de pactis inter emptorem &
17 venditorem, vbi habetur, quod verbum, quandocunque, poſitum in illo tex. operatur vt omni tempore cõpetat venditori actio præſcriptis verbis, vel ex vendito ad compellendũ emptoré retrouendere, vbi Baldus ad hoc notat illum tex. ex quo claré colli-

colligitur,quod ſi venditor quando-
cunque poteſt remvenditam redime
re,quod tali pacto pręſcribi non poſ
18 ſit, etiã per præſcriptioné triginta
annorum, quia ad alium finem non
cenſetur pactum appoſitum , niſi ad
excludendam præſcriptionem,& ſic
non debet operari contrarium effe-
ctum cõtra agentium intentionem
l.non omnis. ff. ſi certum petatur:
maximé,quia illa verba,quandocun
16 que,ſunt apta ſignificare infinitaté,
& ſic non debent tempus limitatum
habere.l.ſi ita ſtipulatus à Seio, vbi
Bart.notat.ff.de fideiuſſoribus, qué
ſequitur Alexand.conſ. 145. colu.1.
vol.2.& Hippolytus in rub. de fide-
20 iuſſoribus,num.100.quia aliàs con-
trahentes deciperétur contra tex.in
l 1.§ magiſtró autem.ff.de exercito
ria actione.quod quidem continge
ret ſi venditor tranſactis triginta an
nis,non poſset rem ſuam eo pacto
diſtractam recuperare, cum aliàs nõ
vendidiſſet , niſi ſibi perpetuò redi-
mere liceret ratione conuentionis.
Vndè cum hęc fuerit à principio
21 mens contrahentium ( quæ attendi
debet,vt in.l.fin. C. quæres pignori
oblig. poſſ. l. blanditus. C. de fide-
iuſſoribus ) ſequitur quód ne illud
verbum quandocunque ſine effectu
remaneat,contra legem ſi quãdo.ff.
delegat.1.l. 1. §.hęc auté verba. ff.ꝙ
quiſque iuris,quod remanet excluſa
22 pręſcriptio, præcipuè cum ſit in fa-
cultate venditoris ſemper & quan-
23 docũque rem redimire,& ſic ea quæ
ſunt facultatis, non præſcribuntur
l. viam publicam, vbi Bart. ff. de
via publica, Couarr.ſupra, numer.2,
Azeuedo, in.l.4.tit.15.nume.5.lib.4,
recopilationis, vbideclarat illud pro
cedere tam ex parte creditoris cõtra
debitoré, quã ex parte debitoris cõ
tra creditorem ſecundum, & dicit
æquiſsimam opinionem,& in practi
24 ca tenendam, Alciatus, in rubrica
de pręſumptionibus, num.65. Quæ
opinio ſine dubio procedit de iure
canonico,vbi in præſcribente ſem-
per requiritur bona fides,vt in.c.fi.
de pręſcriptionibus,& ſic cum em-
ptor qui promiſsit quandocunque
retrouendere , ſit ſemper obligatus
ad dictam retrouenditioné,habendo
ſcientiam rei alienę , ſequitur quod
non poſsít præſcribere , etiam in fo
ro ſęculari,vt reſoluit Fulgoſius,cõ
ſil.123.col.1.Barbacia,conſ.51. vol.1.
Ruynus,conſ.111.vol.1. & conſ.150.
num.13.vol.4.quos ſequitur Rolan
25 dus,ſupra,conſ.21.numer.21.vol.2.
& comprobatur noſtra ſententia &
opinio,quia iuri offerendi præſcri-
bi non poteſt, vt in.l.pure.§. fi.ff.de
doli exceptione.l.Paulus.§. vltimo.
ff. quibus modis pignus vel hypo-
theca ſoluitur. Maximé ſi adijcere-
26 tur verbum ſemper, & quandocun-
que. Quam opinionem , in terminis
præſentis quæſtionis , determinat
Fulgoſius,conſ.123. Barbacia , conſ.
51.num.9.vol.1.Sayſelus,in. l. nemo
poteſt,numer.fi.deleg.1.vbi Crotus,
num.81.dicit ſe ita conſuluiſſe Bal-
dus.in ſua margarita, verb. pręſcrip
tio,Cæpola,conſ.78.&.75. Socinus,
conſ.86.&.166.vol.2.Purpuratus &
Alciatus,in.d.l.petens. C. de pactis,
vbi dicit hanc partem veriorem, &
conſcientiæ aptiorem,& in rubr.de
præſcriptionibus,num.64.vbi reſol
uit hãc opinionem,tamquam ęquiſ
ſimam in practica eſſe tenendam.
Idem tenet Pariſius,conſ.92.volu.3.
& Caſſaneus , in conſuetudinibus
Burgundiæ , in rub. verb.* *cens ren
tes**.§.1.num.8.quam opinionem di
cit communem,& pro ea fuiſſe iudi
catum. Antonius Gabriel,lib.5.com
munium,concluſione. 6. num.6.tit.
de præſcriptionib⁹, quam ex noſtra
tibus ſequitur Antonius Gomez,2.
tom. variarum.c.2.num.28.vbi alle-
gat ſolum Fabianum de Monte, in
tractatu



tractatu, de emptione & venditione
3.quæſtione.7.quæſtionis princip-
lis.& adducit duo fundamenta, pri-
27 mum, quod ex conuentione partiũ
obligatio & actio poteſt extendi ad
infinitum.l.ſi ita ſtipulatus.ff.de fide
inſtrumentorum.l.4.ff.de damno in
fecto.l.ſi finita.l.qui bona fide. §. fi,
ff.eod.ſecundum.l.quod ſi nolit.§.ſi
quid ita.ff.de ædilitio edicto , vbi ſi
inter emptorem & venditionem fiat
28 pactum , quod quandocunque rei
diſpliceat emptori redibeatur , po-
teſt perpetuo red i beri & reſtitui,
quam opinionem ſequitur etiam Di
dacus Perez,in.l.2.tit.13.lib. 3. ordi.
col.1228. Azeuedo, in.l.4.tit.15. nu.
5.lib.4.recop.pro qua ſententia in-
duci poteſt tex.de iure regio,in.l.44
tit.13.p.5.ibi,* *Ca quandoquier que el ſe
29 ñor de la coſa le dieſſe ſu deuda,tenudo ſe-
ria de ſe la deſamparar** &in.d.l.42.tit.
5.p.5.ibi,**por cierto precio vendiendo vn
home a otro alguna coſa , poniendo tal
pleyto entre ſi en la vendida ; que quando
quier que el vendedor o ſus herederos tor
naſſen el precio al comprador,o a los ſu-
yos que fueſſen tenudos de tornarle aque-
lla coſa que anſi vendieſſe,dezimos que ſi
tal pleyto pueſto fueſſe en la vendida,q̃ de
ue ſer guardado** vbi Greg. hãc noſtrã
opinioné videtur amplecti,in verb.
**quandoquier,**per dictam. l. quod ſi
nolit.§.ſi quid ita. Facit etiã tx. in.l.
18.tit.13.p.5.ibi, **Ca pues que le paga la
deuda que auia ſobre la coſa , no le finca
otro derecho ninguno,** & ſic illa verba
videtur excludere præſcriptionem,
vt etiam notabimus.in quæſtione.3.
30 num. 1.in fine. Quæ opinio hodiè cla
rius videtur procedere ex.l.63. Tau-
ri, vbi actio perſonalis ( prout eſt illa
quæ oritur ex pacto de retrouenden
do ) præſcribitur per decem annos,
& ſic nemo ſanę mentis affirmauit,
quod illis decem annis tranſactis,
non obſtante pacto de redimendo,
ſemper,& quandocunque,actio pręſ
cribatur,ita quod venditor non ha-
beat ius redimendi & recuperandi
rem ſuã oblato precio , vt cauetur
in dictis legibus partitæ , quod eſſet
abſurdum , maximè cum vale-
at pactum , quod præſcriptio decé,
31 vel viginti annorum non procedat,
vt poſt Bart. tradit Ripa , in.l.nemo
poteſt,num.105.ff de legat.1.& dicit
eſſe opinioné ſine dubio Alciat.ibi
num.45.& Menchaca, de ſucceſsio-
num creatione.§.10.nume.11.& Gu
tierrez,in.d.l.nemo poteſt, nu. 477.
& paria ſunt,&ad eundem effectum
tendunt, excludere præſcriptionem
verbis expreſſis,vel per pactũ, quod
ſemper & quandocunque petatur,
& redimatur res vendita. Ex qua ve
riſsima interpretatione infero in-
32 tellectum ad.d.l.63. Tauri,vt ius exe
quendi,tranſactis deceni annis non
procedat , quando in inſtrumento
fuit dictum,quod ſemper,& quando
cunque , ſine temporis pręfinitione
creditor habeat ius petendi debitũ,
vt reſoluit Parladorius,rerum quoti
dianarum.1 p.c.1.§.13.num.44. verſ.
pro inde Couar. lib.1. variarum.c.9.
num.4.& Gregor. verb. **por eſta ra-
zon,**in.l.1.tit.29.p.3.&iſtam opinio
nem & declarationem ad.d.l.63. Tau
33 ri,tenet Auiles,in.cc. pp.c.10. num.
69.in fi.verſ.quoque fallit, vbi præſ-
tat conſilium, quod illa verba,quan
docunque ponantur in inſtrumẽtis,
vt debitor ſemper ſit obligatus , &
non currat præſcriptio. Quę opinio
tenenda eſt in iudicando & conſulẽ
do,licet Rodericus Xuarez,in.l.poſt
rem iudicatam,in.2.notab.numer.3.
& Gutierrez(eum ſequendo)teneat
contrarium,de iuramento confirma
torio.3. parte,c.1. numer.9. per to-
tum.

## *SVMMARIVM.*

1 Con-

1 *Conſenſus inducitur ex præſentia donatarij cum taciturnitate.*
2 *Lex ſiquis argentum. § fi C.de donationibus, declaratur.*
3 *De iure regio ſubſtinetur donatio cauſa mortis pact. nudo.*
4 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum cauſa mortis valet.*
5 *Donatio cauſa mortis tribus teſtibus, & tabellione fieri poteſt de iure nouiori.*
6 *Lex ſi tit. 4 p. 5. declaratur.*

## QVAESTIO. 208.

### *Vtrum donatio cauſa mortis poſsit fieri pacto nudo. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DOnatio cauſa mortis, pacto nudo fieri poteſt, ſecũdum gloſſam in.l.2. C.de iure dotium (non ſolita ad hoc allegari) quã commendat Decius, in rubr. C.de pactis, col. 1. idem tenet gloſſ. ordinaria in.l. cum pater. §. Mæuio. ff. de leg. 2. verb. donabat, & verb. reuocaretur, quas commendat Romanus, ſingulari. 523. & Iaſſ. in §. in perſonam, num. 61. de actionibus inſtit. & ſequuntur plurimi adducti per Tiraquellum, verb. donatione largitus, num. 248. C.de reuocandis donationibus, & dicunt communiter approbari adducti per Couarr. in rub. de teſt. 3. parte num. 14. & dixit etiam communem Iaſſ. in.d. §. in perſonam, & ibi Gomecius, num. 42. verſ. item circa, & dicunt etiam communem Alexand. num. 7. Iaſſ. nu. 10. Vincentius, col. 6. in.l. ſciendum. ff. de leg. 1. & ibi Aretinus, col. 2. dixit etiam communẽ & Andr. ab Egea, in libro pactorũ, num. 386. verſ. 3. & dicit communẽ Socinus, conſ. 112. vol. 1. numer. 5. & conſ. 125. vol. 3. num. 1. & Cagnolus, in.l. ſemper qui non prohibet, num. 4. ff. de regulis iuris, & Tiraquellus, poſt. ll. connubiales, gloſſ. 5. num. 64.
1 & .81. Et quod magis eſt, quod in tali donatione, præſentia donatarij cum taciturnitate inducat conſenſum, & donationis validitatem. tenet communis opinio, ſecundum Purpuratũ, in.l. rogaſti. §. ſi tibi, nu. 64. ff. ſi certum petatur, & dixit etiam communem Cagnolus, in.d.l. ſemper, num. 5. & ſequitur hanc ſententiam (his nõ citatis) Couar. vbi ſupra, nu. 14. candẽ tenet Ripa, in rub. ff. de verborũ, num. 24. dicens contrarium tenere eſſe cõtra cõmunẽ, & Andr. ab Egea ſupra, num. 98. vbi laté diſputat.

Sed contrariam opinionem tenet Tiraquellus, in.l. ſi vnquam, verb. libertis, num. 68. C. de reuocandis, & Loriotus, de apicibus iuris, tractatu 8. axioma. 206. & in. d.l. ſẽper, qui non prohibet, in princip. ff. de regu-
2 lis iuris. Ex quibus venit intelligendus tex. in.l. ſi quis argentum. §. fi. C. de donationibus, in quantum ad validitatem donationis nullam requirit ſtipulationem, nam procedit in donatione cauſa mortis, per ſupradicta, quidquid voluerit gloſſ. fi. in.l. vnica. §. ſin autem aliquid. C. de caducis tollen. & Imola, in.l. ſciendum, quæ eſt lex. 2. ff. de leg. 1. & in.l. cum ex cauſa. ff. de re iudicata, & Romanus, in.l. 1. ff. de donationibus. Iaſſ. in l. iuris gentium. §. quinimó, num. 20 ff. de pactis, vbi firmat ita tenere Imola, & moderni. Secundò intelligitur ille tx. in donatione remuneratoria. Ita Imola, & Romanus. in.l. in ædib' §. 1. ff. de donationibus, & tenet etiã Angelus, in. §. in perſonam, colu. 6. verſ. 2. inſtit. de actionibus, & Andr. ab Egea, ſupra, nu. 386. quorum opinionem veriſsimam eſſe credas, quidquid vellit Bart. (poſt Guillermum de Cuneo) in.d. §. 1. num. 10. vbi Iaſſ

num.



num. 28. Bart. ſententiam dicit eſſe communem. Tertió intellige, dictũ §. ſin autem hoc, habere locum in donatione præſumpta, & tacita. Ita voluit gloſſ. in.l. hactenus. ff. de conſtituta pecunia, & in.l. ſi tibi, in princ. ff. de pactis, & in.l. rogaſti. § ſi tibi. ff. ſi certum petatur. tenet etiam gloſ. (ante ad hoc nõ expẽſa) in.l. 3. C. de contrahenda emptione, & hanc partem tenet Fortunius, in. c. 1. fol. 79. col. 4. verſ. ſed reſoluté, de pactis, & ſequuntur citati per Tiraquellum, in.d.l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, num. 168. Sed contrarium eſt tenendum, ſecundum Raynerium, Baldum, & Angel. col. 1. verſ. tu autẽ dicas, & ſecundum Paulum. num. 3. qui dicit hoc eſſe de mente doctorũ, in.d.l. iuris gentium. §. ſed cum nulla, vbi idem tenet Alex. & Iaſſ. nu. 28. idẽ etiam in.d. §. quinimo vbi Bart. num 20. Alex. colum. penultima Iaſ. num. 21. in. §. in perſonam, idem Iaſſ. num. 65. & Gomecius. 39. & Cagnolus, num. 3. in.d.l. ſemper, & citati per Tiraquellum, in.d.l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, num. 152. & .167. poſt. ll. connubiales, gloſſ. 5. num. 58. vltra quos hanc partem teſtatur eſſe communem Curtius iunior, in.l. ſi pacto, quo pœnam, num. 11. C. de pactis. hanc etiam dicit communẽ ex Socino, Andreas ab Egea, dicto libro pactorum, numer. 97. & iterum, num. 386. Quartò intellige prædictũ tex. habere locum non ſolum ſi res donetur, ſed etiam ſi factum promittatur. Ita videtur tenere gloſſ. fin. in l. ſi cum mihi. ff. de dolo, & gloſſ. etiã fi. in.l. promiſsiſti. §. fi. ff. de præſcriptis verbis, & hanc opinionem firmat Baldus, & Paulus, col. 2. Fulgoſius, Florianus, & Iaſſ. numer. 29. in.d.l. iuris gentium. §. ſed cum nulla, & idem Bald. in.l. pacta quæ contra, colu. 2. in medio, C. de pactis, & Salicetus, in l. legem, quæſtio. 6. C. eodem, tenet etiam Angelus, col. 6. & Gomecius, num. 42. in.d. §. in perſonam, & Andreas ab Egea, dicto libro pactorum, num. 386. verſ. 4. & Fortunius, in. c. 1. de pactis, fol. 80. colum. 3. verſ. 12. declaratio, vbi latiſsimè. In oppoſitum tamen tenet Guillermus de Cuneo, & Raynerius, in.d. §. ſed cum nulla, vbi idem tenet Bart. nume. 2. idem Bart. in.l. ſi vnus. §. pactus, nu. 12. ff. de pactis, & Albericus, in.d. §. quinimo, num. 10. & Ang. in d.l. iuris gentium. in princip. num. 3. & in l. ſi certis annis, num. 4. C. de pactis, & in.d.l. ſi quis argentum verſ. ſed quis, num. 2. & Iaſſ. in additionibus ad Porcum, in. §. aliæ. numero. 2. inſtit. de donationibus. & tenet etiam Emanuel Coſta, in.l. ſi ex cautione. §. penultimo, totius lecturæ, num. .. ad fi. C. de non numerata pecunia. Quintò intelligo, prædictum tex. non habere locum in pacto de non petendo. Ita tenet commun. opinio, ſecundum. Iaſſ. in.l. creditori, num. 4. C. de pactis. Sextò etiam circa illum tex. adde, quod pro conſequenda re donata, pacto nudo, competit actio, quæ ex pacto nudo oritur. Ita tenet gloſ. in.d. §. ſed cum nulla ff. de pactis, & in.l. legitima, eodem titul. & in alijs locis.

Sed contrariam ſententiam (imò quod competat condictio ex lege) tenet gloſſ. fi. in.d.l. promiſsiſti. §. fi. ff. de præſcriptis verbis (licet ad illã nullus adhuc aduertit) & hãc ſententiam tenet Bart. in.l. vnica, nume. 13. ff. de condictione ex lege, & ibi Iaſſ. col. fi. & tenet etiam Bart. in.d.l. legitima, colu. 1. vbi Iaſſ. num. 8. teſtatur hanc eſſe communem opinionem, & eandem partem tenet Angelus, & Paulus, in.d.l. iuris gentiũ, in princ. hic, num. 7. ille verò. 3. & hanc aſſerit communem Iaſſ. num. 57. & Gomecius. 39. in.d. §. in perſonam. Primam tamen tenet Fortunius Garcia,

cia,

cia,in.l.legitima, colum. 6.verſi.pri
mum. Hodiè autem,ex lege.2.tit.16.
3 lib. 5. recop. ſuſtinetur talis donatio
cauſa mortis, etiã pacto nudo,& ibi
illud notat Matienço, & Azeuedo,
& Padilla, in.l.eam quam, nu.65.C.
de fideicommiſsis. Et an talis dona-
tio(cauſa mortis)ſubineatur,ſi con-
4 prehendat omnia bona præſentia,&
futura diſputat nouiſsimé Parlado-
rius,rerum quotidianarum 2. p. c.8.
(prodeclarationelegis.69.Tauri)qui
reſoluit valere donationem, idéque
tenet Iulius clarus.§. donatio quæſt.
19.& Molina, lib. 2. de Hiſpanorum
c.10.num.14.quę donatio debet fie-
5 ri coram quinque teſtibus,ex. l. fin.
tit.4.part.5.ibi.*deuela fazer delante
de cinco teſtigos alomenos,*quod etiam
erat diſpoſitum,in.l. fi. C de dona-
tionibus cauſa mortis, ſed ex. l. 3.
Tauri,ſufficiunt tres teſtes, cum ta-
bellione , vt aduertit Gomecius.2.
tom variarum.c.4.num.16. quod ab
alio non reperio tactum,&profectò
6 eſt optima conſideratio , & ſi caſus
de facto contingeret, ita iudicarem,
cum donatio cauſa mortis in omni-
bus & per omnia ęquiparatur teſta-
mento,vt probatur,in.d.l.fi.tit.4.p.
5. & ibi notat Gregor. quæ omnia
ſunt menti tenenda pro declaratio-
ne illius legis,fi.& correctione.

## *SVMMARIVM.*

1 *ALiud eſt donare,aliud promiſsio de do*
*nando,& aliud eſt vendere,& aliud*
*promiſsio de vendendo.*
2 *Stipulatio contrahitur per verba futuri tẽ*
*poris.*
3 *Pactum nudum de donando operatur idem*
*quod ipſa donatio.*
4 *Per renunciationem iuratam excluditur*
*filius á petitione legitimæ.*
5 *Qui iurauit renunciare,ſatisfaciet renun-*
*ciando ſimpliciter ſine iuramento,*
6 *In pacto nudo,ſub conditione facto proce*
*dit etiam noſtra quæſtio.*

## QVAESTIO.209.

### *Vtrum. d.l,ſiquis argentum,in §.ſin autem hoc. C,de donationibus,ſicut habet locum in re donata pacto nudo habeat etiam in pacto nudo de donando.*

### *Communis contra communem.*

PRoſequendo materiam quę-
ſtionis præcedẽtis,ad.l.ſi quis
argentum.§. ſi autem hoc.C.
de donationibus eſt dubium non fa
cilè, an ſicut illa.l. habet locũ in re
donata pacto nudo ( vt ibi reſolui-
mus) procedat etiam in pacto nudo
de donando. & non habere locum,
tenuit (primus omniũ) Ioannes Fa-
ber,in.§.alię, num.2.inſtit. de dona-
tionibus,cuius ſententiam ſequitur
Tiraquellus,cum pluribus ab eo cita
tis,lib.2.de retractu in fin. num. 41.
& 47.tenet etiam Andreas ab Egea,
libro pactorum,numer.292. & hanc
credit probabiliorem Emanuel Co-
ſta,in. l. ſi ex cautione.§. penultimo
totius lecturæ,nu.4. C. de nõ nume-
rata pecunia,vbi ( aliquibus doctori
bus citatis)hãc commonem opinio
nem contrariam notauit,& tandem
hanc Fabri,opinionem eſſe commu
nem teſtatur Alciatus,in. l.ſi pacto
quo pęnã,col.1.C.de pactis. Quorũ
omniũ præcipuũ fundamentum eſt,
quod aliud eſt donare,aliud promiſ-
1 ſio de donando,& aliud eſt vendere,
aliud promiſsio devendendo , cum
alijs adductis per Alex.nu.17. &.18.
in.l.1.§.ſi quis ita ff. de verborũ , &
per Felinum,in.c.non poteſt.num.2
&.3.de re iud.& per eundem,nu. 43.
Decius,



Decius,num.37.in.c.cum venerabi-
lis, deexceptionibus, & latiùs per
Tiraquellum,vbi ſupra,à numer.41.
vſque.47.
Sed contrariam ſententiam (imò
quod ille tex.habeat locum in pacto
nudo de donando tenet Bart. in.l.iu
ris gẽtium, in fine principij.ff.de pa
ctis, vbi eandem tenet Fortunius,
fol.32. colum. 1. verſ.ſed extat, idem
in.l.legitima, colum.8.verſ.nota ta-
men. ff. de pactis.& ante Bart.vide-
tur tenere hanc partem gloſſ.verb.
manifeſtauerit,in.§.aliæ inſtit.de do
nationibus,& ante gloſſam illud fir-
mat Azo, in ſũma.C.de donationi-
bus,num.8.& hæc eſt communis opi
nio,ſecundum Ripã,lib. 3.reſponſo-
rum.c.13.nume.2.vbi pro hac parte
ipſe conſuluit, quæ opinio verior vi
detur, ex eo quod tex. in. d.l.ſi quis
argentum, æquiparat donationem
factã hodiè pacto nudo,ei quæ olim
intercedente ſtipulatione fiebat,cu-
ius quidem ſtipulationis proprium
eſt,per verba futuri temporis contra
here,vt in.l.1.§.ſtipulatio.ff. de ver-
borum. Quam opinionem ſequũtur
relati per Tiraquellum, lib. 2. de re-
2 tractu,in fin.num.26.& tenet Boe-
rius,deciſione.3.num.2. & deciſione
183.numer.13.& Gomecius,in.c.1.de
conſtitutionibus,in.6.num.88. pagi
na.71.& hanc etiam dicit commu-
nem Couarr.in.c. quanuis pactum.
3.p.in princip.num.3.pro quã ſenten
tia,vltra omnes adducenda eſt egre-
gia Ioannis Andreę,& notabilis de
terminatio, in additionibus ad ſpe-
culato,titulo de obligationibus &
ſolutionibus,in rubr.col.1.lib.4.vbi
vult,quod ſi promitto me obligare
cenſeor ſtatim obligatus,adeó vt nõ
ſit neceſſaria alia noua obligatio,
quod dictum eſt hodié approbatum,
ex.l. 2.titu.16.lib.5.recopilat.& ſic
in noſtro caſu videtur, quod idem
debeat operari pactum nudum de
donando, quod ipſa donatio facta
pacto nudo, & illam Ioannis An-
dreæ, ſententiam,commendat Ro-
manus, in ſingulari.183. & ſequitur
Alexand.& Iaſſ.numer. 5.in. l. cum
fundus.§.ſeruum tuum. ff. ſi certum
petatur,idem Iaſſó.in.l.4.§. ſi is qui
duplam,in fine.ff.de verborum , &
Montaluus , in ſuo reportorio le-
gum regni,verb.obligatio, in fine.
Ex quo dicto Ioannis Andreæ, ſin-
gulariter dicebat Iaſſõ.( ad declara-
tionem tex.in cap.quanuis pactum,
de pactis in.6.) in. l. dominus. ff.
de condictione indebiti,quod ſicut
4 per renunciationem iuratam ex-
cluditur quis à petitione legitimæ,
etiam excluditur ſi iurauerit ſe re-
nunciaturum cum iuramento, adeó
quod nulla alia renunciatio iurata
exigatur. Diximus autem renun-
ciaturum cum iuramento, quia ſi
iurauit renunciare ſimpliciter, ſa-
tisfaceret iuramento renunciando
ſimpliciter abſque iuramento , vt
optimè notat Boerius, deciſione.3.
numer.6.quem vnico verbo ſequu-
tus eſt Couarr.in. 4. decret.1.p.cap.
4. in principio,numer. 1. & in. cap.
quanuis pactum.3. part. in princi-
pio numer.3.vbi melius & latius lo-
quitur. Ex quibus ſatis comproba-
5 tur concluſio illa , quã ex Azone,
& alijs ſupratradidimus d.l. ſi quis
argentũ.§. fin. locũ habere in pacto
nudo de donando , & hanc (vltra
prædictos( dixit communem Ru-
beus,cõſil.29.colum.2.verſ.& facit,
quæ opinio adeó vera eſt,vt etiã pro
cedat in pacto de donãdo,ſub cõdi-
tione facto,vt tenet Iaſſo.ſup.qui ad
hoc expendit gloſſam ibi,in.l.ſiquis,
cum debitore,num.7.ff.de iure iuran
do.vbi idem tenet Fulgoſius, quo-
rum,nullus meminit ex ſupra rela-
tis.

SVM.

## SVMMARIVM.

1 Confeſsio extraiudicialis valet in vim probationis, & nō in vim pacti obligatorij.
2 Confeſsio eſt vera probatio.
3 Confeſsio geminata (abſente parte) inducit obligationem.
4 Confeſsio iurata, abſente parte, an reuocari poſsit, remiſsiuè communis contra communem.

### QVAESTIO. 210.

*Vtrum confeſsio extraiudicialis, facta abſente parte, inducat obligationem ad liberandum. Communis contra communem.*

CONfeſsio extraiudicialis, facta abſente parte, inducit obligationem ad liberandum. Ita tenet gloſſ in.l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de liber. legata, & ſequuntur plures relati per Felinum, in.c. ſi cautio, num. 7. & 32. de fide inſtrumētorum, & innuit eſſe communem Iaſ. in.l. ſi ego, la. 1. num. 5. ff. ſi certum petatur, & (his nō relatis) Tiraquellus, in.l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, num. 172. & dixit communem Baldus, conſ. 466. vol. 4. & Ruinus, conſ. 120. num. 2. vol. 5. & conſ. 141. num. 9. & Gozadinus, conſ. 79. num. 10. Decius, conſ. 163. & Pariſius, cōſ. 120, vol. 1.

2 Sed contrariam opinionem (imò quod non inducat obligationis liberationem) dixit communem Alexand. conſ. 131. numer. 7. volum. 4. & conſ. 174. vol. 6. & conſ. 212. num. 31. vol. 6. & Andreas ab Egea, lib. pactorum, num. 124. vbi latè defendit opinionem gloſſę, & vide omninó Curtium iuniorem, conſ. 96. numer. 3. Et
1 quod prædicta confeſsio extraiudicialis valeat in vim probationis, & non in vim pacti obligatorij, tenuit Bald. (dicēs eſſe communem) in.l. generalitér. §. penultimo. C. de non numerata pecunia, & vide communem contrariam in quæſt. 16. & duas communes tradit Menchaca, lib. 3. de ſucceſsionum creatione. 1. p. §. 23. num. 31. qui affirmatiuè reſoluit, quod cō
2 feſsio eſt vera probatio pro qua ſententia eſt tex. in.l. fi. C. de fideicommiſsis. l. 8. tit. 14. p. 3. & plura tradit Gutierrez, de iuramento confirma-
3 torio. 1. p. c. 54. num. 7. Et quid ſi confeſsio fuerit geminata abſente parte, vide plura quę congeſsit Maſcardus, de probationibus, volum. 1. concluſione. 347. num 22. & in numer. 57. refert in hoc articulo, has duas communes contrarias, & ſequitur primam de iure canonico, quaſi ſecus ſic de iure ciuili in terris non ſubiectis Eccleſiæ. In confeſsione verò iurata abſente parte, etiam re-
4 fert duas communes ibi, nume. 69. & tradit Antonius Gabriel, titulo de confeſsis, concluſione. 1. numer. 43. & Gutierrez, ſupra, de iuramento confirmatorio. 1. part. cap. 54. numer. 6.

### QVAESTIO. 211.

*Vtrum expreſsio clauſulæ derogatoriæ, debeat eſſe ſpecialis, vel ſufficiat generalis ad ſuſtinendum ſecundum teſtamentum. Communis contra communem, & quid iure regio.*

TEſtamentum in quo iuramentum interuenit, cenſetur habere clauſulam codicillarem, & ſic



& ſic clauſulam derogatoriam, ita quod ad illius teſtamenti reuocationem, ſpecialis de ea mētio in alio teſtamento eſſet neceſſaria. tex. in.l. cū pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. vbi probatur iuramentum habere vim clauſulę codicillaris (vt valeat meliori modo quo poteſt) & ad hoc illū tex. commendat Iaſſo. in. §. item ſi quis poſtulante, numer. 14. inſtit. de actionibus, vbi Gomecius, num. 13. & Alciatus, in.l. 1. §. ſi quis ita, num. 43. ff. de verborum, & in.c. cum contingat, num. 248. & de iure iurando, & Couarr. in.c. Raynaldus. §. 3. num. 10. de teſtamētis Antonius Gomez, in.l. 3. Tauri, nu. 95. pro qua ſententia facit doctrina gloſſæ, verb. effectus, in.c. cū non deceat, de electione lib. 6. (quę ſingularis eſt) probans iuramentum (operari clauſulam non obſtāte) non referri, neque compræ-
2 hendere actum iuramēto firmatum, & illam gloſſam commendat Alex. conſ. 125. volum. 1. numer, 18. & conſil. 37. volum. 2. numer. 25. & conſil. 38. volum. 3. & in.l. 1. ff. ad legem falcidiam, idem Alexand. & Iaſſo. in.l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam, idem Iaſſ. in.d. §. itèm ſiquis poſtulante, numer. 77. Felinus, in.c. 2. column. 8. de ſponſalibus, & in.cap. conſtitutus, colum. 3. de reſcriptis, Gomecius, in.c. 1. numer. 186. de conſtitutionibus in. 6. Euerardus, loco 36. Afflictis, deciſione Neapolitana, ſupra, Sarmiento, lib. 3. ſelectarum. c. 13. num. 19. Simon de Pretis, lib. 4. de interpretatione vltimarum voluntatum, dubitatione. 2. num. 72. vbi latè declarat noſtram quæſtionem, fol. 421. pro qua ſententia eſt tex. in.c. cum aliquibus, de reſcriptis in. 6. vbi Francus notat, & facit gloſſ. in caſu ſimili verb. pacto, in clemētina. dudū de ſepulturis, & gloſſ. verb. conſuetudine, in.c. vnico. de capellis mōnachorum. in. 6. & vtrobique doctores.

Quibus ſic prænotatis dubium eſt, quid ſi teſtator ita ſcripſerit, Volo poſterius teſtamentum valere, non ob-
3 ſtante quocunque alio à me facto, habente quæcumque verba derogatoria, quæ hoc teſtamēto eſſent exactè referenda à me, quę volo pro expreſſis habere, an per iſta verba à teſtatore pro lata, cenſeantur facta mentio ſpecialis clauſulæ derogatoriæ, ac proinde teſtamentum cēſeatur reuocatum. Et non cenſeri, tenuit Cardinalis, cōſ. 156. & Calderinus, cōſ. 11. pro qua facit tx. in.l. ſiquis in principio teſtamenti, de legatis. 3. vbi doctores, & eſt communis opinio ſecūdū Felinum, in.c. accedentes de præſcriptionibus. & in.c. nonnulli, num. 6. de reſcriptis. Et dicunt communem plures relati per Couar. 2. p. rubr. de teſtamentis, nu. 20. verſ. 2. infertur.
4 Sed contrariam partem tenet Baldus, & Angel. in.l. omnes. C. de præſcriptione. 30. vel. 40. annorum quam ſequitur Antonius Gomez, in.l. 3. Tauri, nu. 93. & 94. vbi declarat prædictam ſententiam quā ſequitur (reſoluens communem) Villalobos, in ſuo ærario, litera. T. num. 65. vbi ampliat tribus modis, Aluaradus. de cōiecturata mente defuncti, lib. 3. c. 2. nu. 33. Gracian, regul. 455. vbi refert 16. limitationes, & eſt communis opinio, ſecundum Federicum, conſ. 47. & ſecundum Ananiam, conſ. 55. Natta conſ. 521. nu. 40. Iuliū Clarū. §. teſtamētū, quæſt. penul. Simon de prætis, ſupra, & Burſatū, conſ. 47. & ſecūdū plurimos relatos per Couar. ſupra & hæc eſt magis vera ſententia, & conſona cum voluntate teſtatoris, quæ ſeruanda eſt qualitercūqué de ea conſtiterit (non obſtantibus quibuſcunque clauſulis derogatorijs) vt tradit Antonius Gomez, ſup. & Burgos de Paz, ibi, num. 184. & Sarmient. lib. 3. ſelectarum. c. 14. nu. 18. vbi declarat d.l. ſi quis in principio teſtamenti, &

lex,in conditionibus primum locũ ff. de conditionibus & demonſtrationibus,authent.de nuptijs.§.diſponat,col.4.l.1.C.de ſacroſanctis eccleſijs.Et pro hac opinione facit lex.22 tit.1.p.7. vbi Gregori⁹, verb.*ſeñaladamente.*

## QVAESTIO. 212.

IN materia ſubſtitutionis compendioſæ,ſunt quędam verba directa,& quædam obliqua,ſed & directorum quędam dicuntur directa ciuilia, hoc eſt,iure ciuili introducta,vt hæres eſto,& ſimilia:quędã directa non ciuilia,vt verbum accipiat,& verbum moriatur. Hæc eſt doctrinaNicolai de Natarelis,quam eo citato ſequutus eſt Bart.in.l.Centurio,num.15.ff.de vulgari,& in nu. 44.quam diſtinctionem communẽ eſſe ſcribit ibi Ripa,num.71.verſ.mihi placit. Sed illam diſtinctionem damnat Salicetus,in.l.precibus, nu. 21.verſ.hæc reſponſio vbi Iaſſ.nu.9. (aſſerit eſſe commmunem cõtra prędictam diſtinctionem)C. de impuberum,& alijs ſubſiſtit.

## QVAESTIO. 213.

SVbſtitutio compendioſa, cõntinens ſubſe tacitam pupillarem,habet effectus tacitè pupillaris, niſi mater ſit in medio nam matre in medio exiſtente,illa ſubſtitutio,quæ aliàs iure directo ſubſtitutionispupillaris, eſſet valitura, interpætatur fideicommiſſaria. Iſta eſt communis opinio,ſecundum Ananiam,conſ.79.& ſecundum Aretinũ conſ.155.& dicunt communem quã plurimi adducti per Couarr.in. cap. Raynuntius.§.9.num.17.de teſt.

Sed contrariam ſententiam(imò quodetiam matre exiſtente in medio,adhuc intra tempora pubertatis valeat,iure directo pupillaris ſubſtitutionis)dicunt communem Iaſſ.& Iacobinus,vterque num.15.in.l. precibus. C. de impub. & dixit etiam communem idem Iaſſo.in.l. Centurio,nu.45.ff.devulgari, & Ripa,ibi, num.118. & etiam dixerunt communem plurimi relati per Couar.vbi ſupra, vltra quem hanc communem contrariam retulit Decius, conſ.572 num.3.

## SVMMARIVM.

1 *HAEredis appellatione non venit inſtitutus in re certa.*

2 *Inſtitutus in re certa nullo dato cohærede ſuccedit in omnibus bonis.*

3 *Quæſtio practicabilis proponitur circa intellectũ l.1.tit4.lib 5.recop.*

4 *Diſpoſitio nouæ legis eſt intelligenda, vt minus ledatur ius commune.*

5 *Caſus omiſus remanet ſub diſpoſitionę iuris communis.*

6 *Contrariam opinionem in quæſtione principali tenet Matienço.*

7 *De iure regio poteſt aliquis decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus.*

8 *Inſtitutus in certa re dato cohærede habetur loco legatarij.*

9 *§.ſi ex fundo,eſt hodie correctus.*

10 *Inſtitutus in re certa in foro animæ non ſuccedit in omnibus bonis.*

11 *Voluntati teſtatoris videtur repugnare quod inſtitutus in re certa ſuccedat in omnibus bonis.*

12 *Teſtator de iure communi non poterat pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus decedere.*

13 *Succedentes ab inteſtato habent tacitã vocationem à defuncto.*

14 *Limitata cauſa limitatũ debet producere effectum.*

15 *Actus agentium non poteſt operari vltra agentium intentionem.*

16 *Matiençus reprobatur in ponderatione legis regni adducta pro ſua opinione.*

## QVAESTIO. 214.

*Vtrum*



*Vtrum verbum lego,adiectum vniuerſitati bonorum, inducat hæredis inſtitutionem, nullo dato cohærede. Communis contra cõmunem, & quid iure regio.*

VErbum , lego,adiectum vniuerſitati bonorũ , nullo alio hærede inſtituto inducit hæredis inſtitutionẽ.Ita Bal.in.l.fi. col. fi.num.11.verſ.vlt.quęro.C.familiæ erciſcundæ.Et eſtcommunis opinio ſecundum Guillermum Benedictũ, in.c.Raynũtius,verb.relinquit , nu. 3.de teſt.

Contrariã tamẽ ſententiam tenet Bart.in.l.Centurio,num.19.ff.de vulgari,& ibi Lãcellotus Galiaula, col. 6.quam communem contrariam refert Couarr.in.c.Raynaldus. §.1.nu. 5.de teſt. vbi videtur in illam Baldi ſententiã ſeinclinare.Quã opinionẽ ſequiturMeneſes,in.l.eã quã,nu. 78. C.de fideicõmiſs.Matiẽço. in.l.1.ti. 4.gloſſ.10.nu.85.&.86.lib.5 recop. queſequitur Azeuedo,ibi,nu.167.

1 Et pro hac vltima ſententia facit
quia etiã appellatione hęredis nõ venit inſtitutus in re certa,vt tenetBaldus,in.c.ſi pater,nu.18.de teſta.lib.6 Felin⁹,in.c.quia ergode iudiciis,nu. 12.Alex.cõſ.22.nu.5.lib.5.& conſ.8. nu.2.lib. 3.Socin. cõſ.50.nu.4.vol.3.
2 ſed his non obſtãtibus prima opinio
verior eſt & tenenda & pro ea facit: tx.in.l.1.§.ſi ex fundo.ff.dehęredib⁹ inſtituẽdis &l.quoties.§.ſi duo.ff.eodẽ vbi inſtitutus in re certa nullo dato cohærede ſuccedit in omnib⁹ bonis.ergo à forciori debet ſuccedere legatarius,omniũ bonorũ quãdo alter nõ fuithęres inſtitutus ita Aluarad⁹,de cõiecturata mẽtedefũcti,lib. 1.c.4.nu. 5.Greg. verb.*todos los bienes,*in.l.14.tit.3.p.6. (per illã legẽ)
3 Solet tamen dubitari (& iam ſemel
mihi occurrit in praxi)an diſpoſitio prędicta dequa in.d.§.ſi ex fũdo,procedat hodiè extantediſpoſitione.l.1. tit.*de los teſtamentos,*lib.5.ordinam. quę eſt.l.1.tit.2.lib.5.recop.an ſuccedentes ab inteſtato cõſequentur partem bonorum,de qua teſtator nõ diſpoſuit,ita vt nõ ſit locus iuri accreſcendi,& partẽ affirmatiuã tenet Bur
4 gos de Paz,in.l.3.Tauri,nu.857.in.1.
par.col.6.& doctiſsim⁹ Molina, lib. 1.de Hiſpanorũ primogen. c.17. nu. 23.& Tellus Fer.in.d.l.3.Tauri. 3. p. nu.2.& ratio eſt,quia diſpoſitio nouæ legis eſt intelligenda & interpætanda vt minus ledatur ius cõmune.
5 l.pręcipimus.C.de appellationibus.
c.cum expediatde electione,maximè cum iſte caſus cenſeatur ommiſſus à lege regni,& ſic remanet ſub diſpoſitione antiqua iuris communis.l.cõmodiſsimè.ff.de liberis& poſthumis l.fi.C.de poſthumis hæredibus inſtituendis. l. ſi extraneus. ff.de conditione cauſa data cauſa non ſequuta. Ac per cõſequens, ſiuè legatariusbonorum,ſiuè hęres in certa re inſtitutus ſit,non dato cohęrede,conſequẽtur integram hęreditatem:quam opinionem etiam tenet Padilla,in.l.eam quam,num. 93. C. de fideicommiſsis
6 (etiam extante lege ordinamenti)&
Gracian.regul.281.num.8.in fi.contra Matiençum, in.d.l.1. tit.4. gloſſ. 10.num.47.lib.5.recopilationis, vbi contrarium reſoluit ex verbis dictæ
7 legis,ibi.*Aunque el teſtador no aya hecho heredero alguno,entõces herede aquel que ſegun derecho o coſtumbre dela tierra auia de heredar , ſi el teſtador no fiziera teſtamento.* * Ex quibus verbis dicit hanc quęſtionem deciſſam fuiſſe cum hæredes ab inteſtato ſuccedant cum hęrede ex teſtamento , & nulla ſit hodiè repugnantia , quod

poſsit teſtator decedere pro parte te
ſtatus, & pro parte inteſtatus, & in-
8 ſtitutus incerta re dato cohęrede ha
betur loco legatarij, vt in.l.quoties.
C. de hæred inſtit.l.14.tit.3. p.6.&
iuxta diſpoſitionem dictæ legis ordi
namenti legitimi cenſentur hære-
des inſtituti vniuerſaliter, ergo nul-
9 lo modo poteſt hodiè procedere diſ
poſitio dicti.§.ſi ex fundo, (imó eſt
correctus) vt defendit Matienço, ſu
pra, & numer.48. vbi dicit, quod hęc
eſt ipſa veritas (contra Greg. ſupra
10 & Coſtã, in. c. ſi pater.1.part.verb.in
re certa, nu.14. de teſtamentis lib.6.)
maximè quia in foro animæ inſtitu-
tus in certa re non poteſt ſuccedere
in vniuerſa bona contra volũtatem
teſtatoris, vt tradit Abb.in.c.2.de te
ſtamentis & ſatis videtur repugna-
11 re voluntati teſtatoris, ꝙ ille qui in-
ſtitutus fuit ſpecificè in certa re, ſuc
cedat vniuerſalitèr in omnibus bo-
nis teſtatoris, quaſi voluiſſet expreſ
ſiſſet, & licet illud eſſet planiſsimũ
12 de iure communi, ne videretur teſta
tor pro parte teſtatus & pro parte
inteſtatus decedere (contra.l.ius no
ſtrum de regulis iuris) tamen cum
hodiè nulla ſit iuris repugnantia, &
ſuccedentes ab in teſtato habeant ta
citam vocationem à defuncto, vt.in
l.conficiuntur.l.quidam referunt.ff.
de iure codicillorum, gloſſ. in.l.non
iuſta.C.ad Trebellianum, videtur di
cendum inſtitutum incerta re, etiam
dato cohęrede, non ſuccedere niſi in
13 re de qua facta fuit inſtitutio, nó ve
ró vniuerſaliter in omnibus bonis,
cũ limitata cauſa limitatum debeat
producere effectum.l.age cum Gemi
niano.C.de tranſactionib. l.in agris
ff.de acquirendo rerum dominio, &
14 actus agentium nõ debet operari vl
trã agẽtis intẽtionẽ.l.nõ omnis.ff. ſi
certũ petatur quę opinio vera eſt, &
tenẽda in iudicãdo, & cõſulendo, ex
diſpoſitione dictæ legis ordinamẽti,
nõ expreſſa, vt exiſtimauit Matien.
ſupra (ex verbis iã relatis) ſed à ratio
15 ne ceſſante iuris cõmunis (de qua in
d.l.ius noſtrum) & ex præſumpta te-
ſtatoris volũtate, qui cenſetur diſpo
nere ſecũdũ legis regni diſpoſitionẽ,
nec verba adducta per Matiençũ pro
bãt illius intẽtionẽ cũ tãtũ diſponãt
16 quãdo nullus fuit hæres inſtitut⁹ vt
cõſtat ex illis verbis ibi, *_no aya hecho heredero alguno_,* tũc enim planiſsimũ
eſt hæredes ab inteſtato ſuccedere,
nos vero loquimur, quando aliquis
fuit in certa re hæres inſtitutus nõ da
to cohærede in quo caſu ſuccedunt
hodiè hęredes ab inteſtato & nõ in-
ſtitutus in certa re qui ſolũ cõſeque
tur rẽ vel partẽ hęreditatis à teſtato
re relicta nõ verõ vniuerſa bona, quę
opinio certiſsima eſt, nec ab ea rece-
das in iudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 215.

SVbſtitutio cõpẽdioſa, facta a pagano per verba communia, putà Volo, ſine temporis diſtinctione, etiã intra tẽpora pubertatis, erit fidei cõmiſſaria, & hæc eſt cõmunis opinio ſecũdũ Bartolũ, in.l.Cẽturio, nu. 26.ff.de vulg.

Cõtrariã tamẽ ſentẽtiã (imò quod intra tẽpora pubertatis valeat iure directo vt pupillaris, & poſt tẽpora pubertatis obliquetur, & cõuertatur in fideicõmiſſariã) tenet ibi Bar.Iaſſ. & Ripa, num.114. qui hanc teſtatur communem opinionem.

## QVAESTIO. 216.

*Vtrum delictum dicatur publicum, vel priuatũ, quando pœna venit applicanda fiſco. Communis contra communem.*





QVando pœna venit applicãda fiſco ex accuſatione alicuius delicti, etſi crimen ſit priuatum, dicitur tamen ex eo publicum, & quilibet de populo illud accuſare poteſt. Ita glo. & Bart. in rub. ff.de popul.actionibus, & eſſe communem opinionem teſtatur Auguſtinus de Arim. ad Angelum de maleficis, verb. ad quęrellam, num.9. Iulius Clarus, lib.5. receptarum ſententiarum.§.1.nu.3.

Sed contrariam opinionem (imò quod non dicatur publicum nec quod alicui de populo cópetat ius accuſandi) dixit communem Bald.in rub.C.qui accuſare non poſſunt, numer.10. & tradunt doctores, in.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff. de inoffic. teſtam. & Antonius Gomez.3.tom. variarum.c.1.tit.de delictis num. 4. &.9. & diſputat Peregrina, in tractu de priuilegijs fiſci, lib.4.tit.8.á num. 3.& 6.&.10.

## QVAESTIO. 217.

*Vtrum quarta falcidia de ſingulis rebus legatis ſit deducenda. Communis contra communem, & quid iure regio.*

FAlcidia de ſingulis rebus legatis, non de vna tantum re eſt deducenda. Ita eſt ſententia gloſſæ, in.l.2.C.ad l.falcidiã, quæ eſt cómunis opinio ſecundum Oldrad. con.207.num.7. & ſecundum Bart. in.l.in quartam, num.9.ff.ad.l.falcidiam, vbi Paulus de Montepico, numer.42. & ſequitur Alexand. in.l.ſi ex pluribus, in princip. ff. eod.tit.& in.l ſi pupillus.§.ſi ego, column.fi.ff. eod. vbi limitat, & idẽ tenet Corraſius, in.l.filium quem habentem, nu. 39.C.familiæ erciſcundæ.

1 Contrariam tamen ſententiã (imò
quod in hac quæſtione ſit diſtinguẽ
dum) aſſerit eſſe communem Salice
tus, in d.l.2.C.ad.l.falcidiam. Pro pri
ma tamen parte facit, quod legiti-
ma, quæ falcidię æquiparatur, dedu-
cenda eſt non ex vna re tantum, ſed
ex omnib⁹ bonis hæreditarijs, ita ꝙ
arbitrio boni viri legitima deduca-
tur in vna, vel pluribus rebus. Ita
probatur ex ratione textus, in.l.non
amplius. §. fin. cum lege ſequenti
ff.de legat.1.& tenet Bart. in.l. ſuus
quoque, in princip.numer.10.ff.de
hæredibus inſtituen. & eſt cómunis
opinio, ſecundum Ripam, in. d. l. in
quartam, num.112. & Paulus de Mon
te, ibidem col.50. & plures citat Co-
uar. in.d. c.Raynaldus.§. 2. numer.5.
de teſt. eamque tenet Corraſius, in.d.
l. filiũ quem habentem, in materia
quartæ legitimæ, numer. 88. vbi di-
cit communem opinionem. quæ eſt
tenenda, & proea facit lex .1. tit. 11.
p. 6.

## QVAESTIO. 218.

SI teſtator legat domum in genere, & aliquam domum habuerit, valet legatum: ſin autem nó habuerit, minimè valet. Ita probat tex. in.l ſi domos, in princ. vbi gloſſ. ff.de leg. 1. Nunc dubium eſt, an eadem diſtinctio locum habeat in legato fundi, alterius vé prædij ruſtici. Et in hoc caſu minimé diſtinguendum eſſe, ſed omninò legatum, ſeu promiſsioné non conſiſtere tenet Bart. in. l. ita ſtipulatus, oppoſitione. 8. numero. 7. ff. de verborum obligation. cuius opinionem eſſe communem teſtatur Iaſſ. in. l. legato generaliter, colum. penultima.ff.de leg.1.

Contrariam tamen ſententiam (imó ꝙ eadem diſtinctio in prædio ruſtico ſit facienda, quę in vrbano

dixit communem Iaſſ. in. d. l. ſi domos,& Ripa,in.d.l.ita ſtipulat9.n.31.

## QVAESTIO.219.

*Vtrum qui promiſſit ſoluere certam pecuniæ quantitatem, in aliqua forma, illa mutata remaneat obligatus ad ſolutionem in forma mutata. communis contra communem.*

SI Titius Sempronio centum in certa forma pecunię ſoluere promiſsit,& ante moram Titij, illud genus, vel forma pecuniæ ſtatuto,vel authoritate principis reprobetur, promittentem liberari ab obligatione ſoluendi in illa forma ſcribit Bart.in.l.quod te mihi,num. 7.ff.ſi certum petatur, & eſt communis opinio ſecundum Abbatem in c.quanto,num.12.de iure iurando tenet etiam idem Bart.in.l.Paulus, numer. 6. ff. ſolutionibus, & in.l.cum quid,num.17.ff.ſi certum petatur, & tradit plura Antonius Gabriel,tit. de ſolutionibus,lib.3.concluſione.2. vbi adduxit plures declarationes.

Sed contrariam opinionem(imó quod ſolutio debeat fieri in genere monetę quę currebat tempore contractus)aſſerit eſſe communem Iaſſ. in.d.l.quod te mihi, num.16.& Decius ibi,num.8.& dicit etiam communem Boerius,deciſ.327.numer.4. & Curtius iunior, conſ. 24. num.4. quam opinionem ſequitur Matthæ9 de Afflictis deciſ.90. vbi dicit quod ita ſeruatur de conſuetudine, & pro hac opinione conſuluit Purpuratus, conſ.522.vol.2.num.1.&.38.

### SVMMARIVM.

1 *Fæmina in teſtamentis de iure ciuili, & regio, teſtis eſſe non poteſt.*

2 *Teſtis poteſt eſſe fęmina in codicillis,ſecūdum aliquos: ſed contrarium eſt verius.*

3 *In teſtamento facto ad pias cauſas fęmina poteſt eſſe teſtis.*

4 *Fęmina in teſtamento inter liberos poteſt eſſe teſtis.*

5 *Lex,hac conſultiſsima §.ex imperfecto.C. de teſt.declaratur.*

6 *De iure canonico fęmina eſt idoneus teſtis, ſecundum aliquos:contrarium verius.*

## QVAESTIO. 220.

*Vtrum fœmina de iure canonico poſsit eſſe teſtis in teſtamentis. Communis contra communem.*

MVlier in teſtamentis teſtis eſſe non poteſt tex.in l.in teſtamento.§.mulier.ff.de teſtamentis,etiam ſi ſit fęmina honeſtiſsima iuxta legem.17.tit.16.p.3.cuiusconcluſionis ratio eſt,quam adducit gloſſ.in.d.§.mulier, quam ſequūtur communiter doctores, ſecundū
1 Bellon. conſ. 14. num.8.prædictam etiam regulam probat.l. 9.tit.1.p.6. illam tamen limitat pluribus modis Socinus,regul.419.& Bernardus,regul.482.& Dueñas,regul.314.ex quibus libuit aliquas in hac quæſtione adducere limitationes pro ornamento illius.Et primó hanc regulam nō
2 habere locū in codicillis tenet gloſſ. in.d.§.mulier,gloſ.etiam ante penultima,in.l.fi.C.de codicillis, quas ſequuntur



quuntur omnes doctores,vt teſtatur Decius,in.l.2.num.26.ff. de regul.iuris,& Tiraquellus,ad.ll.connubiales in.l.9.num.60.Socinus.d.regul.419. limitatione.3.& Durandus,de arte teſtandi,tit.2.cautela. 2.numer.7.&.8. cuius contrarium reſoluimus inquęſtione.700.num.14 ſequendo Moli-
3 nam,& Matiençum,contra alios grauiſsimos doctores regni.Secundó limita non habere locum in teſtamento ad pias cauſas. Ita Socinus, regul. 310.& regul. 419. limitatione.2.& hanc opinionem innuit eſſe magis comunem Bellonus.d.conſ.14.num. 8.& eandem dixit communem Andreas de Begetis, in.l.1.num.214.C. de ſacroſanctis eccleſijs, volu.7.repetit.&(horum omnium immemor) Couarr.in.c.relatum,el. 1. num.5.de teſtamen. qui alios refert communē appellantes,& eam tenet Gomecius. in regul Chancellariæ de infirmis reſig.quæſt.6.col.2.& aliquos adducit Probus,in.c.1.nu.26. de teſtibus, lib.
4 6.Tertió limita.in teſtamento facto inter liberos,vt tenet gloſſ.in auth. quod ſine.C.de teſtamen.cuius opinio eſt communis, vt innuit Tiraquellus,in.d.l.9. connub.numer.59. &Durandus,de arte teſtandi, titul.2. cautela.2.num.8. dixitque expreſſè communem Boerius,deciſ. 240. nu. 1.& etiam dixit communem Ripa, de peſte.2. particula ſecundæ partis, num.54.fol.14.& Couar. vbi ſupra, & Socinus,regul.419. limitatione.1. Tellus Fernandez,in.l.3.Tauri.1. p. num.13.vbi Caſtillo verb.*ſiete teſtigos,*tenet contrarium,& Gregor.in in.l.7.tit.1.p.6.verb.*dos teſtigos,*Matienço,in.l.2.tit.4.gloſſ.1.numer.15. & Gutierrez pp.quæſt.lib.2. quæſt. 36.num.1.Et an debeat hoc intelligi inter liberos legitimos,& naturales, in quibus videtur iuris ſolénitas remitti per tex.in.l. hac conſultiſſima. §,ex imperfecto.C. de teſta. vel debeat extendi ad teſtamentum factum inter liberos naturales tantum vide communem contrariam, quæſt. 50.& ponit hanc quæſtionem in terminis Baldus,in.d.§.mulier.Quartó (ommiſsis alijs)regula illorum iuriū eſt limitanda,vt procedat de iure ci-
5 uili,ſecus de iure canonico quo in ſpecto fęmina eſt idoneus teſtis in teſtamentis (etiam ad cauſas profanas.)Ita Abb.& Ancharranus,in.c. cum eſſes,de teſt.quorum opinio eſt communis,ſecundum Iaſſ.in.d.l.hac conſultiſsima,in princip.num.9. de teſt. & ſecundum Couarr.in.d.c.cum eſſes,nu.14.& dicunt etiam communem relati per Dueñas, regul.314. fol.117.
6 Sed in hoc contrariam opinionem reſoluimus eſſe veriorem, in quæſt. 700.vbi latiſsimè proſequimur hāc quæſtionem, & ita tenet Alexand. conſ.70.vol.1.& Tiraquellus, in.d. l.9.num 57.& eſt communis opinio ſecundum Bellon.conſ.14.numer.8. vbi ſequitur illam.

### SVMMARIVM.

1 *LEx.5.tit.13 p.6.declaratur.*

2 *Contraria opinio proponitur.*

3 *Lex.8.Tauri eſt correctoria iuris communis ſecundum Gomecium.*

4 *Lex.8.Tauri declaratur.*

5 *Fratres qualiter ſuccedant cum conſobrinis.*

## QVAESTIO. 221.

*Vtrum filij duorum fratrum inæquales numero, ſuccedant patruo in ſtirpes, vel in capita. Communis contra communem, & quid iure regio.*

Filij duorum fratrum, inequales numero ſuccedentes, patruo illos in capita, ſuccedere tenet Azon, in ſumma. C. de legit. hæred. colu. 2. cuius ſententiæ eſt gloſ. in §. hoc etiam verb. ſuperſtites, inſt. de leg. agnatorum ſucceſsione & glo. verb. in ſtirpes, in authent. ceſſante. C. de legitimis hæredibus. Et hanc opinionem neruoſé defendit Zaſius, lib. 1. reſponſorum. c. 7. per totum, & dixit illam communem Benedictus
1 Capra, conſ. 21. colu. fi. & illam probat. l. 5. tit. 13. part. 6. & ibi illud tenet Gregor. verb. *por cabeças,* &. l. 13. tit. 6. lib. 3. fori.

2 Sed contrariam ſententiam (imò quod ſucceſsio ſit in ſtirpes) tenet gloſſ. in authent. ceſſante & gloſſ. in l. 1. verb. vendicationem, & ibi Bart. ff. ſi pars hæred. petatur. glo. etiam verb. fratres, in authen. de hęred. ab inteſtato venientibus. §. ſi igitur defunctus, & gloſſ. fin. in. l. 12. tabularum. C. de leg. hæred. quarum opinio eſt communis, ſecundum additionem gloſſ. in. d. authent. ceſſante, & dixerunt etiam communem ibi Angelus, & Corneus, & plures pro hac opinione refert Roiandus, conſ. 68. nu. 32. lib. 1. & conſ. 38. numer. 34. lib. 4. & dicit communem Macar. dicens bis pro hac ſententia iudicatū vidiſſe, in tractatu de fideicommiſſ. queſ. 38. quam ſequitur Couarr. c 8. practicarum, num. 4. Cæphalus, conſil. 16. num. 16. & conſ. 330. numer. 53. lib. 3. & 489. num. 38. lib. 4. dicens hanc eſſe magis communem, quam ſequitur Burſatus, conſ. 1. num. 15. & conſ. 71. num. 2. vol. 1. & Menoc. cóſ. 124. nu. 80. lib. 2. qui dicit magis cómuné, & plures refert Tiber. Decian. conſ. 55. numer. 15. & conſ. 1. num. 362. lib. 1. & hanc eſſe magis communiorem, & in practica obſeruandā dixit Fabius Turretus, conſ. 12. nume. 4. volum. 1. & eandem dixit communem Alex. ad Bart. in. l. poſt conſanguineos. §. hæreditas. ff. de ſuis & legit. hęred. & etiam Cardinalis, in clem. plures, de iure patronatus, & dixit etiam cōmunem Paulus Pariſius, conſ. 25. vol. 2. & Tiraquellus, de retractu, lib. 1. §. 1. gloſ. 12. num. 5. & Zaſius, dict. lib. 1. reſponſorum. c. 7. in princ. & dicūt etiam communem alij citati per Antonium Gomez, in. l. 8. Tauri, num. 12. & dicit ipſe, num. 13. & 14. ſe credere, quod illa lex. 8. voluit corrigere illas leges partitæ. & fori: quoniam aliàs de dubio aliquo non ſeruiret, nihilominus tamen inquit. l. illam aliter intelligi per gloſſatores,
3 ideòque ſeruandam eſſe Azonis ſententiam, quæ hodiè eſt approbata per. d. l. partit. lex. veró. 8. Tauri, ſolùm loquitur in ſucceſsione. in qua
4 concurrit patruus cum conſobrinis, & ita conſtat ex verbis legis, ibi, *los ſobrinos con los tios*, * quaſi ſecús ſit
5 quando ſucceditur patruo, inter ipſos conſobrinos, quia non ſuccedét per repręſentationem, ſed ex propia perſona, non in ſtirpes, ſed in capita. Ita docet Tellus Fernandez, in. d. l. 8. num. 3. & nouiſsimé Guillen de Ceruantes, ibi, num. 18. & Rojas, in epitome ſucceſsionum. c. 32. num, 18. Gregor. in. d. l. 5. tit. 13. p. 6. gloſſ. penult. Couarru. in epitome ſucceſsionum, num. 8. poſt Ciſuentes, Caſtill. & Rubeum, & latiſsimé per Matiençum, in. l. 5. tit. 8. gloſſ. 1. num. 15. lib. 5. recopil. & Molina, lib. 3. de Hiſpanorum primogen. c. 7. num. 21. & 22.

## SVMMARIVM.

1 *Donatio excedens quingentos ſolidos, non valet ſine inſinuatione.*

2 *Inſinuatio fieri poteſt per procuratorem.*

3 *Donatio excedens quingentos ſolidos non irritatur in totum, ſed in exceſſu.*

4 *Donatio omnium bonorum in totum viciatur.*





5 *Donatio inter virum & vxorem, requirit inſinuationem.*

6 *Inſinuatio eſt facienda coram iudice, neque ſufficiet coram teſtibus, & notario.*

7 *Lex. 9. tit. 4. p. 5. eſt correctoria iuris communis ſecundum aliquos.*

8 *Quingentos ſolidos debent conſiderari de tracta gabella, & qualis ſit illorum valor de iure regio, remiſsiue.*

9 *In donatione principis non eſt neceſſaria inſinuatio.*

10 *Donatio facta à principe, non requirit inſinuationem.*

11 *Donatio nulla ex deffectu inſinuationis, poteſt a principe cōfirmari, etiam in præiuditium donantis.*

12 *Donatio facta a patre filio, non requirit inſinuationem.*

13 *Iudex donationem á ſe factam non poteſt inſinuare.*

14 *Donatio iurata facta à iudæo, non indiget inſinuatione.*

15 *In materia iuramenti magis credendum eſt canoniſtis, quam legiſtis.*

16 *Renunciatio inſinuationis non valet in eodem inſtrumento.*

## QVAESTIO. 222.

### *Vtrum donatio excedens quingentos ſolidos, appoſito iuramento valeat, ſine inſinuatione. Communis contra communem, & an renunciari poſsit.*

Donatio excedens quingentos ſolidos, non valet ſi nó inſinuetur. tex. in. §. aliæ, in ſtit. de donationibus. l. penultima. C. eodem tit. l. 9. in fin. tit. 4. p. 5. quam regulam, cum quatuor ampliationibus, & 19. limitationibus ponit Due-
1 ñas, regul. 224. vltra quem addendū eſt, inſinuationem fieri poſſe per procuratorem, vt ſingulariter tenet Socinus, conſ. 48. nume. 9. volumine. 1.
2 Secundò eſt addendum, donationem quinquaginta ſolidorum non irritari in totum, ſed ſolum in excedente quantitate. tex. in. l. ſcimus verſic. ſi
3 quidem autem. C. de donationibus. Quod poteris confirmare ex traditis in quæſtione. 60. & probatur in. l. 9.
4 tit. 4. part. 5. quę omnia ſunt limitanda in donatione omnium bonorum, quoniam neque in vno numo tenet, ſecundum Baldū, in. l. fi. C. de pactis, quem ſequitur Gomecius, in. l. 69. Tauri, nu. 2. Limita pręterea, in do-
5 natione facta inter virum & vxoré, prout limitat egregiè Salicetus, in. l. donationes. C. de donationibus inter. Nam licét habeat vim legati, requirit inſinuationem, ſecundum Tiraquellum, in. l. ſi vnquam, verb. libertis, num. 122. verſ. 4. C. de reuocandis donationibus, & licet morte donantis confirmetur, vt in. l. Papinianus. ff. de donationibus inter, & in. l. donationes quas parentes. C. eodem. tamen facta vltra, 500. ſolidos non confirmatur, etiam in quantitate concurrenti ſolidorum. Sed quanuis arguta ſit hæc Saliceti, limitatio, communis opinio eſt in contrarium, ſecundum Bellon. conſ. 4. nu. 11 (quę videas) quę omnia non ſolū procedūt in donatione, ſed etiā in remiſsione debiti. Quam opinionem dicit communem Padilla, in. l. præſens, num. 11 C. de tranſactionibus. Tertiò eſt ad-
6 dendum, quod inſinuatio debet fieri coram iudice, neque ſufficeret facere coram teſtibus & tabellione. Ita Zinus, Bald. Imola, Paulus, & Alex. quos allegat Iaſ. in. l. fi. númer. 3. C. qui admitti, & tenet Albericus, in. l. 3. §. cauſa cognita, nu. 4. ff. de bonorū poſſeſſ. ꝙ videtur eſſe de méte Ang. in. §. fin. numer. 7. inſtit. de bonorum poſſeſſ. pro qua opinione facit quædam doctrina communis relata per

Curtium iuniorem,in. l.1.numer.32. verſ. & ideò.ff. de iuriſdictione om-
7 nium iudicum. Quę omnia non procedunt de iure regio, vt in.l.9.tit.4. par.5.imò idem diſponit ſecundum nouam literam per Gregor Lupum, ſecundum quem loquitur copulatiuè, & ſecundum literam antiquam loquebatur diſiunctiuè, (quod de iure communi non erat apertum, ſecũdum Gregor.ibi.) Debet tamen illa inſinuatio fieri coram iudice maiori illius populi,in quo fit prædicta inſi-
8 nuatio. Quartò eſt addendum,quod ſi detracta gabella de donatione,nõ excedit ſummam. 500. ſolidorum, prædicta donatio,non requirit inſinuationem. Ita tenet Bart.elegantèr in.l.quoties (argumẽto illius tex)ff. ad.l.falcidiam,vbi ſequitur eum Angelus,Imola Paulus, & Alexand. idẽ tenet Roman9,ſingulari.200.& Aretinus,num.3.Iaſſo.num.20.Vincentius,columñ.4.in.l.fructus.ff.ſoluto matrimonio. Alex. in.l. vbipuré.§. fi.num.5.ff.ad Trebellian.Felinus,in c.ad noſtram,num.4.de iure iurando Iaſſ.in.l.cum quædam puella.§.fi.numero.9.ff. de iuriſdictione omnium iudicum,&in.l.non amplius,in principio,num.6.ff.deleg.1.Segura, in.l. ſi ex legati cauſa,num. 36.ff. de verborum oblig. Tiraquellus, de retractu,lib.1.§.15.gloſſ.1.num.4. Et quis ſit hodiè valor ipſorum ſolidorum, traditur á Couarr.lib.1. variarum.c. 11.num.3.& in.c.6.num.5. de veterũ numiſmatum collatione , Gregor. in.l.9.tit.4.p.5.verb. *de oro,* Matienço,in.l.7.tit.10.gloſſ. 6.num. 12. lib. 5.recop.&Plaça,de delictis,lib.1.c.2. à nume.11.cum ſequentibus,Antonius Gomez.2. tom. variarum. c.4. num.6.Gutierrez de iuramento confirmatorio.1.p.c.7,nume.4. Quintò
9 addendum eſt , in donatione facta à principe non requiri inſinuationẽ. Ita probat tex,in.d.l.ſancimus,verſ. exceptis,quam dixit meliorem iuris Tiraquellus,de nobilitate.c.37. nume.47.& Loaces,in allegatione promula. 7. fundamento primæ partis, ex num.19.vſque ad. 27. pagina. 83. quem ſequitur Azeuedo,in.l.1.titul. 10.num.8.lib.5.recop.idemque intellige in donatione facta ipſi principi,
10 per illã. l. 9.tit.4.part.5 . Sextò addẽdum eſt,pincipem poſſe confirmare donationem nullam,ex deffectu inſinuationis,etiam in prçiuditio filiorum donantis,quibus fuerat ius quęſitum.Ita Paulus,conſ.8 4. numer.3. volum.1.quem ſequitur Dueñas,regul. 224(cum alijs ab eo relatis)limitatione.7.ſequitur etiam Curtius,in l.more maiorum,num.29.ff.de iuriſdictione omnium iudicum, quorum ſententia(ſi vera eſt)limitatur ſingulariter ex.l.ſi donationem. C. de donationibus.l.cum te.C.de donationibus ante nup. videlicét, vt quanuis princeps per illa iura non poſsit perfectam donationem reuocare,poſsit
11 tamen nullam confirmare in præiudicio illius, cui erat ius quæſitum. Rurſus aduertendum eſt, donationẽ factã à patre filio,non requirere inſinuationem, vt tradit Azeuedo, in.l. 1.tit.6.num.13.lib.5.recop.& alios caſus in quibus inſinuatio non eſt neceſſaria, tradit Matienço , in.l.2.tit. 2.gloſſ.3.num.20.Septimó eſt adden
12 dum,iudicem donationem à ſe factã non poſſe inſinuare, ſecundum Odofred.quem Refert Bald.in.d.l.ſancimus,num.6.& quanuis ipſe videatur tenere contrarium,Odofredi,ſententiam tenet Bart.numer.3.Albericus, num.4.poſt Guillermum deCuneo, in. l. ſi Conſul.ff. de adoptionibus. Cum Bald. tamen tenet Antonius Canarius,de inſinuatione.1.p. num. 16.&.17. verſ.7.quęro,& Tiraquell9 (poſt.ll.connubiales)gloſſ.1.nu.102. & gloſſ.6.num.10.& gloſſ.7. nu 32. & 34.& gloſſ.8.num. 180. & 282. & in.l.



in.l.ſi vnquam verb.donatione largitus,num. 47.&.109.& 110.164.180 215.349.357. idem de retractu. §.34. gloſſ.1.& §.36. gloſſ.2. nu.22.

Quib9 ſic viſis, nũc dubiũ eſt,an per iuramentũ in donatione poſsitum, ſuppleatur deffectus inſinuationis.
13 Et non ſuppleri tenet Guillermus de Cuneo,Bald.num.9. & Albericus,in l.illud.C.de ſacroſanctis eccleſijs,& tenẽt plures doctores citati per Tiraquellum,in.d.l.ſi vnquam,in principio,nume.159.vbi refert hanc eſſe communem opinionem,quam tenẽt citati per Dueñas,regu.224.falẽtia.5. qui ſequitur illamdicens communẽ, vltra quos hãc ſequitur Barbacia(dicens etiam communem) conſ.66.inter conſilia Curtij iunioris,& Calcaneus,conſil.18.ad fin.& dixit etiam communem Marcus Antonius, de viribus iuramenti,num.31. & dixit communem Gualdenſis,de arte teſtandi tit.2.cautela.10.nu.3.

Sed contrariam ſententiam (imò donationem iuratam non egere inſinuatione)tenet Ioannes Andreas,in additionibus ad ſpeculato,tit. de inſtrumentorum editione. §. porrò verſ.quid ſi renuncians , & eſt communis opinio ſecundum Decium, conſ.239.num.3.aſſerit etiam eſſe cõmunem Iaſſ.conſ.118.num.3.volu.1. & appellat communem Ripa , lib.3. reſponſorum.c. 5. num.2. & lib.3.c. 11.& Curtius iunior,conſ.37.num.1. & conſ.47.numer.8.&.9.& conſ.81. num.6.& Alciatus,in.c.cum contingat,num.177.de iure iurando,& hãc etiam ſequuntur (dicentes communem)relati per Tiraquellum, in. d.l. ſi vnquam,in princip. numer.143.& Dueñas ſupra,regul.224.limitationẽ 5.in princip. vltra quos hanc partem aſſerens eſſe communem tenet Gualdenſis,vbi ſupra & Cagnolus,in.l.ſiquis in obligatione,num.6.ff.dereg. iuris,quę opinio verior eſt, quam tenet Iulius Clarus,lib. 4. receptarum ſententiarum §.donatio,quæſtione. 18.in princ.& pluribus citatis ſequitur Menchaca (dicens communem & veriorem)lib. 1. de ſucceſsionum creatione.§.5.num.3.&.4. qui refert duas communes contrarias , & Gutierrez,in.l.nemo poteſt,nume.340.
14 ff.deleg. 1. vbi hanc dicit veriorem & communiorem,idẽ tenet in tract. de iuramento confirmatorio.1.p.c.7 num.2.quam etiam ſequitur Tiberius Decianus , conſ.37.numer.79. & Menochius,conſ.308.lib.4. Cephalus.conſ.61.nu.18.lib.1.Nonius.cõſ. 1.num.12.& conſ.50.numer.12.Quæ tamen limitanda eſt in donatione iurata facta à iudæo. nam ſine inſinuatione minimé valebit,ſecũdum Paulum,conſ.90.volu.2. quem ſequitur Tiraquellus,de iure primogenituræ quęſt.66.num.30.& in quęſtione.66 num 11.& de hac communi contraria videndus eſt Socinus , conſil.77. volum.1.dicens illam eſſe communẽ legiſtarum,hanc verò canoniſtarum
15 & ideò hæc vltima tenenda eſt,quia in materia iuramenti magis ſtandum eſt canoniſtis,quã legiſtis,vt in pręfat. huius operis reſoluimus,nu.20. ſi verò non interueniat iuramẽtum, ſed ſimplex renunciatio, dubitari ſolet an ſit valida,maximè ſi in eodem inſtrumento fiat. Et eſt communis
16 opinio,quod non valeat talis renunciatio , vt tradit Antonius Gomez, de contractibus. c. 4.num.7.& Antonius de Canario,in tractatu de inſinuatione.2.p.quęſt. 29. numer.47. quos ſequitur Matienço,ſupra, in.l. 6.titu.11.gloſſ.6.numer.4.&.5.lib.5. recop.quod eſt veriſsimum , prout reſoluimus in renunciatione non numeratę pecuniæ in quæſt. 365.

Sed contrariam opinionem ( imò quod valeat renunciatio inſinuationis)dixit communem Corneus,cõſ. 221.num.2.lib.1. & hanc dicit communem

munem

munẽ & magis cõmunem( pluribus citatis)Fabius Turretus,conſ.97. numer.43.vol.1.vbi refert duas commũnes.

## QVAESTIO. 223.

### *Vtrum dicta teſtium faciant fidem, quando notarius examinauit plures teſtes, & ſolum ſcripſit vnius teſtimonium, dicens cæteri idem dixiſſe. Communis contra communem.*

NOtarius examinans plures teſtes, vnius teſtimonium tantum ſcripſit, dixitque omnes alios teſtes idẽ dixiſſe in omnibus,& per omnia, dubitatur,an valeant hæc teſtimonia,& faciant fidẽ. Et Albericus.in l,ſi re9( per tex.ibi) concludit valere. ff. de condictione indebiti,cum lege ſequenti. Cuius opinionem dicit communitèr teneri Iaſſ.in.l.ſi pœnæ cauſa.§.ſi puteũ, num. 2. ff. eodem.pro qua ſententia eſt bonus tex.in argumẽtũ. in. l.1.§. hoc autem interdictum. ff.de fonte, cuius verba ſunt hæc.*(*Et eadem ſunt hic dicenda, quæ ad perſonam attinent, quæcunque in ſuperioribus interdictis diximus.*)* Et iſtam opinionem tenet Cępola.(per tx.ibi,)in. l.idẽ Offilius in princ.num.7.ff.de ędilicio edicto, & in.l.ædiles aiunt. §. loquuntur.ff, eodem.

Sed contrariam opinionem ( imò quod talia dicta non probent,neque fidem faciant,tanquam ſuſpecta)dixit communiorem Felinus,in.c.cum in tua,num.5.de teſtibus,atque hãc videtur tenere Bart.in.l.3.§.fin.in fi. ff.de teſtibus & illam dixit veriorẽ Abb.in.c.nihil,in fine de verborum ſignificatione,vbi eius additio plura refert pro vtraque parte,vbi Abb. neutram appellat communem, licèt repertorium Felini, verb. notarius, col.2.in fine,dixerit Abbatẽ.d.loco hanc appellare communem. Sed prima opinio verior eſt, & tenenda in iudicando & conſulendo,& ita communiter practicatur.

## QVAESTIO.224.

### *Vtrum pactum de retrouendendo,& modicitas pretij, inducat præſumptionem, quod contractus ſit vſurarius. Communis contra communem.*

PActum de retrouendendo,& modicitas pretij,præſumptionem inducũt contractus vſurarij,quamuis non adſit alia pręſumptio. Ita tenet gloſſ.in.c.conquęſtus de vſuris,cuius opinio communis eſt ſecundum Alexand. conſ. 54.vol.6. num.1.& conſ.46.volum.3.Anania, conſ. 58, vbi dicit communem opinionem,& Romanus, conſ.423. Barbacia, conſ.51.vol.1.& conſ.8.vol.3. Pariſius.conſ.82.numer.39.vol.3. & Afflictis, deciſione.40.& 65. & 339. vbi refert ita ſacrum Conſilium votaſſe,& ſequitur Craueta, conſ.156. vol.4.& dixit etiam communem Decius,conſ.692.num.3. & Gerardus, ſingulari.18.colum.2.Ferrara,cautela.17.dixit etiam communem Abb. conſ.76.vol. 1. & Corneus, conſ.4. vol.1.aſſerunt etiam communem relati per Cagnolum,in.l.2.C.de pactis inter emptorem & venditorem, num.14.

Sed contrariam opinionem (imó quod hæc duo non ſufficiant niſi adſit,vel concurrat alia præſumptio: putà, quia ſolitus erat fænerari emptor.dixit cõmunem Barbacia,conſ. 76.colum.2.vol.3.Decius, conſ. 167. Socinus.155.num.13.volum 2.& conſil.248.col. fin. eod.vol.dixit etiam communem Alexand.107.volum.4. quem refert & ſequitur Iaſſ. conſil. 150.volum.4.& hanc(poſt plura)dixit communem Cagnolus,in. d. l.2. num.19.&. 20. & dicit communem opinionem Ruinus,conſ.16.num.11. volum.4.& conſ.66.num.9. & alios refert & ſequitur Rolandus,conſ.96 num.19.vol.2. vbi laté proſequitur & declarat hanc quęſtionem, & Antonius de Burgos.in. c. ad noſtram, num.45.de emptione & venditione, & plura tradit Tiraquellus, lib.2.de retractu,in præfatione,nume.5.& in §.1.gloſſ.2.num.53. & Corraſius,lib. 3.miſcelanearum.c.9.num. 7. & Catelianus,in memorabilibus, verb.pactum de retrouendendo,el.1.& Decius, conſ.308.num. 5. & conſ.648. num.3 & hanc communem contrariam refert Boerius, deciſione.102. num.2.& 3.quæ opinio magis vera & recepta eſt,& pro ea plura conduxit notabilia Maſcardus,vol.3.prob. concl. 1142.

## QVAESTIO. 225.

### *Vtrum epiſcopus poſsit diſpenſare cum clerico, qui commiſsit adulterium cum inceſtu. Communis contra communem.*

EPiſcopus poteſt diſpenſare cũ clerico in adulterio mixto cũ inceſtu, per acta pœnitentia. Iſta eſt communis opinio,ſecũdum Iaſſ.in.l.2.in princip.nu.4.ff.de verborum oblig. quam opinionem ſequitur Antonius Cuchus,infra citandus,num.252.vbi refert omnes caſus in quibus epiſcopus diſpenſare poteſt.

Sed contrariam partem (imò quod non poſsit diſpenſare),dixit communem Decius, in.cap.atſi clerici.§.de adulterijs, de iudicijs, quod optimè declarat Nauarr.de irregularitate.3. tom.nume.248.&.255.Prima tamen opinio vera eſt & tenenda, ex traditis per Antoniũ Cuchum,lib.2.inſtitut.tit.6.de epiſcopis,numer.239.& 243.vbi expendit pro hac ſententia tex.in.cap.18.ſeſſ.25. Concilij Tridentini.

## *SVMMARIVM.*

1 *VErba nullius momenti inducunt actꝰ nullitatem.*

2 *Ad eſſentiam contractus bonæ fidei requiritur, vt dolus malus abſit.*

3 *Lex.57.tit.5.p.5. confirmat primam opinionem.*

4 *Contractus bonæ fidei doli interuentu ipſo iure annullatur.*

5 *Dolus dupliciter in contractu interuenire poteſt.*

6 *Lex, dolo vel metu.ff.de inutilibus ſtipulationibus,declaratur.*

7 *Dolus dans cauſam contractui, de iure canonico,ſemper viciat contractum ipſo iure.*

8 *Bona fides præſumitur in contractu celebrato cum principe.*

9 *Iuramentum confirmat contractum nullum.*

## QVAESTIO. 226.

*Vtrum*

*Vtrum dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, reddat eum nullum ipſo iure, vel iuramento confirmetur. Communis contra communẽ, & quid iure regio.*

DOlus danscauſam cõtractui
bonę fidei, reddit ipſũ ipſo
iure nullum. Ita probat tx.
in.l.elegantèr, verſic. hoc enim,ibi,
**nullum eſſe** ff.de dolo.iuxta theori-
cam gloſſę,in.c.innotuit, de electio
ne. Quam ſequitur Tiraquellus (&
ab eo citati) in.l.ſi vnquam, verb.re
uertatur,num.243. C.de reuocandis
donationibus. Eandem concluſioné
probat tex in.l.3.verſ.fi.ff.pro ſocio
vbi dicit ſocietatem dolo initam
eſſe ipſo iure nullius momenti,
quæ verba nullius momenti (etiam
ſine illis, ipſo iurę)inducunt ipſo iu
rẽ actus nullitatem.tex.in.l non du-
bium,in fi.C.de legibus, quem tex.
commendat pro hac concluſione
(pluribus citatis)Tiraquellus vbi ſu
pra,numer.97.quanuis aliter intelli-
gat illa verba Duarenus,in.l.in actio
nĩbus,nu.15.ff. de in litem iurando.
Atque hanc concluſionem,quod do
lus dans cauſam contractui bonæ
1 fidei,reddat illum ipſo iure nullum,
probat tex.in.l.domum, in fine.ff.de
contrahenda emptione(licèt loqua-
tur quando dolus interuenit ex par-
tẽ vtriuſque)Tenet etiam gloſſ.in.l.
dolo.C.de inutilibus ſtipulationib⁹,
gloſſ.etiam in.l.ſi dolo,& gloſſ.mag-
na,in.l.2.C.de reſcindenda venditio
ne,glo.in.l.bonam fidem.C. de actio
nibus & obligationibus,gloſ.fi.in.l.
ſub prætextu,la.1.C.de tranſactioni
bus,gloſſ.etiam in.d.l.& elegãtèr,&
in.d.l.3.§.fi.gloſſ.in.l.ſi quis cum ali
ter.ff.de verborum oblig.gloſſ. in.l.
Iulianus.§.ſi venditor.ff.de actioni-
bus empti,gloſſ.in verb. bonę fidei,
in.§.actioni.inſt. de actionibus, vbi
Iaſ. (poſt alios)nu.28.tenet idẽ, aſſe-
rens eſſe puram veritatem,num. 30.
&aſſerit communem Gomecius.ibi,
num.12.& Zaſius,num.42.dixit etiã
communem Abb.in.c.non ſine, nu.
7.de arbitris,tenet etiam gloſſ. in.c.
cum dilecti de emptione & vendi-
tione,&iſtam opinionem ſequuntur
Iaſſ.Riminaldus,Decius,& Curtius,
in.l.cum poſtea quam. C. de pactis,
Pantal.Cremenſis. in.l.2.num.11.C.
de reſcindenda venditione, hãcque
opinionem aſſerit eſſe communem
Imola,in.c.cum dilecti,num.13.ff.de
emptione & venditione, & Gome-
cius,in.§. omnium,numer.12.ſupra,
alleg.dixit etiam communem Ber-
nardus Diaz,regul.200.& Tiraquel
lus poſt.ll.connub.gloſſ.5. numer.9.
Alciatus,in.c. cum contingat,num.
13. de iureiurando,cuius quidem cõ
2 cluſionis ratio colligitur ex gloſ.ſin
gulari,in.l.bonam fidem.C. de actio
nibus & obligationibus,quę vult ad
eſſentiam contractus bonæ fidei re-
quiri,vt dolus malus abſit, adſitque
inter contrahentes bona fides,quam
gloſſam commendant Baldus,in.d.l.
& eleganter in principio columu.2.
Curtius iunior,in.l.bonæ fidei,num.
3.& 4.C. de pactis. Et optimè illud
declarat in.l.in actionibus.ff.de in li
tẽ iurando,nu.4.vbi prohac ratione
commendat tex.in.d.l.3.verſ.fi. qué
etiam notat Bartolus,in.d.l.ſub præ
textu,num.8.quę communis opinio
hodiè eſt approbata de iure regio,in
3 l.4.tit.10.lib.3.fori, lex.57. tit.5. p.5.
Nec deſunt tamen qui aduerſus hãc
receptiſsimam ſentẽtiam inuehãtur,
vt Gomecius,in.d.§.actionũ,nu. 12.
& Corra-



& Corraſius, lib. 2.miſcelanearum
c.8.numer.4.& Forcatulus,dialogo.
99.per totum, quibus videtur,con-
tractum bonæ fidei,doli interuentu,
ipſo iure non annullari,quorum opi
nio poſſet procedere,quando ex hu
iuſmodi contractu,nulla fuiſſet ſub-
ſequuta traditio, vt eſt communis
opinio ſecundum Curtium, in. l.ac-
tione,numer.15.& in.l. ſub prętex-
tu,la.1.num. 20. C. de tranſactioni-
bus.Et vt plenè hęc materia doli exa
minetur, conſiderandum eſt,dupli-
citèr in contractibus dolus interue-
nire poſſe,quia aut dat cauſam con-
4 tractui,aut incidit,interuenitque in
cotractu:ſi dat cauſam contractui,
qui eſt ſtricti iuris, contractus qui-
dem mero iure valet; poteſt tamen
doli exceptione elidi.tex.eſt in. l.do
lo,vel metu.C.de inutilibus ſtipula-
tionibus. Si veró dat cauſam con-
tractui bonæ fidei, contractus eſt
ipſo iure nullus,vt in communi con
traria, quæ omnia intellige de dolo,
qui etiam prudentiſsimum capere
5 poſſet, ex eleganti dicto Innocen-
tij,in.cap.cum dilectus,quòd metus
cauſa, communitèr recepto ſecun-
dum Gomecium,in.§.fuerat,numer.
14.inſtit. de actionibus, ſi verò do-
lus,non quidem ex propoſito infi-
ciat cauſam contractus, ſed tantùm
incidat in contractum, contractus
mero iure valet,licét poſsit ex iu-
re reſcindi.Pro qua diſtinctione eſt
optimus tex. de iure regio, in.l.57.
tit.5.par.5. vbi Grego.ex qua diſtin-
ctione poſſet inferri,quod iure cano
6 nico,dolus dans cauſam contractui,
ſemper viciat contractum, ipſo iu-
re:quia in illo iure omnes contrac-
ctus ſunt bonę fidei,ſecundum Bald.
in.cap.vnico,numer.fin.de plus pe-
titionibus,de quo tamen Iaſſ. dubi-
tat,in.l.cum poſtea,nume.3.de pactis
& in.l.cum fundus,in principio, nu
mer.3.ff. ſi certum petatur.Nec hoc
dictum Baldi.placet Alciato, in.d.l.
cum fundus,num.16. Ex quibus etiã
7 infertur ad contractus celebratos
cum principe, quia in illis ſemper
bona fides exiſtimatur, ſecundum
Baldum,in.c.1.§.ſi quis veró,nume.
1.de pace conſtantiæ, & ſecundum
Zaſium,in.§.actionum,numer.2.in-
ſtit.de Actionibus.His ſic viſsis du-
bium eſt, an iuramentum interue-
8 niens in tali contractu nullo, confir
met ipſum contractum. Et illum mi
nimè confirmare tenet Antonius,
4.membro, & Abb. numer.23.in.d.
c.cum contingat.
Cõtrariãtamẽ ſẽtẽtiã tenet Imola ib
9 num.52. & eſſe communem ſcribit
Alexand.conſ.42.volum.1.column.
penultima, & dixit etiam commu-
nem Curtius ſenior,conſ.65.ſed pro
fectò magis veravidetur opinio con
traria,vel intellige primam opinio-
nem, quando dolus dedit cauſam
contractui, tunc non firmatur iura
mẽto talis contractus.Secundaverò
opinio procedat, quãdo dol⁹ re ipſa
incidit in contractum, & vide Gu-
tierrez,in.c.quanuis pactum, verb.
ſi tamen iuramento, de pactis in.6.
& de iuramento confirmatorio.1.p.
c.57.num.19.

## QVAESTIO. 227.

*Vtrum epiſcopus poſsit diſpenſare in omnibus criminibus, in quibus ſpecialiter nulla eſt prohibitio. Communis contra communem.*

EPiſcopus in omnibus crimi-
nibus poteſt diſpenſare, in
quibus ſpecialiter non eſtpro
hibitum,

hibitum, ſecundum gloſſam in cap. ſatiſclerici. §. de adulterijs, verb. minora, de iudicijs, atque huiꝰ gloſſę dicit magis communem opinionem, quã etiam tenet gloſſ. in. c. minor, diſtinctione. 50. quam opinionem ſequitur & defendit Antonius Cuchus, lib. 2. inſtit. mai. tit. 6. de epiſcopis à numer. 139. vbi dicit omnia epiſcopis in pęnitentialibus, ſeu ſpiritualibus licere, præterea quæ eis ſpecialiter, & expreſſe adempta ſunt ſummo que pontifici, aut alijs reſeruata.

Sed contrariam ſententiam (imò quod in his poſsit ſolum diſpenſare caſibus, in quibus hoc illi cõceſſum eſt) dicunt communem ibi Felinus, & Decius, & declarat Nauarr. 3. tomo. tit. de irregularitate. c. 27. num. 248. fol. 379. Prima tamen opinio eſt verior & tenenda quia epiſcopi in ſuis diœceſibus pleniſsimam habent iuriſdictionem. c. cauendum. 10. quæſtione. 3. c. Apoſtolos, decenſibus. c. 3. ſeſſ. 13. Concilij Triden. Ipſi enim in locũ Apoſtolorum ſucceſſerũt in eccleſia Dei, poſiti à Spiritu ſancto, vt in. c. 32. Concilij, ſupra, &. c. 6. ſeſſione. 25. ita declarat Fuſcus, de viſitatione lib. 1. c. 2. num. 12. &. c. 33. numer. 1. vbi dicit, quod epiſcopi habent in ſua diœceſi iuriſdictionem cum mero & mixto imperio, vt in c. 1. de pęnis lib. 6. & in. c. 8. ſeſsione. 24. Concilij Tridentini, ex quo tex. noſtra opinio remanet comprobata & ex. c. 18. ſeſſ. 21. quem inducit Cuchus, ſupra, num. 242.

## QVAESTIO. 228.

### *Vtrum poſt recuſationem interpoſitam, liget excommunicatio. Communis contra communem.*

EXcommunicatio non ligat poſt appellationem. c. dilectꝰ cum alijs, de appellationibus, & in. cap. paſtoralis. §. fi. eod. tit. & plures pro hac ſententia refert Gracian. regul. 172. vbi. 6. modis limitat & declarat (referens, nu. 6. duas cõmunes & vide). l. 29. ti. 9. p. 1. Idéque eſſe poſt recuſationem dixit communem Nauarr. in. c. cum contingat, col. 134. de reſcriptis.

Contrariam tamen dixit communem Francus, in. c. cum ſpeciali, col. fin. de appellationibus. Prima tamen verior eſt & tenenda ſententia, & ratio eſt, quia dormitat iuriſdictio, vt in. d. §. fi. &. l. 29. tit. 9. p. 1. vbi Greg. verb. *ſe alce,* & ſequitur Dueñas, regul. 42. nume. 8.

## QVAESTIO. 229.

### *Vtrum poſſeſſor bonæ fidei faciat fructus naturales ſuos. Communis contra communem, & quid iure regio.*

POſſeſſor bonæ fidei, fructus naturales ſuos non facit. Ita tenet gloſſ. magna, in. l. ex diuerſo, in principio. ff. de rei vendicatione, idem etiam tenet gloſſ. in. l. bonę fidei. ff. de acquirendo rerum dominio, & in. §. ſiquis à non domino, inſtit. de rerum diuiſione, & gloſſ. in § 1. inſtit. de offi. iudicis. Et eſt cõmunis opinio ſecũdũ Imolã, in. c. grauis nu. 12. de reſtitutione ſpoliatorum.

Sed contrariã ſentẽtiã tenet Bart in. d. l. ex diuerſo, nu. 5. per tex. in. d. l. bonæ fidei, cuius verba ſunt. **Bonæ fidei emptor, non dubie percipiendo fructus etiam ex aliena re, ſuos interim facit, non tamen eos, qui diligentia, & opera eius peruenerunt, ſed omnes.** Et ita hæc eſt communis opinio moder-



norum, ſecundum Abb. in. c. grauis, num. 4. vbi dicit, quod gloſſ. & doctores antiqui, communitèr tenebant cõtrariã partem, & vltima tamẽ opinio eſt cõmunis, vt tradit Couarr. lib. 1. variarum. c. 3. num. 6. quæ hodiè eſt approbata per. l. 39. tit. 28. p. 3. vbi Gregor. verb. *otro ſi dezimos.*

## QVAESTIO. 230.

### *Vtrum maritus poſsit conueniri actione reali, inquantum facere poteſt. Communis contra communem.*

MAritus non poteſt ab vxore conueniri niſi in quantum facere poteſt. l. maritum. ff. ſoluto matrimonio, l. 1. tit. 15. p. 5. Sed eſt dubium, an hoc priuilegium habeat maritus cum in rem actione conuenitur, & tunc illi hoc remedium minimè competere tenet Bart. in. d. l. maritum, poſt principiũ, vbi Alexand. colum. 2. in fine aſſerit, quod iſta eſt communis opiniõ, & tradit Capicius, de dote. 3. p. quæſtione. 238. qui poſſuit ad regulam. 20. limitationes, & illud tenet Gomecius in. l. 50. Tauri, numer. 49. qui reſoluit, quod quando bona dotalia extant, maritus non gaudet hoc priuilegio. Ita Euerardus, in locis legalibus, fol. 769. numer. 18. Iaſſ. in. §. item ſi de dote, nume. 11. inſt. de actionibus.

Sed contrariam opinionem imò ꝙ in hoc caſu debeat fieri diſtinctio, an mulier agat actione in rem ſimpliciter, an verò priuilegiata, vt in primo caſu maritus non habet illud beneficium, in ſecundo veró ſic, Ita Bart. in. l. filio, la. 2. numer. 3. &. 4. ff. ſoluto matrimonio, cuius diſtinctionem dixit communitèr approbari Iaſſo. in. l. ſi conſtanti, nu. 118. ff. ſoluto matrimonio.

## QVAESTIO. 231.

### *Vtrum promittens ſoluere centum, cum iuramento, excuſetur á periurio compenſando. Communis contra communem.*

PRomittens ſoluere centum iuramento, excuſatur á periurio compenſando, ſecundum Bart. in. l. amplius non peti, nume. 8. ff. rem ratam haberi, & hanc eſſe cõmunem firmat Alexan. conſ. 12. numer. 13. vol. 2. Tindarus, in tractatu de cõpenſationibus, artic. 7. Bertrandus, conſ. 154. volumine. 2. Barbacia, conſ. 44. volum. 2. Aufredus, in deciſione Tholoſana. 139. Romanus, in. l. e im qui. §. 1. de iureiurando. Quam concluſionem dixit communem Antonius Gabriel, tit. de iureiurando, concluſione. 7. & Salazar, de vſu & conſuetudine. §. 1. numer. 69. & plures pro Bartoli, opinione tradit Matthæus de Afflictis, deciſione. 134.

Sed contrariam opinionem probat. text. in. c. ad noſtrã el. 1. de iureiurando, qui ſic communitèr intelligitur, vt aſſerit Felinus, ibi, columna fin. & fatetur eſſe communem opinionem Iaſſo. in. l. eum qui. §. ſi iurauero, numero. 6. ff. de iureiurando, & dixit communem Alexan. conſil. 91. numer. 5. volum. 2. & Marcus Antonius, in tractatu de viribus iuramenti, numer. 42. Iaſſo. conſilio. 134. volum. 4. vbi dicit, quod iſta eſt vera, & magis communis opinio, quam

quam etiam dixit communem deci
ſio Pedemontana. 381. & plures(vl-
tra prędictos ſcribentes) refert An-
1 tonius Gabriel,ſupra,qui dicit ma-
gis communem & Alexand.conſ.51.
vol. 2. Gozadinus, conſ. 69. num.1.
& dicit magis communem opinio-
nem Rolandus, conſ.6.numer.31. &
conſ.17.numer.14.volum.1. Natta,
conſil.54.nu.1.vol.1.Burſatus, conſ.
106.num.1.vol.1.& Gregor.in.l.20.
tit.14.par.5.gloſſ. 1. Et pro vtraque
parte plures refert Gutierrez,de iu-
ramento confirmatorio.3. par. c. 6.
nu.3.vſque ad.6.qui dicit hanc opi-
nionem,& veriorem, & magis com
munem,& ſic tenendam in iudican
do & conſulendo per tex.in. d. c.ad
noſtram, qui illum benè declarat,&
nouum intellectum ad illum tex.trá
dit Zenedo ,in collectanea ad eum
155.num.2.& pro vtraque opinione
ſex fūdamēta ſubtilia adduxit Salze
do.ad Bernardū Diaz,reg.99. & plu
res refert Tiraquel.de vtroque retra
ctu lib. 1.§.3.gloſſ.3.nume.6.& dixit
etiam communem Iaſſ.in §.in bonæ
fidei, num.85.inſtit.de actionibus &
plura tradit Couar.in.c.quanuis pa-
ctum,de pactis,in.6.in.1.p.§.4.num.
9.vbi hunc articulum latè proſequi
tur,referens duas communes, & tan
dem veriorem exiſtimat Bartoli. ſen
tentiam à qua non eſt recedendum
in iudicando & conſulendo, quia ve
rior eſt, & ita quotidié practicatur.

## QVAESTIO. 232.

*Vtrum filius poſsit donare pa-*
*tri cauſa mortis (eo authore.)*
*Communis contra*
*communem.*

Filius familias patri donare cau
ſa mortis(eo authore) non po
teſt.Ita tenet glo.in verb. fem
acquirit , & ibi Bart. in.l.1.ff.de au-
thoritate tutorum,quam dixit ſingu
larem Segura,in.l.1.§.ſi vir vxori,nu
mer.111.ff.de acquirenda poſſeſsio-
ne.Quamopinionem aſſerit commu
nem Decius,conſ.245.num.6.&cóſ.
280.num.5.& conſ. 612.& hanc di-
xit communem Gualdenſis.de arte
teſtandi, tit.1. cautela.1.numer. 4.&
dixit communiorem Andreas ab
Egea.libro pactorum,nu.95.&.386.

Sed contrariam ſententiam imó
quod filius poſsit donare patri eo-
dem authore cauſa mortis, dicunt
eſſe communem Iaſſ.& Ripa,nume.
2.in.l.1.§.fuit quæſitum.ff. ad Treb.
& Guillermus Benedictus, in.c.Ray
nuntius,verb. matrem inſuper cle-
ram,num.46.de teſtam.Hancque có
munem contrariam refert Couarr.
in rubricade teſtamentis.3.par.num.
7.& Tiraquellus(ab eo non relatus)
poſt. ll. connubiales, numer. 116.&
155.& fundamenta ad prędictas refe
ram in quæſtione ſequenti.

## *SVMMARIVM.*

1 *Lex 55.Tauri declaratur.*
2 *Vir vxori ſecum contrahenti,poteſt au*
*thoritatem præstare.*
3 *Statutū non poteſt tollere liberam teſta-*
*menti factionem.*
4 *Contraria opinio in quæstione propoſita*
*traditur.*
5 *Libera teſtandi facultas prouenit à iure*
*naturali.*
6 *Solemnitas teſtamenti,eſt de iure ciuili,ip*
*ſum autem teſtamentum de iure gen-*
*tium.*
7 *Ius naturale & gentium eſt immuta-*
*bile.*

## QVAESTIO. 233.

*Vtrum*



*Vtrum filius poſsit donare pa-*
*tri & maritus vxori. ſi pater,*
*vel maritus præstent au-*
*thoritatem. Communis*
*contra commu-*
*nem.*

Proſequendoquęſtionem prę
cedentem,pro prima opinio
ne,& ſic,quod filius non poſ
ſit donare,facit , ꝙ ſi mulier vellet
ipſis propinquis (,quorum conſen-
ſus deſiderantur) in ſuo teſtamento
bona relinquere,non poterunt pro-
pinqui ad ſuam vtilitatem præſtare
conſenſum. Ita Bart.in.l.1.numer.6.
ff.de authoritate tutorum,quem ſe-
quuntur plurimi citati per Tiraquel
lum,poſt.ll.connubiales,gloſſ.8.nu-
mer.214.& hæc eſt communis Bar-
toli opinio ſecundum Iaſſ. nume.4.
Ripa,numer.5.in.l.1.§.fuit quęſitum
ad Treb.Idem aſſerit Decius,conſil.
612.in fine,& Gualdenſis,de arte te-
ſtandi tit.1.cautela.2.numero. 14.&
quia hodiè iure regio vxor ſine licé
tia mariti non poteſt contrahere,
exemplum erit ſumendum in mari-
to contrahenti cum ſua vxore, &
1 ſic erit notabilis declaratio ad leges
regni.13.tit.20.lib.3.fori,&.l.fin.tit.
11.lib.1.& ad.l.55. Tauri, vndè licét
de iure communi , vir & vxor poſ-
ſint inter ſe quoslibet contractus fa
cere. l. ſi vir vxori.ff. de præſcriptis
verbis.l.ſi ſponſus.§.circa. ff.de do-
nationibus inter, cum adductis per
Alexand.conſ.86. in principio vol.
5.Fabianus de Mōte,de emptione &
venditione,quęſt.3.num.4.&.5.Caſ-
ſaneus,in conſuetudinibus Burgun-
diæ,rubr.4.§.7.verſ.*boneantres*, in
princ.Tiraquellus,poſt.ll.connubia
les,gloſſ.8.num.111.Segura,in. d.§.ſi
vir vxori,nu.110.&.116.tamen illud
videtur temperandum,ſecundum có
muné opinioné traditā per Bar.ſup.

Sed verius eſt hodiè poſſe virum
vxori ſecum contrahenti authorita
tem præſtare in ſuum commodū, vt
tenent relati per Tiraquellum,gloſ.
2 8.nu.119.& ex noſtris hanc partem
tenet Segura,in d.§. ſi vir vxori,nu.
113.in fi. quē ſequitur Gomez Arias
in.l.52.Tauri,num.82. eādem etiam
partem tenet Caſtillo,in.d.l.55.col.4
verſ.poteſt eſſe,vbi Gomecius,nu.§.
quanuis prædicti doctores Hiſpani
videātur loqui in contractu in quo
vir & vxor ad vtilitatem alteri' obli
gantur:quia tūc facilius videtur per
mittēdum,vt vxori ſecum contrahē
ti poſsit cōſentire. At veró illa com
munis doctorum aſſertio(poſt Bar.)
loquitur, in caſu in quo ſola mariti,
vel propinquorum cōmoditas verti
tur,quo fit vt difficilius in eo cōtra
ctu debeat eorum approbatio & con
ſenſus admitti,& ſic poteſt adhuc de
fendi illa cōmunis doctorū ſentētia.
3 Nihilominus tamen,in caſu illo,quò
loquūtur doctores,eſt tenendum cō
trarium,quoniā ſtatutum , quod ipſi
referunt(vt ſine cōſenſu propinquo
rum,vel mariti,vxor teſtari non poſ
ſit)eſt iniquum,ex eo quòd teſtamen
ti factionem aufert iuxta illam nota
bilem Pauli,ſententiā in. l. ex facto,
la magna,nu.6.ff.de vulgari(arg.illi'
tx.)cuius opinionē ſequūtur Tiraq.
& ab eo citati poſt. ll. connubiales,
gloſſ.5.nu.94.eū ſequētibus & ſequi
tur Ioānes Lupus,in repètitione.c.
per veſtras.§.8.nu.5.& Corraſi',in.l.
ſi teſtamēto,nu.6.C.de impub.& Iaſ.
(qui latiſsimé examinat hūc articu-
lū)in.l.ſtipulatio hoc modó cōcepta
nu.2.ff.de verborū,ſequitur etiā Ioā
nes Crot',in.l.omnes populi,nu.64.
ff.de iuſt.& iur.& tādē Pauli, ſenten
tiā ſequūtur magis cōmuniter.DD.
ſecūdū Catelianū Cottā,inmemorabi
lib',verb.ſtatutū,& illā dicit cōmunē
4 Iaſſ.in.d.l.l.ex facto,nu.9. vbi cōtra
Paulum,tenet( ſibi contrarius.)

Sed contrariam opinionem (imò quod tale ſtatutum valeat) tenet contra Paulum, citati per Tiraquellum, in.d.gloſſ. numero. 97. &. 98. vltra quos tenet hanc ſententiam Decius, in.l.neque ex prætorio, numer. 6.ff.de regulis iuris, & Guillermus Benedict⁹, in.c.Raynuntius, verb.& vxorem, in principio, numer. 34. & 35.& eod. verbo, numer.216.de teſta. & contra Paulum tenet Zaſius.cóſ. 20.num. 43. volum.2. & Fortunius Garcia, de vltimo fine, illatione. 20. verſic.hinc etiam infero, & Viglius, in principio, quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, & ſequitur Caſſaneus.in conſuetudinibus Burgundiæ, rubrica.4.§.1. verb.**nec auſi par,**in principio, & Gualdenſis, de arte teſtandi, tit.1.cautela.2.in principio & ſequitur Socinus, conſ. 41. in principio volu.1.Et hanc opinionem contra Paulum ſequūtur communiter doctores, in.l.1.C.de ſumma Trinitate, & fide catholica, ſecundum Aretinum, in.d.l. ex facto, prout ibi refert Hieronymus Verius, numer.50.qui á numer.5.dicit, quod Pauli ſententia, neque eſt vera, neque communis, quanuis illam dixerit communem Iaſſ. Ripa, tamen in d.§.ex facto, numer.22.aſsignat quã dam concordiam, quę non placet, & illud ſtatutum de quo ſupra à doctoribus relatum, habemus etiam ex Platone, de legibus, dialogo. 2. Sed pro Pauli ſententia (quæ verior videtur) faciunt duæ vrgentiſsimæ rationes: prima quia illa libera teſtandi facultas, eſt iuris naturalis, prout ele
5 gantèr docebat Bald.in.l. duodecim tabularũ, numer.1.C.de legitim. hæred, idemque tenet Fortunius, in.l. Gallus.§.& quid ſi tantum, fol. ante penultimo, colum.2.ff.de lib.& poſthum.& Corraſius, in.d.l.ſi teſtamento, num.6.C.de impub. & Couarru. lib.3.variarum.c 6.numer.7.& Antonius Diodeus, in introductione artificiali, lib.2.formula. 5.folio. 35. columna. 2. quanuis contrarium in hoc voluerit Zaſius, (nullum ex his referens) dicto conſilio.1.numero.42. volumin. 2. Si ergo illa libera teſtandi facultas eſt iuris naturalis, indubitati iuris eſt illam ſtatuto non poſſe tolli.tx.in. §. ſed naturalia inſtit.de iure naturali gentium, vel
6 ciuili (cum alijs). Secunda ratio eſt, quia licét teſtamenti ſolemnitas ſit de iure ciuili, ipſum tamen teſtamentum à iure gentium traxit originem vt firmat Bart. in. l.interdum. ff. de cond.indebi. & hæc eſt abſque dubio magis communis opinio, vt fatetur ibi Iaſſo. numero.4.ad fin. (& latiùs dicetur in quęſtione. 512.) & tradit Menchaca, lib.1. de ſucceſsionum creatione §.1.numero. 4. & ſic hunc actum iuris gentium non poterit ſtatutum tollere quoniam ſicut ius naturale eſt immutabile, ita & ius
7 gentium, vt eſt communis opinio, ſecundum Bellonum, conſ. 2.per totum, & ſecundum Marantam, de ordine iudiciorum 3 part. numer. 44. ex quibus colliges duas communes contrarias, vnã, inter tenẽtes opinionem Bart in.d.l.1.numer.6.ff.de au-
8 thoritate tutorum, (quæ refragatur omninò huic Pauli, ſeneentiæ) alia veró inter tenentes Pauli ſententiam directò contrariam.

## SVMMARIVM.

1 *Contractus mutui poteſt inter pupillũ & eius tutorem celebrari.*

2 *Tutor poteſt cum ſuo pupillo facere contractum, vltró citroque obligatorium.*

3 *Contractus factus palám & bona fide, qualis dicatur.*

4 *Lex.tranſactionem.C.de tranſactionibus, explicatur.*

5 *Contractus celebratus in præſentia conſanguineorum, dicitur factus palàm, & bona fide.*

6 *Conſanguineorum præſentia excuſat à dolo.*

7 *Iudicis præſentia excludit dolum.*

8 *Contractus celebratus cum pupillo erit nullus probato dolo.*

9 *Tutor nobilis habet pro ſe præſumptionem.*

10 *Publicè, & palám, differunt inter ſe, & quæ ſit differentia.*

11 *De iure regio, qualiter poſsit tutor contrahere cum pupillo.*

12 *Contractus iuratus factus à pupillo cum ſuo tutore ſuſtinetur.*

## QVAESTIO. 234.

### *Vtrum tutor palâm, & bonã fide poſsit cum pupillo contrahere. Communis contra communem, & quid iure regio.*

PRo maiori intelligentia prædictorum in præcedenti quæſtione contraria, aliqua adaptare libuit in pręſenti. Tutor, qui in negocijs (per pupillum cõtrahendis) authoritatem ſuam interponere debet, non poterit cum ipſo pupillo contrahere, ne in ſuum commodum authoritatem videatur præſtare. Ita probat tex.in.l.1. ff. de authoritate tutorum.§.fi.inſt.eod. l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb.quod fallit in con
1 tractu mutui, quod poteſt tutor, vel à ſe, vel à comtutore recipere pro pupillo.tex.in.l.non exiſtimo. ff. de adminiſtratione tutorum.l. quoties §. non tamen, eodem titulo (quod propter ſingularia numeratæ pecuniæ receptum eſt) aliosque contractus tutor cum minore non poteſt celebrare ſe authore, ſecundum gloſſam.1.ad medium, in.l.ſingularia. ff. ſi certum petatur, &, in.d.§.non tamen, & in.l.cum ipſe gloſ.magna ad fin. C. de contrahenda emptione. Quarum opinionem tuetur Alciatus, in.d.l.ſingularia, num. 26. &.27. & Bellon, lib. 3.ſupputat.c.14.&.15. Corraſius, tamen, lib. 6.miſcelanearum.c.14.exiſtimat contractum mutui inter pupillum, & tutorem (ipſo
2 authore) interuenire non poſſe, ſiuè clàm, ſiuè publicè, & palàm celebretur. Sed his non obſtantibus, vera & communis ſententia eſt poſſé (tutore ipſo authore) quemlibet contractum facere, etiam vltró citròque obligatorium, dum tamen palam, & bona fide fiat, tex. (qui loquitur in contractu emptionis) in.l.cum ipſe tutor.C. de contrahenda emptione. Cuius aperta deciſione motus Bart. in.d.l.ſingularia, num.7. gloſſarum, damnat ſententiam, atque hanc (contra gloſſas) teſtatur eſſe communem ibi Alexand. numer.4. Iaſſo. numer. 16.&.18.Decius, numer.15. Curtius numer.10.Alciatus, numer.27. eandemque eſſe communem aſſerunt Socinus, & Alexan. vterque in principio, Iaſſo.numer.19.in.d.l.1.§. fuit quæſitum, & eandem eſſe communem affirmat Socinus, conſilio.160. numer.15.volum.2.Bertrandus, conſil. 201. numer. 4. volum.2. & Curtius iunior, numer. 4. conſilio. 29. num.9.

3 Dubium tamen eſt, quando dicatur contractus palám, & bona fide celebratus. In qua re Bart.in. l. frater a fratre, numer.51.ff.de condictione indebiti, docet tripliciter, contractum palàm, & bona fide fieri poſſe, primómodo, ſi fiat in pręſentia amicorũ.arg.tex.in.l.trãſactionẽ

C. de tranſactionibus, qui probat, quòd præſentia amicorum omnem præſumptionem fraudis excludit, cuius argumento plura tradit Alciatus, reg.1. præſumptione.21. Boerius deciſione.100. num.7.& 8. Thomas Grammaticus, conſ.40.num.25. Tiraquellus, poſt.ll.. connubiales, gloſ. 6.num.7. Intelligendo tamen, quod vnius præſentia non ſufficiat, vt ſiniſtra ſuſpitione contractus careat ſecundum Tiraquellum, in.l.ſi vnquã. verb.ſuſceperit liberos, num.238.C. de reuocãdis donationib⁹, ſed neceſſaria ſaltim eſt præſentia duorum amicorum, ſecundum Caſſaneum, in conſuetudinibus Burgundiæ, rubr. 4.§.1.verb.publiceque, nu.2. Secundò modo dicetur contractus palàm, & bona fide celebratus, ſi fiat in præſentia conſanguineorum. argumẽto tex.in.d.l.tranſactionem, iuxta comparationem amicorum & conſanguineorum. Quam probat text. in. l. cum allegas, de Caſtrenſi peculio, lib. 12. cuius argumento plura congeſsit Alciatus, & additio ad eum, regul.1. preſumptione.28. Hippolytus. ſingulari.381.& Tiraquellus, vbi ſup. verb. libertis, numer.89. Nec parum hanc Bartoli doctrinam iuuat glo. elegãs, & magna. verb. vel tertio. C.de his quibus vt indignis, quam commendat Baldus, in rubr. C.de pœna iudicis, qui malè iud. num.4.& Iaſſ. in.l. 1.num.fi. C.de tranſactionibus, & in l.bonorum, nu.3.C.qui admitti eamdem etiam commendat Gerardus,
6 ſingularis.56.& Hippolytus, ſingulari.717.& Catelianus Cotta, in memorabilibus, verb. palàm, inquantũ glo. illa probat in preſentia conſanguineorum doli, vel fraudis ceſſari præſumptionem: excuſarique tutorem à dolo, quoties contractus pupilli, in conſanguineorum preſentia fuerit celebratus. Vndè Zaſius, in.d.l.ſingularia, num.27. dicebat, quod quando tutor voluerit ſibi pupillum obligare, ſit cautus, vt conſanguineos ad-
7 hibeat. Tertiò dicitur contractus factus publicè, & palàm, quando fuerit celebratus in preſentia iudicis. Pro qua ſententia adducit Bart.tex. in.l.fi.in princip.ff. quòd metus cauſa, vbi ſola facilitas adeundi iudicem omnem metus, & vis excludit ſuſpitionem, & præſumptionem, & ſic multofortiùs eius preſentia hoc operabitur, atque ita hanc Bartoli doctrinam ſequitur Iaſſ. dicens ſingularem, in.d.l.frater à fratre, nume.42. & in.l.ſingularia, numer. 48. & ſequitur Padilla.in. d. l. tranſactione, nu.7.C.de tranſactionibus, pro qua opinione expendit.tx.de iure regio, in. l. 4. tit.5.p.5. & Cacialup.in.d.l. frater, nu.66.& Catelianus, & Gerardus, vbi ſupra qui illud intelligit de præſentia maioris iudicis non verò inferioris, & hæc eſt communis opinio Bart. ſecundum aliquos modernos, vt Aſſerit Curtius iunior, conſ. 29.num.12. quæ opinio tenenda eſt.
8 Quam intelligas ſano modo, nã quiuis preſentia amicorum, conſanguineorum, & iudicis, fraudis, & doli ſuſpitionem ſubmoueat, probato tamen dolo, vel fraude, contractus erit nullus, vt ſingularitér declarat Ripa, lib.3.reſponſorum.c.15. nume.15. & idem in cauſa ſimili notat Pantaleon, in.l.2.num.108.C.de reſcindenda venditione, & idem cum Ripa, tenet Mauricius, de reſtitutione.c.145. vbi ad finem hanc dixit magis communem opinionem, quam tenet Decius, conſ.351.num.6. vbi addit, quod in hoc caſu requirũtur clariores probationes: quę omnia ſunt limitanda, quando tutor nobilis contrahat cũ pupillo, quia nobilitas fraudis tollit
9 ſuſpitionem. Ita Otalora, de nobilitate.4.p.c.vlt.nume.13. quem ſequitur Matienço, in.l.23. tit.11.lib.5.recop. gloſſ.2.num.7. pro qua ſententia facit



cit.tex. in.l.pupillus.§.ſed per interpoſitam.ff.de authoritate tutorum.
10 Et vt hoc non pretermitamus videtur dicendum, quod prædicta non cenſentur hodie correcta p.l. 4.tit. 5.p.5.&.per.l.1.tit.5.lib.5.ord.l.fi.tit. 14.lib.4.ord.l.23.tit 11.lib. 5. recop. quibus diſponitur, tutorem non poſſe quid à pupillo emere, ſiuè publicè, ſiuè ſecretè, quoniam aliud eſt publicè, aliud palàm, & bona fide emere: illud namque hominum multitudinem requirit, hoc autem amicorũ, ſeù cõſanguineorum, ſeu iudicis præſentiam, vt ex doctorum interprætationibus colligimus, & ita intelligit Montaluus, in. d. l. 4.partitę, & in
11 ſuo reportorio, verb.tutor.el. 1.qui ſic interpretatur dictas.ll. ordinamẽti. Huic tamen ſenſui ſummè obſtat, quód verbum publicé magis importat, quam verbum palàm, vt notat Salicetus, in. l. ea quidem, num.114. C.de accuſationibus, & eum ſequitur Palacius Rubeus, in.c.perveſtras 3.notabili.§.21.num.16. & Alciatus, in.l.palàm.nume.21.ff.de verborum ſignificatione & Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgundiæ, rubr. 4.§. 1.verb.publicèque: vndè ſi publicè à pupillo tutor emere non poteſt, vt per illas leges regni eſt diſpoſitum, ergo neque palàm poterit. Cui difficultati ſic reſponde, quod verbum publicè, plus importat reſpectu notorietatis, quoniam maiorhominum multitudo eſt neceſſaria, vt quid publicè actum dicatur: at verò in noſtro caſu, cum agatur de commodo ipſius pupilli magis quam de publicitate, plus importat verbum palàm & bona fide iuxta Bartoli, doctrinã, & aliorum: magis enim intereſt pupillo ex præſentia amicorum, cõſanguineorum, vel iudicis, quam exmultitudine extraneorum, quorũ nihil intereſt res pupilli bona fide, ac ſemota omni fraude geri, ꝙ nulli dubium videtur. De qua quæſtione videndus eſt Padilla, in.l.tranſigere, n. 7.C.de tranſactionibus, Dueñas, regul.31. Gomecius, 2. tom. variarum. c.2.num. 2. Greg.in.l.4. titul.5.p.5. verb. *de aquel, *& Matienço, in.d.l. 23.tit.11.gloſſ.2 num.2.&.3.lib.5.recop. vbi Azeuedo, num.3. Gutierrez, de iuram. confir.1.part.c.40.num.2.
12 Didacus Perez, in.l.1.tit.5.lib.5.ord. Villalobos, in ſuo ærario litera. T. num.21. quæ omn ia limitari poſſunt in cõtractu iurato vt tenet Gutierrez, de iuramento confirmatorio, ſupra, num.3.in fi.& Menchaca, de ſucceſſionum creatione.§.28.nume.56. cum ſequentibus, qui dicit communem, & ſequitur Spino, in ſpeculo teſtamentorum gloſſ. 29. numer.63. contra Dueñas, reg.31. qui alios allegat.

## SVMMARIVM.

1 *Adire hæreditatem, non eſt propriè contrahere.*
2 *Lex.54.Tauri declaratur pro prima opinione.*
3 *Contraria communis opinio proponitur.*
4 *Contractus factus abſque licentia mariti, eſt nullus.*
5 *Licentia mariti vel conſanguineorum, nõ præſumitur interceſiſſe ex longo tempore.*

## QVAESTIO.235.

### *Vtrum mulier prohibita contrahere, poſsit hæreditatem adire. Communis contra communem.*

STante ſtatuto, quod mulier non poſsit abſque conſanguineorum conſenſu contrahere,

poterit ſine eorum conſenſu hæredi
tatem adire, cum hoc non ſit pro-
prié contrahere. Ita Bart.in. l. apud
1 Iulianum.ff.ex quibus cauſis in poſ-
ſeſsionem eatur, & eſt communis
opinio ſecundum Iaſſ.in. l. poſsideri
in princip. colu.2. ff. de acquirenda
poſſéſsione,dixit etiam communem
Alciatus,in.l.Labeo,nu.2.ff.de ver-
borum ſignificatione,Iaſſ.in.l.more
num.33.ff.de acquirenda hæreditate,
& hanc etiam partem ſequuntur do
ctores communitér,vt refert Vberti
nus,Zuchardus, in repetitione ru-
2 bricæ.C.de pactis, nume.106.&.116.
& Gomecius Arias, in.l.52. Tauri,
num.7.&illud probatur,in.l.54.Tau
ri,dum id faciat mulier cum benefi-
cio inuentarij.

3 Sed contrariam opinionem (imò
quod hęc mulier non poſsit hæredi
tatem adire,& quaſi contrahere,ſine
licentia mariti,&conſanguineorum
conſenſu,tenet idem Bartolus,in.d.
l.more.ff.de acquirenda hæreditate,
& eſt communis opinio ſecundum
Ioannem Lupum, in repetitione ru-
bricę.§.68.numer.11.& aſſerit Tira-
quellus,poſt.ll.connubiales, gloſſ.5.
nume.125.quod hæc eſt magis com-
munis opinio,referés aliam cómuné
contrariam à nume.119.& ſequitur
Caſſaneus,in conſuetudinibus Bur-
4 gundiæ, rubr.4.§.1. verb. **contrax*,*
num.7.&Rodericus Xuarez,in.l.13.
tit.20.**de las deudas*,* lib.3. fori,poſt
limitationes.§.ſed pone, verſ. vnde
in propoſito,vbi dicit (poſt Baldum
& Angelum) adeò eſſe neceſſariam
mariti licentiam, ſeu conſanguineo
rum conſenſum,vt hæreditatis adi-
5 tio(etiam antiqua) annulletur,ſi de
licentia, vel conſenſu non conſtite-
rit quia ex longo tempore non præ
ſumetur huiuſmodi ſolemnitatem
interueniſſe, vt tradit Auendañus,
in tit.*de las exceptiones*,num.41.

## QVAESTIO. 236.

INdubitati iuris eſt,patrem pu-
pilli poſſe grauare onere fidei-
commiſsi, eos, qui ab inteſtato
pupillo ſucceſſuri ſunt: quod fidei-
cómiſſum mortuo demum pupillo
intra tempora pubertatis valebit,vt
probat.tx. in.l.ſi à Titio pecunia.§.
fi.(cũ lege ſequenti)ff.deleg. 1. Nũc
dubium eſt,ſi pater fideicommiſſum
reliquerit,nec appareat an á pupillo,
an ab ipſis venientibus ab inteſtato
an indubio à pupillo relictum céſea
tur.Et indubio à pupillo relictũ céſe
ri,ſcripſit Bartolus,(argumento tx,
ibi)in.l.cohęredi.§.quod ſi hęredem
num.2.verſ. 20.nota, de vulgari.Et
eſt communis opinio ſecundum Ri
pam,in.l.centurio, numer. 128.ff.de
vulg.

Sed contrarium voluit gloſſ.fin.
(licet obſcurè) in.l. qui duos.ff.eod.
quam ibi expendit Bartolus,colu.fi.
verſi. vltimo nota, cuius opinio eſt
communis ſecundum Alex. in. d.l.
cohæredi.§.cum filię.nu. 8.de vulg.
vbi etiam Iaſſ.num.16.dixit commu
nem,& dixit etiam communem idé
Iaſſ.in.l.ex tribus,num.5.verſ.& iſta
eſt vera communis.C.de inofficioſo
teſtamento.

## SVMMARIVM.

1 *PRocurator non admittitur in cauſis cri minalibus.*
2 *Defenſor admittitur in cauſis criminalibus, & num.6.*
3 *Acta procuratoris in cauſis criminalibus, ſunt valida,ſi non opponatur cõtra illa exceptio.*
4 *Exceptio dilatoria debet opponi ante litẽ conteſtatam.*
5 *Iudex poteſt procedere contra abſentes in cauſis criminalibus.*



6 *Defenſor etiam hodiè de iure regio admittendus eſt ad allegandas cauſas in fauorem rei.*
7 *Proceſſus factus à iudice ſine defenſore, non valet.*
8 *Exclamatio contra iudices,qui non admittum defenſorem pro reo criminis.*

## QVAESTIO. 237.

### *Vtrum valeat geſta per procuratorem in cauſis criminalibus, non oppoſita exceptione. Communis contra communem.*

PRocurator in cauſis crimina
libus interuenire non poteſt,
vt probat tex. in.l.fin. C. de
iniurijs(cum ſimilibus)l.penultima.
§.ad crimen. ff. de publicis iudicijs
l.12. tit. 5. p.3 vbi Gregorius, verb.
1 **perdimiento de miembro.** Et tradit
Corneus,conſ.325.vol.3.& Parlado-
rus, rerum quotidianarum.c.20.nu.
2.lib.1.vbi reſoluit, accutiſsimis ra-
tionibus,quód defenſor admittatur.
2 Quod etiam ſequitur Iulius Clarus,
lib.5.receptarum ſent.§.fi.quæſt. 33.
& regulam ſupradictam limitat gloſ
ſa,ibidem in.d,l.fi.ratione nobilita-
tis,ſed illius ſententia,non eſt vſu re
cepta,ſecundum Tiraquellum,de no
bilitate. c. 20. num. 135. qui poſſuit
17.limitationes ad dictam regulam,
& Socinus, regul.323. in principio
Quibus ſic ſuppoſitis dubium eſt,ſi
in talibus cauſis interueniat procu-
3 rator, cui non fuit oppoſita excep-
tio,valeant per eum geſta, ſi poſtea
opponatur.Et non valere tenet Fran
ciſcus Curtius.in.l.quanuis indubi-
tati. C. de adulterijs,vbi Salicetus,
num.5.eum laté defendit,atque hanc
opinionem dicit communem Gome
mecius,in.c.1.num.80.de iudicijs in
6.& dixit communiorem Aretinus.
in.c.veniens,de accuſationibus,&ſe
quitur Antonius Gomez.3. tom.va
riar.c.1.num.16.Iulius Clarus, lib.5.
ſent.§.fi.quæſtione.32.num.24.Men
chaca, controuerſiarum vſufrequen
tium.c.2.num.5.lib.2 vbi adducit ali
qua fundamenta.

Contrariam tamen ſententiã(imò
quòd niſi tanquam alia quæuis dila-
toria opponatur ante litem conteſta
tam,hęc exceptio in talem procura
torem valeat iudicium, & geſta per
eum,etiam ſi poſtea opponatur) te-
net gloſſ.in.d.l.quanuis, quàm com
mendat & ſequitur Iaſſ.in.l.patre fu
rioſo,num.30.ff.de his qui ſunt ſui,
vel,& in.l. certi condictio.§.1. num.
13.ff.ſi certum petatur,&eſt glo.ſimi
lis,in.c.1.de iudicijs,lib.6.ver. crimi
nalis,vbi dicit quod talis proceſſus
valeat,quam opinionem approbant
omnes canoniſtæ,ſecundum Baldũ,
in.l.ſeruum.§. publicé, num.6.ff.de
procuratoribus,& tenet Rota,in no
uis deciſione.151.in noua impreſsio
ne,ſub titulo de procuratoribus, &
ſequitur Montaluus,in.d. l.12. tit.5.
p.5.& dixit communem Baldus,in.l.
ita demum,num.5.C de procuratori
bus,& Felinus,in.c.meminimus, nu
mer.15.de accuſationibus,Decius,in
l.in ambiguis §.non ſolum, num. 9.
ff.de regulis iuris.Dixit etiam com
munem Hippolytus,in practica cri-
minali.§ ſequitur,num.17. & Gome
mecius,in d.c.1.num.73.& hæc verè
communior eſt opinio,quidquid di-
xerit Aretinus,vbi ſupra,quę opinio
ſeruatur in practica, ſecundum Imo
lam,in.d.§.ad crimen,prout eum ibi
refert Rubeus,in.d.§ ad crimen, nu.
99.& tradit concordiam Iulius Cla
rus ſupra,lib. 5. receptarum ſenten.
§.fi.quæſtione.32.numer 24. & hũc
articulum per quatuor columnas la
tiſsimè proſequitur Marianus Soci-
nus,in.d.c.veniens,num.68 qui opi
nionem

tionem gloſſarum indiſtinctè com-
probat, & quod fortius eſt, dicebat
Barbacia, in c. quoniam contra. col.
fin. de probationibus, gloſſam in d. c.
4. de iud. in 6. eſſe ſingularem ad hoc,
quòd exceptio non poſſit opponi ni
ſi ante litis conteſtationem, quod ta
men gloſſ. non dicit neque in ſe ve-
rum eſt. Et hanc gloſſarum opinionē
dicit communem Hippolytus, in l.
ſiquis neque quæſtio, numero. 88. de
quæſtionibus. Et vide per me tradita
in quæſtione. 289. Hodiè verò, cum
ex lege. 4. tit. 3. lib. 2. fori. l. 2. titul. 2.
5 lib. 3. ord. l. 3. tit. 10. lib. 4. recop. poſ-
ſit iudex procedere contra abſentes
in cauſis criminalibus, licét non ad-
mittatur procurator ad defendendū
reum admittetur defenſor, vt tradit
Parladorus, ſupra, & Villalobos, in
6 Antinomia iuris litera. a. numer. 3. &
4. & Azeued. in d. l. 3. num. 50. &. 51.
quia expedit reipublicæ abſentes à
quibuſcunque defendi, vt in l. ſeruū
§. publice. ff. de procuratoribus, Bar-
7 tolus, in d. §. ad crimen, & ſi non ad-
mitatur non valet proceſſus, vt tra-
dit ipſe Bart. in extrauagāti, ad repri
mendū, verb. neque lex erit, & eſt cō
munis opinio ſecundum Gramati
cum, voto. 37. Deciū, conſil. 229. &
illam opinionem in praxi receptam
eſſe teſtatur Gregor. in d. l. 12. verb.
8 *no podria demandar,* in fine, & Paz, in
ſua praxi. 5. partis. 1. tom. c. 4. & Ro-
landus (pluribus citatis) conſ. 47. nu
mer. 18. vol. 3. dicens communem, &
nouiſsimè hanc opinionem defen-
dit Azeuedo, in l. 3. tit. 10. lib. 8. reco
pil. num. 51. vbi optimè clamat con
tra iudices, qui non admittunt defen
ſorem, dicens eſſe terribiles, hidiotas
& executores terribles iuſtitię, &
peruerſores iuſtitię, & humani ſan-
guinis inimicos: & ita eſt tenendum
& practicandum, in omnibus tribu-
nalibus iudicum, licet contrarium
teneat Auendañus. reſponſo. 15. con
tra quem tenet Parladorus, ſupra,
quod ſemel habui de facto, & fuit ad
7 miſſus defenſor. pro reo, allegando
cauſas abſentiæ, & infirmitatis: & vi
de per nos tradita in quęſtione. 289.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudex, cui committitur cauſa, vt cognoſcat ſecundum ius, poterit etiam cognoſcere ſecundum conſuetudinem, vel ſtatuta.*

2 *Iuris appellatione conſuetudo continetur.*

3 *Conſuetudo venit appellatione legis.*

4 *Conſuetudo populi dicitur ius ciuile.*

5 *Ius commune aliquando ſumitur pro iure naturali, aliquando pro iure gentium.*

6 *Merum ius commune, quod dicatur.*

7 *Appellatione iuris communis non venit ius ciuile ſed ius gentium.*

8 *Conſuetudo particularis dicitur ius commune.*

## QVAESTIO. 238.

### *Vtrum iudex, qui ex forma cōmiſsionis debet procedere ſecundum ius, poſiſt ſecundum ſtatuta locorum iudicare. Communis contra communem.*

Cauſa quædam fuit commiſſa
alicui, vt in ea procederet, ſe
cūdum ius: dubitatur, an poſ
ſit procedere ſecundum ſtatuta, vel
conſuetudinem. Et non poſſe, ſequū
tur plures, & eſt communis opinio,
ſecundum Barbaciam, conſ. 66. inci-
pit, illud offeram, vol. 3.

Sed contrariam opinionem (imò
quod ſecundum ſtatuta, & conſuetu
dines locorum poſsit procedere, te-
nent Antonius, in c. Quintaualis, de
iureiurando, in fine Abb. in rubr. de
con-



ſuet. fol. 8. verſ. 6. quęritur, & di-
xit etiam communem Claudius. in
l. ius pluribus, col. 1. ff. de iuſtitia &
iure, & Loaces, in princip. inſtit. de
iuſtitia & iure, num. 113. vol. 2. repe-
tit. & dixit communem Bernardus
Diaz, reg. 100. &. 102. quibus genera
1 liter videtur, quod ſiuè fiat compro
miſſum, ſiuè princeps cōmittat cau-
ſam, hoc modo, vt ſecundum ius pro
cedatur (quod cōmunitèr hodiè ita
*uid ſortibus diuiſsit vtraſque,& Eleazar*
*& Itamar inter ſe familias.**Et Heſter.
c.3.**Miſſa eſt ſors,in vrnam,quo die gens*
*Iudęorum deberet interfici.** Et in Pſal-
mo. 30. **In manibus tuis ſortes meæ.**
Quo in loco diuus Auguſtinus,in.2.
21 concione eius ſpalmi. Sors (inquit)
non aliquid mali eſt, ſed res indubi-
tatione humana, diuinam inducens
volnuta



voluntatẽ. *Et ipſa verba ſcripta ſunt.*
in.c.1.26.quæſt.2. * *Et in ſorte non eſt*
*electio,ſed voluntas Dei.* * Et habetur
Prouerbiorum. c. 16.in fine.* *Sortes*
*mittuntur in ſinum,ſed à domino temperã*
*tur.**Et iterum eiuſdem lib.c.18.**Con*
*traditiones compræmit ſors inter potentes*
*quoque diiudicat.*Et Eſayas.34.*Et miſsit*
*eis ſortem, & manus eius diuiſit illis in*
*menſuram.**Ex quibus non ſolum le-
gibus,ſed etiam ex teſtimonijs ſacræ
paginæ, iudicium ſortis in re dubia
eſt approbatum ,ꝙ etiam vtebantut
22 Gentiles,vt obſeruatum fuiſſe apud
ethnicos tradit Diodorus Siculus,
Blibiotecæ lib.4.Athlantem &Satur
num Cęli filios,imperium ſorte fuiſ
ſe partitos.Idemque tradit Orphe⁹,
& Homerus,lib.15. illiados,ipſius Sa
23 turni tres filios,ſcilicet Iouem,Nep-
tunum,& Plutonem ; ſorte quoque
ſibi Saturni patris imperium diuiſiſ-
ſe,& Ioui cęlum,Neptuno mare,Plu
toni infernum obtigiſſe.Idemque re
fert Liuius, libro ab vrbe condita.1.
Remulum,&Remum cum eſſent gẽ
mini(prout in quæſtione noſtra con
tingit)neque ætatis verecundia diſ-
crimen facere poſſet,ſorte augurij di
rimiſſe,vter nomem nouæ vrbi daret
quoque conditam imperium rege-
ret.Et Darius(primus Perſarũ Rex,)
24 regnum ſorte adeptus fuit ; nam eo
regno vacante , mortuo Cambiſe,
Smerideque occiſo,ſeptem ex Perſis
prudẽtiores,ſucceſsionem regni ſor
ti commiſſerunt,ita ſcilicet , vt ſub
ortum ſolis conceſsis equis eos an-
te Regiam producerent ; & cuius
equum vocem primus edidiſſet , is
regno potiretur:& equ⁹ Darij priùs
omnium adhinniuit , & ſic regnum
obtinuit,vt refert Herodotus,in Ta
lia,lib.3.& Iuſtinus,lib.1. & Marcelli
nus,lib.23.Oroſius,lib.2.c.9. & hoc
quidem ſumma ratione factum eſt,
ex eo quia diuinus ille Plato, lib.3.
de legibus,inter rationes imperandi,
hanc ponat , vt is qui ſors delegerit
imperet , quem veró repulerit, pa-
reat, & tradit Alciatus lib.5. parer-
gon,c.22.regni Meſſeniorum, con-
trouerſia eſſe ſorte diuiſa , inter fi-
25 lios Areſtum,& Eraclidem.Et alterà
non minus honeſta contentio ſorte
direpta eſt apud Homerum, lib. 7.
illiados , nam cum Hector(fortiſsi-
mum quemque Gręcorum)ad ſingu
lare certamen prouocaret,nouem du
cibus pugnare cupientibus,idque id
ipſum maximè poſtulãtibus,placuit
vnum ex illis,qui pugnaret diligi ſor
tis euentu,vbi totus Gręcorum exer
citus trepida votorum conceptione
Iouem precatur, vt in Aiacem Tela
monium,aut Adiomedem,aut Aga-
menonem , ſors ipſa caderet. Vndè
Ouidius.

*Hunc ego poſcentem cum quo concurreret*
*vnus*
*Suſtinui ſortemque meam vouiſtis Achiui,*
*Et veſtræ valere preces.*

Et in authent.de Conſulibus, cla-
rè probatur,apud Romanos Conſu-
les,& Proconſules, & Senatores , &
Prætores,& Quæſtores,conſuetũ eſ
ſe,prouincias ſortiri. Et de Procon-
26 ſulibus conſtat in.l. emancipati. §.1.
ff.de adoptionibus.De Quæſtoribus
probatur,in.l.1.§.1.ff. de Quęſtori-
bus.Quod quidem iudicium fuit vſi
tatiſsimum apud Athenienſes, vt pa
tet ex.l.2. ff..de origine iuris,qui ſor
ciebantur Magiſtratus, & iudices.
olimque reſponſa ſortibus dabantur
vt plura tradit Tiraquellus,de nobi-
litate,quæſtione.16.in. 2. opinione,
num.68.Ex quibus remanet compro
bata hæc opinio, quod ſucceſsio ma
ioratus ſit diſcernenda inter fratres
gemellos iudicio ſortis, vt etiam re-
fert Gomecius(licèt per tranſitum)
in.d.l.40.Tauri,numer.68.in.5.opi-
nione.

La

*La quarta opinion en la queſtion pro-*
27 *pueſta, es, que el padre puede elegir y nom*
*brar al hijo que mas guſto le diere para*
*q̃ ſucceda en el mayorazgo.* *Quia in re
dubia eſt locus gratificationi, prop-
ter incertitudinē, & rei indiuiduitatē
tex. celebris in. l. generaliter. §. quid
ergo. el. 2. ff. de fideicommiſſa. libert.
lex. 3. § ſi cum omnes ad Sillanianū.
c. duobus, de reſcriptis lib. 6. quam
ſententiam tenet Baldus, in. l. in qui
bꝰ caſibus. C. de ſecūdis nuptijs, Cor
ſetus, de poteſtate regia, in queſtio-
ne. 7. princip. Ioannes Licirier, de
primogenitura, lib. 11. queſtione. 4.
quem refert Rubeus, in. d. l. 40. num.
6. & Gomecius ſupra. in. 4. opinio-
ne (qui alios refert.) Et vltra eum fa
28 cit pro hac ſententia tex. in. l. vltima
de religioſis & ſumptibus funerum,
l. 3. §. ſi cum omnes, vbi gloſſ. ff. ad
Sillanianum, vbi ſi ſeruus communis
ſimul omnibus dominis opem ferre
non potuit, poterit eligere & gratifi
care cui vellet, ex qua lege notat
Acurſius, in. l. ſi vt certo. §. nunc vi-
dendum, verb. ſaluas facere. ff. com-
modati, quod ſi quis habeat duas res
29 eiuſdem valoris à duobus commoda
tas, nec poſſit omnes ab incendio ſal
uas facere, quod locus eſt gratifica-
tioni. Et dicit Baldus, in. l. fin. C. dē
teſtamentaria manumiſſione, quod
duobus ſimul idem precium offeren
tibus pro re ſubaſtata, ſi non conſtat
de prioritate, erit locus gratificatio
ni. Quod ſequitur Firmianus, in tra
ctatu gabellarum. 2. part. princip.
quæſtione. 9. & Ripa, in. l. quominus
numer. 61. de fluminibus, & eſt opti-
tima gloſſ. pro hac ſententia in. l. 1.
§. apud Iulianum. ff. depoſiti, quæ di
cit, quod ſi duo contendant ſe eſſe
hæredes in ſolidum deponentis, &
vterque vult ſatisdare depoſitario,
ille eſt præferendus, qui præuenit, &
ſi ſimul veniant, eſt locus gratifica-
tioni, & comprobatur ex lege de dio
ff. qui ſatisdare cogantur. l. ſi non
ſortem. §. ſibi, de condictione indebi
ti. l. ſi duas ff. de excuſationibus tu-
torum. l. duo iudices dati. ff. de re iu
dicata, vbi iudex in paritate proba-
tionum poteſt gratificari. Et idem di
cimus, de Vaſſallo, qui tenetur do-
mino preſtare fidelitatem, vt eſt glo.
in c. præterea ducatus, verb. compel
latur, de prohibita fęudi alienetione
30 per Federicum, vbi ſi plures domi-
ni non conueniant interſe, cui vaſſa
lus præſtet fidelitatem, is gratifica-
bitur, cui velit vaſſallus præſtare. Et
31 duobus currentibus ſimul ad brabiū
non conſtando de prioritate, eſt lo-
cus gratificationi. argumento. tx. in
l. 2. §. 1 ff. ne quid in loco publico, &
in noſtra principali quæſtione reſol
uimus, & quando duo ſunt electi ad
capellaniam, qui ſunt in omnibus &
per omnia æquales, poterit ordina-
rius gratificari vtrui voluerit ex ele
32 ctis, vt tenet gloſſ. ſin. in. c. eccleſia
veſtra, de electione, vbi Abb. gloſſ.
in. c. penulti. 63. diſtinctione, & eſt
alia gloſſ. pro hac ſententia in. c. 1.
de Iudęis vbi habetur, quod cuilibet
permittatur Chriſtianum à Iudęis.
12 ſolidis redimere, & ſi plures eodē
tempore ſimul conuenerint ad hu-
33 iuſmodi redemptionem, locus erit
gratificationi vt dicit Baldus. in. l. 1.
ff. de inofficioſo teſtamento. & con
firmatur hæc ſententia, quia ſi duo
impetrarunt mandatum ad benefi-
cium vacaturum, nec cōſtet de prio
ritate in petrationis, erit locus grati
ficationi, vndè gloſſ. in. l. fi. C. de edi
cto diui Adriani tollēdo, dicit, quod
ſi in caſu illius legis, non appareat,
quis litigatorum habeat potiora iu
ra, quia proferuntur duo teſtamenta
condita eiuſdem dei, & non conſtat
de prioritate, vel poſteritate, quod
34 iudex poterit gratificari, per. d. c.
duobus, de reſcriptis lib. 6. & confir
matur, ex traditis per Albericum
in



in. 2. par. ſtatutorum. quæſtione. 141
vbi dicit, quod ſi quis habitet domū
quę eſt duarum parochiarum, ſi pro
miſcuē, in ea habitet, poterit gratifi-
cari, & ſoluere onera, collectas, & de
cimas cui voluerit. tx. in. l. eius qui
manumiſsit. §. Celſus. ff. ad munici-
35 palē. Et hinc eſt, quod hermaphro-
ditꝰ ſi neuter ſexus altero ſuperet, po
terit gratificari & cui ſexui vollueri t
inſeruire, vt tenet Guillermꝰ de Cu-
neo, in. l. quæritur. ff. de ſtatu homi-
num, & Hoſtienſis, in ſumma, tit. de
teſtibus. §. qui teſtes. Et ſimiliter vaſ-
36 ſallus gratificabitur cui ex pluribus
dominis, vel filijs pugnantibus in bel
lo auxilium preſtet, vt tradit Baldus
in. l. 1. in. 23. quæſtione, de rerum diui
ſione. Et ſi vxor habeat vaſſallum
cuius auxilio ipſa & maritus ſimul
egeant, poterit predictus vaſſallus
37 vtri mallit gratificari, & dicit Zinus,
in proemio. ff. veteris, quod ſi ſit poſi
tum præmium ei, qui prius caſtrum
ingreſſus fuerit, & pręmium ſit indi
uiduum (prout eſt maioratus) quod
ſi plures ſimul ingreſsi ſint, erit locus
gratificationi, propter incertitudi-
nem. Quibus adſtipulatur, quod tra
dit Baldus, in proœmio decretalium,
quod ſi eſt ſciſma in imperio, quia
duo electi fuerunt, erit locus gratifi
38 cationi. Et vt gratificationis exem-
plis finis imponatur, dicit Ioannes
Andreas, in additionibus ad Specula
torem, in rubrica de parochijs, quod
ſi quis habeat duas parochias, in qui
bus ęqualiter audit diuina officia, &
habet maiorum ſepulturam, & ſit cō
tentio in qua illorū ſepelliri debeat,
erit locus gratificationi. **Con lo qual*
*queda comprouada y autorizada eſta opi-*
39 *nion, que el padre podra gratificar y dar el*
*mayorazgo al que de ſus hijos gemelos le*
*pareciere. Lo qual parece muy conforme a*
*razon, porq̃ el padre conſiderara la pruden*
*cia, y Chriſtiandad, y gouierno de ſus hijos*
*(coſa tan preciſſa y neceſſaria en los reyes*
*y ſeñores, y las demas perſonas que tienen*
*mayorazgo con juriſdicion y vaſſallos y*
*gouierno de republica, que ſiempre ſe ha*
*tenido por negocio dificultoſo,* vt inquit
diuinus ille Plato, epiſtola. 7. in hæc
verba. **Cum animaduerterem homines,*
*qui in reipublicæ gubernatione verſan-*
*tur, legeſque & mores quanto magis*
*conſiderarem quantoque magis ætate pro-*
*grederem, tanto difficilius arbitrabar eſ-*
*ſe rectè rempublicam gubernare.** Et
40 Xenophon, lib. 1. de Pędia Cyri, in
hæc verba, * *Noui te dicere ſemper ſoli-*
*tum, aut fas eſſe a Dijs petere, neque vito-*
*ria meos equeſtri pugna qui equitare non*
*didiciſſent, neque ſagittæ ignaros ſuperare*
*illos ſagitando, neque gubernandi imperi*
*tos optare nauium ſalutem gubernando.*
*Huiuſmodi enim omnia eſſe præter diuina*
*inſtituta At verò ſcire alijs præeſſe homi-*
*nibus, vt habituri ſint omnes res neceſſa-*
*rias afluenter, & vt futuri ſint quales de*
*cet, & oportet, hoc nobis mirabile ſane vi*
*debatur, opuſque eſt maximum & difficili*
*mum pulchre Imperare.** Et dicit Plato,
lib. 4. de legibus. **Non ideò magiſtratus*
*alicui dabimus quod diues ſit, aut huiuſmo*
*di quicquam poſsideat vt robur, magnitu*
*dinem, generis claritatem ſed ei qui poſi*
*tis legibus parebit maxime, quia non lex*
*magiſtratibus, ſed lege magiſtratus præ*
*ſunt.** Ea enim recta gubernatio eſt,
quæ id efficit, vt nemo quidquam
præter leges committere audeat, &
qui audeat, morte afficiatur. Quod
ſentit Ariſtoteles, lib. 5. Politicorum
c. 7. dicens. **Maxime tum reſpublica, tum*
*ſtatus optimatum diſſoluuntur ſi ius in ip*
*ſa republica violetur Hoc autem ſolum cō*
*firmat ſtabilemque facit ſtatum reipublicæ*
*ſi pro dignitate paria tribuantur, & quæ*
*ſua ſunt quiſque retineat.** Et pro com-
41 plemento huius ſententię, annectam
ſingularia verba Ciceronis, pro Clu-
cio, loquentis, cum gubernatori-
bus, quibus iuriſdictio à Deo vel po-
pulo conceſſa eſt, dicens, * *eſt enim*
*ſapientis iudicis, & gubernatoris memi-*
*niſſe*

*niſſe ſe hominem, cogitare tantum ſibi poteſtatem datam, verumetiam fidem habitam eſſe meminiſſe, poſſe quem oderit abſoluere, & quem non oderit condemnare: & ſemper non quid ipſe vellit, ſed quid lex, & religio cogitat, cogitare: Non ſe putare eſſe ſolum, neque ſibi licere, quod cupit, ſed habere in conſilio legem, æquitatem, religionem, fi dem. Libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditatemque amouere, maximè æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, & ſummi cum honeſtate viuere.* *Los quales propriedades conſiderara el padre en ſus hijos gemelos, y el que ſe inclinare a eſtas virtudes podra nombrar por ſucceſſor en ſu caſa y mayorazgo, y para gouierno y proteccion de ſus vaſſallos: y anſi parece eſta vna opinion muy llegada a razon y juſticia.*

*La quinta es, que el mayorazgo pertene-*
42 *ce al que fuere mas idoneo, y mas ſuficiente para el gouierno: que correſponde a los fundamentos dela opinion paſſada: y eſto ſe entiende en caſo de ygualdad,* quando fratres gemelli ſũt pares omninò, moribus, honeſtate, & dignitate, & alijs, id genus: quia tunc magis idoneus præferendus eſt in ſucceſsione maioratus. Ita Baldus, in l. 1. quæſtione. 23. ff. de rerum diuiſione, & in l. per agrũ C. de ſeruitutibus, & facit pro hac opinione tex. in l. intereſt. ff. de libera li cauſa, vbi ſi plures accedant ad litigandum pro libertate liberti, prætor eum eligat quem idoniorem exiſtimauerit. l. in venditione. §. fin. ff. de bonis authoritate iud. poſſidendis. vbi ſi non conuenit inter creditores quis eorum locet rem, vel vendat, prætor cauſa cognita eligere debet, & in l. quod ſi plures. ff. de teſtamentaria tutela, ibi. *Quod ſi plures ſatisdare parati ſunt, tunc idonior præferendus*
43 *erit.* Lex. viduę. C. de nuptijs, ibi, *vt ſi pares ſint genere, ac moribus, competitores, is potior exiſtimetur, quem ſibi conſulens mulier approbauerit.* c. quoniam de iure patronatus. c. vltimo. 63. diſtinctione, ibi, *ſi vota eligentium in duas ſe diuiſſerint, is metropolitani iudicio præferatur, qui iuuatur ſtudijs, & meritis,* & ſic dicit Zinus, in l. exigendi. C. de
44 procuratoribus, & Albericus, in l. ſed & hę perſonæ. ff. eod. quod cum coniunctus admittatur pro coniuncto ſine mandato, ſi plures coniũcti eiuſdem gradus ſimul, petant admitti, iudex poterit eligere idoniorem, & ſic in quęſtione propoſita, idonior eſt pręferendus propter dubietatem, & naſcendi ęqualitatem.

45 *La ſexta en la queſtion propueſta, es, que aquel hijo ſe prefiera en el maiorazgo, que primero preuino en tomar la poſſeſsion de los bienes del,* cum vigilantibus, & nõ dormientibus iura ſubueniãt. l. filius familias. ff. quæ in fraudem credit. & pro hac ſententia eſt tex. in l. quoties. C. de rei vendicatione. vbi ſi res inſolidum duobus vendatur, illi præferũtur quib⁹ pri⁹ res tradita fuerit,
46 tex. in l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publiciana inrem actione. l. qui tibi. C. de hæreditate vel actione vendita l. qui tibi. ff. de his qui à non domino manumiſsi ſunt. Et in beneficijs eccleſiaſticis, in caſu ambiguo (cum ignoratur vter ex duobus ſit prior in titulo) is pręfertur qui prius poſſeſsionem beneficij aſſecutus eſt. Ita Philippus Francus, in. c. ſi aſede, de
47 præbendis lib. 6. & Rebuffus, in tractatu de pacificis poſſeſsoribus, nu. 297. verſ. 6. proceditur. Et ſimiliter ſi duo ad capellaniam fuerint præſentati á patrono laico, ille eſt pręferendus, qui prius poſſeſsionem acceperit, vt docet Hoſtienſis, in. c. quod
48 autem, de iure patron. qui illum tex. interpretatur ad illud, quod vulgare dicimus, quod in re dubia melior eſt conditio poſsidentis, & rurſus, beatus qui poſſidet, tex. in. c. ad aures, de
49 præſcriptionibus. Et ſimiliter, ſi duo ſint creditores eiuſdem temporis, ille prefertur, qui prius poſſeſsioné acquiſierit. l. ſi debitor. ff. de pignoribus. Pręterea cõfirmatur iſta ſẽtẽtia, quia cęteris paribus pręuẽtioni, & pręocupationi locus eſt, l. pluribus. l. ſi is qui ſtatũ. ff. de procuratorib⁹. l. in cola. ff. ad municipalé. l. ſi plurib⁹, de
50 leg. 1. l. per agrũ. C. de ſeruitutibus & aqua. Et ſic dicit Bart. in. l. quominus q. 5. de fluminibus, eũ præferẽdũ, qui prius ocupauit opus molẽdini, aut ductũ, aquæ, & Bald. in. l. 1. q. 43. de rerũ diuiſione, ꝙ ſi duo ſint quorũ quilibet habeat i⁹ efficax, ꝙ melior eſt cõditio præueniẽtis, vt ipſe notat in. l. ſi cum emptore. ff. de pactis. Pro qua
51 ſentẽtia eſt bonus tx. in. d. c. ſi à ſede, de præbẽdis: vbi ſi à ſede Apoſtolica, vel ab ordinario, eodẽ die duob⁹ beneficiũ cõferatur, nec appareat quę collatio prior fuerit, erit potior cõditio poſsidentis. Et in proprijs terminis
52 hãc ſequitur opinioné gloſ. in. l. idé erit. ff. de ſtatu hominũ, vbi cũ ordo naſcẽdi eſt incertus, pręfertur poſſeſſor. Et faciũt pro hac ſẽtẽtia tradita per doctores, in. l. ſi extraneus. ff. de cõditione ob cauſã, vbi Fulgoſius, Alex. & Iaſſ. dicũt, ꝙ ſi vẽdatur equa
53 pregnãs, ea lege, vt ſi naſcatur pullus maſcul⁹, ſit vẽditoris, ſi fęmina, emptoris, & cõtingat naſci marẽ & fœminã, & ignoretur vter fætus ſit prior natus, ꝙ in dubio melior ſit cõditio poſsidẽtis. Rurſus facit prohac ſentẽtia, illa quæſtio de duobus mulierib⁹ ſimul habitãtibus, quarũ altera viuũ infãtẽ peperit, altera mortuũ, & ignoraturcuius viuus eſſet, & vtraq; eũ ſuum eſſe aſſerebat, & interim mortuę ſint: dubitatur, cuius hęreditas nomine pueri petenda eſſet, & dicit Pile⁹ q. 19. & Brigenſis, in quæſt. dominic. 56. ꝙ ſi vna illarũ erat in quaſi poſſeſ. filij illius ꝙ hæreditas ſit adiudicãda, ꝙ ſequitur Albericus, in rub. C. ad orficianũ. Similiter & ſi dubiũ ſit vter prior mortuus ſit, vir, an vxor, quia vn⁹ forté in Frãcia, alter in Italia, melior erit cõditio poſsidẽtis. Ita Bart. in. l. ſi inter virũ, in fi. ff. de rebus dubijs. Et idẽ dicẽdũ eſt de duobus hæredibus inſtitutis, in diuerſis teſtamẽtis cõditis eodẽ die, quia ſi nõ cõſtet de prioritate pręfertur qui eſt in poſſeſsione bonorũ. Ita Zinus, Iaſ. & Decius, in l. fi. C. de edicto diui Adriani toll. exquibus in quæſtione propoſita idem videtur dicendum.

*La ſeptima opiniõ en la queſtion propueſta es, q̃ los dichos hermanos gemellos diuidan y partan entre ſi las rẽtas del mayorazgo, gozando alternatiuamente de toda ella.* Quæ ſentẽtia deffenditur ex ſequẽtibus, primò ex tx. in. l. quoties, verſ. ꝙ ſi Titius. ff de vſufructu. l. ſi vſuſfructus alternis. ff. quib⁹ mo dis vſuſfructus amittatur. l. 1. ff. quãdo dies legati cædat, melior tx. in. l. cõmuni diui
54 dũdo. §. cũ de vſufructu, ibi, *caueant què ſe per tẽpora vſuros,* & facit tex. in cle. 2. de iure patronatus, vbi in iure patronat⁹ ꝙ eſt indiuiduũ poteſt quo ad cõmoditates diuidi, vt alternis vicibus hæredes pręſentẽt. Pręterea facit. quia ſi duo fratres ſimul habeãt iuriſdictioné (quę diuidi nõ poteſt) poterũt diuidere vt alternis annis admi
55 niſtrẽt, vt dicit Bald. in. c. 1. §. pręterea de prohib fæudi alienat, & facit pro hac opinione ꝙ ſcriptũ eſt ab Imola, & Philipo Frãco, in. c. cũ quis, de ſepulturis lib. 6. ꝙ ſi ſit cõtẽtio inter duos parochos de iure ſepulturę, confeſsionis, & adminiſtrationis ſa-
56 cramentorũ, & aliorũ iuriũ parochialium, ex eo ꝙ quis habitet in finibus vtriuſque parochię (ita vt nõ cõſtet in qua earũ habitet) ea iura debẽt inter eos diuidi alternis vicibus, propter incertitudinẽ. Quã opinionẽ ſequuti ſunt Thyeſtes, & Atręus fra-
57 tres, qui Mycenis alternis annis regnarũt, vt videre licet ex Sene. in Tragœdiographo, in Thyeſte. Idẽque dicitur de Eteocle, & Polinice, filijs regis Thebanorum Oedippi, qui dũ inter eos cõuenerit, vter eorũ regnaret inito fędere, inuicẽ ſanxerunt, vt ſin-

gu li eorũ alternis annis regnaret,&
ſo rte dirimeretur vter prior. Idéque
ſcribitur de Proca( rege Albanorũ,)
qui relinquit regnũ Amulio,& Nu-
58 mitori filijs,vt alternis annis impera
rent,vt ſcribit Suetonius,in lib.devi
ris illuſtribus inprincipio. Poſtremo
non eſt omittẽda fabula quædã ridi
cula(pertinẽs ad hãc ſentẽtiã) de cõ
trouerſia Adonis,inter Venerem, &
Proſerpinam:quia cũ Venus, in con
certatione cũ Proſerpina,ad iudiciũ
Iouis veniſſent,vtri earum Adonis
cęderet, Calliópe muſa mater,á Io-
ue iudex data,ita iudicauit,vt dimi-
diã partẽ anni,earũ vnaquęque poſ-
ſideret. Quod quidẽ fecit Salomõ,in
c.afferte mihi,de præſũptionib⁹,vbi
59 propter caſus dubietatẽ iuſsit,vt in-
fans diuideretur: Quod videtur di-
cendum in quæſtionẽ propoſita.

60 *L octaua opiniõ es,que los grandes ſe jũ
ten,y el pueblo,y ellos elijan qual de los dos
hermanos ha de ſuceder en el mayorazgo.*
Quam ſentetiam tenet Bald.in.l.ex
hoc iure. ff. de iuſtitia & iure vbi
dicit,quod ſiduo filij Regũ,naſcãtur,
nec appareat ordo naſcendi,neuter
erit Rex,ſed alter eorum debet eligi
per magnates,& populum ipſius reg
ni.arg.tex.in.l.ſi duos.ff. de excuſa-
tionibus tutorũ.l.ſi quis in graui.§.
vtrum.ff.ad Sillanianũ.l.ſi quis ſer-
uis.ff.de leg.2.idem Bald.in.c. cũ in
magiſtratũ, de electione,vbi dicit,ꝙ
61 ſiRex decedat,nullo filio relicto ca-
pace ad regnũ obtinẽdũ,ꝙmagnates
regni eligent Regẽ,& Papa cõfirma
uit,vt in.c.venerabilẽ,eod.tit.c.licèt
de voto.c.grãdi,de ſupplẽda neglig.
prælatorũ,& Baldũ,& alios ſequitur
Ioãnes Licerier, de primogenitura,
lib.1.quęſt. 11. nu.9.& Molina,lib.3.
deHiſpanorũ primogenis.c.1.nu.21.

62 *La nouena opinion(y bien contraria a to
das las demas)es,que ninguno delos dichos
gemelos ſuceda en el mayorazgo,ſino el hi-
jo ſiguiente,y a falca del,que los bienes ſe
diuidan y partan entre los dichos gemelos.*
Ita tradit Antonius Gomez,in.l.40
Tauri, num. 68. in prima opinione.
ex tali fundamẽto,quia incertitudo
ſemper viciat diſpoſitionẽ.l.in tẽpus
§.1.ff. de hæredibus inſt.l. ſi fuerit.ff.
de reb⁹ dubijs.l. duo ſunt Titij.ff.de
teſtamentaria tutela. Et exemplũ eſt
manifeſtũ in.d.l.ſi fuerit,vbi legatũ
fuit relictũ vni excognatis,qui prius
Capitoliũ aſcẽderit,& cũ duo ſimul
aſcendiſſent , neque appareat quis
63 prior, legatũ impeditur. Et idẽ proce
dit in legato relicto ei qui maximus
natus eſt,quia ſi duo pares ætate ſint
viciatur legatum. Et idem eſt dicen
dum,ſi libertas vni ex pluribus ſer-
uis relicta ſit, quando non apparet
de quo teſtator ſenſerit. l. cum ex
pluribus de manumiſsis teſtamento.
Ergò cum hoc procedat in legato li
64 bertatis quanto magis in reliquis diſ
poſitionibus,quia licét non deficiat
ius, defecit probatio , vt in.d.l.duo
ſunt Titij,vbi ſi teſtator relinquerit
Titio tutorem,& ſint duo Titij,nec
appareat de quo ſẽſerit teſtator, neu
65 ter tutor erit. Ex quibus defendi po
teſt doctrina Baldi,in. l.1.C.quando
prouocare nõ eſt neceſſe,vbi dicit,ꝙ
ſi reperiantur duę ſentẽtiæ cõtrarię,
eiuſdem diei,neque appareat vtra ſit
prior,nequè poſterior,ꝙ neutra earũ
valebit,& ſic dixit glo.in.c.eccleſia,
66 el.2.(glo.fi.in fi.)de electione,quod
ſiduo fuerint electi ad epiſcopatum,
ſintquè in omnibus pares authori-
tate,& zelo , & merito , eligentium
& electorum ꝙ neuter conſequetur
epiſcopatum. Et faciunt pro hac ſen
67 tentia tradita per Zinum , in. l.vul-
go quæſiti . ff. de ſtatu hominum,
& per Albericum,in. d. l. Arethu-
ſa, & Bald. in. l. ſi matre.C.de ſuis
& legitimis hæredibus, Angelum.
in.d.l.duo ſunt Titij,& Albericum,
in. d. l. ſeptimo menſe, numero. 6.
quod ſi vidua paulò poſt prioris vi-
ri mortem adalterum matrimonium
conuolaberit,& poſteà pariat filium
in



in ſeptimo mẽſe,qui potuit gigni &
à primo marito,& à poſteriore,quod
propter incertitudinẽ,neutri parẽtũ
ſuccedet.quã opinionẽ proſequitur
Tell⁹ Fer.in.l.13.Tauri,nu.fi. Rojas,
in epitome ſucceſsionũ.c.2.num.30.
Syl.in ſum.verb.filius,nu.20.Greg.
in.l.9.tit.14.p.3.verb.**ſiendo caſada,**
Vlterius pro cõfirmatione huius ſen
tẽtiæ facit,ꝙ traditũ eſt à doctorib⁹
in hac ſpecie. Duo erãt fratres gemi
ni, facie,& alia habitudine corporis
adeò ſimiles,vt alter ab alterodignoſ
ci nõpoſſet,quib⁹ſinguli erãt filij,&
ipſi omninò ſimiles: hi ſtudiorũ,vel
rei militaris cauſa,peregrè profecti,
68 alter ibi mortuus eſt, & alter reddit
(duobus illis fratribus mortuis) qui
vtriuſque hæreditatem petit,fuit au
tẽ dubitatũ,quis eorũ fuerit filius,&
dicit Pileus, in ſuis diſputationibus
158.quod neutrius habebit hæredi-
tatẽ:Quod latẽ diſputat Boerius, de
ciſ.299. Vndè in quęſtione propoſi-
ta videtur dicẽdũ,ꝙ neuter ex filijs
(propter incertitudinẽ)debeatſucce
dere in maioratu,ex ſupradictis fun-
damentis.

*La decima opiniõ mas verdadera y practi*
69 *cable,y cõfirmada por ley del reyno,es,q̃ en
caſo de duda,**quãdo nõ cõſtat de prio
ritate,**q̃ entrãbos a dos hijos gemellos hã
de ſuceder,la qual opiniõ parece muy llega
da a razõ,y q̃ ninguno delos gemellos lo cõ
tradira:porq̃ la ſimilitud es cauſa de amor
y conformidad entre los hẽrs,como lo trae
Antonio de Torquemada, en el libro inti
tulado Iardin de Flores,enla hyſtoria delos
Girones enel capitulo treynta,fol.99.adon
de dize q̃ los ſeñores Maeſtres(ſus anteceſ
ſores de V.S.)dõ Rodrigo Tellez Girõ,y dõ
Iuan ſegundo Conde de Vreña)naciérõ de
vn parto en el Moral,cerca de Almagro,y
q̃ anſi como fueron ſemejantes en ſalir a
luz jũtos,lo fuerõ enel roſtro,cuerpo, y ha
bla,y en todo lo demas,q̃ ſolo ſe diferẽcia-
uã en el veſtido,como lo refiere tãbiẽ Pedro
Mexia (Coroniſta del* Emperador *Carlos
Quinto)en la ſilua de Varia Lecciõ, diziẽ
do q̃ entre ellos la naturaleza moſtraua
grãde ſecreto de amor y aliãça(como le ay
en las coſas q̃ ſon ſemejãtes)porq̃ quãdo ni-
ños durmiẽdo jũtos,dize la hyſtoria q̃ ſe les
pegauan tãto las carnes,q̃ no los podiã deſ-
pegar ſin grã dolor, el qual ſe mitigaua vn
tãdoles vna dueña las carnes cõ azeyte o
manteca.De donde ſe colige quã poco ſenti
riã partir por mitad la haziẽda,eſtãdo tã cõ
formes las volũtades**quia carnẽ ſuã ne
mo vnquã odiũ habuit. Quæ opinio
& cõmunior,& humanior eſt,& illã
ſequitur Antoni⁹ Gomez,in.d.l.40.
Tauri,nu. 68.col.4.& Palacius Ru-
beus,ibi,nu.6.& Ciſuẽtes.quæſt.3.&
Greg.in.l.12.tit.fi.p.7.verb.**ambos a
dos deuẽ auer,** ibi**naſcen alas vegadas
dos criaturas de vna vez,del vientre de al
guna muger,e acõtece q̃ es duda qual dellas
naſce primero,dezimos q̃ ſi el vno es varõ,
y el otro hẽbra,q̃ deuemos entẽder q̃ el varõ
nacio primero,pues no ſe puede aueriguar
lo cõtrario:e ſi fueren ambos varones,e no
puede ſer ſabido qual dellos naſcio primera
mẽte,entõces ambos deuẽ auer aquella hon
ra,y heredamiento,que auria el que antes
naſcieſſe,a quiẽ dizẽ en latin primogeni-
to.* Quę lex profectò tollit oẽs ambi
70 guitates,& opiniones antiquorũ,vt
vt defendit Molina,lib.3 deHiſpano
rũ primog.c.1.nu.20.& fundatur ex
rationibus ſequẽtib⁹ prima ex tx.in
l.2.§.hæreditas.ff.de ſuis &legitimis
hæred.vbi proximusdicitur ille quẽ
nemo antecedit,& ſic in ꝓpoſito,cũ
æqualis ſit proximitas, & ius primo
genitururę,ſequitur ꝙ æqualiter ſunt
71 admittẽdi.l.cũinter. C.defideicõmiſ
libertat. vbi habetur, ꝙ ſi libertas
fuerit relicta poſthumo naſcituro,&
ſimul plures naſcãtur vno partu, om
nes cõſequẽtur libertatẽ, tx.in.l.ter
enixa.ff.de verbor.ſign. Vlterius fa-
cit pro hac ſententia.l.ex duobus.ff.
de vulgari,&.l.qui duos.ff. de rebus
dubijs,vbi cauetur,quod ſi quis fue-
rit ſubſtitutus,ei qui ex duob⁹ ſuprę
mus moreretur, ꝙ ſi ambo in eadẽ
naui ſimul mortui fuerint, neque

appareat

àppareat vter eorũ prior,poſteriorvè
deceſſerit,cẽſendi ſunt tãquãvterque
vltimi deceſiſſe videãtũr,& ſic vter
què ſubſtitutꝰerit, text. in.l.cũ inter
C.de fideicõmiſſa.libertat.vbi ſifidei
cõmiſſarialibertasfueritei relicta,qui
in vẽtre eſt,&plures naſcãtur plures
ſũt liberi,& in. l. ſiquis in teſt amẽto
eod.tit.vbi ſi libertas fideicõmiſſaria
fuerit relicta vni ex liberis ancillæ,
quẽ hęres elegerit,ſi is dũ vixit nõele
gerit,oẽs erũt liberi, & eſt ꝓ hac ſẽtẽ
tia optima gl.in.c. ſi teſtes.4.q.3.vbi
habetur,ꝙ ſi partes ęqualiter de iure
ſuo probauerint rẽ eſſe ſuã, vtrique
ſit adiudicãda. Ita enim fecit Titus
Imperator,in.l.&hoc Titus.ff.de hę
redibꝰinſt.&Salomõ.3.Reg.c.3.vt ha
betur in. c.afferte,depręſũptionibꝰl.
Neſeniꝰ(vbi gl.)ff de neg.geſtis&cõ
firmaturquiaſi pręmiũ fueritcõceſſũ
á rege vel ciuitate,primo ingrediẽti
72 caſtrũ,ſi duo ſimul,&vnoveſtigio in
greſsi fuerint, vtrique præmiũ (pro
ęqualibꝰportionibꝰ)debetur,itaDD.
in.l.qui filiabus.§.1.ff.deleg.1.Alberi
cꝰ.in.l.ſi fuerit.ff.de rebꝰ dub.Itaque
iudicauit magnꝰ ille Scipio, nã cũ ei
dãdũ eſſet præmiũ præcipuũ,natura
lis coronæ qui primꝰ murũ vrbis no
uæ Carthaginis cõſcẽdiſſet,incertũ
què eſſet ex duobꝰ,qui hũcſibi hono
rem reportaret (cũ nõ cõſtaſſet vter
prior in oppidũ aſcendiſſet)vtrique
Scipio ipſe coronã donauit,vt(exvo
to aliquorũ antiquorũ doctorũ,id&
alia)refert Tiraquellꝰ, de nobilitate,
q.17.opinio.4.nu.13.**Cõ lo qual queda*
*autorizada y cõprobada eſta opiniõ*,*quæ
ſequẽda in dubio eſt , in iudicãdo &
cõſulẽdo,&hic caſꝰ pluries cõtingit
inHiſpanorũ regnis,quia ſimul vno
eodẽque tẽpore regnauit Zindaluin
dꝰ,& Reciſũdꝰ(tẽpore Gothorũ)&
poſtHyſpaniævaſtationẽVeremũdꝰ,
&Altõſꝰ(qui caſtꝰvocabatur)&poſt
eos Ramirꝰ,& Garcia,Rurſꝰ,& Vrra
ca,& Alfonſus,& iterũ Fernãdꝰ ter
tius,& Berẽguela ,atquè noſtris etiã
tẽporibꝰ Carolꝰ Quintus imperator,
& Ioãna,prout ex hiſtorijs antiquis,
& recẽtioribus refert Molina, lib.3.
c.1.nu.25. deprecãs Deũ optimũ ma
ximũ,ne caſus iſte in Hyſpaniorum
regnis contingat.

*Y pareciome en el caſo preſente referir a*
*V.S.eſta variedad de opiniones , para q̃ co*
*nozca q̃ no ſolo nueſtro ſeñor hizo merced*
*a V.S.en dalle dos hijos varones de vn par*
*to,y permitir q̃ nacieſſẽ enel propio dia q̃eli*
73 *gio para ſu nacimiẽto : pero tãbiẽ q̃ pudiẽ*
*do auer cõfuſiõ e incertidũbre enla priori*
*dad(como muchas vezes ha ſucedido)no la*
*vuo en eſte feliciſsimo parto,ſino q̃ ſe pudo*
*conocer prioridad en el,cõ lo qual ceſſã tã*
*tas y tã diuerſas opiniones,de cuyo pielago*
*ſe libro la ſuceſsiõ de la caſa y mayorazgo*
*de V.S q̃ fuera infeliz ſuceſſo y eſte no ſe*
*podia repreſentar en los ojos de V.S.ſino es*
*viẽdo eſtas opiniones q̃ aqui vã referidas,*
*para q̃ mejor ſe eſtime eſte buẽ ſuceſſo,aun*
*q̃ cõforme a naturaleza es impoſsible q̃ dos*
*ſe parã jũtos de vn parto,en vn miſmo tiẽ-*
*po*:quia ſẽper naſcitur vnus poſt alte
rũ, adeó vt ſimul vno impetu naſci
nõ poſsint,vt probat tx.in.l.Arethu
ſa.ff.de ſtatu hominũ,& in.l. ter eni
xa.ff.de verbor.ſign.&hoc clarè pro
batur Gen.25.vbi dicitur,ꝙ Eſau, &
Iacob, ex vno impetu nati fuerũt,&
Eſau prior egreſſus eſt,&protinꝰ(nul
lo tẽporis interuallo)ſecutꝰeſt Iacob,
illiꝰ plãtã pedis manu tenẽs:tamẽ ex
illo ſolo tẽporis pũcto cõſecutꝰ fuit
Eſau ius primogeniturę, vt habetur
ad Hebręos.12.in.c.quã periculoſũ.
7.q.1.quia prioritaspoteſt cõſiderari
etiã perpũctũ,vt probat tx.in.d.l.ter
enixa,vbi notat Alciatꝰ,& Rebuffꝰ,
& in.l.ſi quis eũ,§.ſiduo teſtamẽta dè
vulg.& in.l.ſi mulier.ff.de rebus du-
bijs,vbi Socinus notat. Vndé rectè
primogenitꝰ dicitur,qui primo natꝰ
lucẽ vidit,& totꝰ ad orbẽ proceſsit,
adnullũ declinãs mõſtrũ,velprodigiũ
vt in.l.cũ certũ.C.de poſthumis hæ
red.inſtit.& tradit Palacius Rubeus,
in.l.40.Tauri,numer. 2.& ſic vt fa-
ciliùs



ciliùs conſtiterit de prioritate naſ-
cendi(in hoc fęliciſsimo partu) ſig-
nũm poſitum fuit filio per prius na-
to,vt á ſecundo dignoſceretur, pro
ut ita factũ fuiſſe legitur Geneſ.38.
obſtetricẽ ligaſſe coccinũ in manu
Sara( cuius manus prior exierat),&
quem ideò priorem putabant naſci-
turum( vt hinc dignoſceretur)quis
eſſet primogenitus,verum aliter eue
nit,nempè alterum ſcilicet Pharem
priorem ex vtero exijſſe, & ſic ius
primogenituræ cõſequutus fuit.*Y
*anſi a largos años de vida,que nueſtro ſe-*
*ñor de a V.S ſera legitimo ſucceſſor ſin aifi*
*cultad ninguna, en todos ſus eſtados el ſe-*
*ñor don Franciſco,el qual y los demas V.S.*
*vea criados con mucha ſucceſsion y aumẽ-*
*tos de mayores eſtados y ſeñorios.En Tole-*
*do.22 de Henero.1596.años.*

## *SVMMARIVM.*

1 *LEx quoties,C.de donationibus quæ ſub modo,declaratur.*

2 *Contraria communis opinio refertur.*

3 *Lex.2.tit.16.lib.5.recopilationis adducitur pro vltima opinione.*

4 *Vinculum ſemel fundatum non poteſt reuo cari de conſenſu primi vocati in præiu-dicium aliorum.*

## QVAESTIO. 249.

### *Vtrum donatio alteri facta, poſsit reuocari in præiudicium tertij. Communis contra communem.*

EX donatione alteri facta, vt ad
Titiũ aliquid perueniat poſt
tempus,vtilem ipſi Titio ſine
cæſione , actionem quæri ( elapſo
tempore)probat notiſsimus tx. in.l.
quoties.C.de donationibus,quæ ſub
modo.cui conſonat.l.7.tit.4. part.5.
1 vbi Gregor.verb.**el ſeñorio*,*Atque
illum text. late interpretatur An-
dreas ab Egea,lib.pactorum, numer.
126.verſic.2.& Ioannes Lupus, in.l.
46.Tauri,num. 2. & Antonius Go-
mez,in.l.40.Tau.n.26. Couar.lib. 1.
variarum.c.14.num.7.Iulius Clarus,
lib.4.ſententiarum.§.donatio,quę-
ſtione.13.& Tiraquellus, de nobili-
tate,quęſtio.8.Nunc autem dubium
eſt,an illa donatio poſsit in præiudi-
cium illius Titij reuocari. Et poſſe
exiſtimat Bartolus,in. l. qui Romæ.
§.Flauius Hermes,nume.1. ff.de ver-
borum,& in.l.3.de ſeruis exportan-
dis,cuius opinionem aſſerunt com-
munem Iaſ.num.14.&.16. Socinus,
numer.17.in.d.§.Flauius,idem Soci-
nus,conſ.15.numer.12.volumine.4.
Ripa,in.l.fi. numer. 220.C.de reuo-
candis donationibus,& Andreas ab
Egea,ſupra,numer.143.& dicit com
munem Bernardus Diaz,regula.211.
Dueñas,reg. 216. & Couarru.ſupra,
num.7.Antonius Gomez,ſupra,nu-
mer.29.Didacus Perez,in.l. 3. tit.8.
lib.3.ordinam.columna.1056.& alios
refert Molina, lib. 4. de Hiſpanorũ
primogen.c.2. numer. 74.& Paulus
Pariſius,conſ.77.num.15.lib.1.Cor-
neus,conſ.50.numer.14.lib.1.& So-
cinus iunior,conſ.118.num.13.lib.2.
& Salzedo( qui illos refert)in addi-
tionibus ad Bernardum Diaz , ſu-
pra.
2 Sed contra Bartoli ſententiam,te-
nent multi,ſecundum Decium,con
ſil.239.numer.5.& Rodericus Xuar
rez,in.l.quoniam in prioribus,quæ-
ſtione 8.C.de inofficioſo teſtamen-
to,circa legem regiam , numero.2.
qui aſſerit eſſe communem opinio
nem,contra Bart.idem Xuarez,alle-
gatione,19.colum.3.& hanc partem
dixit etiam communem Guiller-
mus Benedictus, in. c.Raynuntius,
de teſtamentis verb. ſi abſque libe-
ris , el, 2. in materia fideicommiſſ.
ſubſtitut. num.23.& iſtam cõmunẽ

contrariam notauit Couar.c.14.numer.7.& Olanus, in Antinomia iuris, litera, D. numer.44. Didacus Perez, in.l.3.tit.8.lib.3.ord. Villalobos, in Antinomia, numero. 26. & iſtam opinionem ſequitur nouiſsimé Parladorius.2. part. rerum quotidianarum.c.3.numer.37.qui expendit pro hac ſententia.l.2. tit.16. lib.5. recopilationis,& ſequitur Gomecius,ſu
3 pra,in.d.l.40.Tauri,num. 39.& Gregor.in.l.7.tit.4.part.5.verb.*el otro,* & ſequitur Dueñas.d.regul. 216.vbi (contra Bart.)ſequitur etiam iſtam opinionem,dicens veriorem & communiorem;& Menchaca, lib.3.quęſ. vſufrequentium. cap. 62. numero.1. & Mieres,in tractatu maior. 1.part. quęſtione. 24. & ſequitur Gutierrez,lib.2.pract.quęſtione.52.& Gracian.regul.410.qui dicit magis communem, & ita vidiſſe obſeruari in iudicando & conſulendo,& ita pluries practicaui,& vtrum vinculum ſemel fundatum poſsit reuocari, de conſenſu primi vocati in præiudicium illorum,qui in poſterum vocati ſunt,diſputat Couarr. & Gregor. ſup.& Tellus Fernandez,in.l.27.Tauri,& Menchaca,lib.3. controuerſiarum illuſtrium.cap.62.& Mieres,ſupra, de maioratu.1.part.quęſtione. 24.num.25.& Molina.de primogen. lib.4.c.2.& Velazquez de Auendaño,in.l.44.Tauri, gloſ.14.nume.16. & Matienço,in.l.3.titul.10. lib.5.re
4 copil. Couarru. in rubrica. de teſtament.2.part.numero.15. Iulius Clarus, receptarum ſententiarum.§. teſtamentum,quæſtione. 94. qui omnes reſoluunt, quod non,ex ſupra traditis,& plures refert Iacobus Philip us Porcius,lib.5.cõmunium concluſione.36.omninò videndus.

QVAESTIO. 250.

*Vtrum cognatio ciuilis impediat matrimonium contrahendum, & dirimat contractum. Communis contra communem, & quid iure regio.*

COgnatio ciuilis impedit matrimonium cõtrahendum inter fratres adoptiuos,non tamen dirimit iam contractum. Iſta eſt communis opinio,ſecundum Prępoſitum,in.cap.vnico de cognatione legali,& Antonius Cuchus,lib.5. titul.14.inſtit.de cognatione legali, nume.28. & Nauarrus in ſuis conſilijs,ſub illo titulo plura adduxit.

Sed contrariam opinionem (imò quod matrimonium iam contractum dirimat)dixit communem Sylueſter,verb. matrimonium. 8. nu.7. de qua quæſtione videndus eſt Vera cruz, in ſpeculo coniugiorum,art. 60. qui diſtinguit inter lineam rectam deſcendentium, & Collateralium,Couarru.in.4.2.part.cap.6.§.5. Nauarr.in manuali.c.22.numer. 44. & 45. Matienço, in rubrica.de matrimonio,gloſſ.1.numer.172. & pro hac vltima opinione facit tex. in.c. ita diligere.30.quæſtione.3.&.l.8.tit. 7.p.4.vbi Gregor.verb.*mas deſfazelo,* dicit communem, & vide quæſtionem. 738.

QVAESTIO. 251.

DIrectum dominium, quod remanet apud eum contra quem pręſcriptũ eſt,operatur,vt competat ſibi reciſoria ante impetratã reſtitutionẽ.Iſta eſt cõmunis opinio ſecũdũ Iaſſ.qui eã ſequitur in.§.rurſus,nu.82.inſt.de action.

Sed cõtrariam ſententiam(imò ꝙ anteà debeat fieri reſtitutio) dixit com



geſsit Bartolus, in d.l.ſi conſtante.§. quoties, quem ſequitur Gutierrez, ſupra,num.11.& ad illam regulam.7. limitationes tradit Gomecius, in. l. 50.Tauri,num.26. & Gutierrez,ſupra,c.1.per totum.

QVAESTIO. 259.

*Vtrum ſatisfatio pro peccatis valeat, ſi non fiat in ſtatu gratiæ. Communis contra communem.*

SAtisfatio pro peccatis nõ valet,niſi fiat in ſtatu gratiæ.Ita tenet Archidiaconus, in.c.ſi. de pęnitentia, diſtinctione. 3. & dixit communem Abb.in.c.quod quidam, de pœnitentijs & remiſsionibus.

Sed contrariam opinionem aſſerit eſſe communem Angelus de Clauaſio,verb.pęnitentia,quæſtione.14 ad finem,& ſequitur Nauarr.in manuali latino.c.3.de ſatisfatione, numer.5.& in.c.1.de pęnitentia, diſtinctione.6.num.46. qui dicit communem,ſequutus D.Thomam,& alios, in.4. diſtinctione.16. & idem tenet Scotus,in eodem.4.diſtinctione. 15. quæſtione. 1. quæ opinio æquiſsima eſt.

## SVMMARIVM.

1 *C. 1. cum gloſſ.13.quæſtione.1.declaratur.*
2 *Beneficia eccleſiaſtica ſunt de iure poſitiuo.*
3 *Simonia eſt duplex altera prohibita, quia ſimonia, altera ſimonia, quia prohibita.*
4 *L.2.tit.17.part.1.declaratur.*
5 *Licentiatus don Iuan Vela,Collega collegij maioris diui Bartholomæi ciuitatis Salmantinæ,laudatur.*
6 *L.Vnica.C.ſi lib.imper.ſocius lib.10.declara-*
7 *tur.*
*Prima opinio in quæſtione propoſita deffenditur.*

QVAESTIO. 260.

*Vtrum ſimonia, prohibita ſit de iure diuino vel poſitiuo. Communis contra communem.*

SImonia eſt prohibita iure diuino.Ita tenet cõmunis opinio, ſecundum Felinum, in. c.1.de ſimonia,in fin. & hanc dicit communem Caietanus. 3. tom. opuſculorũ, quæſtione. 1. titulo de ſimonia,fol. 88.col.3. & dicit communem theologorũ impius Carolus Molineus,in additionibus ad Alexandr. conſ.93. num.7.vol.6.

Sed contrariam opinionem (imò quod ſit de iure poſitiuo)aſſerit cõmunem legiſtarum Molineus,ſupra, & Durandus,in. 4. diſtinctione. 25. quæſtione.5.quem increpat Soto,in loco infra citando, & ſequitur Hoxeda, de beneficijs incompatibilib⁹ 1.part.in præfat.num.5. vbi dicit cõmunem opinionem, quem ſequitur Flaminius Pariſius, de reſignatione
1 beneficiorum.5.part.quæſt.ſi.nume. 126.Pro qua ſententia adducitur tx. in.c.1. vbi gloſſ.13.quæſt.1.Et ratio huius opinionis eſt, quia beneficia eccleſiaſtica ſunt de iure poſitiuo,vt tradit Platina, de vitis Pontificum,
2 invita Euariſti Papæ, & dicit communem opinionem Gigas,de penſionib⁹,quæſtione.2.& Selua, de benef. 1.part.queſt.4.& Caietanus, ſupra,
3 Dueñas,regula.72.Sed veriús diſtinguendum eſſe puto ſecundũ gloſſam in

in.c.ex parte.12. de officio delegat.
verb.dimittere: quam ſequitur So-
to, de iuſtitia& iure,lib.9, articul.2.
quæſt.5.vbi traditur, quod ſimonia,
eſtduplex,altera prohibita quia ſimo
nia,& ſic de iure diuino & humano
prohibita: altera ſimonia,quia pro-
hibita, hoc eſt, ſolo iure humano.
Quam diſtinctionem ſequitur Na-
uar.in manuali,c.23.nume.100. quæ
diſtinctio omnibus iuriſperitis pla-
cet,ſecundùm Sylueſtrum,in ſua ſū-
ma,verb. ſimonia.§.4.& declaratur
4 in.l.2.titul.17.p.1.vbi videtur com-
probari hęc ſententia.Quam opinio
nem tenet nouiſsimè Gutierrez,lib.
2.canonicarum queſt.c.23. num.11.
vbi per totum caput declarat hanc
materiam,& noſter obſeruantiſsim⁹
licenciatus don Iuan Vela(diui Bar-
5 tholomęi collega meritiſsimus, in
academia Salmanticenſi) in ſuo ele-
ganti tractatu de pęnis delictorum
cap.32.& ex antiquis profeſſoribus
idem tenet Zinus,in.l.vnica. C.quā
do non petent.partes,quem ſequitur
Alexand,conſ.30.num.8.lib.1. dicēs
quod licét alij teneant contrarium,
hæc eſt crebrior opinio, & quod ita
6 ſit intelligendus text.in.l.vnica.C.
ſi lib.imp.ſocius lib.10. quam ſenten
tiam dicit communem Carolus Mo
lineus,(in additionibus ad Alexan.)
conſ.30.volumine.1.numero.8. Sed
prima opinio verior eſt,&receptior,
quam ſequitur Gratus,conſ.4.num.
14.lib.1.& Socinus iunior, conſ. 73.
7 num.22,lib.1,& Iulius Clarus, lib.4.
recept.ſententiarum.§.fęudum,quę
ſtione,87.vbi laté proſequitur hanc
queſtionem,& Molina,lib.1.de Hiſ-
pan.primogen,c.11.num.14. &.15.

## QVAESTIO. 261.

LEx vnica. C. quando non petentium partes petentibus acreſcant, habet varios intellectus, inter quos quartus intellectus aſsignatus à gloſſ.ibi,verb.quoties,eſt communitér approbatus, ſecundum Corneum ibi, ſed eū dicit communitèr reprobatum Cagnol⁹, ibi,num.27.pro quo facit lex.5. tit.11.p.6.& laté proſequitur materiam illius legis Gutierrez,in ſua perutili repicione,illi⁹ .l. vbi explicat plures quæſtiones, & Antonius Gomez.1. tom. variarum.c.9.num.28.

## QVAESTIO. 262.

### *Vtrum clericus pro ſimplici fornicatione poſsit deponi. Communis contra communem.*

CLericus pro ſimplici fornicatione deponi nó debet glo.in c.Maximianus. 81.diſt.glo.in in.c.lator.2 quæſtione.7. quam opinionem tenet Imola,in.c.vt clericorum,num.8.de vita & honeſtate cleric.& dicit communem Decius, in c.atſi clerici,num.36.de iudit.vbi Felinus,num.14.Andreas Siculus,conſ.13.vol.3.Couar.in. 4.decret.2.par.c.6.§.8.numer.8.& dixit communem Anania,in.c.ſignificauit,numero.4. de adulter.& Selua,de beneficijs.3.p. quæſt.3.à nume.5.&.7.& dicit communem Bernardus Diaz, in ſua practica criminali. cap. 78. vbi refert duas communes, & ſequitur iſtam opinionem Bermondus, de publicis concubinarijs,pagina.251.nume.10. (cum alijs)Nauarr.in.c. conſideret. nu.121. de pęnitētia,diſtinctione.5. Dueñas,regul.101.Didacus Perez,in l.23.tit.9.lib.8.ordinam.verſ.vtrum autem. Et hanc dixit communioré & veriorem,& ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo,Iulius Clarus, lib. 5.receptarum ſententiarum.§.fornicatio. verſ.ſed quęro, & Menchaca,lib.3.de ſucceſſionum creatione.§.22. num.48. Gregorius,in.l.38.tit.6.p.1.verb.**toller el beneficio,** & Salzedo.in additionibus ad Bernardū Diaz,c.78.quā opinionem ſequitur nouiſsimè(poſt hæc ſcripta)Gutierrez,lib.2.canonicarum queſt.c.7.nume.53.vbi ponit 8.limitationes ad hanc regulam,quā benè declarat.

Sed contrariam opinionem tenet Aretinus,in.d.c.cum nó ab homine, de iud.colum.10.imó quod clericus pro ſimplici fornicatione debeat deponi,vbi dicit communem:& eam ſequitur Archidiaconus, in.c.notum 2.queſt.1.& Menchaca, de ſucceſsionum creatione.§.22.num. 49.& facit pro hac ſententia tex.in.c. à multis de ætate,& qual. c.ſiquis omnem 1.quæſt.7.verſ.ſi quis verò, & tradit Couar.in.4 decret.2.part.c.6.§.8.nume.6.& refert concordiā Bernardus Diaz,ſupra, vt prima opinio procedat in ſimplici clerico,ſecunda veró in epiſcopo.Sed prima opinio, abſque diſtinctione eſt vera,& tenēda,tā quam communior, & maiori calculo doctorum approbata.Si verò clerici fuerint concubinarij, vide Bernardum Diaz.c.89.vbi Salzedo, qui tradunt pęnas cōtra eos.& Menochius, caſu.418. & nouiſsimè quod clericus concubinarius non incurrat pęnam ſuſpenſionis,tenet,don Ioan Vela(contra communem)c.6.verſic. ſed eorum ſentētia, in tractatu de delictis,cuius opinio veriſsima eſt.

## *SVMMARIVM.*

1 *LEx.3.Tauri,declaratur.*

2 *Solemnitas,quæ requiritur de iure regio in teſtamentis, requiritur etiam in codicillis.*

3 *Hæreditas ſecundum aliquos poteſt hodiè dari,& adimi in codicillis,ſed contrariū eſt verius.*

4 *Lex.3.Tauri in hac quæſtione non eſt correctoria iuris communis.*

5 *Hæreditas codicillis,neque ſubſtitutio pupillaris dari poteſt.*

6 *Ratio propter quam hæreditas codicillis dari non poteſt traditur.*

7 *Subſtantia diſpoſitionis non debet confundi.*

## QVAESTIO.264.

### *Vtrum ſubſtitutio pupillaris in codicillis reuocari poſsit. Communis contra communem.*

SVbſtitutio pupillaris reuocari poteſt in codicillis.Ita Bartolus,in.l.hac cōſultiſsima.§ fi. C.de teſt. quem ibi ſequuntur Fulgoſius,Alexand.& Iaſ.& eſt communis opinio ſecundum Guillermum Benedictū, in.c.Raynuntius,verb. teſtamētum, el.3.num.57.Et illam ibi ſequitur ipſe verb.teſtamentum,el.1. nume.80. & hanc dixit veriorem,& magis ſuſtentabilem Boerius,deciſione. 241. quam opinionem ex(noſtratibus) ſequitur Xuarez,in.l.quoniam in prioribus,limitatione.1.num.23. & Didacus Perez,in.l.1,titul.2.lib.5.ordinamenti.

Contrariam tamen ſententiā(imó quod non poſsit reuocari)tenet Angel.Salicetus,& Corneus,in.d.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto,& illam dicit communem Romanus, conſ.179.colum.3.quam dicit veriorem & cōmuniorem(contra Bart.) Menchaca, lib.3. de ſucceſsionum creatione.§.25.num. 7. & nouiſsimè Azeued.in.l.3. tit.4. num.40. lib.5. recop.Hodiè verò,ex.l.3.Tauri videtur dicendum, quod ſubſtitutio pupillaris poſsit directò dari,& reuocari in codicillis Cum eadem ſolēnitas requiratur

requiratur in vtroque, quod ſecus
erat de iure communi: & idcirco hæ
reditas dari, neque adimi poterat co
dicillis, vt in.l.2.C. de iure codicillo
3 rum.l. hæreditas. C.de his quibus vt
indignis.l.non codicillum.C.de teſta
mentis.l.2.tit.12.p. 6.quam regulam
exornat Menchaca. d.lib.3.§.25. no.
2.Socinus.reg.168.Bernar.Diaz,reg.
309.Gracian.reg.74.vbi mouet iſtã
quæſtionẽ, quę ratio iã ceſſat hodiè,
& ita aduertit Burgos de Paz, in.d.l.
3.Tauri.4.p.num.1338.quam opinio
nem (licet cum aliqua dubitatione)
ſequitur Gregor.in.d.l.2.tit.12 p.6.
verb. * *herederos*, * Padilla, in.l. eam
quam, num.78.C.de fideicommiſſ.&
Matienço, in.l.2.tit.4.gloſſ.9.nume.
20.lib.5.recopilationis.Et ſic ſecun-
dum prędictos.DD.prima opinio cõ
munis & vera eſt, etiam de iure regio.
4 Sed veriùs exiſtimo quod etiam ho
diè neque dari, neque adimi poſsit
hęreditas codicillis, neque ſubſtitu-
tio pupillaris facta in teſtamento
5 poſsit in codicillis reuocari, vt caue
tur in ſecunda opinione. Et quod di
cta lex.3.Tauri, in hoc non ſit.corre
ctoria iuris communis ſequitur Gra
cian, vbi ſupra, nu.11.qui dicit, quod
ita vidit ſemper in praxi ſeruari, &
idem ſentit Antonius Gomez, in.d.
l.3.Tauri, num.72.& Spino, in ſpecu
lo teſtamentorum gloſſ.32. num.26.
& Molina, lib.2.de Hiſpanorum pri
mogenijs, c.8.num. 29.&( poſt hæc
ſcripta )hanc ſequitur opinionem
Azeuedo, in.l.3.tit.4.lib.5.recopila-
tionis, nume.40.vbi dicit veriorem
in iudicando & conſulendo, & ita
per magnos aduocatos fuiſſe conſul
tum. Et nouiſsimè iſtam ſententiam
amplectitur Guillen de Ceruantes,
in.d.l.3.Tauri, num.153.vbi ſatisfacit
fundamentis contrarię ſententiæ, &
probatur ex alia ratione, quia de iu-
6 re communi, non ex eo ſolum hære-
ditas codicillis dari, neque adimi po
terat, quia non erat æqualis ſolemni
tas teſtamentorum & codicillorum,
ſed ex eo etiam, ne confunderentur
nomina, & effectus ſcripturarum:
nam ſi in codicillis directó hæredi-
tas dari, & adimi poſſet, ſequeretur,
quod idem eſſe teſtamentum, & co-
7 dicillus. Et ſic, vt nomina, & effectus
diſpoſitionum conſeruarentur, con
ueniens fuit, vt ipſarum ſubſtantia
non confunderetur, quam rationem
aſsignat tex.in.§.fin. inſtit. de codi-
cillis, ibi, * *codicillis hæreditas, neque da
ri, neque adimi poteſt, ne confundatur ius
codicillorum, & teſtamentorum*, * lex ſi
idem.C.de codicillis.quæ ratio etiã
hodię militat. Ita Menchaca, ſupra,
§.25.num.2.vbi aſsignat alias duode
cim rationes, quem ſequitur Molina,
vbi ſupra, maximè quia credendũ nõ
eſt legem regiam voluiſſe tollere dif
ferentias teſtamentorum, & codicil-
lorum, relinquendo nomina abſque
aliquo effectu.cõtra.l.ſi quando. C.
de inofficioſo teſtamento (iuxta.l.ſi
idem.C.de codicillis.)

## *SVMMARIVM.*

1 *VErbum quem voluerit, quid ſignifi-
cat.*
2 *Diſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitio
nem legis.*
3 *Variatio eſt odioſa, & perpetuitas, vi-
tanda.*
4 *Teſtator in dubio videtur velle, vt nomi-
netur conſanguineus ad capellaniam.*
5 *Lex, cum pater.§.à te peto maritè, declara-
tur.*
6 *Habens facultatem à teſtatore eligendi
conſanguineum poteſt eligere remotio-
rem.*
7 *Is cui electio committitur, non tenetur or
dinem ſcripturæ ſeruare.*
8 *Lex.cum quidã, ff.de leg.2.nouitèr vltra om
nes declaratur.*
9 *Caſus de facto narratur in cauſa capel-
laniæ.*

10 Capella



10 *Capellania debet conferri nominato à pa-
trono, cui electio fuit commiſſa, etiam ſi
non ſit conſanguineus teſtatoris.*
11 *Verba quem voluerit patronus electionem
ſignificant.*
12 *Verba facultatis Regiæ*, en vueſtros hi-
jos, o hijas, o nietos, que mas quiſie
redes, *electionem denotant.*
13 *Caſus de facto in cauſa alterius capellaniæ
narratur.*
14 *Capellania fundata inter maritum & vxo
rem, de bonis vtriuſque, ad quem illorũ
conſanguineorũ pertineat, data paritate
conſanguinitatis.*
15 *Capellaniæ bona, & onera miſſarum, quan
do ſunt diuidenda inter capellanos.*
16 *Teſtamentum factum inter maritum &
vxorem, dicitur vnum quoad fundatio-
nem ſed duo, quoad diſpoſitionem.*
17 *Teſtamentum factum inter maritum &
vxorem, poteſt ab vno illorum reuo-
cari.*
18 *Capellania in caſu dubio debet conferri cõ
ſanguineis viri, & non vxoris.*
19 *Maritus eſt caput mulieris.*
20 *Expreſſus ordo ſcripturæ, & tacitus ordo
intellectus æquiparantur.*
21 *Conſanguineus magis propinquus ex par-
te vxoris vel mariti, præfertur.*
22 *Capellania in æquali gradu conſanguinita
tis viri, & vxoris, debet conferri con-
ſanguineo viri.*
23 *Conſanguinei in æquali gradu ſi concur-
rant ad maioriam, diuidenda eſt inter
eos quoad commoditates.*
24 *Capellania diuidenda eſt inter conſangui
neos teſtatoris, data æqualitate conſan-
guinitatis.*
25 *Si voluntas teſtatoris repugnet in diuiſio-
ne capellaniæ ( data æqualitate conſan-
guinitatis) quis præferatur.*
26 *Senior præfertur iuniori in beneficijs, &
capellanijs.*

## QVAESTIO. 265.

### *Vtrum patrono laico vel clerico ratione ſui patrimonij liceat variare quoties voluerit intra tempus à iure conceſſum ad præſentandũ. (Communis contra communem.*

PAtrono laico, vel clerico ra-
tione patrimonij, licet varia
re quoties voluerit, gloſ. ver
bo plures in clem. ſi plures, de iure
patronatus, verb.prędentande, & eſt
communis opinio, ſecundum Ro-
chum, de iure patronatus, verb. ho-
norificum, quæſtione.10.nume.35.&
alios tradit Gutierrez, de iuramento
confirmatorio.3.p.c.3.per totum.
Sed contrariam ſententiam ( imò
quod bis tantum poſsit variare) dixit
communem Gomecius, in.c.cum in
multis, num.35.de reſcriptis lib.6.&
credit veriorem Rochus, ſupra, & la
tiùs dicemus in quæſtione.693. Vidi
tamen circa præſentem quæſtionem
dubitari, an ſi à teſtatore ſit conceſſa
facultas patrono, eligendi & præſen
tandi capellanum, quẽ voluerit poſ-
ſit totiesquoties voluerit variare, &
1 facta ſemel præſentatione ab ea rece
dere nõ ſolum accumulatiuè, ſed pri
uatiuè. Et videtur dicendum, quod
licèt de iure patronus non poſſit va
riare, tamen ex voluntate teſtatoris
poſsit, ex eo quod diſpoſitio homi-
2 nis facit ceſſare diſpoſitionem legis.
l.ſi maritus. C. de procuratoribus.l.
fi.C.de pactis conuentis: ergo à for-
tiori, cum licita ſit variatio de iure,
& à teſtatore ſit diſpoſitum vt patro
nus eligat capellanum, quem volue-
rit, videntur illa verba inſinuare, vt
ſi non voluerit primum, eligat ſecun
dum, & tertium, & deinceps, donec

facta

facta fuerit pręſentatio. Sed veriùs
exiſtimo,quod virtute illorum ver-
borum non poſsit patronus variare,
vltra illud,quod á iure communi eſt
conceſſum,maximè cum variatio ſit
3 odioſa, & perpetuitas ſit vitanda,
illaque verba ſolum inſinuant,vt pa
tronus habeat liberam facultatem
eligendi capellanum ad libitum, &
quod non ſit aſtrictus eligere cōſan
4 guineum teſtatoris, prout indubio
pręſumitur teſtatorem idvoluiſſe,vt
in. l. cum auus.ff.de conditionibus
& demonſtrationibus.l cum accutiſ
ſimi.C.de fideicommiſ.l. cum pater.
5 §.à te peto marite.ff.de leg.2.ibi. **nō* *eſſe datam electionem,ſed ordine ſcripturæ* *factam ſubſtitutionem reſpondi.* * Qui
text.loquitur quādo nō eſt cōmiſſa
electio, ſed tantum ſimplicitèr fuit
dictum, vt eligeretur ad fideicom-
miſſum conſanguineus,ibi,**tuis ſiuè* *meis,**non procedendo vlterius (qué
voluerit)quia tunc nō tenetur quis
eligere ſecundum ordinem ſcriptu-
ræ,ita probat text.(ſic intelligēdus)
in.l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia
ff.de leg.2.quem ad hoc notat Mie-
res de maioratu.1.p.c.73.& eum ſe-
quitur Gutierrez,pract.quæſt.lib.2.
quæſtione.67.num.3.vbi dicit,quod
6 habens facultatem à teſtatore eligen
di conſanguineum, poterit eligere
remotiorem,nequè eſt aſtrictus elige
re proximiorem, ex eo quód electio
7 fuit illi commiſſa.Et iſtam ſententiā
ſequitur doctiſsimus Molina,de Hiſ
panorumprimogenijs, lib.2.c.5.nu.
4.&5.quod fuit de mente Bartoli,in
d.§.ſi de falcidia,quem ſequitur Bal-
dus,ibi dicens,quod is cui electio cō
miſſa eſt,non tenetur ordinem ſerua
re,circa electionem faciendam,quod
ſingularitèr probat tex.in.l.cum qui
dam.24.ff.de leg.2.ibi,**etiam indignū* 
8 *eligere poteſt,**quæ verba gratia exa-
gerationis ſunt poſsita, ad denotan-
dam liberam &abſolutam facultatē,

quam habet hęres, vel patronus,cui
electiocomittitur)virtute illorū ver
9 borum.Quodquidem habui de fac-
to in cauſa capellaniæin qua erat diſ
poſitum,vt vltimus capellanus no-
minaſſet capellanum conſanguineū
teſtatoris proximiorem, vel etiam
ſuum,qué magis voluerit,illeq; vir-
tute illiusfacultatis elegit proprium
conſanguineum ad capellaniam(o-
miſſo cōſanguineo teſtatoris)& fuit
valdè altercatum apud dominos de
conſilio ſereniſsimi Cardinalis Ar-
chiepiſcopi Toletani,cui eſſet faciē
da collatio prędictę capellanię,an
conſanguineo teſtatoris, qui ſecun-
dum ordinem ſcripturæ,& charita-
tis cenſetur eſſe magis dilectus, an
conſanguineopatroni,cui electio cō
miſa fuit, & ex ſupradictis fundamē
tis,in cauſa prędicta(nemine ex iudi
10 bus reluctante)pro conſanguineopa
troni iudicatū fuit, licét pars aduer
ſa pro certo haberet, & eius aduoca
tus,ſententiā in fauorē reportaturū
eſſe ex tex.in.d. §. á te peto marite,
qui expreſſus erat pro ſua parte,niſi
infundatione fuiſſent appoſita illa
verba(quem voluerit) ex quibus cō
ceditur electio,vt tradunt doctores
11 ſupra,& idem Molina,d.lib.2.cap.11
ex numer.35.vſque.38. vbi declarat,
quod virtute illorum verborum de
quibus in regalibus facultatibus,*
*Que podays hazer el dicho mayorazgo en*
12 *vno de vueſtros hijos,o hijas,o nietos, que* *vos quiſieredes,** poterit pater facere
maioriam in filia,vel nepote(omiſſo
filio)ex.d.l.cum quidam, ex. §. ſi de
falcidia,ibi**eodem, vel diſpari gradu,**
qui reſpondet ad.d.§.à te peto mari-
te,& ad.l.hæredes mei.§.cū ita.ff.ad
Trebellianum,quę iura videbantur
obſtare. Vlterius vidi dubitari de
alia eleganti quęſtione, quam habui
13 de facto apud dominos de conſilio
Cardinalis,quę deciſa fuit per diſpo
ſitionem tx.in.d.§.à te peto marite,
quam



quam in hoc loco referre libuit, vt
omnes menti ſemper teneant illius
deciſionem. Maritus & vxor ſimul
in eodem teſtamento (prout moris
eſt) capellaniam fundarunt de bo-
nis vtriuſque, & poſt certas voca-
tiones capellanorum,vocarunt ſuos
conſanguineos propinquiores:con-
tingit de facto,quod duo conſangui
nei,alter ex parte mariti, & alter ex
parte vxoris,vterquè in eodem gra-
14 du conſanguinitatis, pręrendebant
collationem dictę capellanię,( quę
fuit fundata in oppido de Valde-
peñas.) Et viſa fundatione & diffi-
cultate, dubius fui in reſolutione
quęſtionis, & prima fronte mihi
15 videbatur, quod prædicta capella-
nia pertineret ad vtrumque, di-
uidendo æqualitèr, inter ſe bona,
& onus miſſarum annexum, ita vt
vno mortuo pleno iure,reliqua pars
bonorum, cum integro onere miſ-
ſarum,ad ſuperſtitem perueniret, ex
16 eo,quia teſtamentum conditum in-
ter maritum & vxorem,non vnum,
ſed duo dicuntur teſtamenta, & ſic
ad libitum vnuſquiſque poterit pro
ſua parte illū reuocare.Ita conſuluit
17 Oldradus, conſilio.174. qui loqui-
tur in terminis maioratus, à viro,
& vxore ſimul facti,in eodem teſta-
mento, & reſoluit, quod cenſean-
tur facta duo primogenia diſtincta,
& diuerſa,& ſic in pręſenti cenſen-
tur factæ duè capellaniæ, vnaqué
illarum pertinebit ad conſangui-
neos viri, & alia ad conſanguineos
vxoris,cū ambo ſint in æquali con-
ſanguinitatis gradu,& illam Oldra-
di ſententiam, ſequuntur Couarru.
in rubrica.de teſtamentis,numero.8.
& Molina, de Hiſpanorum primo-
gen.lib.2.c.2.num.84. & Burgos de
Paz,in conſ.3 numer.14.& plures re
fert Gutierrez,in.c.quanuis pactum
in principio,numer.64.de pactis in

6. Et ſic cum ſint duo teſtamenta,
vnum viri,alterumque vxoris,vnuſ
quiſque illorum videtur prouidiſſe
ſuo conſanguineo,argumento text.
in.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de
vulgari,text.in.c.vnico, de duobus
fratribus à capitaneo inueſt. in vſi-
bus.fęud.l.cum ita legatur.§.in fidei
commiſſo. ff.deleg.2.

Sed his non obſtantibus, contra-
18 rium fuit iudicatum, & capellania
conſanguineo viri collata, per text.
in.d.l.cum pater. §. à te peto mari-
te,vbi ordo ſcripturæ,circa,conſan-
guineos vxoris, & affines ( qua-
les ſunt conſanguinei ex parte ma-
riti ) facit præferri affines conſan-
guineis, & ſic ibi non conſide-
ratur ordo charitatis, neque con-
ſanguinitatis,ex conſanguinibus v-
xoris,( ex natura illorum verbo-
rum, ſiuè tuis, ſiuè meis), ſed
tantum ordo ſcripturę,ad hoc, vt
conſanguinei mariti præferantur,
& ſic lex præſuponit, voluiſſe v-
xorem præferri conſanguineos ma-
riti, ſuis proprijs, vndè cùm non
conſtet quis ſit pręferendus, ex alia
voluntate teſtantium, ex quo v-
nus tantum debet ſuccedere in ca-
pellania, ille debet eſſe conſangui-
neus mariti, cum ſit caput mu-
lieris, vt in cap. fin. 32. quæſtiō-
19 ne.6. & ſic illud operatur expreſ-
ſus ordo ſcripturæ, ( de quo in. d.
§.à te peto marite)quòd ordo taci-
20 tus à iure ſub intellectus,argumen-
to text.in. l. cum quid (cum mate-
ria).ff.ſi certum petatur,& ſic in ſi-
mili caſu maiorię factę in eodem te-
ſtamento, inter maritum&vxorem,
reſoluit Gregorius,in.l.2. titul. 1.
part. 2.verb. **el mas propinquo parien-* *te,**colu.3. fol.47.dicens, quod data
inęqualitate conſanguinitatis, præ-
fertur magis conſanguineus, ſiuè
ex parte mariti, ſiuè vxoris, re-

ferendo illa verba. *El pariente nueſtro
mas propinquo,* ſingula ſingulis. At ve
rò in ęquali gradu conſanguinita-
22 tis, capellanię collatio eſt facienda
conſanguineo mariti, qui videtur
in ordine ſubintellecto vocatus,
quæ omnia ſunt menti tenenda, niſi
alitèr conſtiterit de voluntate teſtan
tiũ, vt in ſimili reſoluit, Gutier. coſ.
2. ex nu. 5. & 9. vbi reſoluit quod ca-
pellania ſit diuidenda inter prędic-
23 tos conſanguineos. Pro qua opinio-
ne facit, quod in ſimili eſt diſpoſi-
tum in materia maioratus, quando
ſunt vocati conſanguinei proximio
res, & reperiuntur duo in eodem
gradu conſanguinitatis, in qua quæ
ſtione reſoluunt doctores, quod vter
que eſt admittendus. Ita Baldus, in. l.
ex duobus in principio. ff. de vulg.
& in authent. ex teſtamento. C. de
collationibus, & in. l. ex hoc iure. ff.
de iuſtitia & iure (per legem. diui fra
tres. ff. de iure patronatus) idem te-
net Angelus, & Alexand in. d. l. ex
duobus, vbi dicit Alexand. iſtam eſſe
veritatem, quod vterque admittatur
per. l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis, & leg.
hæred. l. cũ inter. C. de fideicõmiſsis
24 l. 12. tit. 33. p. 7. & ſimiliter in cauſis
capellaniarum, ſi duo conſanguinei
reperiantur in eodem gradu, etiam ſi
alter proueniat ex linea maſculina,
& alter ex linea fęmenina (cum ſit
iam ſublata agnationis, & cognatio
nis differentia vt in authentico, de
hęredibus & falcidia. §. nullam. col.
1. l. maximum vitium. C. de lib. præ-
teritis) capellania inter eos diuiden-
da eſt, cum iſte caſus ſit diſsimilis à
ſequenti, in quo æqualitas conſiſtit
inter conſanguineos mariti, & vxo-
25 ris. In præſenti verò, æqualitas eſt
inter conſanguineos ipſius viri, &
ſic vnius fundatoris, ſi verò teſtato
ris voluntas repugnet huic diui-
ſioni, ex eo quod diſpoſuit, quod
prędicta capellania perueniat ad v-
num conſanguineum, & quod non
diuidatur, tunc recurrendum eſt ad
alias coniecturas, & data paritate
conſanguinitatis, præferendus eſt
conſanguineus, qui à patrono fue-
26 rit nominatus, & ſi nulla fuerit fa-
cta nominatio, admittetur magis
idoneus, & data ęquali idoneita-
te ſenior pręferretur iuniori, argu-
mento tex. in. l. fi. ff. de fideinſtrumẽ-
torum, & tenet Barbacia, conſil. 23.
volumine. 1. & Gutierrez, conſil. 2.
numer. 2. & nos dicemus latiſsimè
(referẽdo aliàs coniecturas) data pa
ritate conſanguinitatis in quęſtio-
ne. 693. á numero. 31. ad quam re-
curre, & vide etiam in quæſtione.
398. quæ omnia ſunt menti tenenda
quia quotidiana ſunt, & ſic calamo
non peperci vltra conſueta.

## QVAESTIO. 266.

### *Vtrum dicens ſe nolle venire ad iudicium, dicatur verus contumax. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DIcẽs ſe nolle venire, ad iudi
ciũ dicitur ver⁹ cõtumax.
glo. eſt in. l. tres denunciatio
nes, & in. l. conſentaneum. C. quo-
modo & quando iudex, & in. l. 4. ver
bo. contumacitèr, eodem tit. & ſe-
quitur Bartolus, in. d. l. conſenta-
neum, numero. 10. & eſt alia gloſſ. in
l. fi. C. de in integrũ reſtitutione, v-
bi etiam Bart. numer. 11. ſimilis gloſſ.
in cap. de illicita. 24. quęſtione. 3.
quam opinionem ſequuntur Bar-
tolus, columna. 2. Baldus, numero. 5.
& Salicetus, columna. 2. in. d. l. tres





denunciationes, idem Bart. in l. ſi fi-
nita. §. Iulianus, nume. 8. ff. de damno
infecto, & in l. 1. §. vſus, & in. l. diuus
ff. de procuratoribus, & Oldradus,
cõſ. 65. nu. 3. Socinus, reg. 352. falẽcia.
3. & conſ. 195. volum. 2. & ſequitur
Matheſil. notabili. 145. & eſt commu
nis opinio ſecundum Ripam, in. c. 1.
de iudicijs, num. 83. idem tenet Bar-
tolus, in tractatu. de inſignibus & ar
mis, num. 22.

Contrariam verò ſententiam (imò
quod dicens ſe nolle venire non di-
catur contumax verus) tenet gloſ.
verb. in iudicio, in. c. venerabilibus.
§. ſecus, de ſententia excommunica-
tionis lib. 6. quæ communis eſt ſecũ
dum Felinum, in. c. conſuluit, nume.
9. de officio delegati, & ſecundum
Decium, ibidem, nume. 15. & vide per
me tradita in quæſtione. 412. & l. 3.
tit. 22. part. 3. per quam prima opi-
nio eſt hodiè approbata.

## *SVMMARIVM.*

*IVs capiendi debitorem fugitiuum poteſt alteri cædi.*

2 *Creditor etiam die feriata poteſt capere debitorem fugitiuum.*

3 *Suſpitio fugæ probatur per iuramentum creditoris.*

4 *Clericus fugitiuus poteſt capi à creditoribus.*

5 *Quando periculum eſt in mora, recedimus à regulis iuris communis.*

6 *Clericus infragranti crimine repertus, poteſt capi à iudice ſæculari.*

7 *Clericorum captura à iudicibus, qualitèr ſit facienda, in delicto infragrãti commiſſo.*

8 *Lex. 11. tit fi. p. 5. approbat affirmatiuam partem quæſtionis propoſitæ.*

9 *Lex. quæſitum. ff. de pignoribus, declaratur.*

## QVAESTIO. 267.

### *Vtrum debitor fugitiuus, reſpectu bonorum, vel perſona tantum, poſsit propria authoritate à creditoribus detineri, vel perſonalitèr capi. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DEbitor fugitiuus poteſt pro
pria authoritate capi. text.
in. l. ait pretor. §. ſi debitorẽ
ff. quę in fraudem creditorũ. l. quæſi
tũ. ff. de pignoribus, quam concluſio
nẽ latè explicat Iaſſ. nu. 72. vſque ad
97. & Gomecius, nu. 59. vſque ad. 67.
in princ. inſtit. de actionib⁹, & plures
ampliationes, & limitationes tradit
Ripa, in. c. 1. de iud. nu. 88. & Bernar-
dus Diaz, reg. 179. Dueñas, reg. 175.
Zaſius, lib. 2. reſponſorum, c. 8. & eſt
tx. in. 12. tit. 20. lib. 3. fori, lex. 10. tit.
fi. p. 5. & vide. l. 17. tit. 13. p. 5. Xuarez,
in. l. poſt rẽ iudicatã, limitatione. 7. à
nu. 1. Caſtillo, in. l. 66. Tauri, fol. 139.
Iaſſ. in. l. vinum, num. 3. ff. ſi certũ pe
tatur, & in. l. de pupillo. §. ſi quis ri-
uos, num. 2. ff. de noui operis nuncia
tione, Boerius, deciſ. 215. num. 33. Pala
cius Rubeus, in. c. per veſtras, de do-
nationibus inter. §. 9. numer. 12. & §.
44. notabili. 1. numero. 6. Matienço,
in. l. 1. tit. 17. gloſſ. 1. numero. 3. lib. 5.
recopil. & plures declarationes tra-
dit ad iſtam regulam Gracian. reg.
58. quæ regula ampliatur, quod
in tantum vera ſit, quod illud ius
capiendi debitorem fugitiuum, po-
1 teſt alteri cædi, & demandari. Ita te-
net gloſſ. 2. in. l. 1. C. vbi decuriali,
vel cohortali, lib. 12. quã commẽdat
Hippolytus, in. l. 1. numero. 107. ff. ad
l. Corneliam de ſicarijs, & in ſin-
gulari. 243. & ſequitur Alciatus, in
c. cum non ab homine, numero. 73.
de iud. Ripa, in. c. 1. eodem titulo, nu-
88. Boerius, deciſione. 275. columna

fin.& alij plures relati per Tiraquel lum, in. li. 1. de retractu.§.26.glo.3. numer.24.& dicit communem Gomecius,in principio.inſtit. de actionibus,num.61.pro qua ſententia facit gloſſ.in.l.cum fundum. ff. de vi,
2 & vi armata.Secundò amplia, quod creditor fugitiuum debitorem, etiá die feriata poteſt capere,iuxta gloſſam,verb. fideiuſſoris, in.l.fin.C. de ferijs, quam ibidem dicit vnicam Baldus,& eam ſequitur Paulus, in.l. penultima.ff.de ferijs, Socinus, reg. 78.Ripa,vbi ſupra, & Boerius,ad Dinum, in. d. regul. ea quæ, numer.2. Iaſſo.in.l.fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſdare cogantur. & in.l.plerique, numero. 26. ff.de in ius vocando, idem (poſt alios) in. l. 1. §.ſed excipiũtur, numero. 9. ff.de ſeruitutibus, eamquè ſequuntur omnes, vt teſtatur idem Iaſſ.in.l.2.numero.15.ff. de iuriſdictione omnium iudicum,& aſſerit eſſe communem Alciatus,in.d. c.cum non ab homine, numero. 72. & dicunt etiam communem Iaſſo. numero.3.& Curtius iunior, numero.11.in.l.vinum.ff. ſi certum petatur,Euerardus, in topicis legalibus, column.313.Catelianus Cotta, in memorabilibus,verb.debitor,columna 2. & inverb. fugitiuus,& illá gloſſam ſeruat conſuetudo, ſecundum Albericum,in.l.ſi feriatis. ff. de ferijs,& tradit nouiſsimè Parladorius, rerum quotidianarum. 2. p. lib.2.p. 5.c.fin.§.4.numero.9.& pluribus citatis hanc dixit communem Fabius Turretus,conſ. 43. numero.1.volu-
3 mine.1. Tertiò adde, quod ſuſpitio fugæ poteſt probari per iuramentum ipſius creditoris,vt diximus in quæſtione.133. vbi refero quod hodié practicatur,& explicat Menchaca,lib. 2. cõtrouerſiarum vſufreq.c. 26.per totũ.Quartó aduertendũ eſt, illam regulam etiam procedere,quã do debitor eſt clericus, & creditor
4 eſt ſæcularis,quia recto iure poterit clericum fugitiuum capere, vt tradit Iaſſo.in.l.de pupillo.§.ſi quis riuos,numero.2.ff.de noui operis nunciatione(per illum tx.) qui diſponit, quod quando periculum eſt in mo-
5 ra recedimus à regulis iuris communis,quod fuit de mẽte Innocẽtij.in c.ſi vero,de ſententia excommunicationis, quem ſequitur Auiles,in cc.pp.c.47.gloſſ. verb.*caſados,*& Menochius,de arbitrarijs lib. 2.centuria. 2. caſu. 180. numero.18.Iulius Clarus,lib.5. receptarum ſententiarum.§.fi.quæſtione. 28. & eſt communis opinio, & veriſsima,ſecundum Salzedum, in practica ad Bernardum Diaz.cap.122.litera.B.&.C. vbi in litera.D.ex regula de qua ſupra reſoluit, clericum infraganti crimine repertum, poſſe capi á iudice
6 ſeculari,vt intra:24.horas ſuo iudici eccleſiaſtico remittat.Ita tenet Lapus,allegatione.126.numero.4. Florianus,in.l.4.ff.ad.l. Aquiliá, Auiles, ſupra,numero. 4. & eſt communis opinio ſecundum Iulium Clarum, ſupra,quæſtione.28. Auendañus,in. cc.prætorum.1.p.c.22.numero.2.& alios pro hac ſententia refert Salzedo ſupra, & illud optimè intelligit, & declarat Ioan. Garcia.de Hiſpanorum nobilitate gloſſ.9.numer.32. & numero.39. vbi declarat, quando & in quibus delictis iudex ſæcularis poſsit procedere ad capturam clericorum,quod quidem non debet fieri à iudicib⁹ ſęcularibus,niſi ex magna cauſa,& in grauiſsimis delictis,in quibus timetur de fuga clerici,& aliàs punietur à iudice eccleſiaſtico, vt ſepius ſic vidi fieri in hoc tribunali,cúm talis captura magis frequẽti⁹ fiat inignominiã,&opprobiũ clerici, quám ex zelo iuſtitię. Quib⁹ ſic pręmiſsis,dubitatur,an illa captura, habeat locum reſpectu bonorum, vel tantum reſpectu perſonæ. Et habere locum



locum reſpectu rerum tantum, dixit communem Salicetus, in. d.l.1. C. vbi quis decuriali, vel cohartali,numer.2 quę opinio hodiè comprobatur ex.l..10.tit.ſi.p.5.
8 Sed contrariam opinionem (imò quod debeat intelligi etiam reſpectu perſonæ)dixit communem Alciatus,in.d.c. cum non ab homine, numero. 74. & an illa captura fieri poſſet per creditorem, quando dies ſolutionis nondum ceſsit, vide doctores ſupra,&.l.quęſitum.ff. de pignoribus, vbi eſt text. expreſſus pro hac opinione,quem declarant doctores ibi,& Iaſſ.in.l. vinum, num.3. ff. ſi certum petatur, idem Iaſſo.in.l.
9 pecuniam,numero.9.illo titulo, qui dicit illud procedere indebitore ad diem, ſecus ſi ſub conditione, & quod ita procedat. d.l.quæſitum.

## QVAESTIO. 268.

*Vtrum donatio facta per patrem filio in poteſtate,cauſa ſtudij,ſit valida. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DOnatio facta per patrem filio in poteſtate,cauſa ſtudij, valet. Ita tenet Angelus, in l.1.in fin. ff. ſoluto matrimonio,vbi Iaſſ.numer. 52. & dicit communem Curtius iunior,in authẽtica,res quæ nume.43.C. communia de leg.quam opinionem tenet Antonius Gomez, 2.tom.variarum.c.4.in fin. Azeued. in.l.1.tit.6.numer.11.lib.5. recop.& regulam cum limitationibus tradit Dueñas, reg.223.&Bernardus Diaz, regula.214.& explicat Antonius Gabriel,lib.3. communium,tit. de don. conclu.4.&.6.& Mieres.de maioraz.o.1.part.queſtione.21.&.22.Gutierrez, de iuramento confirmatorio.1. par.c.9.numer.4.&.c. 41.Couarru. lib.1.variarum.c.16.num.12. Nauar. in man.c.17.numer.141.Menochius, de arb.caſu.132.numer.4.Pinelus, in l.1.4.par.numer.92.C.de bonis maternis.

Sed contrariam opinionem (imò quod donatio talis non valeat) dixit etiam communem Ripa,in.d.l.1. numero. 140. & in numer.4. dicit eſſe communiorem opinionem, quod ſi donatio fuit facta cauſa doctoratus,valeat,aliàs non, quam opinionem ſequitur Iulius Clarus,lib,4.receptarum ſententia.§.donatio,num. 6.vbi dicit,quod ſi caſus contigeret, non recederet ab opinione Angeli, pro qua videtur tex.expreſſus, in.l. 3.tit.4.p.5.in fine,ibi,*fueras ende ſi el padre fizieße cauallero a ſu fijo,e le dieſſe cauallos y armas,o le fizieſſe aprender alguna ciencia,o le dieſſe libros en que la aprendieße.*Idem probatur in. l. 5.tit. 15.p.6.vbi Greg.verb. *los libros,*hodiè autem ex.l.17.Tauri abſque dubio valet donatio facta à patre filio in poteſtate,quod intellige ſecundũ Caſtillũ,ibi,vbi Anton. Gomez,nu.4.Salzedo,ad Bernar.Diaz. d.regul 214.in fi.& Dueñas.d.reg. 223. nu.5. Greg.in.d.l.3.tit.4.p.5.verb.*no valdria,*&in.d.l.5.quæ eſt l..1.tit.6.lib. 5.recop.per quã idem tenet Matienço,ibi,gloſſ.2.&,3.& Olano, in Antinomia iuris.litera. D. nu.58.Menchaca,de ſucceſſ.creat,§. 30. nu.258. & Valdes,in additionibus ad Rodericum Xuar.§.ad rem.1.nu.4.fol.22.
9 vbi benè declarat,poſt Seguram,in.l. vnum exfamilia.§. ſed ſi,nu.132.ff.de leg.2.vbi Didacus Perez,& Palacius Rubeus,in rub. de donatione.§.51.& §.71.nu.5.Caſtro de bonisquæ lib.in 1.p.in.2. effectu. num.46.&.52.

## QVAESTIO. 269.

*Vtrum iudæus confugiens ad eccleſiam gaudeat eius immunitate. Communis contra communem.*

IVdæus confugiens ad eccleſiam non gaudet, eius immunitate. Ita tenet gloſſ. in. l. 1. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt, & eſt communis opinio, ſecundum Hippolytum, in, l. ex ſenatus conſulto, numer. 9. ff. de ſicarijs, quam opinionem ſequitur Oldradus, conſil. 54. idem etiam tenet gloſſ. in authētico. de mandatis principum. §. publico, quam dicit veriorem Abb. in. c. inter alia, num. 6. de immunitate eccleſiarum, & credit etiam veriorem Couar. lib. 2. variarum reſol. cap. fin. nu. 11. verſ. 13.

Sed contrariam partem tenet glo. in. d. c. inter alia, vbi Abb. numer. 6. Iulius Clarus, lib. 5. receptorum. §. fi. quæſtione. 30. verſ. preterea, qui hāc dicit communem, & dixit etiam cōmunē Remigius de Gonni, in tractatu. de immunitate eccleſiarum, quæſtione. 21. & illam dicit communiorem (horum oblitus) Couar. vbi ſup. & hanc tenet Hippolytus, in. l. vnica, num. 136. C. de raptu virg. dicens, quod eſſet abſurdum, quod Chriſtianus in eccleſia Dei, eſſet in hoc melioris condictionis quam Iudęus, cū ęqualitas ſit ſeruanda, vt ipſi cognoſcant ingratitudinem ſuam, & Tiraquellus, de iure primogenituræ, quæſtione. 66. numero. 8. Nauarr. in manuali. cap. 15. numero. 20. Paz. in ſua praxi. 5. partis. 1. tom. cap. 3. §. 3. numer. 106.

## QVAESTIO. 270.

*Vtrum pater poſſit pignorare filium ſuum. Communis contra communem. & quid iure regio.*

PAter non poteſt filios pignori tradere, licet, poſſit illos vendere. Ita tenet gloſſ. in. l. 2. C. de parētibus qui filios ſuos diſtrax, quæ communis eſt ſecundum Iaſſ. in. l. in ſuis, numer. 28. ff. de liberis & poſthum. & tenet Baldus, in. l.
1 ſi pupillus. §. ſi pretor. ff. de rebus eorum.

Sed contrariam opinionem (imò quod poſſit filium pignori dare) tenet Rodericus Xuarez, in. l. 2. titulo *de los gouiernos,* in principio. nume.
2 20. fol. 196. & eſt notabilis lex. partitæ, pro hac ſententia in. l. 8. tit. 17. p. 4. ibi, *vender, o empeñar a ſus hijos,* &
3 illud declarat Couarru. lib. 3. variarum. cap. 14. numero. 5. Et quando valeat pignoratio liberi hominis, traditur, in. l 3. titul. 13. par. 5. Eſt tamen ſingularitèr aduertēdum, quod operę filij pignori dati ſortem, ex-
4 tenuant principalem, ſecundum Baldum, in. d. l. 2. quem ſequitur Xuarez, vbi ſupra, numero. 11. licet tempore pignorationis contrarium actum ſit, vt ibidem reſoluunt, & vide cap. 2. de pignoribus, vbi doctores.

## SVMMARIVM.

c. 2. ſeſ-

1 c. 2. ſeſſione. 24. Concil. Trid. de reformatione, declaratur.
2 Cognatio ſpiritualis non contrahit pater filium baptizans, in caſu neceſsitatis.
3 Cognatio ſpiritualis impedit & dirimit matrimonium.

## QVAESTIO. 271.

*Vtrum cognatio ſpiritualis contrahatur cum concubina viri leuantis puerum, de ſacro fonte. Communis contra communem.*

COgnatio ſpiritualis nōn contrahitur cum concubina viri leuantis de fonte puerū. Iſta eſt cōmunis opinio ex Abbate, in. c. Martinus, de cognatione ſpirituali, & ſecundum Couarr. in. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4.

Contrariam tamen ſententiam tenet gloſſ. in. d. c. Martinus, & eſt cōmunis opinio, vt tradit ſūma Tabiena, verb. impedimentum. §. 2. & nouiſsimè illud tenet Nauar. in conſil. 53. tit. de ſponſalibus, & illud approbat Concilium Tridentinum. c. 2.
1 ſeſſione. 24. de reformatione. ſed quid ſi pater, vel mater in caſu neceſsitatis, imminente magno periculo, baptizent filium proprium, an cō trahatur interſe cognatio ſpiritua-
2 lis. Et non contrahi, probat ſolemnis tex. in. c. ad limina ſancti Petri. 30. queſtione. 1. quod ſequitur Nauar. in manuali. c. 22. num. 40. Angles, in ſua ſūma, fol. 66. & vide Greg. in. l. 7. tit.
3 4. p. 1. In caſibus tamen in quibus cō trahitur illa cognatio ſpiritualis, eſt ſufficiens impedimentum, ad matrimonium impediendum, & dirimendum, vt in. c. 5. de cognatione ſpirituali, & in. l. 7. tit. 4. p. 1. in fine & tradit Victoria, in ſua ſūma, verb. baptiſmo, à num. 38. in fine, & Couarru. ſupra, §. 4. numer. 1. & Veracruz, in ſuo ſpeculo coniugiorum, articulo. 55. & 56.

## QVAESTIO. 272.

*Vtrum cōtractus innominatus cognoſcatur ex modo ineundi vel adimplendi. Communis contra communem.*

COntractus innominatus cognoſcitur ex modo ineundi, ita docet gloſſ. in. l. ex placito. C. de rerum permutatione, ſimilis, in. l. cum proponas. C. de dolo, gloſſ. etiam finalis, in. l. cum mota. C. de tranſactionibus, & dixit communem opinionem Imola, in rubrica, de rerum permutatione, numero. 6. Eſt tamen contraria opinio Vltramontanorum, imò quod huiuſmodi contractus iudicetur, ex modo adimplendi, quam aſſerit communem Alciatus, in. d. l. cum mota, numer. 37. & 38. & eſt alia tertia opinio, vt ex parte vnius ſit contractus, do vt facias, ex parte veró alterius, ſit contractus, do vt des, ita Bartolus, in. d. l. ex placito, numero 10. & in. d. l. cum proponas, numer. 6. & in. l. cum mota, numer. 4. & in. l. ſi intra, numer. 5. ff. de pactis, & in. l. naturalis. §. ſed ſi factio, numer. 4. ff. de præſcriptis verbis, & in. l. ſi quis cum debitore. ff. de iure iurando, & hæc eſt communis opinio, ſecūdum Iaſſo. in. d. l. cum mota, num. 28. & ſecundum Claudium, ibi, colu. penult. & dixit etiam communem, Alexan. in. d. l. cum proponas, colum. 2. Iaſſ. in. d. l.

in,d.l.ſi quis cum debitore, nume.5.
& eandem fatetur communem Fortunius,in.l.iuris gentium.§. & ideò, colum.1.ff.de pactis,& Verengarius, in.l.pacta conuenta,colum.77.num.7.ff.de contrahenda emptione: quæ opinio verior eſt,& tenenda,

## SVMMARIVM.

1 LEx.14.Tauri declaratur.
2 Pater habens filios ex primo matrimonio, non poteſt vltra quintum ſecundæ vxori, ex cauſa remunerationis donare, per totam quæſtionem,
3 Viam ferro apperit, qui per contraria procedit.
4 Libertus propter benemerita poteſt donare, in præiudicium legitimæ patroni.
5 Pater ex cauſa remunerationis, poteſt vltra quintum filio ſpurio donare.
6 Clericus poteſt donare concubinæ ex cauſa remunerationis, licet aliàs ſit prohibitus donare.
7 Minor poteſt ſine decreto donare ex cauſa remunerationis.
8 Donatio facta inter maritum & vxorem, ſubſtinetur ex cauſa remunerationis.
9 Remuneratio non eſt propriè donatio ſed debiti ſolutio.
10 Maritus ruſticus, ſi ducat vxorem nobilẽ, poteſt illi facere donationem, etiam conſtante matrimonio.
11 Donatio remuneratoria cenſetur venditio, & ſic non dicitur contractus lucratiuus.
12 Donatio à marito vxori nobili facta, non perdet, per tranſitum ad ſecunda vota.
13 Donatio remuneratoria non computatur in tertio & quinto bonorum.
14 Pater poteſt contrahere titulo oneroſo, in præiudicium legitimæ filiorum.
15 Caſus de facto in fauorem filiorum, refertur in quæſtione propoſita.
16 Pater non poteſt donare vltra quintum
17 Ex cauſa remunerationis permittitur, quod aliàs de iure eſt prohibitu
18 Duæ ſpecialitates circa idem, ſunt vitandæ.
19 Omnia bona parentum, excepto quinto, ſũt legitima filiorum.
20 Benemerita debent præcedere donationem, non ſubſequi.
21 Donatio reuocatur natiuitate filiorum.
22 Donare videtur, qui nullo iure cogente cõceditur.
23 Maritus non poteſt compelli dare arrhas vxori.
24 Donatio remuneratoria non valet in præiudicium legitimæ filiorum.
25 Donatio facta ab eo, qui habet liberos, mulieri ab eo cognitæ, valet in illorum prę iudicium.
26 Lex.28.Tauri limitatur.
27 Donatio arrharum vltra decimam, poteſt fieri à marito vxori nobili.
28 Ex donatione vltra decimam facta à patre ſecundæ vxori, non præiudicantur filij prioris matrimonij.

## QVAESTIO. 273.

### Vtrum habens vnicum filium, & tranſiens ad ſecunda vota, habeat illum plenum ſucceſſorem. Communis contra communem: & quid iure regio.

HAbens vnicum filium, tranſiens ad ſecunda vota, habet eum plenum ſucceſſorem in vſufructu, & proprietate bonorum aduentitiorum & paternorum. Ita Bart.in authent.ex teſtamento.C.de ſecundis nuptijs., & eſt communis opinio ſecundum Boerium, deciſione.185.num.17.

1 Sed contrariam opinionem tenet gloſſ.in.d.authentica,ex teſtamento quam eſſe communem, aſſerit Anania,conſ.75. hodiè autem ſeruari debet diſpoſitio.l.14.Tauri, quæ eſt.l.4.tit.1.lib.5.recop.de quarum legum interpretatione( vltra ſcribentes in prædictis locis)agit Coua.in.4.2.p.
§.9.



§.9 c.3.num.7.&.8.& Acoſta,in.c.ſi pater.3.p.verb. cenſendum,num.19.
2 Ex quibus libuit in hoc loco explicare illam celebrem quæſtioné, quæ ſępé & ſepiſsimè contingit de facto, & plur é, de ea fui interrogatus. Pater habens filios ex primo matrimonio,cum eſſet valdé ſenes, decreuit matrimonium contrahere cum quadã nobili, vel pulcherrima vxore,& incompenſationem ſuæ nobilitatis, & pulchritudinis, fecit illi quãdam ampliſsimam donationem, excedentem quintum bonorum, de quo pater poterat ad libitum diſponere,de de iure noſtro regio:dubitatur,an valeat talis donatio remuneratoria,in præiudicium filiorum.Et partem affirmatiuam,aliquibus rationibus intendam probare, gratia clarioris intelligentiæ, quia ſecundum Baldum
3 in.l. pręcibus. C. de impub.& alijs ſubſt.viam ferro apperit, qui per cõtraria procedit.Et in primis pro hac ſententia facit text.in.l.viuus.ff.ſi quid in fraudem patroni,vbi libertꝰ propter benemerita poteſt donare
4 in pręiudicium legitimæ patroni,ergo ſimiliter, illud poterit pater, in propoſita quæſtione,etiã ſi filij damnum patiantur in ſua legitima,donãdo pater vltra quintum.Secundò fa
5 cit, quia pater prohibitus donare filio ſpurio, vltra certam quantitatem, poterit ex bene meritis filij, vltra dictam ſumam illi donare,vt conſultus reſpondit Baldus,conſ.66.lib.1.& conſ.406.num.3.lib.3.& Ioãnes Andreas,in additionibus ad ſpeculum,tit.de ſucceſsionibus ab in teſtato §.1.verſ.quid ergo.quod nota pro declaratione,& ampliatione legis.9. Tauri.Tertio cõfirmatur prædicta
6 ſententia, quia ſacerdos,qui de iure eſt prohibitus,donare ſuæ concubinę,ex traditis per Baldum, in.l. affectionis.ff.de donationibꝰ,poterit tamen,ratione remunerationis, facere dictam donationem.Ita Barbacia,in l.diuorcio,colum. antepenultima.ff. de verborum oblig. Ancharranus, conſ.247.Afflictis,deciſione.202.& ſic exidentitate rationis, poterit pater, facere prædictam donationem,
7 cum non dicatur propriè donatio, ſed remuneratio. Quartò facit, quia minor,qui prohibetur rem ſuam alienare,vt in.l.pupillus,& in.l.obligari ff.de authoritate tutorum,poterit tamen illud facere,ex cauſa remunerationis, etiam ſine decreto prætoris. Ita Romanus,in.l.ſi ante nuptias.ff. ſoluto matrimonio, Alciatus, in.l. creditor.ff.de verborum ſignificatione,& eſt bonus text.in.l. minor.§. ex præterito.ff.de manumiſsis vindicta,vbi minor.25.annorum, poteſt ſeruum ſum manumittere ex cauſa remunerationis,ita Iaſſ.in.l.ex hoc iure,in vndecimo effectu.ff. de iuſtitia & iure Bartulꝰ, in.l.ambitioſa ff. de decretis ab ordine faciendis, Abb. in.c.per tuas,de donationibus,Iaſſo. in.l.ſi non ſortem.§.libertus.7.effectu.ff.de condictione indebiti. Quintó,donatio, eſt prohibita inter virum & vxorem, vt per totum titu-
8 lum.ff.de donationibus inter.l.4.& 5.titul.11.p.4.tamen ſi talis donatio fiat ex cauſa remunerationis,ſubſtinebitur,vt tradunt Bartulus,& Baldus, in authentica,vndé ſi parens.C.de inofficioſo teſtamento Iaſſ.in.l.frater à fratre,nu.44.& Bart.ibi, num.57. ff.de condictione indebiti, & in.l.ſi tibi decem.§.ſi pactus.ff.de pactis, idem Iaſſ.in.l ex hoc iure,nume.55. de iuſtitia & iure, & plures tradit Menochius,de arb.lib.2.centuria.2.
9 caſu.132.num.4.Sextò facit pro iſta ſententia, quia illa non eſt propriè donatio, ſed debiti ſolutio, vt in.l. Attilius regulus.ff.de donationibus.l. cum hic ſtatus.§.ſi ſocer,cum ſequenti.l.quod autẽ.§.ſi vir vxori.l. quæ iã nuptę.ff.de donation.l.ſed ſi lege

ff.de petitione hęred. c.per tuas,vbi
Abb.de donationibus.l. idemque.§.
fi.l. ſi veró non remunerandi. 22. ff.
mandati,& tradit Iulius Clarus, lib.
4.ſententiarum. §. donatio.quæſt.3.
per totum.Septimò pro hac opinio
ne conducit Baldi ſententia, vbi
gloſſ.(per illum tx.)in.l.ſi volunta-
te.C.de dotis promiſsione.vbi mari
tus ruſticus, vel plebeius, ſi ducat
10 vxorem nobilem,poterit illi facere
donationem,conſtãte matrimonio,
non alia ratione niſi ex ea, quia talis
donatio dicitur fieri cauſa remune-
rationis,& in compenſationem no-
bilitatis,& iuuẽtutis,& ſic iſtam ſen
tentiam amplectitur Bartolus,in.l.ſi
diuortio,vbi Iaſſ.num.9.ff.de verbo
rum,idem Iaſo.in.l.ex hoc iure,nu.
55.& in.l.fi.C.de verborum ſignifica
tione,& in.d.l.ſi non ſortem.§.liber
tus,num.8.Bald.in.l.2.§.fi.ff. ſi certũ
petatur,& tenet Moccius,de contra
ctibus,tit.de donatione, fol.149.nu.
34.qui plures refert pro hac ſentẽtia
& Segura,in.l.cohæredi.§.cum filię,
numer.162.ff.de vulgari PalaciusRu
beus,in rubrica de donationibus.§.
10.&.31.num.1.& Tiraquellus,ad.ll.
connubiales.l.4.num.7.& in.l.5.nu.
18.& in.l.ſi vnquam, verb.donatio-
ne largitus,num.10.C.de donationi-
bus,& iſtam opinionem dicit com-
munem BaldusNouellus, in tract.de
dote.10.p.nu.7.Coua.in epitomę de
ſponſalibus.2.p.c.3.§.3,num.2.Due-
ñas,reg.221.limitatione.11. Octauò
11 pro hac ſententia facit,quia donatio
remuneratoria cenſetur venditio,&
ſic magis cõtractus onerofus, quam
lucratiuus. Ita Faber.in. l.1. in fin.
verſ.quid ſi duo.C.de inofficioſis do
nationibus,& tenet Guido Papæ,cõ
ſil.214.colu.6.verſi.ſed reſtat aliud,
& conſ.218.col.antè penultima. Er-
go,cum venditio non ſit parentibus
prohibita,ſequitur,quod neque talis
remuneratoria donatio prohibetur.

Facit etiã pro hac ſententia,quæ tra
12 dit Rubeꝰ,in.d. rub. de donationibꝰ
§.50.num.35.vbi reſoluit, quod do-
nata vxori nobili,in compenſatio-
nem ſuę nobilitatis,à marito ignobi
li,habebit vxor pręcipua,neqꝫ ea per
det per tranſitum ad ſecunda vota,
ꝙ corroboratur ex traditis per Ma
tien.lib.5.recop.in.l.2.tit.9.glo.2.n.
1.& in proprijs terminis iſtam noſ-
tram quæſtionem ſic reſoluit Pala-
cius Rubeus ſupra, in.d.§.55.num.12
qui dicit,quod donatio remunerato
ria,non computatur in.3.&.5.bono-
rum, de quibus pater hodié poteſt
13 diſponere, quod dicit eſſe de mente
Bald.in. l. hac ędictali, in principio
C.de ſecundis nuptijs,idem Rubeus,
ſupra,num.17.colum.2.qui reſoluit,
quod pater poterit pręiudicare filio
14 in legitima,contrahendo titulo one
roſo,per legem,vſque adeò §. ſi quis
á parente.l.1. ff. ſi quid in fraudem
patroni,& tradit Segura, vbi ſupra,
in.d.§.cum filiæ,à num.160.&. 162.
Gomez Arias,in.l.28.Tauri,Caſtillo
in prœmio legum Tauri, colum.4.
Nauarr.in manuali.c.28.Xuarez, in
l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.
qui tenet,quod quando pater exce-
dit minimum vltra.5. valebit etiam
mera donatio,in pręiudicium filio-
rum.Ex quibus fundamentis aliquã
do ſubſtinui hanc opinionem,inqua
15 dã cauſa oppidi de Nonuela, in qua
fui aduocatus, & contra mulierem
pronuntiatæ fuerunt duæ ſententiæ
conformes,infauorem filiorum prio
ris matrimonij: quę fuit cauſa, vt
maturiùs rem conſiderando ab hac
opinione recederem, prout adhuc
in eadem perpenſito ſentẽtia.ex fun
damentis& authoritatibus ſequenti
bus primó,quia ex.d.l.28.Tauri,quę
16 hodiè eſt.l.9.tit.5.lib.3.fori,pater nõ
poteſt donare vltra quintum bono-
rum ſuorum in vita,neque in morte
quia ex tali donatione filij præiudi-
cantur



cantur in ſua legitima. Neque prædi
ctis obſtabit dicere, ſupradicta pro-
cedere in ſimplici donatione remu-
neratoria,de qua eſt pręſens quęſtio,
quia reſpondeo, omnia fundamenta
de qua ſupra, ſolum procedere reſpe
ctu permiſsionis, videlicèt, quod do
natio quę aliàs fieri poteſt inter per
ſonasprohibitas,permittatur ex cau
17 ſa remunerationis:quę omnia longe
diſtant á difficultate noſtræ quæſtio
nis,quæ ſolum conſiſtit,an pater in
pręiudicium legitimę filiorum poſ-
ſit facere prædictam donationem,ꝙ
non probant iura ſupra relata, quia
aliud eſt valere donationem, ob be-
nemerita,&aliud quod ex benemeri
tis vxoris nobilis, pater poſsit filijs
ſuis pręiudicare in legitima, quod
quidem non eſt dicendum, quia da-
rentur duæ ſpecialitates circa ean-
18 dem rem,quod iura abhorrent,vt in
l.1.C.de dotis promiſsione( ſecundũ
communem intellectũ)prima ſpecia
litas eſſet, vt valeret donatio in per
ſonas prohitas: ſecunda, vt ex hac
donatione poſsit pater præiudicare
19 filijs in ſua legitima,quod longe alie
num eſt atramite veritatis,cùm ho-
diè iure regio parentum bona(exce
pto quinto) ſint legitima filiorum,
& ſic ſequitur,quodpater,vltra quin
tum,in pręiudicium filiorum legiti
mæ,non poterit facere prædictam
donationem,etiam ex cauſa remune
20 ratoria, & licet pater poſſet donare
remunerationis cauſa, illud eſſet in-
telligendum, quando bene merita
præceſerunt ipſi donationi, ita vt
non ſufficiat,ſi poſt donationem ſe-
quantur benemerita, ita Imola,in.d.
l.Attilius regulus,Paulus, conſ. 345.
lib.1.Iaſſ.in.d.l.ex hoc iure in .1.effe
ctu,& in.d. authent. vndé ſi parens.
Et ſic cúm eo tẽporẽ quo ipſe pater
contrahit matrimonium,& facit do
nationem remuneratoriã vxori no-
bili,nõ ſit benemeritus ad hocꝙ præ

cedat ipſa donatio, neque ex ea ip-
ſe maritus poſsit iniudicium conue
niri, ſequitur, pręditam donationẽ
eſſe nullius momenti, cum proce-
dat ex mera voluntate donantis,nu
lo iure cogente. Rurſus pro hac ſen
21 tentia facit,quia ſi donatio facta ali-
cui eccleſiæ,vel pio loco,vel profa-
no,reuocatur natiuitate filiorum,vt
in.l.ſi vnquam.C.de reuocandis do-
nationibus.l.8.tit.4.p.5.& tradit Co
uar.lib. 1. variarum.c.19.per totum,
&Matienço (cõtra Greg.)ibi, in.l.3.
tit.6.gloſſ.4.num.4.lib.5.recop.Ca-
ſtillo,in.l.10.Tauri,verb.*ſiguiente,*
Gracian. reg.150.num.22.Et tamen
negari non poteſt,quin pręditta do
natio reuocetur,in eo quod excedit
quintum:ergo à fortiori debet reuo
cari filijs extantibus tempore dona-
tionis.Pręterea confirmatur iſta ſen
tentia, quia ex illa remuneratione
de qua in noſtra quęſtione(videlicet
quia vxor erat nobilis, & pulchra)
non poſsit maritus iniudicium con
ueniri: ergo eſt donatio gratuita,&
non remuneratoria: quia donari vi-
22 detur.quod nullo iure cogente cõce
ditur. l. donari. ff. de regulis iuris.l.
rem legatam.ff.de adim.legat. l.ſi ſer
uo.ff.de hęredibus inſt. l. vnum ex
familia.§.1.ff.de leg.2. & tradit Pine
lus,in.l.1. debonis maternis.3.p.à nũ.
60.qui latè & neruoſè defendit con
tra communem, quod quando ali-
quis(nullo iure cogente)donat, vt
in noſtra quæſtione,ꝙ talis donatio
cùm contineat liberalitatem,& non
preciſſam iuris obligationem,dice-
tur gratuita, quæ eſt parentibus in
præiudicium filiorum prohibita.
Quod quidem confirmatur ex tradi
tis per Tellum Fernandez, in.l.16.
23 Tauri,num.8.vbi reſoluit,quod do-
natio arrharum quę fit á marito vxo
ri,eſt voluntaria,& non neceſſaria,
quia maritus non poteſt compelli ad
dandum prædictas arrhas, ex traditis
per

per Angelũ,in authent. de æqualita te dotis. §. 1. Pariſius,conſ.55. num. 35.&.36. vol.2. Couarr.in. c.officij, num.4 de teſtamentis:& ſic in præiudicium filiorum,non valebit donatio arrharum: quod tenet idem Couar.in caſu noſtrę quęſtionis,contra Rubeum,ſupra,Caſtillum,& Segurã, & Salzedo,in additionib⁹ ad Bernardum Diaz,reg.214.col.3.qui reſoluit quod remuneratio debet eſſe talis conditionis, vt poſsit pater conueniri in iudicium ad remunerandum, ex traditis per Aymon,conſilio.165. quem ſequitur Couar.ſupra, & Tellus Fernandez,in.l.28.Tauri, nume. 2.& Segura,in.d.§.cum filiæ,numer. 177.qui,licèt à numero.62.videatur ſentire contrarium,tamen poſteà am

24 plectitur noſtram ſententiam,quod in præiudicium legitimæ filiorum, non valebit talis donatio remuneratoria.Idem tenet Didacus Perez, in l,1.tit.2.lib.5.ordin.& Grego.in.l.8. tit.4.p.5. verb. legitima, & Gutierrez,de iuramento confirmatorio. 1. p.c.5.à nume.23. vſque ad.27.&.28. vbi tenet,quod vltra quintum non poteſt pater aliquid expendere in præiudicium filiorum,etiam ratione benemeritorum.Idem(poſt Tellum Fernandez. in. d. l.28.(ſequitur Go

25 mez Arias,ibi.nu.3.At veró,ſi pater fecit donationem remuneratoriam, ex cauſa ex qua poterat cõueniri in iudicio, tunc valebit talis donatio, vt in caſu,capituli.1.de adulterijs,ad uertit Rubeus,in rub.c. per veſtras, §.50.num.34.in fi.quod eſt notabile ad verificandam cauſam,quæ apponi ſolet in diſpenſationibus Pontificis:nam ſi vir,qui habet filios ex primo matrimonio,cognouerit conſanguineam ſuam,vel aliam, vellens eam dotare,& ducere in vxorem,valebit donatio illi facta,etiam ſi excedat quintum, de quo pater poterat diſponere,cùm ad id poſſet pater cõpelli officio iudicis,& etiam ad petitionem partis,vt in.d.c.1.& ſic ſunt intelligẽda tradita per Auendañum, in.cc.pp.2.p.c.19.num.14.colu.2.& ita poteſt limitari.d.l.28.Tauri.Nec

26 prædictis obſtant tradita per Ayoram,in tractatu de partitionibus. c. 7.nume.30. vbi reſoluit,quod maritus plebeius,poteſt ex cauſa remunerationis dotare fœminam nobilem, cum qua intendit contrahere matrimonium,etiam vltra decimam, contra diſpoſitionem. l.50. Tauri, quæ eſt.l.2.tit.2.lib.5.recop.quia reſpondeo,quod diuerſum eſt quòd valeat donatio arrharum vltra decimam, vel vltra quintum:quia in donatio

27 ne vltra decimam, non pręiudicantur filij in ſua legitima, quod ſecus eſt in donatione vltra quintum.Exẽpli gratia, pater ſi habet mille ducatos,poterit ratione quinti,deducẽtis diſponere,& ratione decimę, de cen

28 tum, & donando vltra decimam, non pręiudicantur filij in ſua legitima:& ſic conſequens eſt,vt ſubſtineatur talis donatio, cùm ex ea nullum damnum patiãtur filij,quod ſecus eſſet ſi pater poſſet donare vltra quintum, in fauorem ſecundę vxoris: cuius tanta poſſet eſſe qualitas,& neceſſaria remuneratio, vt illi non eſſet ſatisfactum legitimè cum omnibus bonis mariti,& ſic ad euitandũ hoc abſurdũ, conueniens eſt,vt pater vltra quintum non poſſit facere prædictam donationem remuneratoriam vxori nobili, in præiudicium, & damnum legitimæ filiorum,quod tene menti.

## QVAESTIO.274.

*Vtrum ſtatuta recipiant interpratationem à iure communi. Communis contra communem.*



STatuta ſunt interprætanda,vt in quantum fieri poſſit non lędant ius commune. Ita declarat Bart.in.l.omnes populi, num.56 ff.de iuſtitia & iure,& probat.l.2.C. de noxalibus,& eſt regula generalis, ſecundum Alciatum,in rub.de præſcriptionibus,num.40.& dixit communem Alexan.in.l.4.§.prætor ait, column.4.&.5.ff.de damno infecto, & in.l.fi.§.in computatione. ff.de iure de lib.& in. l. ſi quis priore. ff.ad Treb. & dixit etiam communem Curtius iunior,conſ. 105. column.1. &conſ.143.num.3.quo fit, vt ſtatutũ ſeù diſpoſitio corrigens ius commune,recipiat declarationema iure communi. Ita Romanus, in. d.l.ſi quis priore,& Iaſſ.in.d.authent. nouiſsima,num.24.C.de inofficioſo teſtamento, & eſt communis opinio,ſecundũ Raben.in Alphabetico,verb. legitima,& dixit etiam communem Alciatus,lib. 1.de verborũ ſignificatione.colum.31.in parua impreſsione,& eſt communis ſecundum Curtium iuniorem,conſ.7.num.8.

Sed contrariam opinionem (imò quod ſtatutum corrigens ius commune, non debeat ab eo interprætationem,ſeù declarationem recipere) tenet Baldus,in.l.maximum vitium, num.15.C.de lib.præteritis,cuius opinionem dixit communem Boeri⁹, deciſione.188.num.5.& tenent citati per Tiraquellum, in tractatu le mort. 2. pręſumptione, numero.2. & plures refert Paulus de Montepico,conſ.2.nume.4.& probat tex.in l.qui ſepulchra.C.de ſepulchro violato.

## SVMMARIVM.

1 *PRælati ſunt cæci circa conſanguineos.*

2 *Papa conferens beneficia ſuis conſanguineis,præſumitur magis ex affectione carnis, quam ex reuelatione ſpiritus ſancti illud facere.*

3 *Papa non committit ſimoniam, conferendo beneficia eccleſiaſtica ſuis conſanguineis.*

4 *Meritorium eſt conferre beneficia conſanguineis,cæteris paribus.*

## QVAESTIO. 275.

*Vtrum prælatus poſsit bona eccleſiæ ſuis conſanguineis in fæudum dare. Communis contra communem.*

PRælati ſunt cęci circa cõſanguineos. Ita dicit gloſſ. in.c. peruenit.1.quęſtione.3.vndé dicit Baldus,in.l.ſi tutor petitus.§.1. ff.de excuſationibus tutorũ, ꝙ Papa cõferẽs beneficia ſuis cõſanguineis, pręſumitur magis illud facere ex

2 affectione carnis,quam ex reuelatione ſpiritus ſancti.Ita Alciatus:reg.1. præſumptione.29. vbi additionator Ioannes Nicola.tamen ex hoc, conferens beneficia conſanguineis,non committit ſimoniam,ſecũdum Tho

3 mam.2.2.quæſt.100.art. 5. Florentinu. 2. p.tit.1.c.5.§.5.Sylueſter, verb. ſimonia,quæſtione.16.Abb.conſ.96. vol.2.numer.2.imó cęteris paribus eſt meritorium,ſecundum Abb.in.c. 1. de cohabitatione clericorum, & mul. nec obſtat tex.in.c.1.vbi gloſſ. verb. carnalitatem, vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione cõſ. quo niam

niam illi optimè ſatisfacit Couarr. lib. 1. variarum, reſolutionũ. c. 5. nu. 4.

Quibus ſic ſuppoſitis, dubium quęſtionis propoſitę eſt, an prælatus, ſicut poteſt conferre beneneficia conſanguineis, poſsit etiam rem eccleſię in fœudum illis concedere, & non poſſe, tenet communis opinio, ſecundum Abbat. in c. 1. num. 18. de rebus eccleſię.

Sed contrariam opinionem (imó quod poſsit) dixit communem Iaſſ. in. c. 1. num. 7. qui fęudum dari poſſunt, Curtius iunior, de fæudis. 1. p. 2. partis principalis, quęſtione. 7. quem refert & ſequitur Ripa, in tractatu de peſte capite. 2. de remedijs præſeruatiuis, nume. 170. Zaſius. de fæudis in. 5. parte verſic. quarta concluſio, quam opinioné dicit de conſuetudi
24 ne obſeruari Iulius Clarus, lib. 4. ſententiarum. §. Fęudum quæſtione. 13. numer. 5. vbi admonet prælatos, ne dum proximos ſuos bonis eccleſiaſticis ditare contendunt, ſuas animas in laqueum æternæ damnationis ſuſpendant.

## QVAESTIO. 276.

### *Vtrum quilibet actus iudicialis, ſit ſufficiens ad perpetuandam iuriſdictionem. Communis contra communem.*

Qvilibet actus iudicialis, eſt ſufficiens ad perpetuandam iuriſdictionem. Ita tenent communitér canoniſtæ, & legiſtæ, ſecundum Antonium, in. c. relatum, num. 9. de officio delegati. Dixit etiã communem Prępoſitus, in. c. nõ ita 2. quæſt. 6.

Contrariam tamen (imó quod requiratur citatio) dixit communem Alex. num. (35. vbi loquitur de iuriſdictione delegata, & in num. 30. de iuriſdictione ordinaria.) Et hãc communem contrariam notauit Decius, in. d. c. relatum, nu. 5. & quando interpellatio extraiudicialis conſtituat debitorem in mora, vide Bernardum Diaz, reg. 355. & 356. & noſtram principalem concluſionem declarat Maſcardus, volu. 3. probat. concluſione. 1228. & Iacobus Philipus Porcius, lib. 3. comm. regu. 22. vbi poſſuit. 10. ampliationes, & 6. limitationes.

## QVAESTIO. 277.

### *Vtrum filius poſitus in conditione cenſeantur tacitè inſtitutus. vel ſubſtitutus, Communis contra communem.*

Diximus ſupra, in quæſtione 94. & reſoluimus communem, quod filij poſiti in conditione, etiam ſi expreſſè per teſtatorem grauentur, cenſentur tacité ſubſtituti, & non inſtituti, & ita fideicommiſſum ab eis relictũ non valere. Quam ſententiam & opinionem (vltra ibi relatos per Bart. ſententiam, in. l. Cęnturio, numer. 37. de vulg.) ſequitur Gozadinus, conſ. 26. numer. 23. & plures refert Mantica, de coniecturis vltimarum volunt. lib. 11. tit. 2. & pro hac ſententia iudicauit ſenatus ſępiùs, vt tradit Antonius Peregrina, de fideicommiſsis, art. 28. nu. 1. vbi alios refert pro hac opinione & Bertrãdus, cõſ. 113. lib. 3. Curtius ſenior, conſ. 5. & iunior, cõſ. 87. in principio, Decius, conſ. 203. & dixit communem Paulus, conſ. 64. volum. 2. num. 2. Corneus, conſ. 1. nu. 20. volum. 3. dicit eſſe veram, & magis communem, & ęquam ſententiã Zephalus, conſ. 93. num. 1. & ſequitur Salzedo, in additionibus ad Bernardum Diaz, reg. 739. colum. 6. Couar. in. c. Raynuntius. § 3. numero. 5. de teſtam. Antonius Gomez, variarum c. 5. numer. 45. lib. 1. Padilla, in. l. cum accutiſsimi, num. 48. C. de fideicommiſsis.

Sed cõtra Bart. ſupra, dicit eſſe magis communem opinionem Iaſſ. ſupra, numer. 57. Alex. numer. 25. idem Iaſſ. conſ. 35. volum. 3. qui dicit contra Bart. eſſe communen opinioné, & Socinus, conſ. 62. num. 10. volu. 3. Curtius ſenior, conſ. 42. numer. 7. & conſ. 45. num. 25. Ripa, in. d. l. Centurio, nu. 116. & in. l. 1. C. de pactis, nu. 11. Pariſius, conſ. 31. num. 4. lib. 2. & conſ. 44. num. 7. Iulius Clarus, lib. 3. receptarum ſententiarum. §. teſtamétum, quæſtione. 78. & plures alios refert Salzedo, ſupra, qui omnes in ea ſunt ſententia, quod etiam ſi dicti filij fuerint à teſtatore grauati poſiti in conditione, non ex eo cenſentur tacité ſubſtituti, pro qua opinione dicit pluriès iudicatum fuiſſe. Peregrina, ſupra. num 2. & quod dehac re amplius non ſit diſputandum, ſed profectó adhuc ſub iudice lis eſt. Prima tamen opinio eſt magis communis, & recepta, & ab ea non eſt recedẽdũ, quia pro ea eſt tx. in. l. Lucius, vbi gloſſ. ff. de hæredibus inſt. quam (pluribus citatis) dicit communem Tiberius Decianus, conſ. 56. lib. 2. & refert duas communes contrarias (hanc ſequens) Fabius Turretus, conſilio. 81. numero. 47. & 80. volu. 1. Menochius, conſilio. 135. numero. 4. & 142. numero. 13. vol. 1.



## QVAESTIO. 278.

### *Vtrum legatum relictum canonicis, acquiratur eccleſiæ cui inſeruiunt. Communis contra communem.*

Legatum relictum canonicis alicuius eccleſiæ, acquiritur ipſi eccleſiæ. Ita Bart. per tx. ibi, in. l. 2. ff. de rebus dubijs, & eſt cõmunis opinio ſecundum Barbaciã, conſ. 1. vol. 4. colum. 16. & dixit etiã communem Gualdenſis, de arte teſtandi, tit. 6. cautela. 7.

Sed contrariam opinionem (imó quod legatum acquiratur canonicis, & non eccleſiæ) dixit communem Socinus, in. d. l. 2. nu. 12. vbi idem fatetur Ludouicus Luſitanus. Et hanc communem contrariam notat Couar. in. c. requiſiſti, colum. fin. de teſtamentis: quod quidem habeo de facto, in cauſa eccleſiæ de Paſtrana, cõtra canonicos illius eccleſiæ, in quorum fauorem patrocinium præſtiti, ſequendo iſtam vltimam opinioné, à qua non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 279.

### *Vtrum legatum factum de re eccleſiaſtica valeat quoad æſtimationem. Communis contra communem.*

Legatum factum de re eccleſiaſtica non valet, etiam quoad æſtimationem. Ita tenet gloſſ. in. c. ſi epiſcopus. 12. quæſt. 5. quam ſequitur Paulus, in. l. cum alienam

nam.C. deleg. vbi Corneus. teſtatur hanc eſſe communem opinionem, quam dicit etiam communem Innocentius,& Imola,numer.9.in.c. fili⁹ noſter,de teſta.

Contrariã tamen ſententiam(imó quod valeat legatum quoad ęſtimationem)tenent Hoſtienſis, Ioannes Andreas,& Abb.& Barbacia,in.d.c. filius noſter,de teſtam. vbi Couarrũ. nume.5. hanc dicit eſſe communem opinionẽ,& fuiſſe deceptũ Corneũ dicẽtẽ communem opinionẽgloſſæ, & dicit Iaſſ.in.d.l.cum rem alienam num.11.& relati per Couar.ſupra,numero.5.in fine, quod communis opinio eſt contra gloſſam, à qua recedẽdum non eſt,

## SVMMARIVM.

1 *PRobationes debent eſſe luce meridiana clariores.*
2 *Teſtes debent de neceſſario concludere, nõ de contingenti.*
3 *Socius criminis non eſt teſtis omni exceptione maior.*
4 *Lex.21.tit.16.p.3.inducitur pro prima opinione.*
5 *Socius criminis non eſt idoneus teſtis in ciuilibus,nec in criminalibus.*
6 *Contraria opinio in quæſtione principali defenditur.*
7 *Socius criminis eſt idoneus teſtis in probatione delicti ſimoniæ.*
8 *Simonia eſt de criminibus. quæ occultè ſolent committi.*
9 *Propter atrocitatem criminis, licitum eſt iura tranſgredi.*
10 *Crimen ſimoniæ æquiparatur ſceleri hæreſis.*
11 *In crimine hæreſis proceditur per coniecturas & præſumptiones.*
12 *Lex ſciant cuncti, C. de accuſationib⁹, limitatur in crimine hæreſis.*
13 *Lex.11 tit.17. p 2. declaratur.*
14 *c.1.de teſtibus,lib.6.declaratur.*
15 *Animus cogoſcitur per præſumptiones facti,vel verbi.*
16 *Animus talis præſumitur, qualia ſunt verba,aut facta.*
17 *Coniecturæ ex quibus ſimoniæ crimen colligi poteſt,traduntur remiſſiuè.*
18 *Extrauagantes Pij.4.& 5. declarantur.*
19 *Confidentia beneficiorum probatur per cõiecturas & per ſocios criminis.*
20 *Extrauagantes. Pij.4.& 5. nihil de nouo prohibent, ſed conſtituunt modos probationis.*
21 *Confidentia præſumitur ex probationibus traditis in dictis extrauagantibus, quo ad forum exterius quod ſecus eſt in foro conſcientiæ.*
22 *Opinio Nauar.deffenditur cõtra Flaminiũ & Maſcardum.*
23 *Teſtes criminoſi admittuntur in pluribus delictis,quorum perpetratio ſecretè fit.*
24 *Laicus eſt idoneus teſtis contra clericũ, quando aliter veritas probari non poteſt.*
25 *Teſtis ſocius criminis & muneris, non eſt idoneus in caſu noſtræ quæſtionis.*
26 *Declaratio & ampliatio ad concluſionem proximè traditam,adducitur.*

## QVAESTIO. 280.

### *Vtrum contractus ſimoniacus probetur per teſtes ſocios criminis. Communis contra communem.*

1 DElictorum probatio debet eſſe clarior luce meridiana. tex.in. l. ſciant cuncti.C. de probationibus.l. neque natales, eodem tit.l.nam hoc.C. vndé legitimi l.12.tit.14.p.3.& teſtes debent concludere de neceſſario,non de contin
2 genti.c.in præſentia.§.fin.de probationibus:ex qua veriſsima concluſio





ne reſoluitur noſtræ quęſtionis propoſitio;cum ſocius criminis non ſit
3 teſtis omni exceptione maior, & ſic
concludentèr, nequé pro ſocio, nec contra ſocium poteſt deponere, nec eius teſtificatio plenam inducit probationem.Ita probat tex. in.l. quoniam.C.de teſtibus.l.ſicuti.C.de quęſtionibus l.fi C.de accuſationibus.l. 1.§.cum latrones.ff.de quæſtionibus l.ſi filium,in.fi.C.de liberali cauſa c. veniens,el 1.de teſtibus.c. perſonas, eodem tit c. 1. de confeſſ.c. nemini. 15.quęſtione.3.l.21.tit.16.par 3. ibi, *
4 *E otro ſi dezimos, que ſi algunos vuieſſen*
*fecho algun yerro de ſovno, è deſpues deſſo acuſaſſen algunodellos por razon de aquel yerro que fiziera, no podrian ninguno de los otros ſus compañeros, que ſe vuieſſen hallado en fazer aquel yerro, ſer teſtigos contra el,** vbi notat Greg. verb.**algũ yerro de ſovno,** & Auendañus,reſponſo.31.nume.7.& Añtonius Gomez, tom.3.variarum.c.12.quam concluſionem confirmat Iulius Clarus, lib. 5.receptarum ſentent.§.fi. quęſt, 21. & elegantèr Menochius,de arbitrarijs,caſu.474.& dicit communẽ opinionem Rolandus,conſ.73.nu.2.vol. 1.& conſ.57.nu.23.vol.4.& conſ.73. num.5.vol.1.Burſatus,conſ.239.vol. 3.& conſ.275.nu.18.eod.vol.Decianus,reſp.83.num.15.vol. 3. Menoch. conſ.101.num.45.Pariſius, conſ.54. vol.4.& don Ludouico de Peguera, in quęſtionibus criminalib⁹.c.5. per totum,& pro hac ſententia cõſuluit Pariſius,conſ. 53.nu.15,vol.4.Natta, conſ.18.nu.14.vol.1.& conſ.666.nu. nu.13.vol.4.Corneus,conſ.94. nu.5. vol.3.Cęphalus,conſ.241,nu.75.vol. 2.Decius,conſ.342.nu.2.& Boerius, deciſion.319.& Grãmaticus,deciſ.25 & alios plures refert Maſcardus.vol. 3.de proba. concl.1312.num.1,dicens communem,& etiam dicit communem Carrerius,in practica criminali,in princ.nu. 322. & Boerius,conſ. 162.nu.72.vol.3.quę concluſio & receptiſsima ſententia non ſolum pro
5 cedit in cauſis criminalibus, verum
etiam in ciuilibus,in quibus ſocius cum agitur de re communi, non poteſt eſſe teſtis,vt docent Bart.& DD. in.d.l.quoniam liberi.C. de teſtibus, Abb.in c. inſuper,eodem tit.Menochius,de arb.caſu.474.nu.1.
6 Sed his non obſtantibus, contra-
ria opinio verior & receptior eſt; vt ſocius criminis in crimine ſimo-
7 nię probet delictum ſimonię:& ra-
tio fundamentalis eſt, quia ſimonia eſt de criminibus, quę occultè ſolent committi,vt docet AymonCra
8 ueta,conſ.122.nu.8. & plures refert
Maſcardus,ſupra, & in conclu. 1305. num.11.& ſic leuiores ſufficiunt probationes,vt in.c.per tua, de ſimonia c.1.de teſtibus,lib.6.& tradit Baldus ſupra,conſ.73.nu.27.lib.1.Natta,cõſ. 292.num.9.vol.2.Decianus, reſpon. 4 nu.47.vol.3.Geminianus, in. d. c. 1.de teſtibus, vbi dicit ſpeciale eſſe in hoc caſu,vt mediatores admittãtur in teſtes propter criminis atroci
9 tatem:obquam rationem licitum eſt
iura tranſgredi, vt docet Innocentius,in.c.1.de confeſsis.Rurſus confirmatur hęc ſententia,quia crimen
10 ſimoniæ dicitur hęreſis, vel ſaltim
æquiparatur ipſi hęreſis ſceleri, vt in.c.quoties,&.d.c.1.de teſtibus lib. 6.vbi notat gloſſ.fi.& docet Rebuffus,in praxi beneficiorũ,titulo. de ſimonia,in reſig.num.12.quem ſequitur Menochius.d.conſ.67.numer.3. vol 1.& Gomeci⁹,in regulis Chãcellariæ,de triennali poſſeſſore. quæſt.
11 12.num.13.& ſic quemadmodum in
crimine hęreſis proceditur per coniecturas,pręſumptiones,& veriſimiles probationes, vt copioſè tracit Maſcardus(plures referens) volu.2. concluſione.861,ita & in crimine ſi-

moniæ idem tenet Bernardus Diaz,
in practica criminali canonica.c.91
vbi Salzedo,litera.B.Redoan, in tra
ctatu de ſimonia.4.p.c.9.numer.20.
cum ſequentibus, & in. c.4.num.1.
& in.c.1.nu.9.& in.c.2.nu. 4. Iulius
Clarus.§.ſimonia,nu.12. vbi in hoc
crimine limitat concluſioné,de qua
in principio huius quæſtionis,& ita
debet intelligi text.in.l.11.tit. 17. p.
12 2.ibi.*E deſpues que el Obiſpo que lo hu-
uieſſe de juzgar, ſupieſſe ciertamente que
tal pecado auia fecho, puede lo deponer,*
quia illum verbum, *ciertamente,*
13 non eſt intelligendum per plenas pro
bationes,ſed ſufficient argumenta,
coniecturę,& liquidiſsimæ pręſum
ptiones,(etiam per teſtes huius deli
cti ſocios)quám opinionem (ne lon
ga diſputatione immoremur)probat
tex.in.d.cap.1.de teſtibus lib. 6. vbi
Grego.ita reſpondit, *mediatores per
14 quos ſcelus ſimoniæ plerumque committi-
tur,ad teſtimonium contra ſceleris eiuſ-
dem authores in deteſtationẽ criminis ad
mittantur,* per quem text. idem te-
net gloſſ.ibi,verb.mediatores,Gemi
nianus,Ancharr. & Francus, & alij
communitér doctores,vt docet Ruy
nus,conſ.158. numer.3. volumine.5.
Boerius, deciſione.319. numero.2.&
Redoan,ſupra 4.par.num.15.nume.
28.quam opinionem ſèquitur, & di
cit communem Flaminius,lib.14.de
reg.benef.quæſtione. 10. numero.9.
quæ opinio vera eſt, à qua in iudicã
do & conſulendo non eſt receden-
dum, cúm animus,& ea quę in ani
mo conſiſtunt,& occultè fiunt,pro-
15 bentur & cognoſcantur per præ-
ſumptiones facti,vel verbi, & talis
animus præſumitur, qualia ſunt ver
ba aut facta. l. is qui. §. diuus.ff.de
tutoribus & curat.datis ab his. l.La
beo. ff. de ſupellectili legata.l repræ
16 hendenda.C.de inſt.& ſubſtitut. l.1.
§.diuus. ff. ad.l. Corneliam de ſica-
rijs. Et cum hoc delictum ſecreté
& intrinſicè committatur, & per-
petretur, per actos intrinſecos,&
minus concludentes debet probari.
l.fin.in fin.ff.de diuorcijs.l. quidã in
ſuo.ff.de conditionibus inſtit.§.ſer-
uus, inſtit.de rerum diuiſione,& tra-
dit Redoan,ſupra, cap. 5. num. 9.&
Maſcardus,volum.1.probation. con
cluſione.94.cum ſequentibus. Et ſic
ad inueſtigandum & coniecturan-
dum animum, & prauam mentem
committendi ſimoniam, debemus
profectó circunſtantias,actus,&con
iecturas inſpicere, & ſecundum eas
iudicare, vt in.c.& ſi quęſtiones,de
ſimonia,vt plures modos & circun-
ſtantias probandi ſimoniam con-
geſsit Maſcardus, concluſione.1306.
per totam.Rurſus pro hac opinione
expendo extrauagantes,Pij.4.& Pij
5.anno.1569.Kal.Iunij,vbi ponitur
forma,& modus probationis confi-
dentiæ beneficiorum,(quæ eſt quæ-
dam ſpecies ſimoniæ,) ibi, * *Teſtes*
18 *autem, de quaque re ſingulares, ſingu-*
*las probare valeant præſumptiones &*
*coniecturas,plureſque huiuſmodi præſum-*
*ptiones & coniecturæ plenam probatio-*
*nem faciant in prædictis, cæterum crimi-*
*nosi,& cæteri omnes qui ad perhibendum*
*in caſibus ſimoniæ, teſtimonium recipi*
*poſſunt,ad prædicta omnia admittentur.**
Ecce vbi in probatione huius cri-
minis, non ſolum ſocij criminis,
veruntamen coniecturæ, & præ-
ſumptiones faciunt veram, & ple-
nam probationem. Quam con-
ſtitutionem erudité ( more ſolito)
19 declarat Nauarrus, in manuali cap
23. numero. 110. vbi refert eius
literam cum duodecim declaratio-
nibus,& in titulo, de ſimonia, con-
ſilio. 27. lib. 5. & etiam in conſilio.
1. de renunciatione, & Maſcar-
dus,volumine.3. de probationibus,
concluſione.1307.numero.15. & 24.
&



& nouiſsimè Flaminius, de confi-
dencia beneficiorum,quæſtione.66.
numero.6.vbi dicit communem o-
pinionem,& Menochius,lib.5. præ-
ſumptione.9.numero.2.cum ſequen
tibus vbi refert coniecturas pro-
uandi confidentiam in foro exterio
ri,deductas ex dictis extrauaganti-
bus,& ex regulis iuris communis,&
Ludouicus Lopez, in ſuo inſtruc-
tor.conſcientię. 2. par. cap.9.tit.de
fructibus,in confidencia,pag.719.&
noſter vigilantiſsimus & doctiſsi-
mus Ioannes Gutierrez.2.part. ca-
nonicarũ quæſtionum. cap. 23. nu-
mero. 78. cum ſequentibus vbi di-
20 cit,quod dictę extrauagantes nihil
de nouo prohibent quod priús non
fuiſſet prohibitum, & quod ſolum
addunt quatuor modos præſumen-
di ſimoniam in foro exteriori, ſed
non diſponunt per hoc fieri confi-
dentiam,ſed quod cenſeatur & præ-
ſumatur; quod eſt intelligendum
quoad forum exterius,in quo iudica
tur per præſumptiones & argumen-
ta,vt in. d. c. ſicut,de ſimonia.l.non
omnes.§ à barbaris.ff de re militari.
In foro autem conſcientiæ(in quo
ſola rei veritas attenditur ) illud
non procedit, quod etiam fuit de
mente Nauar.tit.de ſimonia, conſil.
6.numero.8.& in manuali.c.23. nu-
21 mero.109.&.111. cuius opinio vera
eſt,licét contrariam teneat Maſcar-
dus, ſupra,volumine. 3. concluſione
1037.numer.fin. vbi ſequitur Flami-
nium,in. d. tractatu de confidencia
22 c. 13. &. 26. &. c.27.(licèt non refe-
rat eius nomen dicens habere incer-
tum authorem) aduerſus quos, con
trariam amplectitur opinionem Gu
tierrez, ſupra,numer.fin. cuius opi-
nio verior & receptior eſt, ex ver-
bis & mente extrauagantium, per
quas ſolum illicitæ & ſimoniacæ
confidentiæ comprehendũtur,ſecus
verò licitæ & à iure non reprobatæ,
proùt eſt confidentia de qua conſti-
tuit exemplum Gutierrez.d.numer.
78.Nec exiſtimes noſtram principa
lem concluſionem(vt ſocius crimi-
nis admittatur contra ſocium) eſſe
peculiarem in delicto ſimonię, vel
confidentię, quia idem eſt diſpoſi-
23 tum in iure,in alijs criminibus atro-
ciſsimis,quorum perpetratio ocul-
tè,& ſecreté fit, vt habemus exem-
plum in crimine conſpirationis con
tra Papam,regem,vel rempublicam,
vt tradit Felinus, in c.fi.de confeſſ.
Alexand.conſilio.13.columna.4.lib.
6.Natta,conſ.138.numer.2.volum.1.
Hippolytus,conſ.1.numer.32. ſimili
ter etiam hoc procedit in crimine
falſæ monetæ, vt in. l. 1. C.de falſa
moneta,Gramaticus,conſ.38.nume.
25.& in crimine latrocini,idem do-
cet idem Gramaticus,conſ.35. num.
36.Boerius,deciſ. 319.numer.3.& in
crimine aſſaſsini, idem diſponitur,
l.2.ff.de cuſtodia reorũ.l. prouincia
rum. C. de ferijs. c. 1 de homicidio
lib.6.idemqué eſt diſpoſitum in pro
batione hæreſis.tex.in. cap.tanta, de
hęreticis.c.ſi quis Papa,diſtinctione
79. l. quamquam. C. de epiſcopis &
clericis,gloſſ.in.c.veniens, el. 2. de
teſtibus,& ita docet Lapus,allegatio
ne.94.& deciſio Tholoſana.3 in fin.
Abb.in. c.cum in tua,numero.7.de
ſponſalibus,Gratus,conſ.59.colum.
1.lib.2. Redoan, de ſimonia.4.p.c.6.
colum.3.& 4. Abb. & Felinus, in.c.
24 de cætero, in principio de teſtibus,
vbi tenent,quod quando veritas ali
ter probari non poteſt, admittitur
laicus contra clericum.Ita conſuluit
Alex.cõſ.64.lib.1.Grãmaticus,voto
45.nu.20.Hippolytus,in praxi.§.dili
geter,nu.81.& dicit cõmunẽ opinio
nem Antonius Gabriel,tit.de teſtib⁹
concl.6.nu.7.Flaminius Pariſius,ſu-
pra,queſt.66.nu.20. vbi hãc reſoluit
eſſe communem opinioné, & quod
pro ea bis in Rota fuit iudicatum,

 á qua

à qua opinione recedendum non
25 eſt, propter difficultatem probatio-
num. Quæ concluſio, & communis
reſolutio, limitanda & temperanda
eſt, quando teſtis eſt non ſolum ſo-
cius criminis, ſed muneris etiam,
quia tunc non admittitur in crimi-
ne ſimoniæ, nec confidentiæ, vt cla-
rè nobis inſinuant verba dicti.c.1.de
teſtibus lib.6.ibi,* *& emolumentum ex
indè non fuerint aſſequuti*,*idem proba
tur in.c.veniens,el.1.extra eodem ti-
tulo,*ibi,* *& noſtram ſententiam com-
mendamus, eo quod ille qui eodem erat in-
fectus crimine idem contra eum teſti-
ficari non poſſet*,* & vtrobique illud
tenent doctores, & Maſcardus ſupra,
concluſione.1311.num. 26. & ſic li-
mittat & declarat Flaminius, de re-
ſignatione beneficiorum, lib.14.nu-
mer.28.dicens ita fuiſſe iudicatum
in Rota, anno.1552.idemque ipſe re-
ſoluit, in tractatu de cõfidentia, quæ
ſtione.66.num.22.vbi refer eandem
deciſionem, & determinationẽ & illã
ampliat in vtroque loco, etiam ſi te
26 ſtes ſocij criminis, & muneris nihil
receperunt, dum tamen illis fuerit
promiſſum; quod fuit de mente gloſ
ſæ, in dicto.ca.pro qua opinione ita
iudicatum fuiſſe refert Flaminius,
ſupra, num.23. de confidentia benefi
ciorum. Quæ opinio veriſsima eſt,
cùm in delictis voluntas conſumma
ta pro facto reputetur. l. ſi quis non
dicam rapere C.de ſacroſanctis ec-
cleſijs, cum vulgatis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Beneficia ſecularia non poſſunt regularibus conferri.*
2 *Beneficium vacat per profeſsionem, & ponitur practica ſtante Concilio Tridentino.*
3 *c.10 ſeſſ.14 Concilij Tridentini, declaratur.*
4 *Monachus ſequuta profeſsione moritur mundo.*
5 *Monachus non poteſt habere proprium.*
6 *Caſus de facto proponitur.*

## QVAESTIO. 281.

### *Vtrum monachus poſsit præfici eccleſiæ curatæ vel collegatæ ſine diſpenſatione. Communis contra communem.*

MOnachus poteſt præfici
eccleſiæ curatæ ſeculari,
& collegiatæ, ſine diſpen-
ſatione. Ita Imola, in clem.1.nu.45.
de electione, vbi hanc dicit commu
nem opinionem, quam ſequitur Sel-
ua, de beneficijs.3.p.quæſt.70.nume.
5.& 6.Cæſar Lambertinus, de iurepa
tronatus, folio.222.col.4.quam opi-
nionem ſequitur Flaminius Pariſius,
de reſignatione beneficiorum, lib.4.
quæſt.5.nu.4.vbi dicit.quod pro hac
ſententia in facti contingentia fuit
iudicatum.

Sed contrariam opinionem dicit
communem Cardinalis, in dicta cle-
mentina.1.quæſt.37.num.23.& dicit
etiam communem Felinus, in.c.noſ-
tram, num.41.de reſcriptis, & ſequi-
tur Rota, in nouis tit.de præbendis,
deciſ.20.& tit. de iure patronatus,
deciſ.5.vbi etiam dicit communem
opinionem, quã ſequitur Rebuffus,
de pacifi. poſſeſſ.num.311.Guillerm⁹
Benedictus, in.c.Raynuntius, verb.
vxorem, de teſt.Staphyleus, de lite-
ris gratiæ & iuſtitiæ.tit.de qualitate
& ſtatu beneficiorũ, & de varijs mo-
dis vacationis, verſ.lex tus modos, nu
mer.6.quam opinionem etiam ſequi
tur Decius, coſ.169.inſi pro qua opi
nione facit tx. in.c.2. de ſtatu mo-
nachorum, c.innouatione.16. quæſt.
3.c.monachus.c.placuit.16.quæſt.1.
c.cũ ſingula, & in.c.cum de beneficio,
de



de præbendis.c.beneficium, de regu
laribus lib. 6.per quæ iura idem te-
net Couar.de teſtamentis, in.c.2.nu.
3.vbi expreſſè reſoluit, quod benefi
1 cia ſecularia non poſſunt conferri
religioſis, quia ſi beneficium iam ob
tentum vacat, ſequuta profeſsione,
vt in.d.c.beneficium: quanto magis
2 obtinendum, quem tex. benè decla-
rat Flaminius, ſupra, lib. 3. quæſt. 13.
vbi ponit practicam ad tex.in. c.16.
ſeſſ. 25. Concilij Tridentini, & pro
hac vltima opinione facit tx. Conci
lij, in.c.10.ſeſſ.14.vbi beneficia regu
laria ſunt regularibus conferenda, &
3 ſæcularia, ſæcularibus, & ſic per illũ
tx.monachi excludũtur à beneficijs
ſæcularium, & idem diſponitur in.c.
21.ſeſſ.25.ibi* *non niſi regularibus*, *Ex
quibus iuribus hæc opinio nullã ha
bet contradictionem, & ratio potiſsi
ma huius receptiſsimæ ſententiæ eſt,
quia monachus ſequuta profeſsione
4 moritur mundo.c.placuit.16.quæſt.
1.& ſic amplius non habet velle, nec
nolle.c.ſi religioſus, de electione lib.
6.nec poteſt habere proprium.c.cũ
ad monaſteriũ.§.fi.de ſtatu monacho
5 rum, ibi.* *nec æſtimet Abbas, quod ſuper
habenda proprietate poſsit cum aliquo mo
nacho diſpenſare, quia abdicatio proprieta
tis ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeó eſt an
nexa regulæ monachali, vt contra eam nec
etiam ſummus Pontifex poſsit licentiam
indulgere.**Ergo cũ beneficiatus poſ-
ſideat beneficium, & habeat propriũ
& ſit dominus fructuum, vt in.c.ſi ti
bi abſenti, de præb.lib.6. ſequitur, quod
religioſus monachus, nó poſsit bene
6 ficium obtinere, & pro hac ſentẽtia
fuit iudicatum per dominos audito-
res domini Archiepiſcopi Toleti, in
quadam cauſa capellaniæ collatiuæ,
opipdi del Alamo, quia nó obſtante,
quòd quidam monachus profeſſus
ordinis ſancti Auguſtini erat con-
ſanguineus propinquior fundato-
ris, & nominatus à patronis, colla-
tio fuit facta clerico conſanguineo
remotiori. Pro qua ſententia bené
códucere poteſt deciſio Rotæ.5.aliás
262.in titulo de iure patronatus, vbi
in ſimili caſu idẽ fuit determinatum:
quæ reſolutio hodiè ex decreto Con
cilij nullam habet difficultatem, li-
cèt de iure communi eſſet valdè co-
trouerſa, prout conſtat ex dicta de-
ciſione Rotæ.

## *SVMMARIVM.*

1 *IVs patronatus tripliciter poteſt conſiderari.*
2 *Ius patronatus aduocatorum.*
3 *Ius patronatus eccleſiarum.*
4 *Patronus dicitur ille, qui fundauit eccleſiã, vel capellam, vel eam dotauit.*
5 *Ius patronatus appellatur gratia.*
6 *Ius patronatus ex gratia fuit laicis conceſſum, vt faciliùs incitarerentur ad ædificãdas eccleſias.*
7 *c.12 ſeſſ.14.Concilij Tridentini, declaratur.*
8 *Patroni laici dicuntur clerici fundantes eccleſiam ex ſuo patrimonio.*
9 *Patroni eccleſiaſtici ſunt clericus, eccleſia, & monaſteria.*
10 *Ius patronatus in dubio præſumitur laicorum, quando ipſi ſunt in poſſeſsione.*
11 *Beneficium præſumitur ſæculare ex prima inſtitutione.*
12 *Capella fundata in aliquo monaſterio, præſumitur regularis.*
13 *Reſolutio principalis quæſtionis adducitur.*
14 *Reſignatio facta, aut permutatio, ſine conſenſu patronorum, eſt nulla.*
15 *Patronorum intereſt, ne capellani dimittant beneficium, vel capellaniam, ipſis ſpretis.*
16 *Capellania iuris patronatus vacat morte capellani, etiam lite pendente ſuper ea, nec collitigator ſubrogabitur in locum prædefuncti.*
17 *Regula de ſubrogandis, non habet locum coram ordinarijs locorum, nec in capellania iuris patronatus.*

18 *c.1.ut lite pendente lib.6.declaratur.*
19 *Capellania conſtituta,& fundata à teſtatore cum onere miſſarum,reputatur beneficium eccleſiaſticum.*
20 *Conditio à teſtatore poſita infundatione capellaniæ, ut ordinarius non ſe intromittat, nec faciat collationem,non valet.*
21 *Clauſula teſtatoris,prohiben tiscapellaniā a ſe fundatam, non ſubiacere collationi epiſcopi,non valet.*
22 *Concordia inter opinionem Gutierrez & Menchacæ, traditur ab a Humada.*
23 *Voluntas teſtatoris pro lege eſt ſeruanda.*
24 *Diſpoſitio teſtatoris executioni iam tradita, non poteſt mutari,nec alterari per ordinarium.*
25 *c.6.ſeſſ. 22. Concilij Tridentini,declaratur.*
26 *L.in ijs.ff.de conditionibus,& demonſtrat. declaratur.*
27 *L.1.C.de ſacroſanctis eccleſijs,pōderatur.*
28 *Chancellaria Pinciana reuocat collationes ab ordinarijs locorum factas,contra voluntatem teſtatoris.*
29 *Capellania collatina,ex quibus verbis cognoſcatur,declaratur.*

## QVAESTIO. 282.

### *Vtrum beneficia iuris patronatus, abſque conſenſu patroni poſsint reſignari. Communis contra communem.*

QVæſtio præſens,quæ in hoc loco ſuſcipitur diſputanda, frequēs, vtilis,& neceſſaria eſt illius explanatio. Pro cuius intelligentia præmittendum eſt, triplex eſſe ius patronatus,vt docet Cardinalis,Zauarela,inrubrica,de iure patro
1 natus,in principio. Primum,ius patronatus (& iam non vſitatum) eſt libertorum,quod proueniebat ex præambula manumiſsione. c. liberti.12. quęſtione.2.& per totum titulum.ff.
2 &.C.de iure patronatus.Secundum, dicitur ius patronatus aduocatorū, qui patroni cauſarū appellātur. c.2. 15.quæſt.2.c ex literis,de trāſactionib⁹.c.vlt.ne clerici,vel monachi.l.rē non nouam.§.patroni.C. de iudicijs l.aduocati.C.de aduocatis diuerſorū
3 iudiciorum.Tertium,ius patronat⁹ (& quod magis attinet ad noſtrum inſtitutum)eſt ius patronatus eccleſiarum,& beneficiorum,quod ſumitur pro iure competenti in eccleſijs, quoad præſentationem rectoris,beneficiati,vel capellani.Ita Zauarela, Ioannes Andreas, & Imola,in dicta rubrica,Lābertinus, de iure patronatus lib.1.in quæſt.1.primæ partis princip.Paulus de Citadinis,in eodē tractatu,in princ.vbi Rochus,col.2.Humada,in.l.1.tit.15.glo.1.num.1.Spino
4 in ſpeculo teſtam.glo.3.princ.nu.16. & ſic patron⁹ ille dicitur, qui cōſtruxit,fūdauit,& dotauit eccleſiā,capellas,vel altare,aut alium pium locum, vt habetur.16 quæſt.7.& tradit Lambertinus,ſup.in.2. art. primæ quæſt. princip.1.p.lib.1.& probatur in.l.1.
5 tit.5.p.1.vbi Gregorius, verb. *tres coſas,* & aliquando ius patronatus appellatur gratia,vt eſt glo.in.c.quia clerici,de iure patronatus. c. ſi quis epiſcoporū.16.quęſt.3.& ſic ex gratia ius patronatus fuit laicis cōceſſū vt poſsint capellanos pręſentare,& illud inſinuant verba tx.in.c.3.de iu
6 re patronatus, ibi,*hucuſque eccleſia ſuſtinuit,*c. ſi quis epiſcoporum, quæ pręrogatiua, ex eo illis fuit conceſſa,vt magis prouocentur,& incitentur ad ædificandas & dotandas eccleſias,& capellas,ita vt pro remuneratione habeāt ius præſentandi, Ita notat Abb.in.c.ad Apoſtolicam,de ſimonia,& Rochus ſupra,& Zitadinis,in.4.p.in principio,Spino,ſupra, nu.43.& ſic ſtatuit,ꝙ conſtituta,vel ædificata



ędificata eccleſia,vel capella,acquiritur ius patronat⁹, tā ex fundatione, quam conſtructione,reædificatione, & dotatione.c.filijs.c.quicūque.16. quæſt.7.c.abbatē.18.quęſt.1.c.nobis de iure patronatus.Et ſic vulgare dicitur,patronum faciunt dos, ędificatio,fundus,gloſſ. in.c.piæmentis.16. quæſt.7.Abb.conſ.54.lib.1.&cōſ.74 lib.4.Paulus Pariſius.conſ.35. &.47. vol.4.Selua,de benefi.1.p.quęſt.5.nu. 229.Corraſius,de benefi.4.p.c.6. nu. 2.&.3.Zitadinis,ſupra.3.p. in princ. Et probatur ex Cōcilio Tridentinō ſeſſ.14.c.12. ibi, *nemo etiam, cuiuſuis dignitatis eccleſiaſticæ,vel ſecularis,quacunque ratione,niſi eccleſiam, beneficium,*
7 *aut capellam de nouo fundauerit, & conſtruxerit ſeu iam erectam, quæ tunc ſine ſufficienti dote fuerit, de ſuis proprijs & patrimonialibus bonis competenter dotauerit,ius patronatus obtinere poſsit, aut debeat,* Eſt tamen aduertendum, ꝙ aliqui dicuntur patroni eccleſiaſtici,aliqui veró laici.c. vnico,de iure patronat⁹ lib.6.Abb. (per illum tx.) in.c.cum autem,& in.c.eam te,& in c.cum propter, & in c.paſtoralis,&
8 in.c.cum dilectū,eodem tit.patroni verò laici dicuntur laici, vel clerici fundantes eccleſiam, vel capellaniam, de proprijs bonis patrimonialibus,nō prouenictibus ab eccleſia:glo. verb.præſentare,in clem. plures,de iure patronatus,Abb.in.d. c.illud,eodē tit.& in.c.de monachis, de præbēdis Coua.practicarū.c.36.n. 5.Flamini⁹,de reſignatione beneficiorū,lib.2.q.4.á nu.41.vbi dicit cōmu
9 nem.Patroni verò eccleſiaſtici ſunt clericus, eccleſia,abbas,monaſteriū, Epiſcopus,Cardinalis,vt ſupra docēt prædicti doctores: & in dubio ius pa
10 tronat⁹ præſumitur eſſe laicorū,quoties laici poſsidet,vt fuit reſolutū in Rota,in quadā capellania Placent.anno.1548.vt reſoluit Puteus,lib.3.deciſ.90.vbi dicit,ꝙ dos clerici, ſi non conſtat an ſit ex patrimonialibus,an ex eccleſiaſticis bonis, præſumitur ius patronatus eſſe laicorum, ſi hęredes ſunt in poſſeſsione præſentandi,
11 donec probetur contrarium, quod eſt menti tenēdum: & ratio eſt, quia, beneficium præſumitur ſæculare,ex primeua inſtitutione, niſi probetur regulare: quia poſtquam diuus Petrus fuit ſecularis, præſumitur ita beneficia fundata fuiſſe,ſequendo illum primum patronum, vt docet Maſcardus,vol.1.prob.concluſione 172.num.1.vbi reſoluit,quod omnia beneficia de iure communi ſunt ſęcu
12 laria,niſi capellę fuiſſent fundatæ in aliquo monaſterio,ſiuè eccleſia regularium,quia tunc pręſumētur regulares,vt tradit Rebuffus, in practica benefi.1.p.in tit.quotuplex ſit beneficium,nume.6.per tex.in.c. cum de beneficio de prębendis lib.6.quē ſequitur Maſcardus,ſupra,num.17. Ex
13 qua veriſsima reſolutione colligitur noſtræ quæſtionis vera determinatio,ꝙ beneficia iuris patronatus,ſine conſenſu patroni non poſſunt reſignari,quia per talem reſignationē patroni maximum paterentur præiudicium,& raró,aut nunquā eſſet locus ſuis pręſentationibus capellanorū: quam opinionem tenet Innocētius, in.c.vlti.in fin.de renunc. vbi Abb. idem in.c. ſignificatum,col.2.de præbēdis,vbi Imola,col.1.idē Abb.in.c. de multa,eodē tit.Rochus de Curte, de iure patronatus,verb.honorificū quęſ.3.Lābertinus,in eodē tractatu, art.2.quintę part.princ.3.par.lib.5. nu.50.Craueta,cōſ.153.nu.10.Couar practicarū.q.c.36.n.9.quā opinionē dicit cōmunē Flaminius Pariſius,de reſignatione beneficiorū lib. 2. q.4. nu.3.vbi in principio dixit cōtrariā opinionem, etiā comunē, nihil pro ea allegans,quæ ſententia nec vera nec cōmunis profectò eſt,& ſic prima eſt amplectenda, quæ in tantum

vera eſt,&procedit,quod reſignatio,
14 vel permutatio facta abſque patrono
rum conſenſu, erit nulla, vt tenet
Anto.de Butrio,in.c.quod indubijs,
num.6. vbi Abb.eodem, nu.de renũ
ciatione,& omnes in.c.fin.illo tit.&
Francus,in.c.1.num.6.de rerum per-
mut.lib.6. Burſatus, conſ.411.lib.4.
num.4.Mandoſius,conſil.7. nu.3.&
alios refert & ſequitur pro hac opi-
nione Flaminius,ſupra,dicens com-
munem, & quod pro ea fuit iudica-
tum:licét contrarium teneat Spino,
& ab eo citati ſupra,num.101.& Di-
dacus Perez,in.l.1.tit.6.lib.1.ord. co
lum. 19. quorum opinio conuinci-
tur ex ea potiſsima ratione, quia pa
tronorum intereſt ne beneficiati di-
15 mittant eorum beneficia, ipſis ſprę-
tis.argumen.tex.in.c.in Lateranenſi
de prębend.c.cum plantare, de priui
legijs, Clementi.1.illo tit.de pręb.&
ne forſan in beneficijs, vel capellanijs
ſuccedant ignari,&inhabiles,vel ini
mici patronorum,nãſi hoc permitte
16 retur,retraherentur omnes à funda-
tione,ac dotatione eccleſiarum, vt
optimè conſiderat gloſſ. in. c. cum
dilectus,de iure patronatus,&Lapus,
alleg.96.Geminianus,in.c 2.num.11.
de pręb.lib.6.ex qua veriſsima reſo-
lutione infero notabilitèr, quod ſi
capellania iuris patronatus confera-
tur Titio, ex eo quod idoneus fuit
ab ordinario iudicatus,&Seius inter
ponat appellationem,& dum proſe-
quitur eam moriatur Titius, quod
non ſubrogabitur Seius in iure illi[9],
quia eſſet in præiudicio patronorũ,
imò iterum morte Titij,vacat præ-
dicta capellania,& eſt cõferenda ma
gis idoneo,ſecundum diſpoſitionem
teſtatoris, conſiderato tempore ſe-
cundæ vacationis, & non primæ.
17 Nec coram ordinarijs locorum ha-
bebet locum regula chancelleriæ de
ſubrogandis collitigantibus, nec in
beneficijs iuris patronatus,quod vi-
detur ſentire Couarru.practicarum
quęſtionum.cap.36.verſ.quartus,&
Flaminius,ſup. lib.2. quęſt.3.nu.97.
vbi dicit, quod ordinarius non po-
teſt lite pendente (licét capellanus
mortem obierit)in locum prędefun
cti alterum ſubrogare, reſoluens ita
fuiſſe in Rota iudicatum. Idemque
tenet(vltra eum)Hieronym[9] Gigas,
conſ.8.num.12.& ſic eſt intelligen-
dus tex.in.c.1.&.fi. vt lite pendente
lib.6.Quę omnia ſunt menti tenẽda,
18 quia practicabilia,aſſidua,&quotidia
na ſunt, maximé in cõſilio domini
Archiepiſcopi Toletani,coram ſuis
auditoribus,& integerrimis iudici-
bus,apud quos ita vidi pluriès iudi-
catum,licét nonnulli aduocati,altio
ra iuris principia non conſiderantes,
contrarium(& malé) intendant de-
fendere.Ex qua reſolutione(vt con-
19 trariorum eadem ſit diſciplina) infe
ro,quod quemadmodum ordinarius
nõ poteſt ſubrogare collitigantes in
beneficijs iuris patronatus, in dam-
num ipſorum,& fundatoris capella-
nię, ita pariformiter non poterit ip
ſe fundator inhibere & prohibere
ordinario,vt poſtquam capellaniam
fundauit,& conſtruxit, cum aliquo
onere miſſarum,non poſsit ſe intrò
mittere in regimine, adminiſtratio-
20 ne, & collatione ipſius:nam cùm ea
diſpoſitio ſit iuri contraria,non eſt
obſeruanda, imó illa conditio tan-
quam turpis, & contra ſubſtantiam
actus,eſt reijcienda,vt docet Ioãnes
Gutierrez, in repetitione legis,ne-
mo poteſt,numero.449.delegatis.1.
(contra Menchacam, de ſucceſsio-
num creatione.§.7.numer.17.)quam
opinionẽ tenet Abb.in. c. requiſiſti
21 de teſtam.vbi concludit non valere
clauſulam teſtatoris,inſtituentis ca-
pellam cum ea conditione, vt non
ſubiaceat ordinationi & collationi
epiſcopi.Quæ opinio fuit originali
tèr Innocentij,in.c.Lateranẽſi,nu.5.





de præb.& in.c.cum dilectus,nume.
24.de conſuetudine,vbi Imola,num.
22.dicit hoc eſſe valdè notabile,pro
iſtis qui fundant capellas, & diſpo-
nunt,quod ordinarius nõ faciat col-
lationem clerico à patronis pręſen-
tato,quæ ordinatio, & teſtatoris diſ
22 poſitio eſt nulla,quantum ad condi-
tionem,quæ eſt naturę diſpoſitionis
directo contraria.Ita reſoluit Laber
tinus,de iure patronatus, quęſtione.
9.princip.1.par.lib.1.num.68.&.74.
quam opinionem ſequitur Palacius
Rubeus,in repetitione.c.per veſtras,
in rub.§.16.num.14.& Gregorius,in
l.1.tit.15.p.1. verb.**dote** Couarru.de
ſponſ.2.p.lib.2.c.3.§.1.num.20.& in
c.tua, de teſtamentis,nume.8.quam
opinionẽ etiam tenet Bernar.Diaz,
regul.240.verſ, 2. amplia, &Spino
ſup.glo.3.nu.41.&Grat.reg.156.n.17
23 & Humada,in.d.l.1.gloſſ.6.nu.2.qui
intẽdit reducere ad cõcordiã opinio
nem Gutierrez,cum opinione Men-
chacæ, cuius diſtinctio non diſpli-
cet,imo videtur ſatis iuri conſona,
licèt pro opinione Menchacæ,abſo
luté loquendo, iudicetur in regali
Chancellaria Pinciana,vbi amplecti
tur opinio illius (contra communẽ
doctorum ſcholam) ſequendo ſem-
24 per voluntatem teſtatoris (quę pro
lege ſeruanda eſt,vt in authentico,de
nuptijs.§.diſponat.col.4)qui in limi
ne fundationis ſolus eſt moderator,
& arbiter.l.in re mandata.C.manda
ti, & illius voluntas & diſpoſitio
cùm ſit executioni iam tradita, non
poteſt per ordinarium mutari, vt in
25 c.6.ſeſsione.22.Concilij Tridentini,
qui tex.ſic debet interpretari,quem
declarat Paz,in ſua praxi,tom.2. fo-
lio.8.num.45.&.46.& Sarmient.lib.
1.ſelectarum.c.8.à num. 25. Didacus
Perez,in.l.5.ordinamenti, tit.2.folio
71.Mãdoſi[9],in ſua praxi,de ſignatura
gratiæ,folio.75.in.§.de commutatio
ne vltimarum voluntat.folio.90.&
Couar.lib.3.variarũ reſolutio.c.6.per
totũ,& probat tx.in clemẽt.quia cõ
tingit,de religioſis,dom.ibi. * *Cum ta
men ea, quæ ad certum vſum largitione
ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeat,
non ad alium (ſalua quidem ſedis Apo-
ſtolicæ authoritate) conuerti,* *. l. lega.
tum.ff.de adminiſt.tuto.pro qua ſen
tentia eſt optimus tex.in.l.in ijs. ff.
26 de conditionibus & demonſtrationi
bus,ibi,* *in ijs qui extra teſtamentum in
currunt,poſſunt res ex bono & æquo inter
pretationem capere:ea vero quæ ex ipſo te
ſtamento oriuntur, neceſſe eſt ſecundum
ſtricti iuris rationem expediri,* vbi cla-
rè colligitur,quod ea quę expreſſè á
teſtatore ſunt diſpoſita,non poſſunt
mutari,nec alterari,vt etiam ſcribit
Plinius,lib. 2. epiſtolarum ad Ama-
num,ibi. **Ego quandam propriam legem*
27 *mihi dixi,vt defunctorum voluntates,etiã
ſi iura defficerent quaſi perfectas tuerer,**
maximé cum teſtamenta ſint de iurę
gentium,& nihil ſit quod magis ho-
minibus debeatur,quam vt ſupremę
voluntati,poſtquam iam aliud vellę
non poſſunt,liber ſit ſtylus, & licitũ
quod iterum non reddit arbitrium,
vt docet Imperator Conſtantinus,in
l.1.C.de ſacro ſanctis eccleſijs,quem
tex.optimè interprætatur Rebuffus,
ad conſt.reg.tit.de conſuetudine,ar-
28 tic.2.gloſſ.3.num.7.Ex quibus colli-
ges,quod ſi teſtator, vel fundator ca
pellaniæ expreſſè diſponat,quod or-
dinarius non ſe intromittat in exe-
cutione ipſius, faciendo collationẽ,
& canonicam inſtitutionem capel-
lano à patronis nominato, talis diſ-
poſitio ſeruanda eſt, maximè ſi ex
verbis fundationis conſtiterit, non
habuiſſe animum fundandi capella-
niam eccleſiaſticam,ſed ſolum con-
ſtituere ius patronatus laicorum, cũ
onere certarum miſſarum,quod ap-
parebit,ſi quando teſtator vocat ca-
pellanum,dicat,quod poſsit prędicta
capellania amoueri, & remoueri,cũ

cauſa, & ſine cauſa, & quod tam laicus, quam clericus poſsideant bona annexa prædictæ capellaniæ, & alia
29 verba ſimilia, quæ repugnāt naturę beneficij eccleſiaſtici, vt in ſimili ordinatione reſoluit Spino, ſupra, nu. 42. & Nauarrus, titul. de præbendis, conſ. 5. vbi etiam dicit, quod ad pontificem, non ad ordinarium expectat commutatio voluntatis teſtatoris. Ex quibus prudens iudex poterit circunſpicere viſcera voluntatis teſtatoris. Si verò non ita clarè diſponat nec prohibeat collationem, ſed nominet capellanum præsbyterum, ad ſucceſsionem ſuæ capellaniæ, tunc collatio non prohibetur, cum in hoc caſu non habeamus contrariā teſtatoris voluntatem, & fundans capellaniam cum onere miſſarum, vocando præsbyterum conſanguineū, videatur capellaniam collatiuam cōſtituere. Et in hoc caſu libentér admitterem opinionem Gutirr. & aliorum, ſecus verò ſi habeamus expreſſam prohibitionem teſtatoris, quia tunc ſi ordinarius ſe intromittat faciendo collationem, vel erigendo bona in ſpiritualia, ſi proceſſus mittatur per viam violentiæ ad regalem Chancellariā Pincianā, ad inſtātiam patronorū, omnia acta corā eo facta anullātur, & reuocātur, & cauſa remittitur ad iudices ſæculares, vt pluriés vidi iudicatum & determinatū.

## SVMMARIVM.

1. *c. quidam de renunciatione, declaratur.*
2. *Ratio opinionis affirmatiuæ traditur.*
3. *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere nō poteſt.*
4. *Variatio eſt in iure prohibita.*
5. *Pœnitentia non admittitur in his, quæ exigunt præſentiam ſuperioris.*
6. *Deus obligatur ex promiſsione propria.*
7. *Homines debent habere vnum calamum, & vnam linguam.*
8. *Deus non facit differentiam inter ſimplicem loquelam & iuramentum.*
9. *Licèt ius non ſit tertio quæſitum, non admittitur pænitentia.*
10. *Petens licentiam renunciandi, poteſt pænitere, licèt cōcedatur, donec conſenſus fuerit extenſus in Camera Chancellariæ.*
11. *Tex. in c. quidam, receſsit ab aula.*
12. *Stylus curiæ facit ius.*

## QVAESTIO. 283.

*Vtrum poſsit clericus cogi ad renunciandum beneficium, quādo petita & obtenta à ſuperiore renunciandi licentia, poſteà pænituit. Communis contra communem.*

Præſens quæſtio, quę in hoc loco venit explicanda, nullā videtur habere difficultatem, cùm pro parte affirmatiua habeam' tex. expreſſum in c. quidam. 12. de renunc. vbi Innocentius. 3. profert hęc verba, * *quidam cedendi licentiam,*
3 *cum inſtantia poſtulantes, ea obtenta cedere prætermittunt: ſed cùm in poſtulatione huiuſmodi aut eccleſiarum commoda, quibus præſunt, aut ſaltem videatur propriam attendiſſe (quorum neutrum ſuaſsionibus aliquorum quærentium quæ ſua ſunt, ſeu etiam leuitate qualibet, nolumus impedire) eos ad cedendum decernimus cōpellendos.* * Ex quibus verbis ſatis clarè remanet hæc opinio comprobata, quā tenet gloſſ. ibi, vbi Abb. Anton. de Butrio, num. 5. Cardinalis, Ioannes Andreas, & alij plurimi, quos refert Flaminius Pariſius, de reſignatione beneficiorū lib. 3. quęſtione. 18. num. 48. & hanc opinionem ſequitur Hoſtienſis, in ſumma. tit. de renunciatione, deciſ. 1. num. 3. & deciſ. 2. numero. 7. Petrus Grego. in ſyntagma iuris, lib. 17. c. 17 & lib. 51. c. 14. num. 1. Mandoſius, in regula



regula chancel. de imp. reſignat. quæſtione. 9. num. 4. Maiolus, de irregularit. lib. 3. c. 6. Fuſcus, in tractatu de viſitatione. 2. p. c. 28. num. 1. & hanc
1 dicit communem, & receptam ſententiam Flaminius, ſupra, & ratio huius opinionis eſt, ne illudatur ſuperior, qui illuderetur ſi pœnitentiæ locus eſſet, & quod ſemel placuit,
2 ampliùs diſplicere non poteſt, maximè, quia variatio eſt in iure prohibita, vt in clem. vnica, de renunc. vbi gloſſ. & Bonifacius dicunt, quod in hac ratione fundatur tex. in. d. cap.
4 quidam: quia licét in pluribus caſibus pœnitentia licita ſit, eā non admittimus in his quæ ſuperioris præſentiam exigunt, poſt ipſius ſcientiā
5 & permiſsionem, vt docet Hoſtien. Butrius, & Godof. ſupra. Pro qua ſententia etiam facit dictum Baldi, in princ. ff. de pactis, vbi dicit, quod etiam Deus ex promiſsione propria
6 obligatur, quia ipſe dixit. Quæ proceſſerunt ex labijs meis, irrita non faciam, vt legitur Gene. 22. & etiam legitur, quod ſemel locutus fuit De': quod idem eſt ac ſi diceretur, quod ſemel Deo placuit, ſtatim abſque aliqua pœnitentia factum fuit. Ita Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgundię, rubrica. 4. §. 23. numero. 5. in fine, fol. 198. & ſic per conſequens, homines debemus illius immitato-
7 res eſſe, & habere vnum calamum, vnamque linguam, obſeruando leges, & pacta. l. 1. ff. de pactis. c. 1. extra eod. l. 1. de conſt. pecunia. c. nolli exiſtimare. 23. quæſt. 1. & facit etiam tx. in. l. ſicut ab initio. ff. de actionibus & obligationibus, vbi ea quæ à principio ſunt voluntatis, ex poſt facto efficiūtur neceſsitatis: maximè quia
8 Deus inter ſimplicem loquelam & iuramentum, non facit differentiā, vt dicit gloſ. in. d. c. 1. & c. iuramenti. 22. quæſtione. quam opinionem ampliant & intelligunt doctores, ſupra, (maximè Flaminius, nume. 64.) etiam ſi ius non fuerit tertio quęſi-
9 tum, ex eo, quod doctores ſe fundāt in variatione, & ne ſuperior eludatur, vbi etiam adduxit alias ampliationes & declarationes.
10 Sed his, & alijs rationibus non obſtantibus, contraria opinio verior & receptior eſt, quod poſt petitam & obtentam licentiam renunciandi, ſit licita pœnitentia, donec conſenſus fuerit extenſus in camera chācellariæ: quę opinio veriſsima & cōmunis eſt, vt tradit Puteus, deciſ. 17. & 29. in titulo, de renunc. & dicit cōmunem & receptam doctorum ſententiam Flaminius, ſupra, numer. 68. vbi dicit, quod diſpoſitio tex. in. d. c.
11 quidam, receſsit ab aula de ſtylo chācellariæ, quę facit ius, vt in. c. quam graui, de crimine falſi. Et profectò
12 alitèr non poſſumus ſatisfacere difficultati illius tex. vbi expreſſè confirmatur prima ſententia, quæ de iuris rigore vera eſt, ſed de ſtylo contraria paſsim obſeruatur, à qua non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 284.

*Vtrum delegatus inferioris à principe, poſsit vnum articulū delegare. Communis contra communem.*

Delegatus inferioris à principe, delegat vnum articulū non iuriſdictionalem, vt tenet gloſſ. fi. in clement. 1. de officio deleg. quæ opinio communis eſt, ſecundum Felinum, in. c. cum Bertoldus, de re iud. num. 17. & dixit etiam communem Alexand. in. l. more, num. 26. ff. de iuriſdict. omnium iud. Decius,

Decius, in. c. cum cauſam, num.6. de appellationibus.

Sed contrariam opinionem dixit communem Felinus, in. c. ſuper quæſtionũ. n. 4. de officio deleg. vbi etiá appellat communem primam opinionem, quæ verior eſt: quam ampliat & declarat Bernardus Diaz, regula. 176 Boerius, deciſ. 215. num. 33. Gratian. regul. 58. Oroſcius. l. 2. ff. de iuriſdict. omnium iudicum.

## QVAESTIO. 285.

### *Vtrum contrahens matrimonium poſt votum ſimplex caſtitatis, peccet mortaliter exigendo debitum. Communis contra communem.*

QVi contraxit matrimoniũ poſt votum ſimplex, peccat mortalitér exigendo debitũ ab vxore. Iſta eſt communis opinio, quam tradit Turrecremata, in. cap. ſi vir, numer. 1. diſt. 27. idemqué docet Syluester, in ſua ſumma, verb. matrimonium, 7. num. 5. verſ. quartum, vbi refert duas communes opiniones, & hanc ſequitur Ledeſma, de matrimonio, quæſtione, 53. artic. 1. litera. B. pro qua ſententia facit tex. in. c. vouentibus, 27. diſt. & eſt gloſſ. in. c. ſi quis votum. 27. queſt. 1. & doctores, in. c. rurſus, qui clerici vel vouentes, & Vera cruz, in ſpeculo coniugiorum, art. 15 de voto ſimplici, fol. 83. litera. C. (ſaltim pro prima vice, non veró toties quoties) Soto, lib. 7. de iuſtitia & iure quæſt. 2. art. 1. & ſanctus Thomas, in 4. diſt. 38. art. 3. quæſt. 2. ad. 4. & alios refert & ſequitur Syluester, ſupra.

Sed contrariam ſententiam (imò quod non peccet mortalitér, cum in matrimonio ſeruetur caſtitas) tenet Ioannes Andreas, in. d. c. rurſus, vbi dicit (de cõſilio) quod tutiùs erit petere diſpenſationem, & hanc opinionem dicit communem Præpoſit. ibi, col. 6. verſ. imó iſta, & Greg. in. l. 8. titul. 1. p. 1. verb. **tan tenudo* *Prima tamen opinio tutior eſt, & ſic ſequẽda & conſulenda.

## QVAESTIO. 286.

### *Vtrum filius inceſtuoſus, poſſit patrem in ius vocarè ſine venia. Communis contra communem, & quid iure regio.*

PAter à filio in ius vocari ſine venia non poteſt, etiam ſi fili' ſit emãcipat'. l. fi. C. de in ius vocando. l. 3. tit. 2. p. 3. & nos dicemus in queſtione. 638. quam concluſioné ampliant doctores procedere, non ſolum quando filius eſt legitimus, & de legitimo matrimonio natus, ſed etiá ſi filius ſit naturalis. Ita tenet gloſ. in §. penales, verb. vel parentem, in fin. inſt. de actionibus, & ſequitur hanc opinionem Catelianus Cotta, in ſuis memorabilibus, verb. filius, & Tiraquellus, in. l. ſi vnquam, verbo donatione largitus, nume. 289. C. de reuocand. donat. & Dueñas, regula. 351. num. 4. & dicit communem opinionem Bernardus Diaz, regul. 295. vbi Salzedo allegat pro hac opinione. d. l. 3. tit. 2. p. 3. Nunc autem dubiũ eſt, an prędicta concluſio procedat etiá quando filius eſt inceſtuoſus: & partem affirmatiuam tenet glo. in. l. quia ſemper. ff. de in ius vocando, quam ſequuntur omnes doctores, ibi, ſecũdum Ang. in. d. §. penales. nu. 5. inſti. de actionibus. Sed contra Angelum tenet Iaſſo. ibi, nu. 61. vbi dicit, quod Angelus. fallitur, & quod cõmunis opinio eſt in contrarium. Sed ex ratione & generalitate dictæ legis partitæ, profectò opinio Angeli, ſuſtineri poteſt, quia à præſtatione reuerentiæ nullus excuſatur, quia illud ius eſt quaſi naturale, vt tradit Roland', conſ. 18. num. 6. vol. 2. vbi latè proſequitur hanc materiam.

## QVAESTIO. 287.

### *Vtrum doctor conſultus teneatur allegare iura. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DOctor conſultus non tenetur allegare iura. Ita tenet Ioannes Andreas, in. c. ſicut de re iudicata: quia defectus intellectus eſt legem querere, vbi ratio naturalis militat, vt probat tex. in authẽtico, de triente & ſemiſſe. §. cõſideremus, collatione 4. l. illã, vbi notat Bald. & Iaſſ. C. de collationibus. Et iſtam opinionem dicit communem Ripa, in. l. qui Romæ. §. duo fratres, nu fi. ff. de verb. vbi ipſe (paulo poſt) dixit etiam contrariã opinionem eſſe communem, & in. c. cum ecclesia, numero. 108. de cauſa poſſeſsionis & propri. & quod iura ſint alleganda docet Rebuffus, in concordata, verb. iura citare & Tiraquellus, in tractatu. de ceſſante cauſa. 1. par. nume. 133. cum ſequentibus. Sed à prima opinione non eſt recedendum, maximé de iure regio, ex. l. 4. tit. 16. lib. 2. recop. vbi illud notat Azeuedo, num. 3. in gloſſ. verb. **alegando leyes,** & ita communitèr obſeruatur apud graues aduocatos, & iuriſperitos, niſi à partibus contrarium petatur.



## *SVMMARIVM.*

1 *FAmulus tempore infirmitatis dicitur nobis ſeruire.*

2 *Famulus tenetur ſeruire gratis tanto tempore, quanto fuit infirmus.*

3 *Famulus tempore infirmitatis non conſequitur ſalarium, nec epiſcopi vicarius. Et quid de aduocato, & procuratore, vide in numero. 4. in fine.*

4 *Lex, cum hares. §. ſeruire. ff. de ſtatu lib. procedit fauore libertatis, & lex. 4. tit. 31. p. 3 fauore doctorum.*

5 *Salariũ non debetur famulo, quãdo receptus fuit non deſignata mercede.*

6 *Famulis ſcholaſticorum de conſuetudine non debetur ſalarium, ſed ſolum calceamenta.*

7 *Famulo conſanguineo non debetur ſalarium, quia non eſt conſuetus operas locare.*

8 *Salarium aduocatorum tenetur iudex taxare, quando nihil conuentum fuit.*

9 *Iudex poterit ſalarium aduocatis, & procuratoribus conſtitutum moderare.*

10 *Aduocatus qui à duobus habet ſalarium, ſi litigium habeant inter ſe, tenetur antiquiori patrocinium præſtare.*

## QVAESTIO 288.

### *Vtrum famulus lucretur ſalarium tempore quo eſt infirmus. Communis contra communem, & quid iure regio.*

FAmulus lucratur mercedem, tempore quo eſt infirmus, vt tenet gloſſ. in. l. arboribus. §. de illo. verbo. ægrotãte. ff. de vſufru
1 ctu. Quam ſententiam gloſſæ ſequitur legiſtæ communitèr, ſecundum Imolam

Imolam, in.c. propter ſterilitatem,
nu.3. C.locato,& ſequitur Syluester,
verb.bellum,quęſtione.7. num.8.&
Oroſcius,in.l.diem functò, num.17.
ff.de offi.aſſeſſoris.Et pro illa ſenten
tia gloſſæ,eſt tex.in. l.cum hęredes.
§.ſticus,verſ.ſeruire.ff. de ſtatu liber
2 ibi. *ſeruire nobis dicuntur etiam ij quos
curamus ægros,qui cupientes nobis ſerui-
re,propter aduerſam Valetudinem impediū
tur.** Et eſt gloſſ.ſimilis in.c.1.de cle-
3 rico ægrotante. Et quod famulus lu
cretur mercedem tempore infirmi-
tatis,tenent Zinus,& Baldus,in.l.fi.
C. de conditionibus inſertis, quos
ſequitur Iaſſ.in.d.l.diem functo,nu.
47.& Montaluus,in.l.8.tit.4. lib.4.
fori,Didacus Perez,in.l.1.tit.2.gloſ.
1.colu.63.& quod debeat ſeruire po-
ſteà gratis tantumdem temporis,diſ
ponit.l.9.titul.8. p.5. vbi Gregor.&
idem dicebatur in.l.ſi vno.§.itē cum
quidē in fi.ff.locati, quę declaratio
profectò eſt contra tex.in.l.ſi nō ſor
tem.§.libertus.ff.de condictione in-
debiti,ſecundum Bartolum,in. d.l.ſi
vno.Et (vltra prædictos) iſtam opi-
nionē gloſſæ, tenet Speculator, tit.
de locato. §. poſtquam verſ. quid ſi
mercenarius,& Innocentius,Ioānes
Andræas,&Barba.in.d.c.propter ſte
rilitatem quam approbat.l.4. tit. 31.
p.2. vbi ſequitur Humada.gloſſ.4.

Sed contrariam opinionem (imò
quod non debeat habere ſalarium)
tenet Bart.in.d.§.item cum quidam,
num.8.& in.l.opere. ff. de vſ. fructu
legato,& Gomecius,in reg.Chancel.
de infirmis reſig.quæſt.9. verſ.quin-
quageſimo quarto,& ſequitur Na-
uar.in manuali.c.17.num.107. pagi-
na.230.Idē Bart,in.l. libertæquè. C.
de operis libertorum, & tenet Ale-
xan.dicens gloſſ.communitèr repro
bari,in.l.ſi cum dotem. §. fin autem
in ſæuiſsimo.ff.ſoluto matrimonio,
& hanc dicit communem opinionē
Abb.id.c.1.colum.2.de clerico ęgro
tante,Claudius,in.d.l. diem functo,
in fin.& dicit bis communem, Lan-
celotus Decius,in.d.l.operę,colu.1.
& etiam dixit communem Couarr.
lib.3.variarum reſol.c.13.num.8.&ſe
quitur Albericus,in.d.l.cum hęres.
§.ſticus dicens,iura pro gloſſ.allega
4 ta procedere fauore libertatis, quod
etiam dixerat gloſſ.magna, in. d. §.
item cum quidam, & vide omninò
Romanum,conſ.432.quam opinio-
ne ſequitur Antonius Gomez.2.to-
mo variarum.c.3.nu.3.& hanc dixit
veriorem & in practica receptiorē
Azeued.in.l. 6. tit.15.num.19. lib.4.
recop,tx.vero in.l.4.tit.31.p.2.loqui
tur ſpecialiter in ſalario doctorū,&
ſic regula eſt in contrarium. l. nā &
ſiquide.§.fi.ff.de pęnu legata.

Solet tamen dubitari, an ſalarium
debeatur famulo,quando nullo cer-
to ſalario,deſignato receptus fuit(vt
5 maximé contingit in ſamulis prela-
torum).Et nullum in hoc caſu eis de
bere ſalarium, tenet Federicus de Se
nis,conſ.118.Alexand.conſ.119.lib.
6.Puteus,deciſione.1.lib.3. numer.3.
& deciſio genuę.115.Natta,conſ.376
colum.1.&.2.Hieronymus Gabriel,
conſ.170.num.20. Menoch. conſil.
228.num.4.lib.3.& dicit idem Pu-
teus.deciſione. 43. lib.2.quod vica-
rius epiſcopi iam defuncti, non po-
teſt petere ſalarium couentum á ſuc
ceſſore pro ſeruicijs pręteritis:quod
ſequitur Flaminius,lib.1.de reſigna-
tione beneficiorum, quęſtione.16.
num.54.vbi reſoluit ita fuiſſe iudica
tum.Et pro hac ſententia,quod ſala-
rium non debeatur quando a princi
pio non fuit promiſſum, conſuluit
Ioannes Botta,conſ. 43. limitans,in
aduocato &procuratore,cū ſint ſoli
ti operas ſuas locare,ſed in quæſtio-
ne principali contrariā opinionem
tenet ſumma Syluestrina, verb.fami
lia,



lia,num.6.& Gutierrez,de iuramen-
to confirmatorio,prima par.cap.62.
num.3.& Azeuedo,ſupra,numer. 4.
qui dicit quod ita practicatur, quæ
opinio magis procedit de æquitate,
quam de iuris rigore,vt tenet Dida-
cus Perez,in.l.1.tit.2.lib.1.ordinam.
pagina.61.vbi agit de famulis ſchola
6 ſticorum, quibus de conſuetudine
non debetur ſalarium, cùm eis per-
mittatur lectiones ſuę facultatis au-
dire, & ſic ſolum eis dantur calcea-
menta,vt tradit Rebuffus, de priuil.
ſcholaſticorum priuilegio.167.eſt ta
menſingularitér aduertendum,quod
7 ſi famulus fuerit affinis,vel domini
conſanguineus, nullum ei ſalarium
præſtari debet mortuo domino:&ra
tio eſt, quia neque ipſi,nec dominus
circa conſanguineos, ſolent operas
locare,de conſuetudine,quod eſt ne
ceſſarium,vt debeatur ſalarium, vt
tradit Didacus Perez,ſupra, & Spe-
culator,in titulo de ſalario aduoca-
torum. §. nunc de procuratore, &
eſt tex.in.l ſalarium.C.mandati. Ad
uocatis verò cū quib⁹ nihil actū fuit
8 à principio de ſalario,debet iudex ſa
larium conſtituere,arbitrio boni vi
ri.Ita tradit Gutierrez,ſupra.c.64.nu
mer.3. & Ioan. Botta, conſ.43.nu.6.
& Federicus, & Alexand.ſupra. Et
quod magis eſt,ſi actum fuit à princi
pio de ſalario certo ſoluendo poterit
iudex ad petitionem partis illud mo
9 derare, vt reſoluit Sarmiento,lib.1.
ſelectarum.c.11.num.9.vbi idem di-
cit de medicis, procuratoribus,& ſo
10 licitatoribus,& Gutierrez, de iura-
mēto confirmatorio.1.p.c.53. nu.30.
idemque latiſsimè proſequitur Segu
ra Daualos, in ſuo directorio iudi-
cum eccleſiaſticorum.c.13.in.1.p.nū
mero.6.cum ſequentibus. Sed quid
ſi aduocatus habeat ſalarium à duo-
bus,&vterque inter ſe litem habeāt,
cui tenebitur patrocinium præſtare.
Quam queſtionem mouet Rolandus
à Valle,conſ.44.numero.24.volu.2.
qui reſoluit, quod antiquiori ex liti
gantib⁹.In quæſtione veró principa
li,ſeruari debet diſpoſitio legis parti
tæ.9.tit.8.par.5.& ita de conſuetudi
ne obſeruatur.

## QVAESTIO. 289.

### *Vtrum in cauſis criminalibus admittatur procurator quando ex forma ſtatuti proceditur contra abſentē. Communis contra communem, & quid iure regio.*

IN cauſis in quibus imponitur
pęna vſque ad relegationem,nō
poteſt conſtitui procurator. Ita
tenet gloſſ.in.l.ſeruum quoque.§.pu
blicè.ff.de procuratoribus, & eſt cō
munis opinio gloſſæ,ſecundum So-
cinum,in.c.veniens.colum.2. de ac-
cuſationibus,& dixit etiam commu
nem Caſſaneus,in conſuetudinibus
Burgūd.rub.4.§. 5. verb. &*drodi,*
num.27.& dixit etiam communem
Boerius,deciſ.285.nume.4. & Iulius
Clarus,lib.5.ſententiarum.§.fi. quæ-
ſtione.32.& rationem aſsignat Me-
nochius,de arbitrarijs lib.1.quæſtio
ne.80.num.2.fol.73.Nunc autem du
bium eſt,an quando ex forma ſtatuti
proceditur in cauſis criminalibus
contra abſentem, admittatur procu
rator.Et eum non admitti tenet cō-
munis opinio, ſecundum Alexand.
conſ. 116. volum.2.num.18.& latiùs
diximus in quęſtione.237.

Sed contrariam partem dixit ma-
gis communem Hippolytus, in pra-
ctica criminali. §.ſequitur,nume.27.
Et non ſolum hodié non admittitur
procurator, verùm neque defenſor
admit-

admittendus erit,vt in.l.9.tit.13.lib. 4 recop.ibi,*ni procuradores,ni defenſores:ſaluo ſi eſtuuieren preſſos.* Quod tenet Auendañus,reſpon.15. Sed veriùs exiſtimo,quod defenſor admittatur,vt reſoluimus in. d. quæſtione 237.num.6.& eſt communis opinio, ſecundum Corneum,conſ.283.colu. penultima,ad finem,quod tenet Gregor. verb. *no podria demandar*,in.l. 12.tit.5.p.5.& Parladorius, rerũ quotidianarum.1.p.c.20. & Gomecius, in.l.76.Tauri,qui refert formam procedendi hodiè contra abſentem, ſecũdum pragmaticam de Alcala,quæ eſt.l.1.tit.11.lib.4.recopilat.& tradit Paz,in ſua praxi.5.partis.1.tom.c.4. fol.164.& vide.l.7.tit.4.p.3. & Menochiũ, de arbitrarijs lib.1. queſtione.80.qui per. 145. numeros proſequitur iſtam quæſtionem, cum pluribus declarationibus, & limitationibus. Et nouiſſimè hanc noſtram opinionem deffendit Azeuedo,in.d. l.1.tit.10. lib. 4. recopilationis, numero.51.

## SVMMARIVM.

1 *Concordia inter has opiniones contrarias refertur & reprobatur.*
2 *Lex.3. Tauri declaratur.*
3 *Mulier tempore peſtis poterit contrahere ſine licentia viri.*
4 *Limitatio ad.l.3.Tauri traditur.*

## QVAESTIO. 290.

### *Vtrum tempore peſtis cum minore teſtium numero, fieri poſſit teſtamentum. Communis contra communem.*

Tempore peſtis, cum minore numero teſtium teſtamẽtum fieri poteſt.Ita tenet Bartolus, in. l. 1.ff.de bonorum poſſeſſ.ex teſtamento milit. & eſt communis opinio , ſecundum Marcum Antonium,in.§.ſed neque.num.27.inſtit. de teſtamentis,qui á num.23.laté proſequitur iſtam queſtionem.Eamqué dixit communem Gualdenſis,de arte teſtandi,tit.2.cautela.2.numer.2. & Pariſius,conſ.82.numero.4.lib.2. Baldus,conſ.20.lib.5.Barbacia,conſil.58.lib.1.Socinus,conſ.85.Corne⁹, conſ.161.&.298.lib.1.& deciſio Neapolitana.134.Paulus Pariſius,conſil. 46.numer.24.lib.3. Guillermus Benedictus,in.c.Raynuntius, de teſtamen.verb.teſtamentum,el.1.numer. 13.Idemque tenet(per tex.ibi) Bald. & Salicetus,in.l.fin.C.de teſtamẽtis, & latè Decius, conſ.285. Ripa, in.l. Centurio,num. 8.de vulg. Rubeus, conſ.165.Socinus nepos, conſ. 129. numer.14.volum.1.&magis communem appellat Pariſius,conſ.32.volu. 2.numer.6.& conſ. 33. numer.26.in eodem volumin.Menchaca,lib.3.de ſucceſsionum creatione.1.p.§.22.numero.35.

Sed contrariam ſententiam (imó quod etiam tempore peſtis requiratur numerus teſtium à iure requiſitus)dixit communem Alexan.conſ. 70.columna penultima,volumin. 2. num.16.& conſ. 177.nume.8.eodem vol.( vbi Carolus Molineus plures refert)& dixit etiam communemRipa,in tractatu de peſte.2 parte,particula ſecundę partis,numero.7.Matthæus de Afflictis,deciſione Neapolitana.25.num.2.& dixit communẽ Rubeus,conſ.72.& conſ.165.Boeri⁹, deciſione.228.nume.10.Et dixit etiã communem Cifuentes,in.l.3.Tauri, nu.4.& poſt eum AntoniusGomez, ibi,num.48.& dixit magis communem Couarr. in rub. de teſtamentis.





3.p.num. 21. & Antonius Gabriel, tit.de teſtamentis,concluſione.8.qui plures refert pro hac ſententia. Et duas communes queſtiones refert Tellus Fernandez, in. d.l.3. Tauri.1.
1 p.num.6. qui hanc vltimam ſequitur,& vituperat concordiam traditam per Iaſſ.in.d.l.fi.dicentem,quod quando eſt modica peſtis, procedat prima opinio,ſecunda verò,quando eſt magna. Quam concordiam ſequuntur Rubeus, conſ. 72.numer.3. & Boerius,deciſ.218.numer.11.& Pariſius,conſil.32.volum.2.numero. 3.
2 Quæ omnia ſunt notanda,pro verò ſenſu & intellectu dictæ legis.3.Tauri.Et vtinam(per miſericordiam Dei omnipotentis) caſus iſte nunquam contingat.Adde tamẽ, quod tem-
3 pore peſtis poterit mulier contrahere ſine licencia viri, aut iudicis,ſi contractus fuerit reciprocus, & eſ-
4 ſet periculum in mora:ita tenetMenchaca,ſupra,num.36.qui ſic limitat, & declarat leges Tauri. 54. &. 55.& 59.quæ eſt optima ampliatio,&declaratio ad dictas leges.

## SVMMARIVM.

1 *L.9.tit.5.p.6.declaratur.*
2 *Secunda opinio in quæſtione propoſita refertur.*
3 *Tertia opinio traditur, vt iudicis arbitrio relinquatur.*
4 *L.3.§.penultimo ff.de lib exibendis declaratur.*
5 *Iudex non tantum annorum numerum, quantum perſonæ conditionem inſpicere debet.*
6 *Hiſpani ſunt verſuti.*
7 *De iure regio non procedunt prædictæ opiniones.*

## QVAESTIO. 291.

### *Proximus pubertati, in qua ætate quis dicatur. Communis contra communẽ, & quid iure regio.*

Proximus pubertati dicitur vir,poſt decem annos & dimidium , fęmina veró , poſt nouem & dimidium.Ita tenet gloſſ. in.§.pupillus,inſti.de inutilibus ſtipulationibus.& in.l.pupillũ.ff.de regulis iuris,gloſſ.fin.in.l.1.ff.de nouationibus,& in.§.in ſumma, inſtit.de obligationibus quę ex delicto naſcuntur, quorum opinionem dicit communem Iaſſ.in.l.properandum. §.& ſiquidem.nu.2. C.de iud.& ſecũdum Decium,&Cagnolum in.d.l.pupillum. Et iſtam opinionẽ approbat
1 apud nos.l.9.tit.5.par.6.licet aliq.ll. falſô ſoleát ad hoc allegari,vt eſt.l.8. tit.31.p.7.cum alijs.Secunda eſt opi-
2 nio gloſſ.in.c.continebatur,& in.c. atteſtationes.de deſpõſatione impub. ſcilicet,quod proximus dicatur pubertati, qui per ſex menſes diſtat ab illa.Quarum opinionẽ,dixit eſſe cõmunẽ Staphyleus,de literis gratiæ& iuſtitiæ,fol.74.quam ſequitur Zaſi⁹, intractatu,de iudęis,queſt.2.qui fatetur primam eſſe communem.Tertia
3 opinio eſt quod proximus pubertati dicatur,ille,quẽ iudicis arbitriũ declarauerit.Quam opinionẽ tenet Faber,in.d.§.pupillus,& Iaſſ.ad Porcũ, in princ.inſtit.quibus modis tutela finiatur,col.2.& eãdẽ ſẽtẽtiã tenet Viglius,in.§.teſtes,num.11. inſtit. de teſtamentis,& Iuuenalis Acoſta forte in.§.is quoque,num.34.inſtit.quibus modis recõtrahitur oblig.&(horum oblitus)illam tenetCouar.in.4. decret.2.p.c.5.num.5.qui laté proſequitur hunc articulum.Et hæc vltima opinio(ſecluſa lege partitæ)videtur

tur verior, quam etiam tenet Ioãnes de Villama, in repetitione, legis, diu⁹ ff. de ſicarijs, & vide Dueñas, regula. 259. limitatione. 3. & Menochium, de arb. lib. 2. caſu. 57. numer. 21. & 35. & 40. qui latè proſequitur iſtam quæſtionem, & aſsignat intellectum
4 ad. l. 3. §. penultimo. ff. de lib. exhibendis, & ad. c. ad noſtram, de regularibus, ibi, num. 37. & 38. vbi refert ſex opiniones, & dicit eſſe magis receptam, vt hoc relinquatur iudicis arbitrio. Quam opinionem (vltra ſupra relatos) ſequitur Corraſius, lib. 6.
5 miſcelanearum. c. 23. num. 4. & Couar. in clementina. ſi furioſus, in initio. 3. partis, numero. 5. de homicidio, & in. 4. de ſpon. 2. p. c. 5. numero. 5. Et ratio huius opinionis eſt, quia iudex non tantum annorum numerum, quantum perſonę conditio-
6 nem, actuſque qualitatem expectauit: quia alitèr iudicandum eſt de Normanis, quam de Hiſpanis, ſecundum Menochium, ſupra, qui dicit, quod Hiſpani ſunt verſuti, vt tradit
7 gloſſ. in. l. dolum. C. de dolo, & Oldradus, conſ. 84. in fin. & alia plura de reliquis nationibus refert, vt iudex hæc omnia perpenſa poſsit iudicare: quę omnia ceſſant ex. l. 9. tit. 5. p. 6. vbi iſta quęſtio eſt iam deciſſa.

QVAESTIO. 292.

*Vtrum iudex teneatur ſeruare fidem promiſſam delinquenti. Communis contra communem.*

IVdex fidem datam delinquentibus ſeruare non tenetur. Hanc dixit communem opinionem Chucalon (ad Decium) in. l. ea eſt natura cauillationis, de reg. iuris, & dixit communem Alciatus, in. l. ea eſt natura. ff. de verborũ ſignificatione, num. 7. vbi refert Decium ſic feciſſe Alexandrum. 3. cum quodam epiſcopo ſimoniaco: quam opinionẽ ſequitur Thomas Grammaticus, quęſt. 3. per totam, Felinus, in. cap. afferte, de præſumptionibus, Archidiaconus, in. c. vtilem ſimulationem, (per illũ tex.) 22. quęſt. 2. Catelianus, Cota, in memorabilibus, verbo dolũ bonũ, quam quęſtionẽ latiſsimé proſequitur Remigius, de Gonni. de immunitate eccleſia, falentia. 26. & Couar. lib. 1. variarum. c. 2. numer. 16. & ſequitur iſtam opinionem Nauar. in manuali. c. 25. num. 22. & Paz. in ſua praxi. 5. partis. 1. tom. c. 3. §. 3. nu. 166. & pro hac ſententia eſt bonus text. in authentico. de mandatis Princ. §. neque homicidijs, colum. 3. & vide Antonium Gomez, qui tradit quandam concordiam. 3. tom. variarum. c. 12. num. 7.

Sed contrariam opinionem dixit communem Cagnolus, in. d. reg. ea eſt natura cauillationis, nume. 23. & Alciatus, de præſumptionibus, reg. 3. præſumptione. 27. num. 4. Plaça de delictis lib. 1. c. 37. Iulius Clarus, lib. 5. receptarum ſententiarum. §. fi. quęſtione. 55. & Simancas. de catholicis inſtitutionibus, tit. 13. numer. 12. Rojas. de hęreticis, in. 2. p. concluſione 25. num. 264. & Azeuedo, in. l. 3. tit. 2. nu. 13. &. 15. lib. 1. recopilationis, vbi reſoluit, quod iudex peccat mortaliter, non ſeruans fidem promiſſam delinquenti, & hæc opinio approbatur de conſuetudine, & ita vidi practicari in cauſa mortis Petri de Tapia, equitis Abulẽſis, nam occiſſores fuerunt extracti ab eccleſia, ex fide iudicis, qui cum non vellet poſteá eos ad eccleſiam remittere, ex prouiſione regali ita deciſum fuit.

QVAESTIO. 293.

*Vtrum*



*Vtrum diffinitio teſtamenti, de qua per Iuriſconſultum, in. l. 1. ff. de teſtamentis, ſit vera. Cõmunis contra communem, & quid iure regio.*

DIffinitio teſtamenti, de qua per Iuriſcõſultum in. l. 1. ff. de teſtam. eſt diminuta, & ideó ei eſt addendum, cum hæredis inſtitutione, quę ſubauditio communis eſt, ſecundum Imolam, in rub. de teſt. nu. 13. & plura tradit Menchacha, de ſucceſsionum creatione. §. 1. vſque ad num. 4. & latiſsimè ad partes, teſtamenti diffinitionem declarat Matienço, in. l. 1. gloſſ. 1. num. 1. tit. 4. lib. 5. recopilat. & diffinitio de qua in d. l. 1. probatur per. l. 1. titul. 1. part. 6.

Sed illam ſubauditionem reprobat Bart. in rub. de teſtamentis, & ei⁹ doctrinam dixit communem Ang. in principio, inſtit. de teſtam. num. 15 atquè hanc tenet Couar. in rubr. de teſtamentis, num. 4. col. fin. & Iulius Clarus, receptarum ſententiarum. §. teſtamentum, & licèt lex partitę probet primam opinionem, vbi notat Gregor. verb. *palabras,* iure tamen nouiori non eſt facienda illa ſubauditio, ex. l. 1. tit. 4. lib. 5. recopilationis, vbi notat Azeuedo, numer. 167. omninò videndus.

QVAESTIO. 294.

*Vtrum baptiſmus liberet delinquentem à pœna temporali. Communis contra communem.*

BAptiſmus liberat à pœna corporali, quam baptizatus meruit propter delictum anteá commiſſum. Ita tenet gloſ. in. c. quoniam. 48. diſtinctione, & in. c. quod autem. 32. quęſt. 1. & in. c. ſi pœnitentia, de conſecratione diſtinctione. 4. Quarum opinionem eſſe communẽ aſſerit Felinus, in. c. de his, num. 7. de accuſationibus. Et eam eſſe cõmunẽ Theologorum aſſerit Thomas Ferrara, cautela. 24.

Sed contrariam ſententiam tenet Præpoſitus, in. c. deinde. 26. diſtinct. colum. fi. verſ. conclude, & hanc dixit cõmunem Anania, in. d. c. de his, num. 6. Decius, in. c. quæ in eccleſiarum, numer. 24. de conſtitutionibus, Antonius Chucus, lib. 5. inſtit. tit. de baptiſmo. §. 1. nu. 111. vbi dicit, quod hæc opinio eſt in Catechiſmo Romano approbata licet moneat, magnam, pietatis & religionis laudem aſſequuturos principes, qui etiam huiuſmodi pęnas in baptiſmi gratia condonarent, quia illuſtriora in hoc ſacramenta Dei reddantur. Et dixit etiam communem Loaces, in. §. his igitur, num. 58. inſtit. de iuſtitia & iure, & etiam Couarr. (communis contrariæ immemor) lib. 2. variarum. c. 10. numer. 4. & communem appellat Decius, conſ. 130. num. 2. p. 2. vbi citat gloſſam finalem, in. c. gaudemus, de diuorcijs, & hanc tenet ſumma Haſteſan. in. 1. part. lib. 4. tit. 4. art. 1. q. 2. &. 6. & ſanctus Thomas, in additionibus. 3. partis, quęſt. 69. art. 2. ad. 3.

## SVMMARIVM.

1 *OPinio Alexandri reprobatur.*
2 *Lectura Socini, quæ deprauata eſt, emendatur.*
3 *Crimẽ cõcubinatus punitur in merè laicis.*
4 *Opinio Antonij Gomez reprobatur, in quantum dicit quod de iure naturali nõ erat prohibitus aliquis coitus.*
5 *Fornicatio extra matrimonium, omni iure eſt prohibita.*
6 *Delictũ cõcubinat⁹ miti⁹ punitur, quando magis naturali inſtinctu, quã ex ratione cõmittitur.*

## QVAESTIO. 295.

### *Vtrum concubinatus crimen ſit de iure ciuili improbatum. Communis contra communem.*

COncubinatus crimen, non eſſe improbatum de iure ciuili,
dixit eſſe magis communem
opinionem Alexand.in.l.ex facto.§.
ſiquis rogatus,num.13.ff.ad Trebell.
vbi tenet,neque de iure naturali eſſe
prohibitũ.Et dixit etiam communẽ
Socinus,in.l.cum auus,num.65.verſ.
1 magis tamen. ff. de conditionibus
& demonſtrationibus, cuius lectura
eſt deprauata ibi, quia vbi legitur,
nam lege ciuili,debet legi, neque le-
2 ge ciuili,vt patet ex præcedentibus,
& ſequitur Iulius Clarus.§. fornica-
tio,num.7.

Sed contrariam partem(imó quod
ſit improbatum de iure ciuili) dixit
magis communem Ripa, in.l.ſi vn-
3 quam,quæſtione. 28.nume.77. C. de
reuocandis donationibus, Alexand.
(ſibi contrarius) conſ,59.num.3.lib.
4.Couar.in.4 in.1. parte.c.4.Auen-
dañus, in.cc. pp. c. 26. à numero.1.
Pro qua opinione facit, quia etiam
in meré laicis in diſtinctè punitur
hoc crimen, per iudicemſęcularem,
prout aſſerit eſſe communem opi-
nionem Aretinus,in.c.cum ſit gene
rale,col.fi.verſ.amplius,de foro com
petenti,vbi refert Bartolumdicentẽ,
quod etiã de iure canonico,in merè
laicis hoc crimen nõ poteſt puniri.
Ex qua reſolutione cauendum eſt ab
Alexand ſupra,& Gomecio,in.l.80.
Tauri,nu.1.qui dicunt,quod de iure
4 naturali primeuo,non erat prohibi-
tus aliquis coitus,neque acceſſuscar
nalis, quia fornicatio extra matri-
monium, omni iure fuit prohibita
vt in clem.ad noſtrum, de hæreticis,
vbi gloſſ.verb.non eſt, adduxit plu-
res ex ſacra pagina authoritates, &
explicat Auedañus,ſup. in.cc.præt.
c.26.n.1.Benètamẽ verum eſt,ꝙ hoc
delictum,cum magis naturali inſtin
ctu,quàm ex ratione committatur,
mitius eſt puniendum, vt tradit Lu-
cas de Pena,in.l.mulieres.C.de inco-
lis,& Caſſaneus, in conſuetudinibus
Burgundiæ,rub.4.num.3.

## QVAESTIO. 296.

### *Vtrum acta proceſſus facta in iudicio criminali faciant fidem in ciuili. Communis contra communem.*

ACTa facta iniudicio ciuili,faciunt fidem iniudicio criminali.Ita traditur.in. l. fin. ff.
de officio præſidis, Alexa.in.l. 2.§. ſi
publico.ff.de adulterijs, Baldus,in.l.
quod euitandi.C.de condictione ob
turpem cauſam.Et eſt communis opi-
nio ſecundum Felinum,in.c.atſi cle-
rici,de iudicijs, num.12.

Sed contraria opinio eſt etiam cõ
munis, vt tradit Ripa, in. l. is apud
qué,nu.4.C.de edendo, Grãmaticus,
conſ.42.nu.1.Federicus deSenis,cõſ.
135.vbi dicunt,ꝙ proceſſus factus cõ
ram laico,non facit fidẽ corã iudice
eccleſiaſtico:quã dicit cõmunẽ opi-
nionẽ Felin⁹,d in.c.at ſi clerici,de iu
dicijs,qué refert & ſequitur Tiberi⁹
Decian⁹,in tractatu crim.1.to.lib.4.
c.11.nu.5.& facit pro hac principali
opinione,tx.in.l.d.ꝙeuitadi.C.de cõ
dictione ob cauſã.Et hãc vltimã cõ
munẽ opinionẽ ſequitur Bart.in.l.2.
§.hoc edicto, in fi.ff.vi bonorũ rap-
torũ,Paul⁹,in.l.fi.C.de probationib⁹
Bernardus Diaz,reg.10.vbi dicit cõ




munem cõcluſionem doctorum, Cę
phalus,conſ.204. num.22. volum.2.
idẽ Paulus,conſ.328.vol. 2. Ruynus,
conſ.19.volum.5.Iulius Clarus,recep
tarum ſententiarum.§.fin.quæſtio-
ſtione. 54.vbi aſsignat rationẽ,& ad
iſtam regulam plures adduxit limi-
tationes,Maſcardus,volum.1. prob.
concl.34.& latiùs diximus & reſol-
uimus,in queſtione.487.

## SVMMARIVM.

1 *Executio fieri non poteſt pro capitali ſocietatis.*

2 *Inſtrumentũ ſocietatis nõ poteſt mãdari executioni pro ſorte principali.*

3 *Opinio Gregorij Lopez,reprobatur.*

4 *Pecunia non datur in ita ſocietate,vt integra reddatur,ſed vt cum ea negocietur.*

5 *Inſtrumentum ſocietatis non dicitur liquidum,quando pecunia datur ad negociandum,& ſic damni & lucri habenda eſt ratio prius.*

## QVAESTIO. 297.

### *Vtrum actus,qui non valet iure ſocietatis ſuſtineatur iure cõuentionis. Communis contra communem.*

ACtus, qui non valet iure ſocie
tatis,nec iure conuentionis va
lebit.Ita tenet gloſſ. 1. in. §.&
adeò,verſ.& alijs,inſtit.de ſocietate,
cuius opinio eſt communis,ſecun-
dum Porcum,ibi. nu. 1.

Contrariam tamen ſententiam te
net gloſſ. verb. ſocietati,in. l. ſi non
fuerint.ff.pro ſocio,& hanc partem
tenet Angelus de Periglis,in tracta-
tu de ſocietate.2.p.nu.3.&.4.volu.1.
1 tract.& hanc dixit communem Ful
goſius,in.d.l.ſi non fuerint, & dicit
etiam communem Decius,& Curti⁹
iunior,in.l.ſi paſcenda,in princ.C.de
pactis,vbi Corneus,col.1.in lectura,
& in repetitione,colum.4.&.5.idem
Corneus,conſ. 233. vol.2.& pro hac
ſententia facit tex.in.l.4.tit.10. p.5.
2 Eſt tamen pulchrum dubium,an fini
ta ſocietate, poſsit inſtrumentum ſo
cietatis manndari executioni prò
ſorte principali,antea quam damnõ
rum, & lucrorum ratio reddatur.Et
poſſe illud inſtrumentum mandari
executioni, tenet Socinus,conſ.265.
vol.2.&doctiſsimus Gregorius,in.l.
10.tit.10.p.5.verb.**muerte ciuil,**infi.
gloſſæ, & illum ſequitur Baeça,de
dote.c.36.numer.20.quorum opinio
3 falſa mihi videtur, ex traditis per
Auendañum,in..cc.pp.2.p.c.29.nu.
&.5.& nouiſsimè cõtrariũ tenet Par
ladorius,rerum quotid.c.fi.1. p.§.12.
nu.5.quia pecunia non datur,vt inte
4 gra reddatur, vt eſt in mutuo & de
poſito,ſed vt cum ea negocietur, &
ſic habenda eſt ratio lucri, vel dam-
ni:precipuè,quia tale inſtrumentum
ſocietatis non dicitur liquidum, cũ
ſit data pecunia ad negociandum, vt
tradit Peralta, in. l. 1. numero.83.ff.
de leg.2.

## QVAESTIO. 298.

### *Vtrum propter adulterium in matrimonio putatiuo, perdat vxor dotem. Communis contra communem, & quid iure regio.*

PRopter adulterium vxorem
amittere dotem,nemo eſt qui
neſciat,& eſt tx.in.c. plerũq;
de donation. inter virũ & vxorẽ,&
latiſsimè illud explicuim⁹ in.q.709.

Sed pone, quod matrimonium erat putatiuum, quoniam conſanguinitatis, vel affinitatis cauſa ſuberat, nunquid in hoc caſu etiam amittet doté Et non amittere, tenet gloſſ. verb. ſic habere, verſ. dic contra, in.l. conſenſu. §. vir quoque. C. de re iud. quá ibi Salicetus, & communitér ſequuntur doctores, ſecundum Antoniũ Gomez, in.l.80. Tauri, num.48. Didacus Perez, in.l.2. tit.15. lib.8. ordinaméti, pagina.289. Iulius Clarus. §. adulterium, nu.9. & dicit etiam communé Azeuedo, in.l.3. tit.20. lib.8. recopil. eãdem etiam ſequitur Antonius. Romanus, Barbacia, & Bertachinus, in locis infra relatis per Couar. & Tiraquel, poſt. ll. connub. gloſſ. 8. nu. 238. vbi illam ſequitur opinioné, & Corraſius, in.l. qui liberos, nume.31. ff. de ritu nuptiarum. ſequitur etiam Paulus, num.2. Alex. col.1. verſ. ex his verificari, & alij in.l. ſi cum dotem. §. fi. ff. ſoluto matrimonio, ex quib⁹. Alexan. vbi ſupra, hanc innuit eſſe communem opinionem canoniſtarum.

Sed contrariam parté tenuit gloſ. in. d. c. plerumque, gloſſ. magna, quæ latè hunc proſequitur articulum, & illam gloſſ. ibi ſequuntur cómunitér doctores, ſecundum eundem Gomecium, in. d. num.48. & eſt communiter recepta, ſecũdum Antonium, nu 10. Abb. num. fi. Prępoſit. nu. 6 ibi & Tiraquellũ, (cũ alijs ab eo citatis,) d. gloſſ. 8. numer. 265. & dicit communem Ioannes Lupus, in repetitione rubr. §.36. num.36. & Couar. & ab eo relati in. 4. decret. 2. part. c.7. §.6. in principio: vltra quos eam appellat communem Aymon Craueta, de antiquitate temporum, fol.131. num.12. & Bermódus, de publicis concubinarijs, pagina.44. num.43. Et ex noſtris eam dicit communé Gomez Arias, in.l.79. Tauri, num.10. colu.2. & Rodericus Xuarez, in.l.1. tit. * *de las gancias,* * lib.3. fori. colum. 4. verſ. faciat, vbi carpit Alexand. quod allegauerit canoniſtas, in. d. c. plerumque, tanquam concordantes cum gloſ. in d.l. conſenſu, quia ſecundum eum cómunior opinio canoniſtarum eſt cótra eam. Hodiè tamen, hanc vltimam opinionem probat.l. 81. Tauri, quæ eſt.l.3. tit.20. lib.8. recop. quam declarat Ahumada, in.l.13. tit.1. p.1. Couar. in.4.1. p. c.1. num. 8. Sarmiento, lib.1. ſelectarum, c.5. num.1. Azeued. in. d.l.3. numer.10. Solet tamen inter has opiniones aſsignari concordia per nonnullos, diſtinguendo hoc modo, quod aut ſententia adulterij, eſt pro lata, anteaquam de impediméto matrimonij aliquid probetur & ꝙ tunc habeat locum opinio gloſſæ, & canoniſtarum, in. d. c. plerumque: aut non erat lata talis ſententia, & tunc procedat opinio gloſſę, in. d.l. conſenſu. Ita aduertit Xuarez, vbi ſupra, & Antonius Gomez, in.l.80. Tauri, nu.48. & ſic facta hac diſtinct. vtriuſque gloſſæ opinionem, eſſe communem, aſſerit Baldus Nouelus, de dote p.11. §. hactenus, num.36. volumi. 10. tractat. doctorum.

## QVAESTIO. 299.

*Vtrum in pacto de retrouendendo, transferatur dominium. oblato pretio ſine noua traditione. Communis contra communem, & quid iure regio.*

IN pacto de retrouendendo transfertur dominium ſtatim (oblato pretio (ſine noua traditione, quá opinionem tradit Couar. lib.3. variarũ. c.8. nu.2. vbi refert tres cómunes opiniones contrarias, & Tiraquellus, in . l. ſi vnquam, verb. reuertatur, nu.18. ad. fi. C. de reuocan. dona. qui, qui vult dominium in hoc caſu non trásferri, vt probat. tx. in.l. ſiquis hãc ff. de rei vendicatione, quam dicit communem opinionem Decius, conſil.187. num.4. quam ſequitur Couar. ſupra, verſic. hęc vera cóclusio; pro quá opinione videtur facere.l.42. titul.5. p.5. & vide Tiraquellum, lib.2. de retractu. nume.74. & in. §.1. gloſſ. 7. num.7. Et in hac varietate opinionum, vide optimam cautelam, quam tradit Rodericus Xuarez, in.l. poſt rem iudicatam, ampliatione. 8. fol. 138. num.9. & 16. ff. de re iudicata, & noſtrá quæſtionem (vltra Couarru. ſupra) laté proſequitur Antoni⁹ Gomez. 2. tom. variarum. c.2. á num.27. &.31. cum ſequentibus.

## QVAESTIO. 300.

*Vtrum in criminalibus ſit locus delationi iuramenti neceſſarij. Communis contra communem.*

IN criminalibus non eſt locus delationi iuramenti neceſſarij, ſecundum gloſſam, in regula. cum partiũ iura ſunt obſcura, de regul. iuris, lib.6. cui eſt ſimilis gl.1. in.l. maritus. ff. de quæſtionibus, vbi Hippolytus, num.12. teſtatur earum opinionem eſſe communem. Idem aſſerit Iaſſ. in.l.3. §.1. nume.19. ff. de iureiurádo, & in repetitione legis admonendi, num.274. ff. eod. & dicit communem Socinus, con.136. vol.1. num.6. & conſ.155. vol.2.

Sed contrariam ſententiam (imò quod ſit locus delationi) dixit communem Boeri⁹, deciſione.86 in principio. Has tamé contrarias communes opiniones poteris ita concordare, quod in cauſa criminali, in qua venit imponenda pęna pecuniaria; ſit locus delationi iuramenti. Ita Alexan. conſ.66. vol.1 col.1. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, & Boerius, vbi ſupra, numer. 4. Hippolytus, in. d.l. maritus, num. 16. quę opinio receptiſsima eſt, & cum hac diſtinctione ita practicatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *c. tam literis, de teſtibus, declaratur.*
2 *Lex 4 tit.29. p.7. declaratur.*
3 *Fundamenta opinionis traduntur remiſſiuè.*
4 *Delinquens iurans non commiſiße delictum, licèt de eo ſit conuictus, non punitur de periurio.*
5 *Iurans de calumnia non punitur de periurio.*
6 *Lex.2. C. de rebus creditis, declaratur.*
7 *Reſpondens poſitionibus, non punitur de periurio.*

## QVAESTIO. 301.

*Vtrum in criminalibus cauſis, à reo criminis exigatur iuramentum de veritate dicenda. Communis contra cómunem, & quid iure regio.*

IN criminalibus nó poteſt exigi iuramétum a reo, de veritate dicenda. Ita tenet Hippolytus (cótra Bar.) in.l. penul. nu. 72. ff. de quæſtionibus, idem Hippolytus, in practica. §. poſtquã, nu.4. & eius opinionem aſſerit cómunem Salicetus, in
1 l. principalis. §. quod obſeruari, nu.21 verſ. ſed quid ſequũtur. C. de iureiurãdo propter calum. & Tiberius Decianus, in tractat. criminalib. lib.2. c. 21. nu.23. qui adducit pro hac opinione tx. in. c. tã literis de teſtib⁹ vbi glo.

Sed contrariam opinionem (imó
quod poſsit ab eo exigi, etiam inui-
to) tenet Bart. in. l. Marcellus. ff. re-
rum amotarum, cuius opinionem
communem eſſe fatetur Hippolytus,
in. d. l. penultima, num. 72. quam ſen-
tentiam approbat. l. 4. tit. 29. part. 7.
2 quæ communitèr ita practicatur in
his regnis, ſecundum Xuarez, in. l. 4.
titulo, *de las arras*, lib. 2. fori, nu. 14.
quanuis nó deberi practicari firmet
Bernardus Diaz, in practica crimina
li. c. 126. & Nauarr. in. c. inter verba,
pagina. 211. vndecima quæſtione. 3.
Soto, de ratione tegendi ſecret. 2.
membro, quęſtione. 7. & lib. 5. de iuſt.
& iure, quæſtione. 6. art. 2. Couarru.
lib. 1. variarum. c. 2. num. 2. Antonius
Gomez. 3. tom. variarum. c. 1. nu. 65
Iulius Clarus, in practica criminali.
§. fin. quæſt. 45. idem Gomecius, ſup.
c. 12. numer. 15. & Medina, in ſumma,
lib. 1. c. 14. & Cordoua, in ſuo quæſ-
tionario, lib. 1. quæſtione. 43. dub. 3.
ſanctus Thomas, & Caietanus. 2. 2.
quæſtione. 69. art. 1. Gregor. in. d. l. 4.
tit. 29. p. 7. gloſſ. verb. iura, & Nauar-
ra, in tractatu de reſtitutione, lib. 2.
c. 4. num. 138. qui dicit communem.
Et fundaméta huius opinionis (alijs
3 citatis) tradit diligentiſsimus Salze-
do, in additionibus ad Bernardum
Diaz, ſupra, litera. A. colum, 4. in qua
quæſtione addendum eſt, quod ſi iu-
raſſet delinquens ſe non commiſiſſe
delictum, & contrarium poſteà appa
4 ruiſſet, non eſt puniendus de periu-
rio, vt tenet ſingularitèr Alexand.
(ad Bart.) in additio. 2. in. l. 1. ff. de bo
nis eorum qui mort. ſibi conſc. quod
dicit menti tenendum, Eneas de Fal
coni, ad Abb. in. c. 1. num. 3. de teſti-
bus cogendis, & in. c. 2. additio pe-
nultima, de confeſſ. ad fin. & illud
commendat Maranta, de ordine iud.
pagina. 405. num. 9. & Sylua nuptia-
lis, lib. 3. num. 43. ad fin. dicens ſe ali-
bi non legiſſè. Idem tenet Xuarez,
ſup. nu. 17. fol. 200. & Gomez Arias.
in. l. 78. Tauri, num. 14. idem ſeruan
dum eſt in iurante de calumnia, ſe-
5 cundum Bald. conſ. 299. lib. 5. Ripã,
in. c. 2. num. 5. de reſcriptis, quod pro
batur in. l. ſtyli. 136 Et hoc pacto po-
teſt intelligi. l. 2. C. de rebus creditis,
& iureiurando, quæ lex eſt intelligé
da per. l. 26. tit. 11. p. 3. idemque docet
6 Auguſtinus Beroius, quæſtione. 134.
num. 1. &. 9. & vide Boerium, deciſ.
305. nume. 3. in verſ. quid dicendum,
vbi aſſerit eſſe cómunem opinioné.
7 Idemque eſt in reſpondente poſitio-
nibus, ſecundum Marantam, ſupra,
pagina. 441. num. 17. &. 18. ſed de iure
regni vide. l. 2. tit. 7. lib. 4. nouæ reco
pil. vbi latè Azeuedo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fama publica non facit plenam proba
tionem, niſi cum alijs adminiculis.*
2 *Fama publica eſt communis locutio, ſurgẽs
ex veriſimilibus coniecturis.*
3 *Fama eſt vana vox populi.*
4 *Fama dicitur falſus rumor, ſine certo
authore.*
5 *Probatio debet eſſe de neceſſario conclu-
dens in criminalibus.*
6 *Fama in ciuilibus, cum vno teſte plenè pro
bat.*
7 *Fama an plenè probet, relinquitur arbitrio
iudicis.*
8 *Fama plenè probat in factis antiquis.*
9 *Antiquum per quod tempus inducatur.*
10 *Fama probat in his quæ ſunt difficilis pro
bationis.*
11 *Fama plenè probat in hisquæ reſpiciunt ho
minis qualitatem.*
12 *Scientia, vel peritia alicuius, plenè proba
tur per famam.*
13 *Graduatus præſumitur peritus.*
14 *Doctor non eſt iterum examinandus ad
collationem beneficij, nec in receptione
ordinum, & ibi declaratur. c. 13. ſeſſ. 7.
Concilij Trident. de reform.*





15 *Examinari non debet notoriè doctus, ad
audiendam confeſsionem.*
16 *c. 15. ſeſſ. 23. Concilij Tridentini, declara-
tur.*
17 *Notoriè doctus non indiget examina-
tione,*

## QVAESTIO. 302.

### *Vtrum fama publica faciat plenam probationem in ciuilibus, & in criminalibus. Communis contra communem.*

FAma publica regularitér non
facit plenam fidem, vt probat
tx. in. l. 3. §. eiuſdem, vbi gloſſ.
1 verb. confirmat, de teſtibus. Et idem
probat tex. in. c. ſi teſtis. §. ſępe etiam
vbi gloſſ. verb. fama. 4. quęſtione. 3.
& in. c. illud, verb. in hoc, de clerico
excommunicato. Et illam opinioné
ſequitur Baldus, in. l. proprietatis. C.
de probationibus, Hippolytus de
Marſilijs, in. l. de minore. §. plurimũ,
num. 56. &. 66. ff. de quæſtionibus, &
hanc regulam cum. 11. limitationib⁹
tradit Felinus, in. c. veniens, el. 1. de
teſtibus, num. 7. &. 8. Et. 24. limitatio
nes ponit Dueñas, regula. 299. &. 32.
limitationes congeſsit vigilantiſsi-
mus Maſcardus, volum. 2. prob. con
cluſione. 752. &. 754. & dicit commu
nem opinionem Cardinalis Alba-
nus (in ſuis lucubrationib⁹ ad Bart.)
in. d. l. 3. §. eiuſdem, numer. 2. & dicit
etiam communem Decius, in. c. 1. nu
mer. 36. de appellationibus, & Areti-
nus, in. c. veniens, num. 21. de teſtibus
Couarr. in epitome. 2. p. c. 8. §. 3. nu-
mer. 3. & idem deciſum fuit per Ro
tam, deciſione. 236. aliàs. 15. de præ-
bendis. vbi publica vox & fama, non
facit plenam, neque ſemiplenam pro
bationem, niſi alijs adminiculis ad
iunctis, iuxta notata in. c. veniens. el
1. de teſtibus, & tradit Belamera, de-
ciſione. 564. &. 612. &. 455. &. 242. &
740. & Rota, in tit. de re iudicata, de
ciſione. 330. aliàs. 15. & Burſatus, cõſ.
2 20. num. 31. Et ratio eſt, quia fama eſt
communis locutio, ſurgens ex veriſi
milibus coniecturis. Ita Franciſcus
Curtius, conſ. 57. & Viuius, in ſuis cõ
munibus, verb. fama, & ſequitur Gra
tian. reg. 187. nu. 8. vndè cum ex cõie
cturis procedat, nó poteſt facere ple
nam probationem, quia fama eſt quę
3 dam vana vox populi. l. decurionum
C. de pęnis, & dicitur falſus rumor,
vt in. l. fi. ff. de hæredibus inſtitu. &
& ſic Fabius, lib. 5. oratio, inſtit. c. 3.
ſcriptum relinquit, famam eſſe rumo
rem ſine certo authore, vt tradit Me
4 nochius, de arbitrarijs lib. 2. caſu. 89.
num. 89. quòd maximè illud proce-
dit in criminalibus, in quibus proba
tiones debent de neceſſario conclu
5 dere, non de contingenti. l. neque na
tales. C. de probat. l. nam hoc. C. vn-
dè legitimi. l. ſciant cũcti. C. de accu
ſationibus. Et ſic in his non facit fa
ma ſemiplenam probationem, ita
gloſſ. verb. illorum, in. d. c. veniens.
Et etiam iuncta cum vno teſte, non
6 faciet plenam probationem, quam
gloſſam ſequuntur ibi doctores, vt
teſtatur Hippolytus, ſupra, in. l. de mi
nore. §. plurium, num. 55. & dicit no-
tabilem Decius, in. d. c. de appellatio
nibus, num. 21. Iaſſ. in. l. admonendi
num. 251. de iureiurando, qui nume.
250. fatetur communem, & dicit etiã
communem Dueñas, reg. 300. & An
tonius Blancus, in tractatu de indi-
cijs, num. 313. Pariſius, conſ. 153. num.
11. volum. 4. Craueta, conſ. 41. num.
6. & de antiquitate temporũ fol. 99.
verb. viſo in hãc, Lãfrancus de Oria
na, in. d. l. admonendi, num. 41. & di-
cit etiam communem Decius, in.
c. veniens, quem refert, & ſequitur
Maſcardus, ſupra, concluſione. 754.

num.1. vbi ampliat ſex modis,& limitat quinque,quę omninò videas. In cauſis verò ciuilibus,maius dubium eſt,& in illis famam facere ſemiplenam probationem, ita ꝙ cum vno teſte plena ſit probatio tradit glo.in.d.c.veniens,verb.fama, & in c.fi.§.ſępe.4.quæſtione.3.verb.confirma,& ſequitur Iaſſ.in.d.l.admonendi,num.242.&hanc ſententiam fatetur eſſe communem Præpoſitus,col.4.Decius,num.11 in.c.1. de appellationibus,& eandem dicit communē Hippolytus,ſupra,nume.85. & dixit etiam communem Zaſius,conſ.2.volum.2.num.79.& hanc ponit pro regula,Socinus,reg.144.incipit,fama, vbi adduxit,7.limitationes,& Belamera,deciſ.740.Pariſius,conſ.75. numer.17.volum.1.& dicit etiam communem Maſcardus,ſupra, concluſione.753.num.6.

Sed contrariam opinionem (imò
7 quod hoc ſit in arbitrio iudicis, qui attenta qualitate famæ, & eius probatione,& arduitate cauſę arbitrabitur, an fama faciat ſemiplenā fidem,vel non)tenet Felinus,in.d.c. veniens,num.11.& Hippolytus,dicto num.85.ad fi.& hanc aſſerit communem Paulus Pariſius,conſil. 104. vol.1.num.161.Sed re vera, prima opinio communior eſt, quę procedit,dum teſtis qui famæ iungitur, deponat de certa ſcientia,ſecùs autem de credulitate,ſecundum Aretinum, (per tex.ibi,)in.c.inquiſitionis.§. fi. de accuſationibus: quæ omnia ſunt limitanda in factis antiquis,quia tūc fama plenè probat iuxta gloſſam, in
8 l. at qui natura.ff. de neg.geſtis. Ita Alexand.conſ.83.volum.3. & dicit communem Iaſſo.in.l. prætor ait.§. prętor ait.ff.de edendo,& etiā atteſtatur de communi Decius, in. c. 1. num.46.de appellationibus, & plures refert Maſcardus,ſupra, nume.7. in.1.limitatione,& Ioannes Garcia, de nobilitate,gloſſ.18.§.1.num.7.di-
9 cens ab ea non eſſe recedēdum.Quę autem dicantur antiqua,vt in eis fama plenè probet, dic quòd ea, quæ pręceſſerunt per centum annos, ſecundum Iaſſ.poſt Alex.in.d.l. admonendi,vbi numer.246.dicunt communem,& Menochius,(pluribus citatis)de arbitrarijs caſu.3.numero.5.
10 & in.lib.2.centuria.2.caſu. 116. vbi etiam limitat in his,quę ſunt difficilis probationis, quæ ſunt de mente Bartoli,in.l.ſiquidem.C. ſoluto matrimonio, & in.l.continuus.§.cum ita,de verborum,& Baldus,conſ.37. colum.fin. volum.1.Alexand.conſil. 24.volum.2.Ruynus,conſ.76.& Anchar.conſ.311.vnum tamen nō omit-
11 tam,quod in his quæ reſpiciunt hominis qualitatem,fama plenè probat vt docuit Bart.in.l.1.C. de teſtamentis,& ſequitur Maſcardus,ſupra,nu. 33.concluſione.753.& Ioannes Garcia(qui plura congeſsit) in tractatu de Hiſpanorum nobilitate.d. gloſſ. 18.§.1.num.6.&.7.vbi plures tradit
12 doctores.Et ſic in probanda ſcientia vel peritia alicuius,ſufficit probatio per famam. Ita gloſſ. in.c. epiſcopi examinatio. 23. diſtinctione,& tradit Ioannes Andreas,in.c. conſtitutus,el.2.de appellationibus,quod maximè procedit, ſi aliquis fuerit graduatus,quia graduatus præſumitur peritus,vt tradit Caſſaneus, in Cathalogo glorię mundi.7.p.conſideratione.27.qui allegat Butrium,& Alexand.in.l.ſi conuenerit.ff. de re iudicata,& dicit Baldus,in. c. ſcriptū, colum.2.de electione, quod doctor non ſit iterum examinandus,imò re-
14 putatur idoneus ad collationem beneficij, & in ordinum receptione, etiam ſi non examinetur, ita gloſſ. verb.ignota,in.c.dePetro.47.diſtin. per quem tex.idem tenet Abb. in.c. conſtitutis,el.2.num.4.de appellationibus,vbi Decius,numer. 7. Auiles,

in



in.cc.pp.in glo.verb. *que les dicre,* nu.4.& Petrus de Snaul,in tractatu de doctoribus.4.p. quæſtione.28. & Belamera,deciſ.667.& idem videtur confirmare tex.in.c.13.ſeſſ.7. Concilij Triden.de reform.quem text. ſic pōderat & declarat Paul⁹ Fuſcus de viſita.lib.2.c.29.num.15.& Zenedo, collect.15.ad decretum,num.3.fol.18. & dicit Gomeci⁹,in reg. Chancellariæ,in prohęmio,quæſtione.2.num. num.10.& Rebuffus,in praxi beneficiali,tit.de clericis ad ſacros ordines malè promotis,glo.4.fol. 441.nu.11. qui dicit ꝙ notoriè doct⁹ examinari non debet,imò fieret iniuria vniuer-
15 ſitati, ſecundum Rebuffum, ſupra, lib.1.c.33.numer.3.& in concordata tit.de collationibus.§.præterea, glo. ver.quinquenniū,fol.345. Cordoua, in ſuo quæſtionario,quæſt.16.& eſt ratio quia quilibet graduatus præſumitur idoneus,licèt contrariū reſoluat Bobadilla,in ſua polytica, *de los Corregidores,*lib.1.c.6.num.18.in fin. vbi poſuit exemplum in Acoſta & AriasPinelo,qui(licèt notoriè docti erant)fuerunt examinati.Ex quibus
16 datur declaratio ad.c.15.ſeſſ.23.Concilij Tridentini, vbi cauetur,quod nullus debet audire cōfeſſiones, niſi habuerit parochiale beneficium,aut ab epiſcopis per examen(ſi illis videbitur eſſe neceſſarium)reputetur idoneus,vel aliás idone⁹ iudicetur,quæ vltima verba ſunt intelligenda,veluti ſi confeſſarius ſit doctor,vel licenciatus,inqualibet facultate,iuxta doctrinam Rebuffi,vbi ſupra.§.præterea, ꝙ ſentit Corduba, ſupra,& ex-
17 preſſè ita declarat illa verba Cōcilij ſ.Manuel Rodriguez, in expoſitione bullæ cruciatæ.§.9.duda. 1. cōtra Gutierrez in ſuis canonicis.c.6. nu. 9.& refert motum proprium Pij.5. & Gregor.13.quæ opinio veriſsima eſt,cum notus non indigeat examinatione,iuxta gloſſam,in.cap.nullus epiſcopus,el. 2. in.24. diſtinctione, vbi Archidiaconus,& Decius, in.c. conſtitutis,el. 2. de appell.numer.7. & illa verba Concilij, *vel aliás idoneus iudicetur,*in hoc ſenſu accipienda ſunt. Quę omnia ſunt menti tenenda,cùm ſint quotidiana, & ſæpe ſæpiùs in praxi contingāt,coram ordinarijs locorum : & iam ſemel vidi hoc practicari, vt notoriè doctus nō ſit iterum examinandus, eſt tamen neceſſaria licentia ordinarij,vt prædicti poſſint audire confeſsionem, vt reſoluunt doctores,ſupra.

## QVAESTIO. 303.

*Ad. l. nuda. C. de contrahenda, & committenda ſtipulatione. Communis contra communem.*

IN caſu, legis, nuda.C.de contrahenda,& committenda ſtipulatione,non requiritur litis conteſtatio,ad hoc vt pęna committatur. Hæc eſt communis opinio,ſecundū Decium,in.l.ſi pacto quo pęnam.C. de pactis, nu.7.Cōtrariam veró opinionem tenet Ripa, in.l. ita ſtipulatus,num.54.ff.de verborum, vbi Iaſ. num.18.hanc dicit eſſe communem opinionem,& Alciatus,lib.3. Parergon,cap.9.per totum.

## QVAESTIO.304.

*Vtrum arbitrium iudicis extēdatur vſque ad pœnam mortis. Communis contra communem, & quid iure regio.*

Arbitrium

ARbitrium iudicis extenditur
vſque ad mortem, ſecundum
gloſſam,in.§.in ſumma,inſti.
de iniurijs,quam ſe quũtur plurimi,
relati per Boerium,deciſione.254.nu
mer.3.& deciſione.317.num.3. & eſt
communis opinio, ſecundum Barba
ciam,conſ.23.in fin. volum.2.& con
ſil.11.vol.1.num.1.Decius,in.c.ex li-
teris,num.14.de conſtitutionibus,&
etiam dixit communem Maranta,de
ordine iud. 4. part. prima diuiſione
iud.nume.52.& hanc dixit commu-
nem Iacobus Lolioni,in.l.capitaliũ.
§.famoſos.ff.de pęnis,num.29.&pro
opinione gloſſę ſolet allegari tex.in
l.ſacrilegium,inprinc.ff.ad.l. Iuliam
peculiatus, & in. l. ſacularij. §.ſunt
quædam.ff.de extraordinarijs crimi
nibus,& in.l.lex Iulia.§ .hodiè. ff.ad
l.Iuliam repetundarum, & in.l.2. C.
de his qui latrones,ibi, **azerima condẽnatione pro tuo arbitrio.**Et eſt bonus
7 tx.(non ſolitus allegari) in.l. qui cũ
natu maior.§.ſi tamen quis.ff.de bo
nis libertorum. Quæ omnia iura vi-
dentur probare opinionem gloſſę,
quã ſequitur Marãta, ſup.de ordine
iudiciorum,in.3.diſputatione, num.
14.vbi dicit hanc partem eſſe magis
communem,& indigere Cęſarea de
ciſione,& num.16.adduxit.6. limita
tiones,& iſtam opinionem ſequitur
Anton.Gomez.3.tom.variarum re-
ſol.c.6.num.8.& Gregor.in.l.21.tit.
9.p.7.gloſſ.penult.Gratian. reg.44.
qui allegat pro hac ſententia.l.5.tit.
31.p.7.&vide Menochium,de arbi-
trarijs lib.1.quęſtio.86.nu.4.

Sed contrariam opinionem (imó
quod arbitrium iudicis non extenda
tur ad pęnam mortis)tenet Iaſſo.(di
cens illam communitér reprobari)in
l.qui iuriſdictioni præ eſt, num.4.ff.
de iuriſdictione omnium iudicum,
idem tenet ibi Decius,num.9. & di-
cit communitér reprobari Thomas
Grammaticus,conſil. criminal. 48.
nume.2.Ioſephus Ludouicus,deciſ.
1.num. 26.Salazar, de vſu & cõſuet.
c.5.ex numer.7. Simancas de catho-
licis.inſt.c.46. num.81. Didacus Pe
rez,in.l.1.tit.2.lib.4.ord.gloſſ.verb.
**el que lo hiziere,**Ant.Schapa,de iure
non ſcripto,lib.5.c.193.Tiraquellus,
de pęnis temper. cauſa. 39. numer.2.
Michael Craſſus, lib. 2. commu.c.6.
quęſtio.1.& Balinus in Aęgid.Cõſt.
lib.1.c.19.gloſſ.1.nu.2.Hieronymus
Portoles,in ſchol.ad Molineum.§.ar
bitrium numer.7.Fuſcus, ſingul.37.
Et iſtam ſententiam videtur tenere
gloſſ.in.c.inquiſitionis, de accuſa-
tionibus,& Alphõſus de Caſtro,lib.
1.de lege pęnali.c.6.fol.47.& fol.50.
colum.2.& hanc aſſerit communem
Caſſaneus,in conſuetudinibus Bur-
gundię,rub.1.§.5.verb.**al albitrage,**
& dicit etiam cõmunem Matthęus
de Afflictis,deciſione. 276. nume.6.
& Carrerius,in.l.2.in parte homici-
dij,num.118.C.quorum appellatio-
nes non recip. proqua parte adduci
tur tx.in.l.1.ff.de furibus balnearijs,
& in.l.1.§.expilatores.ff.de efractori
b⁹(qui ſunt optimi tx).&illud tenet
Villalpando,in.l.22.tit.9.p.7.poſt.n.
4.Iulius Clarus,lib.5.receptarum ſen
tentiarum.§.fin.quæſtione.33.&.83.
qui dicit communiorem, & ab ea
non eſſe recedendum,iniudicando
& conſulendo,& Salzedo,in practi-
ca ad Bernardum Diaz.c.147.litera.
D. & idem Bernardus, reg.379.vbi
etiam Salzedo.in qua re, cõcordiam
aſsignat Maranta,ſupra,numero.14.
Alex.conſ.111.volum.1.nume.fin.&
conſ.121.volum.7.num.6.vbi dicit,
quod in hac quæſtione eſt commu-
nis opinio,quod attendi debeat, an
qualitas delicti ſit talis, quæ de iure
communi,vel conſuetudine inſlin-
geretur pęna mortis, & ꝙ tunc ha-
beat locũ prima opinio,aliàs ſecũda,
quam ſequitur Padilla,in.l.traſfigere
num.27.C.de tranſactionibus. Ant.
Gomez



Gomez.3.tomo.variarum,cap.6.nu
mero.8.

## SUMMARIUM.

1 *IUramentum tunc deffertur,quando ali quid eſt probatum.*
2 *Intellectus ad.c. fi.§.ſanè de iureiurãdo, traditur.*
3 *Lex.4.tit.*de las juras,*lib. 2. fori,declaratur.*
4 *Concordia opinionum traditur.*
5 *Regula tx.in.l.qui accuſare.C.de edendo, declaratur.*

## QUAESTIO. 305.

### *Utrũ lex maſeſta. ff. de iureiurando, procedat quando actor nihil probauit. Communis contra communem, & quid iure regio.*

MAnifeſtæ turpitudinis eſt
nolle iurare, neque iura-
mentum deſſerre, vt ſunt
verba dictæ legis manifeſtæ,cui con
ſonat tex.in. l. 8.tit.11.p.3.vbi notat
Greg.circa quam dubitatur, an ha-
beat locum,quando actor nihil pro-
bauit,& reus non vult iurare,neque
iuramentum deſſerre, vt reus tunc
habeatur pro confeſſo. Et hanc dela
tionem iuramẽti(quę fit à parte par
ti(non habere locum,niſi quando ali
quid eſt probatum, tenet Speculator
in tit.de iuramenti delatione.§.1.co
lum.2.pro qua ſententia videtur tx.
1 in.c.fi.§.ſanè,de iureiurando,vbi tũc
de deffertur iuramentum, quãdo ali
quid eſt probatum, aliàs autem,ſi re⁹
nihil preſtiterit,abſoluetur.Sed reve
2 ra, tx ille non probat ſentẽtiam Spe
culatoris,quoniam communis intel
lectus ad illum text.eſt, quod loqua-
tur in iuramento neceſſario,quòd de
fertur à iudicę.Et hũc eſſe communẽ
intellectum illius tex.affirmat Soci-
nus,conſ.184. volum. 2. columna.1.
verſ.videmus,vbi ipſe,ſententiã Spe
culatoris approbat,quã ſequitur Hip
polytus,ſingulari.83.& illam aſſerit
communem Purpuratus,in.d.l.mani
3 feſtè,colum.2.& eandem etiam fate-
tur communem Xuarez, in. l.4. tit.
**de las juras,**lib.2.fori,nume.5.verſ.
hanc concluſionem,fol.199. colũ.2.
quam ſequitur Gregorius, in.d.l.8.
tit.11.p.3.verb.**q las vuieſſe recebido.**
à qua opinione recedenaum nõ eſt,
in iudicando & conſulendo.

Sed contrariam partem(imò quod
etiam ſi actor nihil probauerit,ſi de-
tulit reo iuramentũ,teneatur iurare)
dixit de iure communi, veriorẽ eſſe
Xuarez,vbi ſupra,numer.9. & quod
de iure regio eſt indubitatum,per il-
lam.l.4.fori,& quod ita vidit practi
cari(cui inhoc credendum eſt,ſecun
dum communem opinionem,quam
retulimus in quæſtione.1.)& hãc par
tem fatetur magis communem Iaſſ.
in repetitione.l.admonendi, de iure
iurando,in fine,vbi latè proſequitur
iſtum articulum,& hanc dicit com-
munem opinionẽ Aymon Craueta,
conſ.217.numero.4.&.5.lib.2.quam
etiam opinionem dicit communem
Ripa,in.d.l.admonendi,nume.65. &
ſequitur Forcatulus,dialogo.54. nu.
5.& Guillermus Benedictus,in. cap.
Raynuntius, verb.abſque liberis,el
2.in materia fideicomiſſ. ſubſtitut.
num.161.& latè Socinus,reg. 205.li-
mitatione.2. quas tamen opiniones
4 contrarias poteris concordare, ſecũ
dum Decium,in.c.2. de probationi-
bus,num.5.verſ.ex quibus omnibus,
quod aut à principio actor noluit iu
ramentum deſſerre,ſed onus proban
di aſſumpſit,& non probauit, & tũc
reus abſoluitur,neque cogitur iura-
re:aut á principio actor detulit iura
mentum

mentum, & tunc cogendus eſt reus iurare, vel iuramẽtũ defferre, aliàs habebitur pro confeſſo, & ſicvt in hoc vltimo caſu procedit hæc vltima opinio, prima autem in primo. Quã concordiã dixit communẽ Boerius, deciſ. 95. nu. 5. per quã debet ſic intelligi, regula. tx. in. l. qui accuſare. C. de edẽdo, & d. c. fi. §. ſanè, quibus probatur, quod actore non probante, reus abſolui debet, atque ita illa iura intelligit Iacobinus de ſancto Georgio, in. l. properandum, §. & ſi quidẽ, num. 23. C. de iudicijs.

## QVAESTIO. 306.

### *Vtrum tutor poſsit remmittere debita pupulli non liquida. Communis contra communem.*

TVtor poteſt remittere debita pupilli, quę non ſunt liquida. Ita tenet gloſſ. in. l. pactũ curatoris. C. de pactis, vbi Bartolus, Angelus, & Salicetus, idem tenent. Et eſt communis opinio, ſecundum Abb. conſ. 39. volum. 1. colum. 1. & Deciũ, conſ. 277. num. 5. & ſequitur Tiraquellus (poſt alios ibi relatos) in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, num. 196. C. de reuocandis donationibus. Atque idem in procuratore, alioue adminiſtratore, voluit glo. fi. in. l. contra iuris, §. fin. ff. de pactis vbi doctores.

Sed contrariam opinionem (imò quod tutor non poſsit remittere) tenent Baldus, Salicetus, & Fulgoſius, in. l. 1. C. de pactis, & idem Fulgoſius, & Iaſſo. in. d. l. contra. §. fin. & hæc eſt communior opinio, ſecundũ Alciatum, in. d. l. pactum curatoris, colu. 2. & contra gloſſam in. d. l. contra. § fi. tenent Baldus, & Salicetus, in. l. 1. C. de pactis, Imola, in. l. ex duobus, in principio. ff. de duobus reis, Alexand. conſ. 22. nume. 7. volum. 1. Iaſſ. & Decius, in. d. l. pactum curatoris, idem Iaſſ. in. d. l. contra. §. fin. numer. 17. & 18. & Curtius iunior, in. l. præſens, num. 5. C. de tranſactionib⁹, & cõcordiam aſsignat Tiraquellus, ſupra, num. 200. Sed hæc vltima opinio eſt verior & ſecurior, & tenẽda in iudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 307.

### *Vtrum reus compellatur preciſſè litem conteſtari. Communis contra communem, & quid iure regio.*

REus non compellitur preciſſè litem conteſtari, ſecundum gloſſam, in authentica qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. Quam ſequitur Bart. in. l. ſi finita. §. Iulianus, num. 16. ff. de damno infecto, quam aſſerit communem Bologninus, in. d. §. Iulianus, colu. 38.

Sed contrariam partem videtur probare tx. in. l. 1. §. quid ergo. ff. de ventre inſpiciendo, & tenet Bald⁹ in. l. 1. quæſtione. 5. C. de litis conteſtatione, & eſt communis opinio, ſecundum Alexand. in. d. §. Iulianus, numer. 30. ad fin. Et eandem dixit communem Robertus Maranta, de ordine iudiciorum, fol. 192. nu. 8. quę opinio eſt hodiè approbata ex. l. 1. tit. 4. lib. 4. recop. per quam tenetur re⁹ intra nouem dies litem conteſtari, aliàs habetur pro confeſſo, cuius legis deciſionem multum rigoroſam eſſe, tenet Couarr. lib. 1. variarum. c. 1. num. 8. colu. 3. in fine, Auendañus, reſpon. 1. nu. 21. Matienço, in dialogo relatorum. 3. p. c. 44. & Didacus Perez, in. l. 1. tit. 3. lib. 4. ordinam. pagina. 875. vbi Azeuedo, num. 17. & nu. 84. vbi dicit ex illa lege iam omninò teneri reum litem conteſtari, pęnę verò à lege impoſitę executio, nunquam practicatur, vt tenet Salazar, de vſu & conſuetudine. c. 1. nu. 42. verſ. preterea, qui dicit, quod illa lex nunquam fuit vſu recepta. Circa cuius intellectum & materiam, vide Azeuedo, ibi, à num. 5. cum ſequentibus, vbi latè proſequitur, & declarat iſtam materiam.



## QVAESTIO. 308.

### *Vtrum citatio perſonalis requiratur, quando peruenitur ad ſecundum decretum. Communis contra communem, & quid iure regio.*

QVando peruenitur ad ſecundum decretum, non requiritur citatio partis perſonalis, vt eſt communis opinio, ſecundũ Alexand. conſ. 49. idemque tenet Bologninus, column. 52. in. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto: licèt contrariam partem dixerit communem ibi Michael Vulcurnus, ſecundum Bologninũ. quæ opinio eſt recepta de iure regio, vt in. l. 1. tit. * *delos aſentamientos*, * lib. 3. ordin. ibi, * *de ſe difinitiua ſẽtẽcia ſin otro emplazamiẽto*, * quę verba ad hoc ponderat Auendanus, in tractatu primi, &. 2. decreti, nu. 8. & probat. l. 1. tit. 11. lib. 4. recop. vbi latè Azeuedo, & Paz in ſua praxi. 4. p. 2. tom. c. vnico, num. 30. cum ſequentibus.

## QVAESTIO. 309.

### *Vtrum in citationibus debeat apponi dies termini, & hora. Communis contra communem.*

VT citatio valeat, debet apponi dies termini. Argum. tx. in. l. aut qui alitèr. ff. quod vi aut clam, ibi, * *& diem, & horam.* * Et illud tenent Zinus, & Albericus, in l. fi. C. de ferijs, Bart. in. l. liber homo. §. decem, in princip. ff. de verborum oblig. & alij plures citati per Boeriũ deciſione. 275. & 285. & hanc indiſtinctè aſſerit communem Iaſſ. in. d. §. decem, num. 7. vbi dicit, quod cum Bartulo (qui tenet hanc partem) tranſeũt oẽs, & ſequitur Hippolyt⁹, in. l. de vno quoque. ff. de re iud. nu. 168.

Sed pro contraria parte vrget text. in. cap. cum parati, de appellationibus, vbi Abb. num. 6. dicit eum nunquam tradendum obliuioni. Et hanc ſententiam tenent communitèr doctores canoniſtæ, & fatetur cõmunem Felinus, in. cap. conſuluit, de officio deleg. Imola, in. l. cum vir vxori. ff. de conditionibus & demonſtrationibus, & eâdem etiam fatetur communẽ Iaſſo, (citatus ſibi contrarius) in. d. §. decem, numero. 8. & dicit etiam communem Abb. in repetitione. c. extirpandę, §. qui verò, nu. 21. de præb. & Iafredus Balbus, deciſ. 306. art. 19. num. 17. Prima tamen opinio verior eſt & tenẽda, & ita quotidiè practicatur in vtroque foro.

## SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus pro crimine hæreſis, non poteſt facere teſtamentum.*
2 *Cautela Cepolæ reprobatur.*
3 *Teſtamentum eſt actus reuocabilis, & non eſt modus in iure per quem non poſſit reuocari.*

4 *Lex. 25. tit. 1. p. 5. declaratur,*
5 *Teſtamentum alitèr quam per contractū non poteſt fieri irreuocabile.*
6 *Cautela iuridica, per quam teſtamentum fieri poteſt irreuocabile.*
7 *Lex. ſicut. §. venditionis. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur, declaratur.*
8 *Teſtamentum debet fieri de perſe, & alter debet cōſentire in teſtamēto vt fiat irreuocabile.*
9 *Teſtamentum duorum, factum in eadem cartha, non eſt irreuocabile.*
10 *Contractus irreuocabilis fieri poteſt in teſtamento.*
11 *Donatio omnium bonorum adimit liberã teſtandi facultatem.*
12 *Teſtamentum conditum inter maritum & vxorem, in quo fundatur maioria, vel capellania, reuocari poteſt.*

## QVAESTIO. 310.

### *Vtrum excommunicatus poſſit condere teſtamentum. Cōmunis contra communem.*

EXcommunicatus poteſt condere teſtamentum, ſecundum Bartolum, in. l. ſi quæramus, num. 9. ff. de teſtam. & eſt communis opinio ſecundum Aretinum, ibi, colum. 4. verſ. 3. adde, & eandem dixit xit communem Felinus, in. c. ad probandum, num. 1. de re iudicata, & in c. cum voluntate, de ſententia excōmunicationis, Francus, in rubrica, de teſtam. nu. 32. in. 6. & dicit etiam communem Barbacia, in. c. intellleximus, num. 52. de iudicijs, & Gualdenſis, de arte teſtandi, tit. 1. cautela. 10. num. 1. & dixit communem Viglius, in. §. fi. inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, & fatetur etiam communem Couar. in. 2. part rubricæ, de teſtam. numer. 18. Et pro hac ſententia facit tx. in. c. Fęlicis. §. verum, de pęnis in. 6. & tenet Iaſſo. (ad Porcum) in. §. fi. inſtit. de capitis diminutione, & Guillermus Benedictus, in. c. Raynuntius, verb. mortuo, el. 1. num. 289. de teſtam. idem tenet Socinus, reg. 233. & (his non citatis) hanc dixit magis communem opinionem Antonius Gabriel, lib. 4. cō-
1 munium, tit. de teſtamentis, concluſione. 1. quod limitat in publico excommunicato pro crimine hæreſis, vt in authentica credentes. C. de hæreticis, & noſtram principalem opinionem ſequitur & deffendit Didacus Perez, in. l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinamenti, Nauar. in manuali. c. 27. num. 36. Rojas, in ſingularibus fidei, ſingulari. 61. & 186. Gregor. in. l. 1. tit. 6. p. 1. quæ opinio veriſsima eſt, & ita practicatur, vt dicit Spino, in ſpeculo teſtamentorum gloſſ. rubricę. 13. in 11. p. n. 69. in fi. Sed cōtrariā partē tenet gloſſ. verb. teſtificando, in. c. decernimus, de ſententia excommunicationis in. 6. quam dixit ſingularem Francus, d. numero. 32. & deffendit Barbacia, num. 52. & ſequitur Antonius Gomez, in. l. 3. Tauri, num. 15. Felinus, in. c. venerabilem, num. 5. de exceptionibus, & Federicus de Senis, conſ. 74. qui dicit, quod iſta eſt vera opinio, licèt contraria habeat plures authores. Et eam dicit communem Andreas ab Exea, quem pro communi refert & ſequitur Gutierrez, de iuramēto confirmatorio. 2. p. c. 1. nu. 9. concordiam tamen ponit Nicaſius, in. d. §. fi. colum. 2. faciens quandam diſtinctioné quam etiā aſſerit cōmunem, & vide Dueñas, reg. 272. & plura pro vtraque parte congeſsit Iacobus de Belouiſo, in tractatu de excōmunicatione, Anania, in. c. poſt ceſſionem, numer. 2. de probationibus. Prima



Prima tamen opinio verior eſt; & tenenda iniudicando & conſulendo, & pro ea facit tex. in. c. ſignificauit, de eo qui duxit in matrimoniū, quā poluit, per, adul. per tex. in. c. ſi verè, de ſententia excommunicationis. c. quoniam multos. 11. quæſt. 3. & ratio
9 eſt, quia omnes cōtractus ſunt intro ducti de iure gentium. l. hoc iure. ff. de iuſtitia & iure, & excōmunicatiō eſt inducta á iure poſitiuo, & prohibita fieri à iure poſitiuo, non cenſentur prohibita à iure gentium. l. quidam. ff. de pęnis, & ſic manifeſtè ſequitur, quod per prohibitionem factam excommunicatis, non eſt prohibita factio teſtamenti, ita Soto, in 4. diſtinctione. 22. art. 4. Ex quibus venit reprobāda cautela Cæpolæ. 117. num. 3. qui ſupponens pro conſtanti, quod excommunicatus non poteſt condere teſtamentum, aſsignat cautelam, vt teſtamentum fiat irreuocabile, videlicèt, quòd teſtator iuret ſeñō reuocare teſtamentum, & poſteà hæres in eo ſcriptus compareat coram iudice eccleſiaſtico, vt faciat teſtatori pręcipi per cenſuras, quòd obſeruet iuramentū, & ꝙ nō cōtraueniat ſuæ diſpoſitioni, aliàs ex nunc prout ex tunc, & è contra, proferat ſententiam excommunicationis contra ipſum: quo facto, tenet Cępola teſtamē tum fieri irreuocabile, cum teſtator eo ipſo quod vult mutare teſtamentum, reperiatur excommunicatus, & ſic non poterit teſtari, vt in. c. pia, de exceptionibus lib. 6. & in communi opinione, de qua ſupra. ſed re vera, illa cautela neque eſt vera in ſe, neq; ſatis tuta, cū n verius ſit excommunicatum poſſe facere teſtamentum, & nullus eſt modus excogitatus in iure, per quē teſtamentū irreuocabile, fiat vt apertè inſinuant verba le-
4 gis. 25. tit. 1. p. 5. ibi, *ningun home puede fazer teſtamento tan firme, q̃ lo no pueda deſpues mudar quando quiſiere, faſta el dia que muera.* Vbi Gregor. gloſ. fin. reprobat Cępolam, & eſſe falſam cautelam tenet Gutierrez, ſupra, numer. 9. reſoluens, quòd alitèr quam per
5 contractum non poteſt fieri teſtamentū irreuocabile. Idemq; tenet in l. nemo poteſt, num. 254. ff. de legat. 1.
6 Erit tamen optima cautela iuridica, & vera, per quam teſtamentum fieret irreuocabile, vt maritus teſtetur ſolus, & de perſe, de bonis vxoris, vel alterius, & ille de cuius bonis diſponitur, præſtet conſenſum, quòd alter teſtetur: & in hoc caſu, ita pręiudicat ille conſenſus, quòd teſtamentum remanet irreuocabile per mortem teſtantis, & nullo modo per ſuperuiuentem, qui pręſtitit conſenſum, poterit reuocari. Quę cautela
7 fundatur in textu ſingulari, in. l. ſicut. §. venditionis. ff. quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur, ibi, *& ſi legare permiſsit, valeat, quod conceſſit,* vndé clare colligitur ex illis verbis, quod ſi ego permiſsi, vt aliquis de meis bonis legando diſponeret, valeat conceſsio, quod verbum valeat, intelligi debet irreuocabiliter, & ad hoc illum tex. expendit Rodericus Xuarez, in. l. quoniam in prioribus, in declaratione legis regni, limitatione. 5. num. 13. & Mieres, de maioratu. 1. p. quęſt. 24. nu. 4. & Couarr. in rub. de teſtamentis. 2. p. nu. 8. col. 5 qui ſequuntur Rodericum Xuarez, ſupra, per dictam legem. Idemque tenet Salazar, de vſu & cōſuetud. c. 41. num. 23. & 27. & Spino, in ſpeculo teſtamentorū, gloſſ. 18. nu. 55. qui loquitur in melioratione, & capellania, fundata de conſenſu vxoris in teſtamento mariti, de bonis vtriuſque, & illum tx. commendat Iaſſ. cōſ. 13. vol. 1. & eſt tx. ſimilis, in. c. 1. in princip. & ibi Baldus, de prohibita fęudi alienatione, per Federicum, & probat etiam tx. in. l. ſi ſine voluntate. C. ad Vellejanū, qui eſt melior & expreſsior De pro

pro hac ſententia, pro qua etiam facit lex.9.tit.13.part.5.vbi Greg. verb.
8 *el ſeñor lo conſintieſſe.* * Quod tamen ſubintelligas (ne in hoc decipiaris,) quando aliquis de per ſe teſtatur, veluti ſi mulier non teſtetur, ſed ſolum conſentiat in teſtamẽto facto per maritum: quia ſi ambo teſtentur, iam dicitur duorum teſtamentum, & ſic re
9 uocari poterit à ſuperuiuẽte, vt tradit latiſsimè Burgos de Paz, conſ.2. num.14.per totum, & Mieres, de maioratu.1.p.quæſt.23.nu.21. & ſentit Xuarez, ſupra, num.13.in illis verbis, ibi, *Vnum tamen tenebis menti; quòd ſi non teſtetur quis, ſed conſentiret teſtamẽto quod alius fecit, &c.* Et ratio differentiæ eſt, quia quando duo teſtantur in eadem charta, dicitur teſtamẽtum duorum: at verò ſi non teſtẽtur, ſed ſolũ vnꝰ cõſentiat diſpoſitioni alterius, tũc celebratur quidam cõtractus, ex reciproco duorũ conſenſu,
10 & ſic nimirũ, ſi reuocari non poſsit, vt in.l.ſicut ab initio.ff.de actionibꝰ & obligationibus, & in.l.hæredes palàm.§.fi.ff.de teſtamentis, & latiùs diximus in.q.140.nu.5.quę omnia ſunt valdè notanda, quia Padilla, nullũ inuenit modũ vt teſtamentũ ſit irreuocabile, in.l.clari, nu.17.C.de fideicommiſsis. Secũdò illud intellige, ſecundũ Rodericũ Xuarez, ſupra, in verſ. ſed videtur illud, quãdo ego cõſẽtio vt
11 vnꝰ in ſpecie teſtetur de aliquibus bonis meis, ſecùs ſi vniuerſalitér de omnibꝰ, quia tũc diceretur donatio omniũ bonorũ, & per eã tolleretur libera teſtandi facultas, & illud inſinuãt verba dict.§.vẽditionis, ibi, *et ſi legare permiſsit,* vbi loquitur Iuriſcõſultꝰ de re particulari legata, nõ verò vniuerſaliter de omnibus bonis. Et licet Roder.Xuar. illud relinquat, cogitãdũ, tamẽ ſine dubio illud veriſsimũ exiſtimo, in hac ſecũda & in prima declaratione, ꝙ eſt notabile, & mẽti tenendũ, circa teſtamenta facta inter maritũ & vxorẽ, in quibus ſolẽt fie-
12 ri maiorię, & fundari capellaniæ de bonis cõmunibus: quæ omnia vt firmitér fiãt, debet vnus teſtari, & alter in teſtamẽto cõſẽtire, neq; ſufficiẽt ſi amboſimul in eadẽ charta teſtentur, quia tũc actus eſt ex ſua natura reuocabilis, vt ſupra dictũ eſt, & in quæſ. 140.& ita videtur tenere Burgos de Paz, quęſt.7.num.55.&.57.

## QVAESTIO. 311.

*Vtrum tutores in aſſumptione tutelæ promittere debeãt defenſionem pupillorum directè, vel ſufficiant verba æquipollentia. Cõmunis contra cõmunem, & quid iure regio.*

TVtores in aſſumptione tutelę promittere debent, ꝙ ſine vlla dilatione, pupillorũ defenſionẽ ſuſcipiẽt. Ita diſponit tx. in.l. fi.§.omnẽ.C.de adminiſtratione tutorũ. Sed quęrit Bartolus, in.l.pretor ait, nu.2.ff.de noui operis nũciatione an illud ſufficiat promittere per verba æquipollentia, putà facere vtilia, & inutilia vitare, & prætermittere, & reſoluit ꝙ nõ, quia tx.in.d.§.omnẽ dicit, quod ſpecialitèr exprimat illa verba. Et hãc Bartoli, ſentẽtiã, ſequitur Iaſſ.in.l.1.ff.de lib.& poſth.nu.2. & plurimi relati per Tiraquellũ, poſt ll.connub.gloſſ.7.nu.94. vbi ſequitur iſtã ſentẽtiã, & Marianꝰ Salomõ, in.l.Gallus.§.quidã rectè, nu.37.ff.de lib.& poſth.& illã dixit cõmunẽ Iaſ. in.d.l.prætor ait, nu.9.& hanc tenet Angelus, in.§.actionũ, nu.34..inſt.de actionibꝰ, & in prin.inſt.de legitima agnatorũ tutela, nu.4.& in princ.de ſatiſdatione tutorũ, col.2.in fi. & ſequitur idẽ Iaſſ.in.l.1.nu.17. ſi quis in ius vocatus, & in.l. quod in rerum §.ſin autem, numer.3.ff.de legat.1. & in conſil.4.numero.4. volum.3.vbi dicit





dicit cum Bart eſſe communem opinionem, quam hodie probat.l.94. titul.18.p.3.ibi, *prometio y juro de fazer e cumplir todas las coſas que ſon buenas e prouechoſas a aquel huerfano, e dele deſuiar, e no fazer las que le fueſſen dañoſas, e guardar bien y lealmente la perſona del huerfano, y todos ſus bienes.* Ex qua ſententia dicebat Bartolus, in.l.legitimos, in principio, num.8.ff.de legitimis tutorum, ſe vidiſſe multas quaſſari tutelas, quare notanda eſt hæc cõmunis contraria.

Contrariam tamen ſententiam de iure communi tenent citati per Tiraquellum, in.d.gloſſ.7.numer.95.& hanc teſtatur eſſe magis communẽ opinionem Antonius Rubeus, conſ, 162.in fine, ſed prima opinio verior, & communior eſt, & tenenda maximè ſtante lege partitę. Et vide quæ diximus in quæſt.31. in ſimili caſu.

## SVMMARIVM

*Pecunia eſt res mobilis.*
1 *L.ſciendum.ff.qui ſatiſdare cogantur,*
2 *declaratur.*
*Qui poſsidet cẽſum reddimibilem, dicitur*
3 *poſsidere immobilia, contra Mieres, tenentem contrarium.*
*Lex.31.tit.11.p.4.exornatur.*
4 *Res perijt periculo domini.*
5 *Cenſus perijt pro rata, re deſtructa.*
6 *Felicianus de Solis, reprobatur in ſua opi-*
7 *nione.*
*Exceptio quod res cenſui obnoxia fuit de-*
8 *ſtructa, impedit executionem.*

## QVAESTIO.312.

*Vtrum pecunia deſtinata ad emptionẽ prædiorũ, dicatur res mobilis, vel immobilis. Cõmunis contra communem.*

PEcunia cenſetur res mobilis & de his quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & hanc dixit communem ſententiam Tiraque-
1 lus, lib.1.de retractu.§.1.gloſſ.7.numer.105. Modò dubium eſt, an hoc ſit verũ, quãdo pecunia eſt deſtinata ad comparationem prædiorum, & tunc pecuniam eſſe reputandam inter immobilia, explurium relatione, aſſerit Tiraquellus, vbi ſupra, numero. 106. & eam eſſe communem pluriès teſtatur Iaſſ.in.l.cætera.§.ſed ſi parauerit numer.22.ff.de legat.1.& Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgundię, rub. 4.§.2.numer.16. Rebuffus, in authentica, habita.C.ne filius pro patre priuilegio.56.num.5. Pro qua opinione fuit iudicatum in ſenatu, vt tradit Michael Craſſus.recep.ſent.§.legatum.quæſt.19.numer.7.

Sed contrariam opinionem aſſerit eſſe communem Fenonus, in conſuetudinibus Burgundiæ, de Galen. tit. de locato.§.6.& refer Boerius, deciſ. 209.nu.2.vbi hanc communem contrariam retulit. Et hanc vltimam ſententiam dixit communem Barbacia, in.l.ſi ex legati cauſa, col.16.ad fi. ff. de verborum oblig.& Palacius Rubeus, in rub.de donationibus.§.38. Socinus nepos, conſ.120.num.18.lib.1. & hanc dixit magis communem Pinelus, in rub. de bonis maternis.1.p. nu.44.& Tiraquellꝰ (plures referẽs) in tractatu de retractu Lignagier. §.1.gloſſ.7.num.105.& Menchaca, lib.
2 1.de ſucceſsionum creat.§.1.num.72. col.9. Ex quibus venit intelligenda. l.ſciendum.ff.qui ſatiſdare cogãtur, vbi poſſeſſores rerum immobilium non tenẽtur ſatiſdare, vt idem procedat in eo, qui poſsidet pecuniam de-
3 ſtinatam ad emptionem prędiorum, quod poteſt contingere ex mandato teſtatoris, vel ex alia cauſa. Et circa illius text. intellectum, & materiam, vltra doctores ordinarios vide omninò Hippolytum, in rubrica ff.de fideiuſſoribus, numer.245. vbi

poſſuit. 12. limitationes, & Roderi-
cus Xuarez, in.l. 2.fori,titul. * *de los*
3 *emplazamientos*,*& ſimilitér qui poſ-
ſidet cēſum reddimibilem,**al quitar**
dicitur poſsidere immobilia, vt in.l.
iubemus,la magna.C.de ſacroſanctis
ecclesijs,authent. & de non alienād.
§.hoc ergo,colum.2.& in clementi-
4 na.exiui deparadiſo.§.ſedcum annui.
de verborum ſignificatione, & in.l.
fi.C. de vēdendis rebus ciuitatis,lib.
11.& tradit Tiraquellus, ſupra.§. 1.
gloſſ.6.num.6.& Auendañus,in reſ-
pon.23.num.1. licèt contrarium de-
fendat Mieres,de maioratu. 1. part.
4 quæſtione.40. numer.13. Quod qui
dem eſt notandum,pro declaratione
legis.31.tit.11.par.4.& etiā ad hoc,ꝙ
poſſeſſor cēſ⁹ reddimibilis poteſt col
lectari,ſicut ſi eſſet poſſeſſor bono-
rum immobilium,vt expreſſè tenet
Auendañus ſupra,nume.2.quod ve-
riſsimū eſt,maximé ex motu proprio
Pij. 5. in quo diſponitur, quod res
cenſui obnoxia,ſi pereat, peribit, &
5 finietur cenſus ſolutio, pro rata,ex
eo quia res perijt periculo domini,
l.quę fortuitis.l. poſt pignus. C. de
pignoratitia actione. Et iſtam ſenten
tiam,ꝙ cenſus pereat, repere mpta in
totum, vel pro parte,tenet Follieri⁹
in practica cenſuali,fol.162.numero.
120.in fi.& Parladorius, rerum quo
tidianarum.c.3.num.53.& Pizarrus,
6 (filius Gregorij Lopez) in gloſſ. ad
ſtatutum de Guadalupe, quem ſequi
tur illius pater,in.l.26.tit.8.p.5.ver-
bo,**por fuego*,*& idem tenet Salazar,
de vſu & conſuetudine.c. 11.numer.
74.& Aluarus Velaſcus, de iure em-
phyteutico.c.31.num. 11. idem tenet
Gutierrez, pract. quęſtionū lib. 2.
quæſtione.187.numer.7.qui alios re
fert,& hæc opinio eſt tenenda, quid
quid in oppoſitum tentauerit Feli-
7 cianus de Solis(ſequendo alios) in
tractatu de cenſibus,lib.1.c.8.nume.
19.qui loquitur contra communem
opinionem,quam refert Parladori⁹,
ſupra è contra dictum proprium mo
tū,& extrauagantes Martini.5.& Ca
lixti. 3. quæ incipiunt, regimini de
emptione & venditione, quibus ip-
ſe conatur ſatisfacere:& cum caſum
iſtū de facto nuper haberem, ita ob
tinui,& hęc exceptio admiſſa fuit,
8 (& rectè) in via executiua, quia in-
tra decem dies oppoſitionis, proba-
tum fuit,domum ſuper qua cenſus
erat impoſitus, incendio, cum alijs
combuſtam fuiſſe,abſque culpa do-
mini, & ſic via executiua reuocata
fuit,ex probatione prædictæ exce-
ptionis.

## QVAESTIO.313.

*Vtrum tranſiens per ciuitatem vel alium locum, cum equo alieno, poſsit ibi conueniri. Communis contra communem.*

SI aliquis tranſeat per aliquam ciuitatem, cum equo alieno, ibi poterit conueniri, vt colligitur ex opinione Azonis, relata per gloſſam.in.l fin.C.vbi in rem actio, vbi Albericus hanc dicit eſſe communem opinionem. Eandem etiam aſſerit communem idem Albericus, in.l.ſi legationis,ad finem.ff.de iudicijs,quem corruptè citat Boerius,deciſione.218.nu.2.vbi refert Ancharanum dicentem hanc eſſe communem opinionem.

Sed contrariam ſententiam (imò quod in hoc caſu ſit diſtinguendū, an res mobilis ſit ibi permāſura diù, & tunc procedat opinio Azonis, aut non eſt ibi diù per māſurā,& tūc nō poſsit cōueniri) tenēt Bartol⁹, Baldus, & Paulus, in.d.l.fi.& eſt cōmunis opinio, ſecundum Abbatem, num. 43 & ſecundum Barbaciam, num. 83.in c.fi. de foro compenti, quos refert Boerius, ſupra, num.4.& hanc opinionem ſequuntur moderni. ſecundum Iaſſ.in.l.2.num.17.ff. de iuriſdictione omnium iudicum,& etiam in hoc caſu, quando non eſt ibi diú permanſura, poteſt habere locum alia tertia opinio, quæ vult non poſſe cōuenire portātē, tamē debeat ſatisdare de iudicio ſiſtēdo in ſuo foro. Ita tenet Hugo quē refert gl. ver.& ſequitur,in.d.l.fi. & ſequūtur plures relati per Boeriū. Et ſi noluerit, vel nō potuerit ſatisdare, res erit ſequeſtranda, vt dicit Boerius, & vltra eū illud tenet Alberic⁹, in.l.ſenatus cōſulto,nu.12.ff.de offi. præſidis, Paulus, & Angelus, in.l.fide iuſſor.§.fi.ff.qui ſatisdare cogantur, vbi Iaſſ.numero.1.ſequitur eos, qui aſſerit canoniſtas tenere iſtam opinionem, vt conueniri non poſsit, niſi ex alia cauſa ibi forum ſortiatur: quòd limita, vt in quęſtione.318. & qualitér & quibus præcedentibus teneatur debitor ſatisdare pro debito, declarat lex.66.Tauri, quæ eſt. l. 37.tit.16.lib.5. recopilationis, vbi latè Matienço, gloſſ.1.&.2.& Maſcardus, de probationibus, concluſione. 1299.volum.3.& concluſione. 445. volumine.1.

## QVAESTIO.314.

*Vtrum delegatus legati de latere, poſsit ſubdelegare. Communis contra communem.*

DElegatus legati de latere benè poteſt ſubdelegare. Ita eſt communis opinio, ſecundum Felinum, in.cap.ſuper quęſtionum.§.ſi vero, numero.17.de officio delegat.& Abb. ſequitur iſtam ſententiam (per tex.ibi) in.cap.cum Bertoldus, numer.22.de re iudicata, pro quibus adducitur tex.in.c.2.de officio legati lib. 6. in quantum hunc legatum ęquiparat proconſuli, cuius delegatus ſubdelegat, vt in.l.legatus.ff.de officio proconſulis.

Sed contrariam partem (imò quod non poſsit ſubdelegare) eſt communis opinio, ſecundum Decium, in.c. ſi pro debilitate, numero. 2. verſic. moderni hic, de officio delegat. & hanc tenet Alciatus, in rubrica. de officio ordinarij, numer.13. quæ opinio tenenda eſt, tanquam verior & receptior, & ita practicatur. Ex qua reſolutione optimè intelliges illa iura, in.d.c.cum Bertoldus, & in. cap. 2.de officio delegati, in. 6. ne faciant pro prima parte, & pro ſolutione illorum iurium, vide tradita per doctores, in.l.cum pretor, verſ.his quoque.ff.de re iudicata, & in.l.1.§.1.ff. quis & à quo, & gloſſ.verb.legato, inſtit. de ſuſpectis tutoribus.in.§.1.

## SVMMARIVM.

1 LEx Vt iuſiurandum.ff.de operis libertorum, declaratur.
2 Prima opinio deffenditur, de iure canonico & regio.

## QVAESTIO. 315.

*Vtrum pactum nudum firmetur iuramento. Communis contra communem, & quid iure regio.*

PActum nudum, de iure ciuili non producit actionem, vt in.l.iurisgentium.§.ſed cum nulla.ff.de pactis. Tamen ſi interueniat iuramentum, illud pactum quantumuis nudum, confirmabitur, ita tenet Bartolus in. l. ſi quis pro eo, numero.12.ff.de fideiuſſoribus, & eſt de mente gloſſæ, in.l.1.verb. impoſitę.ff.de operis libertorum, & ſequitur Fortunius Garcia, in.cap.1.de pactis, fol.74.columN.1. verſ.6. infero. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Alciatus, in.c. cum contingat, numero.339. de iureiurando, & hanc exiſtimat veriorem Couarru. (poſt Alciatum,) in. cap. quamuis pactum. 2.part.§.4.numer.15.colum.4. vbi refert communem contrariam, & ſequitur Forcatulus, dialogo.53. numero.2.& dicit communem Iaſſ. in.d.l.iurisgentium, num.7.& in.l.iuſiurādũ ꝙ ex cōuētione.ff.de iur.iur. Et hanc eſſe magis communem opinionem tenet Oroſcius, in.d.§.igitur nuda, num.5.& Menchaca (qui plures allegat) de ſucceſsionum creatione.§. 28.num.3.& Couar.in cap. Raynaldus.§.3.num.10.vbi etiam dicit communem. Et duas communes refert ipſe Couar.in.c. quamuis pactum.1.p.§.2.num.3.& Gutierrez, de iuramento confirmatorio.1.p.c.34. num.1.vbi per totum caput explicat & declarat iſtã quæſtionem, pro qua facit.l.fi.C.ad.l.falcidiam, ex qua deducitur, quod pactum nudum geminatum producit actionem.

Sed contrariam opinionem (imó quod etiam cum iuramento, non firmetur pactum nudum) dicit communem Fortunius, in.d.c.1.fol.74. verſ. 6.infero, & idem teſtatur Alciatus, in.d.c.cum contingat, numero.337. de iureiurando, Iaſſo.in.l.ſi quis maior, nu.23.de tranſactionibus, & pro hac ſententia plures alios referunt Couarru. Menchaca, & Oroſcius, & Gutierrez, ſupra, qui dicunt commu
1 nem, pro qua facit tex.in.l.vt iuſiurandi.ff.de operis libertorum, vbi videtur ſpeciale in operibus promiſsis per libertum, quod pacto nudo debeantur, ſi iuramentum acceſſerit, quem tex.ita intellexit Bart. in. d.l. iurisgentium.§. quinimo, nume. 16. & in.§.ſed cum nulla, num.21. & Iuuenalis Acoſta, in principio.inſt.quibus modis recontrahitur obligatio, num.14.ad fi.ſed ille tex. non ponit aliquod ſpeciale, in liberto, operas promittente, vt optimè declarat Forcatulus, vbi ſupra, & Fortunius.fol.
2 72.colum.2. verſ. non obſtat. Prima tamen opinio eſt magis communis, & recepta ſententia, propter vigorem iuramenti, quę hodiè tam de iure canonico, quam regio procedit, vt tradit Gutierrez, ſupra, numer.2. &.6.& Padilla, in.d.l. ſi quis maior, num.75.C.de tranſactionibus, per.l. 3.tit.8.lib.3.ord.l.2.tit.16.lib.5.recopil. à qua recedendum non eſt, in iudicando & conſulendo, & legendo.

## QVAESTIO. 316.

*Vtrum contractus nominatus actionem producat. Communis contra communẽ, & quid iure regio.*

COntractus nominatus eſt cõſtitutum, atque adeò actionẽ producit, ꝙ aliqua nõ eſt in eo ſpecialitas Ita Bartolus, in.l.iurisgentium §.igitur nuda. ff de pactis, qui communiter approbatur, ſecundum Fortunium, in.l.1.§.fin colum. 2. verſic.6.ff.de pactis, & hanc Bart. ſententiam tuetur Iaſſo.in rubrica: ff. de verborum, & deffendit Iaſſo. in.l.5. §. ſatis acceptio, nume. fi.eod.

tit.



tit. & in.§.inperſonam, nu.53. inſtit. de actionibus, vbi numer.6. appellat mirabilem, & ſequitur Gomecius, in d.§.in perſonam, nu.34.&.35.vbi optimè loquitur, dicens communẽ opinionem contrariam, num.2.& illam Bart.doctrinam, eſſe contra omnes aſſerit Iaſſ.in.d.§.in perſonam, nu.6. & 53. Ex quo fortè Bartolus, in.l.1.numer.2.ff.de conſtituta pecunia exiſtimat rationem éſſe propter geminationem conſenſus, qui interuenit in conſtituto, & dicit illud eſſe ſpeciale, vt ex eo actio oriatur. Et ita omninó eſt Bartolus ſibi contrarius, licét eius concordator Nicellus, in.12 concordantia, eum velit conciliare. Et hanc vltimam Bart. rationem dicit communem Iaſſ.nu.11.Ripa, nu. 30.in rub.ff.de verborum oblig. hodiè veró (vt reſoluimus in quęſtione præcedenti, in fine) de iure regio acquiritur actio efficax ad agendum, vt notant Azeuedo, & Matienço, in d.l.2. tit.16.lib. 5. recop. & ſic nulla eſt iam ſpecialitas in conſtituti contractu.

## QVAESTIO. 317.

*Vtrum cognitio cauſæ ſuſpecti tutoris, delegari poſsit. Communis contra communem, & quid iure regio.*

COgnitio cauſæ ſuſpecti tutoris delegari nõ poteſt, niſi à legato proconſulis, in quo eſt ſpeciale, ſecundum gloſſam, in.l.cognitio, in principio.ff.de offi.cius cui mãdata eſt iuriſdictio, & in.l.1.§ cùm autem.ff.de ſuſpectis tutoribus. Quarum opinionem dixit magis communem Alexand. in dicta. l.1. numero.35.cum ſequentibus.

Sed contrarium (imò quod in hoc ſit diſtinguendum hoc modo, quod ſi agatur ciuilitèr, poſsit delegari, ſi verò criminalitèr, non poſsit) tenet Bart.in.l. 1. §.ſuſpecti, numer.1.ff.ad Turpillianum, cuius diſtinctionem fatetur communem Decius, in. d.l. cognitio, num.6.vbi Iacobus de Nigris, colum.3. dicit, ꝙ prima opinio eſt communis gloſſarũ, ſecũda verò, doctorũ tamen pro opinione gloſſarum videtur facere tex.in.l.2.tit.16. p.6.quam omnino vide, vbi Grego. verb. **al juez del lugar.*

## QVAESTIO. 318.

*Vtrum committens furtum in vno loco, fugiens ad alium, poſsit ibi conueniri. Communis contra communem.*

DIximus ſupra in communi contraria.313. quod quando res non eſt diú per manſura, in loco in quo per dominum cognoſcitur, ducens illam, non poteſt ibi conueniri, quod ibi limitatum eſt, vt teneatur ſatisdare, vel ꝙ res eſſet ſequeſtranda. Nunc autem eſt de nouo limitanda, in committente furtum in vno loco, nam ſi reperitur in alio loco cum re ſubtracta, ibi puniri, ac conueniri poteſt: quoniam ratione nouæ contrectationis, videtur ibi nouum furtũ cõmittere. Ita tenet Socin.in. c. ſanè col.3. de foro cõpetenti, in verſ. tertia declaratio, quẽ ſequitur Boerius, deciſ. 218.nu.4.& hanc concluſionẽ tenet Bartolus, in,l.ſi dominium.ff. de furtis, & in . l. ſi abducta mancipia. C. eodem, vbi Paulus, numero. 5. dicit opinionem Bartoli, per totum mundum ſeruari, & eandem te-



net

net Bartolus, in. l. ſed nec legatarius.ff. de condictione furtiua, vbi etiam Paulus,num.13.dicit idẽ quod anteá dixerat,& eam eſſe communẽ opinionem aſſerit Couarr.lib. 2.variarum.c.20.num.15.verſ.28.ex Boerio,deciſio.13.nu.47.qui dicit, quod opinio Bart. communitér ſeruatur in praxi,quam tenet Caſſaneus,in cõ conſuetudinibus Burgundiæ, rub.1. §.5.verbo.*ſimple lacenir,*nu.15.Hippolytus,in.l.fin.num.208.ff. de iuriſdictione omnium iudicum, vbi tenet,quòd Bartoli opinio eſt verior, & in praxi receptior, & pro ea fuit iudicatum in Concilio Cathaloniæ, die.6.menſis Iulij,anno.1582.in facti contingentia,proút refert,& ſequitur Bartoli, ſententiam don Ludouicus de Peguera,in deciſionibus criminalibus.c.28.num.4.& dicit communem Capicius,deciſione.104.nu. 4.Boerius,deciſione.13.numero. 47. vbi refert pro vtraque opinione plures doctores, & dicit Bart.opinioné communitèr ſeruari in praxi,& aſſeſſores, & iudices tenere eam pro euangelio.

Sed contrariam ſententiam cõtrà Bart.aſſerit communem Angelus,in d.l.ſi dominium, & idem dicit ibi Alexan.ad Bart.& dicit communem Abb.in.c.1.num.11 de raptoribus,dicens ante tempora Bartoli hanc fuiſſe communem, vt refert Syluester,in ſumma, verb.furtum,num.9.&dicit etiam communem Barbacia,in.c.poſtulaſti,col.48. de foro competenti, & Remigius de Gonni.in ſuo tractatu,de immunitate eccleſiarum, colu. 112.& dicit Bald conſ.47. lib.3. opinionem contra Bart.ſeruari in practica Boſius,tit.de furtis, numer.18. vbi dicit ſe feciſſe hãc opinionem diuerſis vicibus ſeruari in ſenatu,cõtra Bart.idem tenet Cępola,conſ.59. in fine,& in.l. Marcellus, numer.23. de verborum ſignificatione, Hippolytus de Mar. conſilio. crim. 106. num.11.lib.1.& ſequitur Iulius Clarus,in practica criminali,quęſtione. 38.verſ.tu ſcis quod furtum, vbi refert in illo Ducatu nõ ſeruari, quod fur repertus cum re per eum furata in alieno territorio, puniatur criminalitèr,aſſerens ſępiſsimé vidiſſe,ita iudicari in ſenatu, & ita in his regnis ſeruatur, & practicatur, cum ſit magis vera,& communior ſententia contra Bart.& ita vidi ſeruari in caſibus contingentibus.

## QVAESTIO.319.

### *Vtrum de iure canonico valeat teſtamentum factum cum duobus teſtibus. Communis contra communem.*

TEſtamentum factum cũ duobus teſtibus tantum, valet de iure canonico, in terris ſubiectis eccleſię.Iſta eſt communis opinio,ſecundum Baldum,coſ.404. volum.3.proùt refert Gualdenſis, de arte teſtandi,tit.2.cautela.2.num. 4. Ruynus,conſ.14.num.4.lib.2.& dicit communem Alexand.conſi.177. num.2.lib.2.Corneus,conſ.137. litera.A.lib.2.Couar.in.c.cum eſſes,nu. 12.de teſtamentis, Boerius,deciſione 63.num.2.& in hac quæſtione refert duas communes opiniones Iulius Clarus, lib. 3. ſententiarum.§.teſtamentum,quęſt.57.& Tellus Fernandez,in.l.3. Tauri.1.par.num.11.&pro vtraque ſententia plures doctores refert Dueñas,reg.314.num.13.& dicit communem opinionem Cretus, in tractatu de teſtib.1.part.nume.10.& Rolandus à Valle,conſ.32. volum.3. nume.42.& duas communes refert Menchaca,



Menchaca,de ſucceſsionum creatione lib.3.§. 21. nnm.1.

Sed contrariam ſententiam (imò quod requiratur quatuor teſtes, vel duo cum parocho)aſſerit communé Gualdenſis,ſupra, poſt Corneum,& Decium.Eandem etiam fatetur communem Boerius.d.deciſione. 93. nu. 2.&.228.num.11.& alios refert Maſcardus, de probationibus,concluſione.1171.num.13.&.1353.nume.32.Burgos de Paz,in.d.l.3. Tauri.1.part.nu. 750.& fatetur etiã communem(horum omnium oblitus)Couar. ſupra, num.13.Et ab hac opinione non eſſe recedendum iniudicando & conſulendo,tenet Iulius Clarus,ſupra, nu. 3.& vide quæ dicemus in quęſtione 700. vbi latiùs proſequimur iſtam quęſtionem,& an fęmina ſit idoneus teſtis de iure canonico.

## *SVMMARIVM.*

1 *BOna acquiſita poſt confiſcationem,non veniunt in confiſcatione.*

2 *Legatum alimentorum non tranſit in fiſcum.*

3 *Confiſcatio bonorum mobilium,non compræhendit iura & actiones.*

4 *Bona prohibita alienari,non veniunt in cõfiſcatione.*

## QVAESTIO. 320.

### *Vtrum in confiſcatione bonorum veniant bona futura, & conditionalia. Communis contra communem.*

BOna futura, vel conditionalia, nunquam confiſcantur, iuxta gloſſ.in. l. nam ad ea.ff. de conditionibus & demonſtrationibus.Quam ſententiam tenet Decius,conſ.438.num.10.& conſ.445. num.66.& Caſſaneus,in conſuetudinibus Burgundiæ,rub.2.§.2. nume.23. &.24.& eſt communis opinio ſecundum Alex.conſ.23. num.2. volum.1. & conſi.75. nume.12.eodem volum. & ſequitur Peralta,in.l.omnia.§.fundum,num.4.ff.deleg.2.& Acoſta, in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.2. part. num.48.ff.de lib.&poſthum.&alios refert & ſequitur Mieres, de maiora tu.1.p.quæſt.1.nu.105.& Tellus Fernandez,in.l.4.Tauri,num.63.&Azeuedo,in.l.3.tit.10.num. 141.lib.4.recopilationis.Et hanc opinionem ſequuntur omnes,vt teſtatur Quemada,quæſtione fiſcali.10.& dicit communem opinionem Iaſſo.in.l.ſi quis arbitratu,nume. 29. ff.de verborum, quem refert & ſequitur Boſius,in tit. de bonorum publicatione, num.14.
1 Et ſic bona acquiſita poſt cõfiſcationem,nunquam veniunt.Iſta eſt communis opinio,ſecundum Nellum,de bannitis.1.p.2.tẽpore,num.18.quem refert Practica Conr.fol.430.nume. 4.in fin.& Curtius ſenior, conſ.59. nume.13.idem Iaſſo.in.l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cum ſtipulamur, num.7.ff. verborum,& dicit communem opinionem Boſius,ſupra, numer. 80.& IuliusClarus,lib.5.ſententiarum.§.fi. quæſtione.88.num.23.&. 24. & pro
2 hac opinione, eſt tx.in.l.eiuscui.§.1. de teſtam.ibi,* *bona quæ tunc habuit,** ex hoc inferẽs,quod ſi fuerint alicui legata alimẽta,& ille fuerit bannit᷒, & bona confiſcata,quod tale legatũ non tranſit in fiſcũ,durante vita ipſius condemnati.Et ita fuiſſe iudicatum refert ibi,ſecundum Boſium.

Sed contrariam opinionem aſſerit communem Franciſc.Curtius,ad Alexan.in.l.3.§.illud,num.2.ff.quod quiſque iuris, & nemo exprędictis doctoribus aduertit ad hanc communem contrariam:prima tamen eſt verior,& magis recepta,& ita ſeruatur in

in praxi. Et vide quę dicem⁹ in quæſ.
634. an in confiſcatione bonorum
3 mobilium veniant iura, & actiones,
vbi reſoluimus, quod non, ſecũdum
Pinelum, in rub. de bonis maternis,
num. 27. &. 28. qui refert eſſe com-
munem opinionem, ex voto aliorum
& ſimiliter, quod non veniant bona
4 prohibita alienari, probat tx. in. l. Im
peratores, vbi Bart. ff. de com. libert.
Rolandus, conſ. 31. nume. 25. &. 56. &
conſ. 81. num. 21. & 98. num. 6. vol. 2.
Antonius Gabriel, lib. 7. com. concl.
24. & Ioannes Botta, conſilio. 36. nu
mero.

## QVAESTIO. 321.

*Vtrum ſi emptor rei ſuccumbat in lite, poſsit petere ſumptos à venditore in lite factos. Communis contra communem.*

SI emptor ſuccumbit in lite, tunc poteſt petere ſumptos in lite factos á venditore, ſecus ſi obtineat. Ita docet gloſſ. in l. 1. C. de euictionibus, & gloſſ. in l. 4. C. de teſtamentaria manumiſsione, in fine. Et eſt communis opinio, ſecundum Cumanum, in. l. venditor ff. de verborum obligationibus, & hanc putat veriorem Zaſius, ibi. Pro qua opinione refert quatuor fundamenta Antonius Gomez. 2. tom. variarum. c. 2. nu. 47. licèt eã nõ ſequatur, nequè dicat communem.

Sed contrariam ſententiam (imò quòd etiam quando obtinuit poſsit petere ſumptos, ſi eos non recuperauit ab aduerſario) aſſerunt communem Iaſſ. num. 2. Zaſius, num. 8. in. d. l. venditores, & Gomecius, ſupra. 2. tom. variarum. c. 2. num. 47. & vide quæ dicemus de materia huius quæſtionis in quæſtione. 385. & pro hac vltima opinione facit tex. in. l. venditores. ff. de verborum, quam dicit magis communem opinionem Gomecius, ſupra.

## QVAESTIO. 322.

*Vtrum in laudo arbitratoris requiratur citatio. Communis contra communem.*

IN laudo arbitratoris requiritur citatio partis, ſecundum Bart. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborũ obligationibus, & eſt communis opinio, ſecundum Petrum de Beſuntió, ibi prout refert Iaſſ. num. 21. ibidem, & ſequitur ibi Zaſius, numero. 33.

Sed contrariam ſententiam aſſerit etiam communem ibi Iaſſ. num. 21. Sed verior & ęquior eſt prima ſentẽtia, & ita quotidiè practicatur.

## SVMMARIVM.

1 *INiuria dicitur atrociſsima, dicendo alicui, tu mentiris.*
2 *Mentiris, ſi in iudicio dicatur, non fit iniuria.*
3 *Qui verum dicit, non punitur actione iniuriarum.*
4 *Reipublicæ intereſt, quod crimina ſciantur, & verum dicens non punitur, de iure regio.*
5 *Lex fin. tit. 6. p. 7. & l. 1. tit. 9. p. 7. declarantur.*
6 *Teſtes in iudicio poßunt vocari infames, adulteri, & latrones.*
7 *Crimina obiecta contra teſtes, ſi non probentur, non punietur actor.*
8 *Proteſtatio non releuat proteſtatem, ſi crimina non probẽtur, ſecus in aduocato, vt in numero. ſi.*
9 *Graue crimen eſt falſa crimina teſtibus imponere, etiam in iudicio, & ibi aſsignatur concordia opinionum.*
10 *Aduocatus non punitur propter crimina obiecta in libello, ſi à parte fuerit ſubſcriptus, & ipſe proteſtetur illud facere non animo iniuriandi, etiam ſi crimina non probentur.*



## QVAESTIO. 323.

*Vtrum dicens alteri verba iniurioſa, vel obijciens crimina contra teſtes, teneatur actione iniuriarum, ſi non probet verum dixiſſe. Communis contra cõmunem, & quid iure regio.*

QVi alteri dicit verba iniu-
rioſa, putá mentiris, puniẽ
dus eſt, & contra eum agi
poteſt actione iniuriarum. Ita tradit
Bart. in. l. apud Labeonem. §. ait præ
tor. ff. de iniurijs, & probat. l. 2. tit. 9.
lib. 8. ordinamenti, cuius legis ſen-
ſum, & materiam, explicat Couarr.
lib. 1. variarum, c. 11. numero. 2. &. 3.
& tam atrox cenſetur huiuſmodi in
1 iuria, vt niſi armis quis honorem
tueri non poteſt, cuius rationem tra
dit Alciatus, in conſilio in materia
duelli, columna. 2. pagina. 391. tertię
partis: & adeó verum eſt, quod etiam
ſi dixiſſet, tu mentiris, ſaluo honore,
non ex hoc ab iniuria excuſatur. Ita
Bart. in. l. ſi quis extraneus. ff. de ac-
quirenda hæreditate, & tenet Ripa,
in. c. cum. M. num. 38. de conſtitutio-
nibus, Iaſſ. in. l. vtrum, nume. 37. ff. de
iuſtitia & iure, Alciatus, in. l. deteſta
tio, num. 22 ff. de verborum ſignifica
tione, Socinus, conſ. 118. nume. 6. vol.
1 Alexand. numer. 3. Iaſſo. numer. 3.
Zaſius, num. 6. in. l. fin. ff. quod quiſ-
que iuris, Corraſius, in. l. ſi tam au-
guſti, num. 5. ff. de ſeruitutibus, & Co
uar. ſup. nu. 1. & dilectiſsimus dõ. Ioã
Vela, poſt hæc ſcripta. c. 19. de delict.
verſ. alter modus, quam concluſionẽ
limita, ſecundum ea quæ tradimus
in quęſtione. 128. num. 6. Secundò li
2 mita, ſi illa verba iniurioſa dicantur
in iudicio, in deffenſionem proprij
iuris, quia tunc non tenebitur actio
ne iniuriarum; vt probat text. in. l.
quæ omnia. §. 1. ff. de procuratorib⁹,
quem ad hoc notat Albericus, ibi:
Quę quidem ſubintellige, dúm tamen ſit verum, quod patiens mentie
3 batur, ſecundum Alexand. in. d. l. fin,
num. 3. quamuis hoc modo intelligẽ
do, non videtur eſſe ſpeciale in iudi-
cio, quod non teneatur iniuriarum:
quia ſi extra iudicium verum crimẽ
alicui obijciatur, non punitur obij-
ciens, vt tenet Paulus Iuriſcõſultus,
4 in. l. eum qui. ff. de iniurijs, ibi, **eum*
*enim, qui nocentem infamauerit non*
*eſſe bonum, & æquum, ob eam con-*
*demnari.** Idem probatur, in. l. 1. tit. 9.
p. 6. vbi laté Gregorius, verb. **que es*
*verdad,** Couarr. ſupra, num. 6. Parladorius, lib. 1. rerum quotidianorum.
c. 17. nu. 11. Antonius Gomez. 3. tom.
c. 6. num. 2. vbi diſtinguit, an interſit
reipublicę vt crimina manifeſtẽtur,
vel non, vt in primo caſu excuſſetur
iniuriam proferens, in ſecundo verò
non, idemque tenet Iulius Clarus,
lib. 5. receptarum. §. iniuria, nume. 15.
& nouiſsimè Azeuedo, in. l. 2. tit. 10.
lib. 8. recop. num. 205. vbi plures alle
gat, referens diuerſas ſententias ex
Olano, litera. I. num. 4. vbi dicit de
iure regio non puniri, qui verum di
xit, nulla habita diſtinctione, & Aui
les, in proęmio. cc. prętorum, nume
ro. 20. & infra dicemus, numero. 5.
Sed hoc non obſtante dicendum eſt,
illud eſſe ſpeciale in iudicio, quod
quis poſsit dicere alteri mentiris, &
ſic in contrarium eſt regula, quòd
ille

ille,qui obijcit crimē teneatur actio
ne iniuriarum, etiam ſi verum dixe-
rit.Ita Felinus,in.c.cum te,column.
fi.de re iudicata, per text.in.l.3.C.de
offi.rectoris prouinciæ,ibi,*nam ſi ve
ræ voces ſunt,* qui tamen tex. potiùs
probat contrarium:ſed nihilominus
illa ſententia eſt communis , ſecun-
dum Curtium iuniorem,in.l.fi.num.
3.ff.quod quiſque iuris. Quæ tamen
opinio limitanda eſt,& intelligenda,
quando intereſt reipublicæ, quod ta
le crimen ſciatur , ſecundum Barto-
lum,in.d.l.eum qui,& tradunt Zin',
quæſtione.8.& Albericus, num.9. in
l.ſi non conuitij.C.de iniurijs,Soci-
nus,conſ.118.vol.1.num.1.& Aufre-
dus(qui latè diſtinguit) in additioni
bus capellæ Tholoſanæ , quæſtione.
127.& latè Couar.ſupra,cap.11.num.
6.& eſt communis opinio , ſecundū
Pomatem,ad Bart.in d.l. eum qui,ci
tantem,Alexand.in.l. 3. numer.6.ff.
de liberis & poſthumis,vbi hanc Bar
toli opinionemdicit communem,&
ſequitur Antonius Gomez.3.tom.c.
5 6.num.2.& Salazar,de vſu & conſue
tudine.c.1.num.101.& vide. l.46.tit.
2.p.3.& Gregor.in.d.l.1.tit.9.par.6.
& declarat Parladorius,ſupra,rerum
quotidianarum.1.p.c.17.numero.11.
& Plaça,de delictis.c. 1. per totum.
Eſt tamen dubium,an illa Bartoli do
ctrina, habeat locum in obijciente
crimenpoſtquam iam detectum erat
reipublicæ:tu cogita, quia ceſſat ra-
tio detectionis , quamuis in odium
committentiscrimen,contra rempu
blicam videtur,quod poſsit ſubſtine
ri,quod non teneatur actione iniu-
riarum,ſed tantum teneri ſi obijciat
extra iudicium,ſecundum Felinum,
in.d.c.cum te, colum.fi.& Alexand.
in.d.l.fi.num.3.quamuis aliqui Bart.
dictum intelligant. ſiue in iudicio,ſi
uè extra iudicium, crimen obijcia-
tur, vt tradit Couar. ſupra, nume.6.
quem vide pro perfecta expeditione
huius articuli , & illę leges partitæ
plurimū faciunt pro hac parte. Nūc
autem dubium eſt,ſiquidemdiximus
ſupra,quod deffendens propriū ius,
poteſt dicere aduerſario mentiris,&
in iudicio obijcere crimina, an poſ-
ſit etiam in deffenſionem iuris pro-
prij,obijcere contra teſtes produc-
tos,quod ſint infames, adulteri , la-
trones, & ſimilia,ſine hoc quod te-
6 neatur actione iniuriarum. Et poſſe
obijcere,& non teneri , dixit com-
munem opinionem Zaſius,in.d.l. fi.
numer.5.Erit tamen tutiùs,vt faciat
proteſtationem,ſe opponere illa cri-
mina,non animo iniuriandi (vt quo
tidie nos aduocati facimus ) & hæc
eſt communis opinio,ſecundum Za
ſium,ibi,num.6.quod tamen intelli-
ge, verumetiam ſi talia crimina non
7 probentur , nam nihilominus non
punietur pars obijciens,vt eſt etiam
communis opinio, ſecundum Corra
ſium,in.d.l.ſi tam Auguſti, numer.7.
ff.de ſeruitutibus.

Sed contrariam opinionem ( imò
quod non poſsit obijcere illa crimi-
na in teſtes)tenet Alexan,& Felinus,
ſupra,& Zaſius, in.d.l. fi. numero.7.
dicens eſſe notandum, & tenet Pro-
bus(quem omnino videas) in. c. vt
circa.nu.20.de electione lib. 6. imó,
etiā ſecundum Zaſium, ſupra, tenen
8 dum eſt , quod proteſtatio illa non
proſsit,niſi obijciens illa crimina ve
ra eſſe probauerit,quam ſententiam
(vltra allegatos) per eum tenet Soci
nus,conſ.118.vol.1.num.5.verſ.& có
ſ. maior,& in verſ.ad vltimam,hanc
aſſerit eſſe communem opinionem,
& ſequitur idem Socinus, conſ.146.
vol.1.num.12.& Corneus , conſ.80.
lib.3.& Ripa,in.c.cum.M. numer.9.
de conſtitutionibus, Alciatus, in.d.
l.deteſtatio,num.22.ff.de verborum
ſignificatione,&eandem(aſſerens có
munem)tenet Aufredus,in additio-
nibus ad Capellam Tholoſſanam,
queſt.



queſt.409.&fuit originalis determi
natio Oldradi,conſ.53.num.2.inqua
tamen contrarietate ponit concor-
diam Corraſius,in.d. l. ſi tam augu-
ſti,num.7.& vide Boerium , deciſio.
245 in fi.Felinum,in.c.dilecti, num.
10.de exceptionibus, & fratrem Do
9 minicum de Soto,lib.5.de iuſtitia &
iure,quæſtione.7.art.3.dicentem eſſe
graue crimen,falſa crimina teſtibus
imponere in iudicijs,Petrus Grego
rius in ſyntagmate iuris,lib.38.c.5.n.
6.& don Ioan Vela,ſupra,verſ.varijs
autem:quod tamen intelligo reſpe-
ctu partis,ſecús veró reſpectu aduo
cati,quia ex eo quod fecit petitioné
iniurioſam,ſi á parte fuerit conſcrip
ta,non eſt puniendus,cùm officium
ſuum non debeat illi eſſe nociuum,
vt in.l.1.fi.§.fi.ff.de inoffi.teſtam.Tira
10 quel. de vtroque retractu,glo.9. nu.
263.&.266.& ſic neceſſè eſt vt pro te
ſtetur illud facere,nó animo iniuriá
di quę proteſtatio prodeſt, vt reſol-
uit Iulius Clarus, eceptarū ſententia
rum §.fi.quæſtione.53 num.4. in fin.
pro qua ſententia facit text.in.l. ſed
& ſi quis.7.ff.quemadmodum teſta.
aperiātur.l.poſt legatum.§. aduoca-
tum & lex tutorem.ff.de his quibus,
vt indignis.

## QVAESTIO. 324.

IN obligationibus facti, ſuccede
re obligationem ad intereſſe,ſa-
tis notum eſt,& nos diximus in
quæſtione.62.Nunc quæritur,in in-
ſtrumento fuit promiſſum factum,
& non plùs , promiſſor eſt in mora,
poterit nè,virtute illius inſtrumenti
petere executionem ad intereſſe?Ro
manus,in.l.certicondictio,in princ.
ff.ſi certum petatur, tenet,quod ſic,
cuius opinionem dicit tér commu-
nem,& tenendam Purpuratus,num.
45.&.46.ſed Iaſſ. ibidem,numer.20.
dicit,quod ſolusRomanus tenet hác
ſententiā,& ibi,num.21.fatetur eſſe
(contra Romanū,)communem opi-
nionem.Prima tamen opinio verior
eſt,& tenenda in iudicando & conſu
lendo,maximé hodiè de iure regio,
cum in obligationibus facti , ſucce-
dat obligatioad intereſſe,vt tradunt
Matienço,& Azeuedo,in.l.2. tit.16.
lib.5.recopilationis,Gutierrez,de iu
ramento confirmatorio.1. part.c.39.
& vide per nos tradita in quæſt.62.

## QVAESTIO. 325.

*Vtrum vſufructuarius gregis teneatur in locum mortuorum, ex fœtu eiuſdem gregis,vel etiā aliundè , alios ſupplere. Communis contra communem & quid iure regio.*

CVi vſusfructus legatus eſt,
incumbit,in locum mortuo-
rum capitum ex fętu, noua
capita ſummittere. Ita probat text.
in.§.ſed ſi gregis,inſtit.de rerum di-
uiſione,circa quem vide Bellonum,
lib. 3. ſupputationum. cap. 19. Du-
bium tamen eſt,an his vſufructuarius
teneatur ſolū ſupplere ex fœtu eiuſ-
dem gregis ſibi legati , an teneatur
quærere aliundè,quando fętus eiuſ-
dem gregis ad ſupplendum numerū
non ſufficeret mortuorum, & gloſſ.
ibi tenet,quod tenetur quærere aliū
dé,cuius opinio communiter appro
batur,ſecundum Porcum,ibi,nume.
27.& etiam ſecundum additionem
gloſſarum, ibi. Idem etiam videtur
tenere Paulus, in l.quid ergo. §. ſed
quod dicitur.ff.de vſufructu , & idé
tenet Nicolaus de Neapolis , in.d.§.
ſed ſi gregis. Et pro hac parte facit,
quod notat gloſſ. in.l. Grecæ. ff. de
pignori-

pignoribus, quam ibi Angelus, & Salicetus, ſequuntur. Facit etiam. l. cum tabernam. ff. eodem tit. l. vetus. ff. de vſufructu, & facit etiam diffinitio vſusfructus, de qua in. l. 1. ff. de vſufructu, vbi vſusfructus, eſt ius alienis vtendi, fruendiquè rebus, ſalua rerum ſubſtantia.

Sed contrariam ſententiam tenent Faber, & Balduinus, in. d. §. ſed ſi gregis, & ibidem Angelus teſtatur hanc eſſe communem opinionem pro qua facit tex. & ibi, gloſſ. verb. nocere, in d. l. quid ergo. §. ſed & ſi, & in. d. l. vetus. §. fin. ff. de vſufructu, & in. l. plerumque. §. ſi ſerui. ff. de iure dotium, & in. l. arbores. ff. de vſufructu, iunctiſque ad illam tradita à Paulo de Monte, in. d. l. Titia cum teſtamento §. ſi Titia, nume. 36. ff. de leg. 2. l. quid ergo. §. item ſi fortè. Et facit pro hac ſentētia tx. de iure regio, in. l. 22. tit. 31. p. 3. & l. 21. tit. 11. p. 4. & vide Ripā, in. l. ſi fideicommiſſariam, num. 22 ff. ad Trebellian.

QVAESTIO. 326.

*Vtrum pater, qui accepit emphyteuſim pro ſe, & filijs ſuis, poſsit de illa diſponere in illorum præiudicio. Communis contra communem.*

SI pater accepit emphyteoſim pro ſe, & filijs ſuis, non poteſt in præiudicium illorum de illa diſponere, ſecundum Bartolum. in. l. vt iuriſiurandi. §. liberti. ff. de bonis libertorum, & eſt communis opinio, ſecundum Alexand. conſ. 106. vol. 4. in fine, & conſ. 22. nume. 9. volum. 5. & dixit Communem Iaſſ. in. l. 2. nu. 210. C. de iure emphyteotico.

Sed contrariam ſententiam (imò quod poſsit ad libitum diſponere) dixit communem Iaſſ. conſ. 124. volumine. 5 num. 8. vbi Molineus. dicit primā communem, & vide Couarr. lib. 2. variarum. c. 17. poſt. numero. 5. & c. 18. num. 2. & Iulium clarum, lib. 4. ſent. §. emphyteoſis, quęſtio. 28. & 30. & §. fęudum, quæſtione. 43. & plures pro vtraque opinione refert Fabius Turretus, conſ. 61. numero. 35. vbi num. 44. ſequitur hanc opinionem, dicens magis communem, & ab ea eſſe nō recedēdum iniudicādo & conſulendo: quod verum eſt, vt docet Michael Craſſus, recep. ſent. §. legatum quęſt. 14. num. 20.

QVAESTIO. 327.

natũ in eã incurrit.*Et Eſai.58.*Orietur
tenebris lux tua.*& Prou.8.* Nondum
erãt abyſſi, & ego iam concepta eram.*
Sap.7. * Eſt enim hæc ſpecioſior ſole.*&
Cant.2.*Sicut lilium inter ſpinas,ſic ami
ca mea inter filias.*Et Pſal.138. *Tene-
bræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut
dies illuminabitur.*Et Pſal.68.*Ipſe fun
dauit eam altiſsimus,*& Pſal. 90 * Non
accedet ad te malum,& flagellum non ap
propinquabit tabernaculo tuo,*&Pſalm.
102.*Tanquam flos agri ſic efflorebit,*
Et.Cant.2.*Ego flos campi,& liliumcõ
uallium,*& alibi,* tota pulchra es amica
mea,& macula non eſt in te.*Hę omnes
ſunt.40. authoritates, quæ poſſunt
adaptari in confirmatione huius ſen
tentiæ,& Ambroſius,in ſermone.22
ſup. Pſalm.118.circa illa verba,quęre
ſeruum tuum domine(inquit)ſuſci-
pe me,non ex Eua,ſed ex Maria,vt in
corrupta ſit Virgo,ſed Virgo pergra
tiam ab omni integra labe peccati.
Et Abdias,lib. 4.hiſtoriarum dixit,ꝙ
ſicut primus Adam formatus fuit ex
terra,antea quam eſſet maledicta, ita
ſecundus Adam formatus eſt ex ter-
ra virginea, nunquam maledicta, &
ne plùs in hac quæſtione immore-
mur, iſtam opinionem, quòd beata
Virgo in primo inſtanti ſuæ creatio
nis fuit ſanctificata,& á peccato ori
ginali pręſeruata,tenent graues theo
20 logi in.3.dict.3.Scot.Aurel.Gabriel.
Thomas,Argent. Almain, Dionyſ.
Chartuſ. Ioannes Bacon, Frãciſcus
Mair.quos referunt Alex.Alenſ.(qui
in fine vitę mutauit ſententiã) idẽ
Scotus.3. d. 18. quæſtione vnica.§.
hoc viſo, Marſilius,in.2. quæſtione
20.in.3. quæſtione.4. Abulenſis,Para
doxa.1.c.21.& in prologo Bibliæ. c.
6.Exod.34.quæſtion.8.Gerſon,opuſ
culo de cõceptione. Lypom.in Cath.
Gen.15.Dried.3.de dogmatibꝰ,tract.
2.c.4.p.1.circa fi. Roffens,diſputatio
ne.2 contra Lutherum, Clithueris,
opuſculo de puritate Virginis. c.5.
&



& Iacobus de Valencia,in Pſalmo.13
Viguer.c.18.§.Caſtro,verb.peccatũ,
hæreſi.9.Vega,lib.2.in Trid.c.6.Cor
duba,in quæſtionario,lib.1.quæſ.44.
& Guillermus Benedictus,ſupra vbi
dicit,quod hæc opinio plus conue-
nit honori filij,ac Chriſtianæ pieta-
ti, & robori fidei,& ſequitur Couar.
in. c. alma mater.§.5.num.2.de ſentẽ
tia excommunicationis, Nauarr.in
pręludio.8.num.9.&in.c.quando,de
conſecratione diſtinctione.1.notab.
19.nu.86.cui opinioni, &(vt veriùs
dicam)veritati,libentér me ſubmit-
to,maximè quia noſtris temporibus
nemo ab hac opinione receſsit,& vi-
21 de ſeſſ.5.Cõcilij Tridentini,de pecca
to originali,in fine,ibi. *Declarat ta-
men ſanta Synodus, non eſſe ſuæ intentio-
nis comprehendere in hoc decreto, ( vbi
de peccato orginali agitur ) beatam im-
maculatam Virginem Mariam, Dei ge-
nitricem,ſed obſeruandas eſſe conſtitutio
nes fælicis recordationis Sixti Papæ. 4.
22 ſub pœnis contentis,quas innouat* de qui
bus in.d.extrauagãti,graue nimis,de
reliquijs & veneratione ſanctorum,
quam declarat Couar.ſup.num.2.

## QVAESTIO. 347.

### *Vtrum in recuſatione requiratur cauſa contra iudicem, de iure canonico, ciuili, & regio: Communis contra communem.*

AD recuſationem iudicis non
eſſe neceſſarium inferere cau
ſam,tenet gloſſ. verb. recuſa-
re,in.l.apertiſsimi.C.de iud. & in. l.
quia poterat.ff.ad Treb.& in.l.item
qui ſuſpectus. ff. de procuratoribus,
& eſt communis legiſtarum,ſecundũ
Bart.in.d.l.quia poterat,numer.2. &
dixit communem Bertachinus, verb.
recuſatio,& pro hac eſt text.in.l.2
tit.4.p.3.l.9. tit.7.lib.1.fori, quæ ta-
men corriguntur per legem. 1. tit.5.
lib.3.ordinamen.ſecundum Montal
uum ibi, & Celſum,in ſuo reporto-
rio,verb.recuſare,& illud hodiè com
probatur ex.l.1.tit.16. lib. 4. recopil.
vbi latè Azeuedo.

Sed contrariam opinionem (imò
quod requiratur expreſsio cauſæ)te
nent canoniſtæ,ſecundum Bart.in.d.
l.quia poterat,num.3.& dixit cõmu
nem canoniſtarum,Lanfrancus,in.c.
quoniam contra falſam,in parte, re-
cuſare,nu.10. de prob.& Aufrerius,
in tractatu de recuſationibus,num.3
vol.4. qui tenent hanc opinionẽ ſer
uari de facto, & hàc differẽtiã inter
vtrumque ius dixit communem An
tonius de Tremolis,in additionibus
ad Bonacurſium,ſub rubrica,de recu
ſationibus,num.2.& ſic vtraquè opi
nio practicatur, qui a de iure ciuili
non eſt neceſſaria cauſa in recuſatio
ne iudicis,ſecus veró de iure canonĩ
co,quia cauſa recuſationis proponẽ
da eſt coram arbitris à partibus no-
minatis,vt in.c.cum ſpeciali de appel
lationibus:quod intelligo, in iudice
delegato, at veró in iudice ordina-
rio,cauſa recuſationis eſt proponen
da, & probanda coram epiſcopo, vt
nouitér probat tx in.c. ſi contra. §.
fi.de officio delegat.in.6.de cuius tx.
intellectu agit Couar.pract.quæſt.c.
26.& Paz,in ſua praxi, primę partis
1.tom.c.6.nu.10. & Didacus Perez,
in.d.l. ordinamenti. In recuſatione
verò auditorum, cauſa etiam eſt ne-
ceſſaria,vt in.l.1.&.19. tit. 10. lib.2.
recop. vbi Azeuedo. Quæ quidem
cauſa, etiam iuſtum eſſet vt propo-
neretur in recuſatione iudicum ordi
nariorum, vt millé periuria euita-
rentur,iurando ſemper (imó periu-
rãdo)quod iudex eſt ſuſpectus, vt cũ
alio aſocietur ad determinationem
cauſæ de qua agitur.

Summa

## SVMMARIVM

1 Liberi primi gradus, poſſunt teſtamentũ parentis dolo factum querelare.
2 Succedentes ab inteſtato minori, poſſunt reſcindere teſtamentum doloſe à minore factum.
3 Minor non reſtituitur aduerſus confectionem teſtamenti.
4 Metum inferens teſtatori, ad faciendum teſtamentum, punitur criminaliter.
5 Permiſſum eſt blandis verbis allicere teſtatorem, vt aliquem hæredem inſtituat.
6 Qui impedit teſtamentum facere, punitur actione de dolo.
7 Dolus non dicitur, quærere propriam vtilitatem.
8 Spe præmij poteſt aliquis teſtatorem mouere, vt eum hæredem inſtituat.
9 Pœna contra impedientes aliquem teſtari traditur.

## QVAESTIO. 348.

*Vtrum ſpe præmij, poſsit aliquis mutare, & mouere animum teſtatoris, vt eum hæredem inſtituat. Communis contra communem.*

Si quis inductus dolo alicuius, fecerit teſta mentum, liberis primi gradus competit remedium, vt per querelam in pias paren-
1 tis voluntates ſubertant. l. 3. & .4. ff. de inofficioſo teſtam. & etiã ſi minor. 25. annis ſit inductus dolo, ad faciendum teſtamentum, venientes ab inteſtato, poſſunt agere ad reſciſionẽ teſtamenti actione de dolo, glo. quæ
2 ad hoc ſolet expendi, in. l. Lucius Titius. §. Sempronia. ff. de legat. 2. quam ſequitur Alex. num. 6. Iaſſ. nu. 43. in. l. 1. §. fuit quæſitũ. ff. ad Treb. vbi Ripa, col. fi. dicit communem opinionem. Ipſe tamen minor ſi teſtamentum condiderit, aduerſus confectionem teſtamenti non poteſt reſti-
3 tui. Ita eſt communis opinio, ſecundum Alciatum in. l. verba contraxerunt in princ. ff. de verborum ſignificatione, vbi poſteà ſubdit ſuccurri poſſe venientibus ab inteſtato, per actionem doli, ſi dolo ſit inductus: ſed ſi teſtator metu alicuius teſtamẽtum fecerit, qui metum intulit, cri-
4 minalitèr punietur. l. 1. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, teſtamentum tamen in eo caſu, non eſt ipſo iure nullum, vt eſt communis opinio, ſecundum Lancelotum Decium, in l. 1. col. 2. de teſtamentis, quod tamen intellige illud eſſe verum in eo, qui inſtigationibus inſidioſis, teſtamẽtũ ad propriũ cõmodũ facere cõpulſit,
5 ſecùs tamẽ eſt in eo, quiblãditùs allexit teſtatorẽ vt illum hæredem inſtitueret: nam hoc permiſſum eſt, neq; ex eo poterit ab hoc hæreditas auferri aliqua actione, vt in. d. l. fi. C. ſi quis aliquem, & in l. fi. ff. eo tit. vbi doctores cum adductis per Decium, conſ. 490. colu. 2. & Palacium Rubeum, in rub. §. 81. num. 11. Remigiũde Gonni in tractatu de immunitate eccleſiarum, ſalencia. 26. column. 168. Quod tamen intellige, ſi ad ſuum commo-
6 dum fecerit, ſecùs ſi ad commodum alterius: nam tunc præſumitur dolo mutatum, vel factum teſtamentum, & cõpetit exceptio doli. argum. l. 1. ff. de doli exceptione. Et ratio diſtinctionis eſt, quia commodum & vtilitatem propriam quærere, non eſt do-
7 lus. l. quidquid (cum materia) C. arbitrium tutelæ. Ita ſingularitèr diſtinguit Gualdenſis, de arte teſtandi, tit. 11. cautela. 4. num. 4. Ex qua conclu-
8 ſione ſuccedit, quod quis poſsit aliquem inuitare, vt hæredem ſpe præmij inuitantem inſtituat, iſta eſt cõmunis opinio ſecundum Alciatum, in. l. cum donationis. C. de tranſactionibus.
9 Sed contrariam opinionem innuit eſſe cõmunem Socinus, reg. 315. aliàs 58. in regulis additis, & circa hanc quæſtionem vide. l. 26. tit. 1. p. 6. vbi traditur pœna cõtra impedictes aliquem ad libitum teſtari, & tradit etiã
10 Bernardus Diaz, reg. 798. & Gomez Arias, in. l. 1. num. 53. & in. l. 24. Tauri num. 26. & Palacius Rubeus, in rub. de donationibus. §. 81. num. 10. & Segura, in. l. 1. §. ſi vir vxori, num. 134. ff. de acquirenda poſſeſſ. qui refert
11 caſum de facto, qui in hoc caſu contingit.



## QVAESTIO. 349.

*Vtrum pro defenſione rerum ſit licitum aliquem occidere. Communis contra communem, & quid iure regio.*

Pro defenſione rerum nõ eſſe licitum aliquem occidere, eſt communis opinio, vt tradit Felinus, in. c. 2. num. 4. de homicidio.

Sed contrariam opinionem (imò quod ſit licitum) dixit communem Iaſſ. in. l. vt vim, num. 25. ff. de iuſtitia & iure, & Bernardus Diaz, reg. 507. & dixit communem Ludouicus Carrerius, in ſua practica, fol. 186. nu. 31. & Couar. in clem. ſi furioſus. 3. par. §. vnico, nume. 6. de homicidio, & ſanctus Thom. 2. 2. quæſtione. 64. art. 7. Sylueſt. in ſua ſumma, verb. excõmunicatio. 6. quæſt. 9. Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgũdiæ, titulo. * *des iuſtices,* * rub. 1. §. 5. num. 11. Quam opinionẽ ſequitur Ant. Gomez. 3. tom. variarum. c. 3. num. 31. in fine, vbi dicit eſſe notabile, & in practica quotidianum, & Dueñas, reg. 191. Plaça, lib. 1. de delictis. c. 28. nume. 32. quam opinionem confirmat text. in. l. furem. ff. ad. l. Cornelliam de ſicarijs, l. ex, itaque. ff. ad. l. Aquiliam. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi armata, & in. l. 1. C. vndè vi, & eſt tex de iure regio, in. l. 3. titul. 8. par. 7. ibi, * *amparando ſus cõſas que le tom auan por fuerça,* * vbi notat Gregor. & lex. 8. tit. 13. lib. 4. ordinamen. vbi Didacus Perez. Quę opinio limitanda & temperanda eſt, quando res ablata eſt modici præiudicij, & aliàs dominus abſque periculo poſſet eam recuperare. Ita docet Soto, lib. 5. de iuſtitia & iure, quæſt. 1. art. 8. quę limitatio vera eſt, & ſecundum eam eſt intelligenda, & practicanda, & tenenda hęc vltima opinio.

## SVMMARIVM.

1 Pars affirmatiua quæſtionis proponitur, & eius fundamenta.
2 Timor ſubornationis ceſſat in cauſa appellationis.
3 Lex, per hanc. C. de temporibus appellationum, declaratur.
4 Suſpicio ſubornationis eſt imaginaria, & non neceſſaria.
5 Lex fi. C. de teſtibus, declaratur.
6 Reſtitutio in integrum tantum operatur minoribus quantum appellatio maioribus.
7 Vbi variatur inſtantia, variatur etiam finis agendi.
8 Doctores tenentes hanc opinionem referuntur.
9 Bartoli opinio reprobatur.
10 Cõtraria communis opinio negatiua proponitur.
11 Clementina. 2. de teſtibus, refertur & declaratur.
12 Leges non dedignantur ſacros canones imitari.
13 In caſu dubio ad conſuetudinẽ eſt recurrẽdum.
14 Auth. de teſtib⁹, in. §. quia verò, declaratur

15 *Timor ſubornationis magis poteſt in ſecunda inſtantia, quã in prima ſubſiſtere*
16 *Lapſus inſtantiæ perimit ius partis.*
17 *In prima inſtantia non poſſunt publicatis atteſtationibus produci teſtes de nouo.*
18 *Doctores pro cõtraria opinione referũtur.*
19 *Teſtes poſſunt in cauſa nobilitatis produci ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs.*
20 *In cauſa minoris, mulieris, ruſtici, & matrimonij, limitatur regula.*
21 *Lex. 4. tit. 9. lib. 4. recop. confirmat hanc vltimam opinionem.*
22 *Aduocatus incurrit pœnam faciẽdo articulos ſuper eiſdem articulis primæ inſtãtiæ.*
13 *L. 29. tit. 16 p. 3. declaratur & non eſt correcta, per l. 4. tit. 9. lib. 4 recop.*

## QVAESTIO. 350.

### *Vtrum publicatis atteſtationibus in cauſa appellationis, liceat examinare teſtes ſuper articulis productis in principali cauſa, vel directo contrarijs. Communis contra cõmunẽ, & quid iure regio.*

QVæſtio hęc de cuiꝰ interpręta-
tione agimus ita difficili-
ma eſt apud ſcribẽtes, vt ex
cõſenſu omnium indigeret Cæſarea
deciſione, & vt veritas luce meridia
na clarior appareat, pro vtraq; parte
aliqua fundamenta adducã, & in pri-
mis pro affirmatiua videtur dicẽdũ,
ꝙ licitum ſit in ipſa cauſa appellatio
nis, examinare teſtes ſuper articulis
1 productis in cauſa principali, & ſu-
per quibus iã teſtes fuerunt examina
ti, & publicati, tex. in. l. eos. §. ſi quid
2 autẽ, vbi glo. verb. proſequatur. C. de
appellationibꝰ, vbi ſuccũbens in cau
ſa principali, quia minus allegaſſe
credit, poteſt plus probare in ſecũda
inſtãtia, coram iudice qui de appella
tione cognoſcit, vbi glo. illud docet
addendo, inducendo teſtes ſuper eo-
dem, vel connexo capitulo, & ibi illã
opinionẽ tenẽt Baldus, & Paulus, qui
dicunt, ꝙ licèt canoniſtæ aliter ſen-
tiant in clem. 2. de teſtibus, tamen ꝙ
eorum opinio eſt ſequenda in foro
eccleſiaſtico, & opinio legiſtarũ in fo
2 ro Cæſareo: maximè, quia (vt dicit
Baldus, ibi) non debet obſtare timor
ſubornationis, cum in cauſa appel-
lationis, & ſit cauſa noua, in qua in
teruenit nouus & terribilior iudex,
3 qui ſubtilius examinabit teſtes, & cõ
minabitur (ſi opus fuerit.) Rurſus
pro hac ſententia facit tex. in. l. per
hanc. C. de temporibus appellationis
iuncta gloſſa. fi in. fi. vbi ſi in cauſa
principali oppoſui aliquã exceptio-
nẽ, quã vel nõ probaui in totum, vel
minus legitimè probaui, vel produxi
aliquod inſtrumẽtũ, ꝙ ſuſpectũ erat,
potero abſque aliqua difficultate in
cauſa appellationis plenè probare, vt
veritas rei nõ obũbretur, & per illũ
tx. illã opinionẽ tenuerunt ibi Odo
fredus, Iacobus de Aretio, Angelus,
4 Zinus, & Baldus, dicens, ꝙ illa ſuſpi-
cio ſubornationis eſt imaginaria, &
nõ neceſſaria, quia (vt experiẽtia do
cet) teſtes graues nõ poſſũt ſuborna
ri. Facit etiã pro hac opinione. tx. in
l. fi. C. de teſtibꝰ, vbi teſtes qui fuerũt
5 examinati, & pubicati corã arbitro,
poſſunt iterũ corã iudice ordinario
ſuper eiſdem capitulis examinari. Et
idẽ probat tex. de iure regio, in. l. 38.
tit. 16. p. 3. vbi Greg. Pręterea confir-
6 matur hæc ſentẽtia ex eo, quia quan
tũ pręſtat minoribus reſtitutio in in
tegrũ, tantũ præſtat maioribus appel
latio. l. præfecti. ff. de minoribus. Sed
ſic eſt, quod minor reſtitutus ad pro
bandum, poteſt publicatis atteſtatio
nibus probare idem per teſtes melio
res, & digniores, & omni exceptio-
ne maiores. l. 1. §. aduerſus. ff. de nobi
operis nunciatione: ergo ſequitur,
quod idem ſit dicendum in maiori-
bus



bus, vt etiam eis liceat teſtes de nouo
7 examinare ſuper eiſdem capitulis: ma
ximè, quia vbi variatur inſtantia, va
riatur etiam finis agendi, & ſic diuer
ſitas iudiciorum, operatur effectum,
quod teſtes poſsint examinari ſuper
capitulis antiquis, & in prima inſtan
tia productis vt. in. c. veniens, de te-
ſtibus. Et quod varietur inſtantia, eſt
notiſsimum, vt in. l. ita demum. ff. de
appellationibus: & finis agendi etiã
eſt diuerſus, quia in cauſa principa-
li fuerunt producti teſtes, vt reus
condemnetur: in cauſa verò appella
8 tionis, producuntur ad illum effec-
tum, vt detegatur, an cauſa ſit iuſta,
vel iniuſta. Quam opinionem dicit
communem legiſtarum gloſſ. verb.
in appellationis cauſa, in. d. clementi
na. 2. de teſtibus, & dicit communem
Bart. in. d. l. per hanc, numer. 5. Maria-
nus, in. c. fraternitatis, de teſtibus, nu:
27. & Bonifacius, in. d. clementina. 2,
dicit legiſtas communitèr tenere opi
nionem illius gloſſę in. d. l. per hanc,
& hanc opinionem ſeruari in iudi-
cio ſæculari dicit gloſſ. in. d. c. frater
nitatis, verb. nouis, in medio. Et hanc
dixit eſſe veram legiſtarum opinio-
nem Guido Papæ, deciſione. 586. An-
gelus, conſ. 155. Curtius ſenior, in. l.
admonendi, num. 14. de iureiurando,
& Curtius iunior, in. l. is apud quem
num. 53. C. de edendo, vbi dicit, quod
ita ſeruatur in toto Ducatu Papiæ.
Corraſius, in. l. admonendi, num. 45.
de iureiurando, & dicit Orianus, col.
5. in. c. quoniam contra falſam, de pro
bationibus, hanc eſſe cõmunem opi
nionem legiſtarum, & quod ita ſerua
tur in ſuo foro, & Curtius ſenior, ſu-
pra, dicit erroneam fuiſſe opinionẽ
9 Bartoli, in. d. l. per hanc, dum voluit,
quod in prętorio Iuſtiniani, publica
tis atteſtationibus in cauſa principa
li, non poſsint produci teſtes ſuper
eiſdem articulis in cauſa appellatio-
nis, propter timorem ſubornationis,
quæ ratio mouit Pontificem ad ſic
ſtatuendũ, in. d. c. fraternitatis, & in
d. clementina. 2. de teſtibus, quia eius
opinio damnatur, & eſt contra ratio
nem, nequè ſeruatur in practica in
prætorio Cæſaris, quod inquit eſſe
menti tenendum in practica, quia eſt
de pane lucrando, & nouiſsimè hanc
opinionem in practica eſſe tenendã
docet Antonius Scappus, lib. 3. c. 63.
num. 5. de iure non ſcripto.
10 Quibꝰ nõ obſtãtibꝰ, cõtraria opinio
verior eſt, & pro ea facit tex. expreſ-
ſus, in. d. clement. 2. de teſtibus, cuius
verba ſunt, * *teſtibus ritè receptis, &
eorum atteſtationibus publicatis, ſicut non
licèt ſuper eiſdem, vel directo contrarijs
articulis alios, vel eoſdem teſtes in princi-
pali cauſa producere, ſic non debet in cau-
ſa appellationis licere, cum non minus in
appellationibus, quam in principali cauſa
11 ſubornatio ſit timenda.* * Nec obſtat,
quod text. ille loquitur ſecundum
ęquitatem iuris canonici, & ſic in
foro ſæculari non ſit ſeruandus, quia
reſpondeo, quod cum de iure Cęſa-
reo ſint in hoc varię doctorum opi-
12 niones, & reperiamus tex. expreſſum
de iure canonico, illius deciſioni ſtã
dum eſt, cum leges non dedignentur
ſacros canones immitari, vt in. c. 1.
& 2. de noui operis nunciatione: pręe
13 cipuè, quia ſi in dubio recurrimus ad
cõſuetudinẽ vt in. l. ſi de interpræta
tione. ff. de legibus, á fortiori in tãta
diuerſitate opinionũ debemus recur
rere ad ius canonicum. Ita docet
14 Abb. in. c. cum tempore, in fine, de ar
bitris. Præterea pro hac opinione fa
cit tex. in authentico, de teſtibus. §.
quia verò vbi qui produxit teſtes, &
eorum dicta didicit, non habet licen
tiã vlterius vti teſtium productione.
15 Qui tex. cũ generalitèr loquatur, nõ
magis eſt intelligendus de prima in-
ſtantia, quam de ſecunda, vt notat
Aretinus, in. d. cap. fraternitatis, nu-
mero. 9. Nec verum eſt, ꝙ Imperator,
in. d. §.

in d.§. quia veró, non conſiderauit inſtantiam, ſed tantum timorem ſubornationis, quæ magis contingere poteſt in cauſa appellationis, quam in principali: quia vbi teſtes ſunt
16 producti in cauſa principali, non tantũ timetur de ſubornatione, cúm ſperet producens, quód benè & concludenter deponent pro eo: ſed vbi ſunt publicati, & videt quod nihil probant, tunc valdè timeri poteſt ſubornatio. Quæ ratio magis conſideratur in cauſa appellationis, cúm agatur de maiori præiudicio, ex eo ꝙ lapſus inſtantiæ perimat ius partis,
17 vt in authen. ei qui appellat. C. de tẽporib. appellat. ꝙ nõ procedit in lapſu inſtãtiæ cauſæ principalis, vt in l. properãdũ. §.fi. C. de iudicijs. Vndé, ſicut in prima inſtãtia nõ poteſt fieri alia productio, auth. qui ſemel. C. de probationib. l.36. tit.16. p.3. ita nec in ſecũd a (quæ ei' loco ſubrogatur). l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cautionibus. l. cũ apud Sepronũ. ff. iudicatũ ſolui. Ita Aretinus, ſup. nu.9. Salicet' in d. l. per hanc. Pręterea, cõfirmatur
18 hæc ſentẽtia apud legiſtas, ex gloſ. in d. clem.2. de teſtibus, & in d.c. fraternitatis, vbi omnes DD. Bar. (ſibi contrarius) in dicta, lege, per hanc, vbi dicit ſtandũ eſſe prędictæ decretali, de qua in d.c. fraternitatis, idem Bart. in d.l. eos. §. ſiquid autẽ. C. de appellationibus, & in d. auth. qui ſemel, vbi Paulus, & Salicetus, dicũt hãc opinionẽ eſſe tenendã de iure ciuili, & ſpeculator, in tit. de teſte. §. ſatis vtilitèr, Alex. conſ.63. nu.9. vol.2. & 183. vol.6. Aretinus, conſ.109. Barbacia conſ.35. vol.3. Corneus, conſ.21. vol etiam 3. Guid. Papæ, deciſ.14. & 347. & in conſ.35. vbi dicit, ꝙ ita ſeruatur in curia Delphinatus, Ripa, in d. l. is apud quẽ, nu.43. vbi etiam deponit de cõſuetudine & obſeruãtia prędictæ clementinæ, Afflictis, deciſ.216. Rolandus. conſ.45. nu.14. vol.2. & ita fuiſſe obſeruatum in curia, tradit Thomas de Triuiſanis, lib.1 deciſ.43. nu.3. vbi per totam deciſionem declarat dictã clementinam.2. de teſtibus, adducens 16. limitationes, quam opinionem ſequitur Marſilius, conſ.45. num.26. & conſ.73. nu.20. Ioannes de Amicis, conſ.111. nu.7. Purpuratus, in l. admonendi, nu.68. ff. de iureiurãdo. vbi dicit, ꝙ opinio Bartoli, in d. l. per hanc cõmunitèr aprobatur, & in practica ſeruatur. Et dicit communem opinionem Pariſius, in dicto. c. fraternitatis vbi Aretinus, num.8. dicit eſſe magis comunem, & in regno Caſtellæ hãc
19 eſſe receptiſsimam ſentẽtiam, aſſerit Couar. practicarum quęſtionum. c.18. nu.6. vbi illud limitat in cauſis vbi de nobilitate agitur, dicens, quod in
20 regio Granatenſi Prætorio, admittũtur teſtes ſuper his interrogationib' & articulis, ſuper quibus fuerãt ante ſententiam examinati, & ſuper directo contrarijs. Quod etiã eſt limitandum, in cauſa minoris, & mulieris, & ruſtici, & matrimonij. Ita Paz. in ſua
21 Praxi. 1. partis. 1. tom. 8. tempore, nu.181. vbi alios refert pro confirmatione huius limitationis. Et noſtrã principalem concluſionem ſequitur Didacus Perez, in l.4. tit.19. lib.3. ordi-
22 namenti, gloſſ.1. Matieço, in dialogo relatoris.3. p. c.46. nũ.2. Rojas, in ſingularibus fidei. ſingulari.203. quã opinionem dicit communem Villalobos, in ſuo ærario communium, litera. T. numero. 182. Xuarez. allegatione.5. Menchaca, controuerſiarum vſufre-
23 quentium. c.31. pro qua opinione eſt hodiè tx. expreſſus de iure regio, in. l.4. titul.9. lib.4. recopilationis, per quãm legem lites, & controuerſiæ opinionum dirimuntur, & ponitur pęna contra aduocatos partis, qui faciunt articulos ſuper eiſdem articulis primæ inſtantiæ, vbi Azeuedo, numero. 2. refert aliquas ampliationes & limitationis, & eſt optima & ſingularis lex partitę, quæ eſt declaratoria iuris communis. l.29. titul.16. par.3. quam dicit notabilem Xuarez, ſupra, allegatione.5. num.6. quã intelligo nõ eſſe correctã. per. d. l.4. recopilationis, cum loquatur in caſu ſpeciali, vt literæ eius euidentér demonſtrant.



## QVAESTIO. 351.

PRæſens quæſtio venit ad declarationem prçcedentis, Suppoſito enim, quod canoniſtarum opinio comprobatur ex deciſione expreſſa in clementina.2. de teſtibus, dubium eſt, an illa opinio ſit tenenda in foro ciuili, contra communem legiſtarũ. Et practicari, & quod non debeat teneri, neque obſeruari, dixit communem legiſtarum Curtius iunior, in l. is ad quem, num.111. C. de ædendo. Sed contrarium tenet Bart. in d. l. per hanc, num.5. dicens ſtandum eſſe diſpoſitioni dictorum iurium, Idem tenet Imola, in. d. clementina.2. de teſtibus, & in. d.c. fraternitatis, num.8. vbi etiam Socinus, num.27. verſ. ſeptima fuit, & numer.28 ibidem, Felinus, numer.3. & 4. & hanc (tanquam magis communem) quoſdam ſequi aſſerit Curtius, ſupra, num.111. & hæc vltima opinio in his regnis eſt ſeruanda, per tex. in l.4. tit.11. lib.3. ordin. vbi tradit Didacus Perez, per l.39. tit.16. p.3. cuius legis originem apperit Rodericus Xuarez, allegatione.5. num.5. & vide. l.18. tit.8. lib.2. fori, & Paz, in ſua praxi.1. partis.1. tom.8. tempore, numer.169. & etiam de iure communi hæc opinio erat magis communis, & in practica recepta, ſecundum Rolandum. conſ.45. ex num.4. cum ſequentibus vol.2. Azeuedo. in. l.4. tit.9. num.2. lib.4. recopil. per quam legem etiam confirmatur hęc ſententia, vt in quęſtione præcedenti reſoluimus.

## SVMMARIVM.

1 *Alimenta ſunt concedenda donatori, reſpectu rei donatæ.*

2 *Donatio poteſt reuocari, ſi alimenta denegentur.*

3 *Concordia opinionum traditur, vt prima opinio procedat in donatione magna, ſecunda in donatione parua.*

4 *Secunda concordia refertur ad communes contrarias.*

5 *Opinio Iulij Clari eligitur.*

## QVAESTIO. 352.

### *Vtrum donatarius cogi poſsit alere donatorem inopem. Communis contra communem,*

DOnator poteſt cogere donatarium ſi ſit inops, vt eum alat. Ita tenet gloſſ. in l. fi. C. de reuocandis donationibus, & eſt communis opinio, ſecundum Fabrũ, in. §. ſciendum, num.2. inſtit. de donationibus, & illam gloſſam commendat Euerardus, loco.3. pagina. 52. & eandem dixit ter communem Ripa, in d. l. fin. quęſtione.49. num.164.

Sed contrariam partem dixit cõmunem Angelus, & Salicetus, in d. l. fi. num.3. & ibi Bald. numer.7. dicit, quòd ita communitèr tenent doctores, & illud declarat Iulius Clarus, lib.4. ſent. §. donatio, quęſtione.21.
1 nu.3. dicens, ꝙ alimenta ſunt concedẽda reſpectu rei donatæ, & nõ aliàs, & ꝙ ſi alimẽta de negẽtur, poteſt ſdo natio reuocari, vt tradit Ioãnes Gar-
2 cia, de expenſis. c.12. num.73. Solet autem inter has duas contrarias opiniones aſsignari concordia, quod ſi donatio eſt magna, procedat prima opinio, ſi autem erat parua, procedat
3 ſecunda quam, diſtinctionem tenet gloſſ.

gloſſ.in.l.in condemnatione, in fine
principij.ff.de reg.iuris,& hanc con
cordiam tenet(poſt alios) Ripa, ſu-
pra,num.164.& eam fatetur commu
nem Maynerius,in.d.l. in condéna-
tione,in fin. ſecunda concordia eſt,
quod ſi propter illam donationem
fuit donator effectus pauper proce-
dat prima opinio ſecus autem ſi ex
aliqua cauſa in paupertatem fuit de
lapſus.Et hanc dicit communé Ana
nia,in rubrica; de infantibus expoſi
tis, num. 11. veriùs tamen eſt in hac
doctorum varietate; quod reſpectu
donationis alimenta ſint conce-
denda, quomodocumquè donator
in paupertatem incidat,vt tradit Iu-
lius Clarus,ſupra,& in caſu mihi de
facto contingenti ita obtinui in
practica.

## *SVMMARIVM.*

1 *IVdex ſæcularis non poteſt ſe intromittere circa validationem ſententiæ prolatæ à iudice eccleſiaſtico.*

2 *Contraria opinio in quæſtione principali, proponitur.*

3 *Iudex requiſitus, non tenetur exequi ſententiã niſi acta proceſſus exhibeantur.*

4 *C. inquiſitionis §. prohibemus, de hæreticis declaratur.*

5 *Iudex non tenetur exequi ſententiam, quã do ex actorum copia, conſtat eſſe iniuſtam.*

## QVAESTIO. 353.

### *Vtrum iudex ſæcularis teneatur non viſo proceſſu, exequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici. Communis contra communem.*

QVando iudici ſęculari demandatur executio proceſ
ſus facti per iudicem eccle
ſiaſticum, iudex ſęcularis non po-
teſt petere proceſſum ab eo factum.
tex,eſt,qui ad hoc communitèr cita
tur,in.cap. inquiſitionis.§.prohibe-
mus, de hæreticis,in. 6. quem dixit
ſingularem Abb.in diſputatione epiſ
copatus verb.quidam rector,nume.
1 26.quia non poteſt iudex ſæcularis
tractare de validitate, vel iniquitate
ſententiæ iudicis eccleſiaſtici. Atqué
idem tenet Baldus, in authentica, ſi
clericus. C. de epiſcopis & clericis,
& Abb. in.c. 1. de officio ordinar.
num.12.& Villadiego,de hær.quæſt.
19.& Felinus,in.c.atſi clerici,in prin
cipio,colum.4.de iud.& in.c.ad abo
lendam,numero. 4. de hæreticis,&
Palacius Rubeus,in repetitione capi
tuli per veſtras,notabili 2. §. vnico,
verſ. ſed eſt pulchra, numero.22.
& Velluga,in ſpeculo principum,in
rubr.de præp. graui. §. tractandum
reſtat,num.2.& hanc aſſerit commu
nem Angelus,in.l.diuus.ff de cuſto-
dia reorum,& Alexand.Socinus, &
Iaſſ.Decius, & Purpuratus fatentur
eſſe comm.in.l.magiſtratus.ff.de iu-
riſdictione omnium iud.& plures re
fert Ioan.Redin,de maieſtate princi
pis,in prohęmio,à numé.145.&.148.
cum ſequentibus,& Segura Daualos,
in directorio iudicum eccleſiaſtico-
rum.c.12.per totum, & Iulius Cla-
rus lib.5.receptarum ſent.§.fi.quæſt.
96.num. 7. vbi refert practicam, &
Simancas.de catholicis inſtitutioni
bus.c.36.numer.3. vbi dicit,quod in
Hiſpania eſt hæc opinio vſu recepta
Et dixit communem Alciatus, in.
dict.c.1.de officio ordinarij,numer.
100.& Bermondus, de publicis con-
cub.columna.299. & dixit commu-
nem Carrerius,in practica crimina-
li,ſub tractatu de hæreticis,fol.184.
num.



numer.63. & Iafredus Bal decisione.
105.& Boerius.deciſione.60. in prin
cipio.pro qua ſententia facit tex.in
c.2.de exceptionibus,& in.c. paſto-
ralis.§.quia veró de officio delegati,
vbi expreſſè cautum eſt delegati ſen
tentiam, etiam iniuſtam ordina-
rium iudicem neceſſarió exequi de-
bere.
Sed contrariam opinionem tenet
2 Bartolus,in.d.l.magiſtratibus, & in.
d.l.diu⁹,quam dixerunt communem
legiſtarum Carrerius, vbi ſupra poſt
Imolam,in.d.c.1.num.15,de offi.ord.
vbi expreſſé inquit, quod tranſeunt
cum Bartol. communitér legiſtæ,&
Abb.in.c.1.de offi.ordi.& Aufredus,
de poteſtate ſęculari,reg.4.num.31.
3 Et illud in iure receptum eſt, non ali
ter iudicem requiſitum parere debe-
re,quam ſi illi iudex requirens acto-
rum fidem fecerit.Ita Bart.Paulus,&
Iaſſ.in.l.magiſtratus.ff.de iuriſdictio
ne omnium iud. & tradit Auiles,in
c.pr. prætorum. c. 20. verb.* *Vſurpan*
num.20.& Iulius Clarus,in practica
criminali.§.fi.quęſt. 36. & ſequitur
4 nouiſsimè Parladorius, lib. 2.rerum
quotid.c.fi.2.p.§.2.num.5. & in nu.
6.reſpondit ad tex.in.d.c, inquiſitio
nis.§.prohibemus,de hæreticis,in.6.
illud procedere in crimine hęreſis.
Et an in iſto caſu iudex teneatur exe
qui ſententiam iudicis requirentis,
quando conſtat ex actorum copia
eſſe iniuſtam, vide Caietanum.2.2.
quęſ.67.art.2.ad fi.Adrian.quodlibe
to. 2. columna penultima in paruis,
& Nauarr.in.c.ſi quis autem,de pœ-
nit.diſtinctione.7.& Couarr.practi-
carum quæſt.c.33.Seguram Daualos,
in directorio iudicum eccleſiaſtico-
rum.2,part. cap.13. per totum, á nu-
mero.33.

## QVAESTIO. 354.

### *Vtrum infans tranſmittat ad quoſcumque hæreditatem iure ſuitatis. Communis contra communem.*

INfans tranſmittit ad quoſcum-
qué iure ſuitatis, vt eſt commu-
nis opinio gloſſarum & antiquo
rum;ſecundum Barb.conſ 60.col.10
.vol.3. qui alios refert.
Sed contrariam opinionem dicũt
communem plurimi, citati per De-
cium,conſ.250.num.6.& per Gual-
denſem,de arte,teſtandi,tit.11. caute
la.1.num.3.Prior tamen opinio ma-
gis ſuſtentabilis eſt, ex traditis per
Antonium Gomez.1.tom.variarum
c.9.num.23.vbi allegat plurima iura.

## QVAESTIO. 355.

### *Vtrum bona vſurarij ſint tacitè hypothecata pro vſurarũ reſtitutione. Communis contra communem.*

BOna vſurarij ſunt tacité hy-
pothecata pro reſtitutione v-
ſurarum.Ita gloſſ.in.c. quam
quam,de vſuris in.6. & in.c.tua nos
de vſuris,& ſentit etiam gloſſ. in.c.
1. eo tit.quam opinionem ſequitur
Baldus,in.l. executorem. C. de exe-
cutione rei iudicatæ,& in.l. fi. C. de
ſeruo pignori dato manum. Ripa,in
l.ſenatus,nu.9. ff. in quib⁹ cauſis pig
nus vel hypoteca tacité cõtrahatur.
& ita reſoluit Lapus,allegatione.74.
nu.4.& Federicus de Senis, conſ.63.
numero.3.Pariſius, conſilio.75.nu-
mero.39. vol. 4. Palacius Rubeus,in
rubrica,de donationibus.§.65.nu.23.

 & eſt

& eſt communis opinio, ſecundum Antonium, in.d.c. tua nos, num.6.in principio, & eandem dicunt communem ibi antiquorum Abb.nume.7. &. 10.& Anania, num.3.

Sed contrariam opinionem dicũt communem dicti doctores, & Abb. num.9. quam etiam tenet idem Anania (alios citans) in.d.cap.cum tu, & Dueñas, reg.13.in fine, Soto de iuſtitia & iure; lib.6.quæſtione.1. articulo.4.contra Caietanum, in ſuo opuſculo; queſtio.6.de vſuri. in quæſtione,1.& Couar.lib.3. variarum. cap.3. num.6.qui aſſerit hanc vltimam eſſe communem immemor Antonij, Abbatis.& Ananiæ, & ſequitur Medina, in ſuo codice de reſtitutione verſ.& vſura, folio.143.& Nauarr.in manuali.c.27.numer. 265. Sylueſter, verb.vſura.9.num.5.theſaurus chriſtianæ religionis.c.67.num.29.& dicit communem opinionem Fan⁹, de pignoribus, in. 4. membro.2. partis, nu.155.Nauarra, de reſtitutione, lib. 3.c.2.& lib.4.c.4.Corduba.queſtione. 57.& ita eſt tenendum iniudicando & conſulendo.

## QVAESTIO. 356.

### *Utrum in contractu emphytheotico requiratur ſcriptura. Communis contra communem, & quid iure regio.*

IN contractu emphytheotico requiritur ſcriptura, ſecundũ gloſſam, in.§.adeò, inſtit.de locato, & in.c.1.de cenſibus, in.6.& eſt communis opinio (quæ ſeruatur in practica) ſecundum Imolam, in.c.potuit, col. 3.in principio de locato, idem aſſerit Iacob. in authent. qui rem, num. 15.C.de ſacroſãctis eccleſijs, & dixit communem Ang.in.d.§.adeò, col.5. & eam etiam pluriès aſſerit communem Iaſſ. n.l.1.numer.61.&.62.C.de iure emphyteotico, & dixit etiam communem Alex.conſ.50.numer.3. volum.5.& Socinus, conſ. 167.num. 8.& conſ.169.numero. 12. volum.2. quam etiam tenuit Bart.in.l.iuris gẽtium.§.quinimò, numer.19.ff.de pactis, & idem tenet gloſſ.3.in.l.1.C.de iure emphyteotico, & in.l. pactum, la.2.C.de pactis, & in.l.contrahitur. ff.de pignoribus, & tenet Platea (per tex.ibi) in.l.2.in principio.C.de fundis rei priuatæ lib.11.& hanc opinionem ſequitur Iuli⁹ Clarus, lib.4.ſent. §.emphyteoſis, queſtione.4.qui dicit, quod eſt tutior, & equior opinio.

Sed contrariam opinionem tenet gloſſ.verb.ſcriptura in.d.l.1.C. de iure emphyteotico, cuius opinionem approbat conſuetudo, ſecundũ Bart. ibi, num.7.vbi Alexand.adeũ innuit eſſe communem opinionem; & expreſſè innuit eſſe communem ibi Corraſius, num.12.& idem tenet Socinus, conſ.169.num.12. Prima tamẽ opinio verior eſt, & communior, & hodiè approbata de iure regio, in.l.3. tit.14.p.1.lex.28.tit.8.p.5.quæ loco o.debet habere,e, ſecũdũ Gregorij. Lopez, emendationem.

## *SUMMARIUM.*

1 *DVo actus ſunt neceſſarij ad cauſandam, & inducendam conſuetudinem.*

2 *Actus conſuetudinis debent eſſe notorij, & venire in notitiam populi.*

3 *Scientia principis eſt neceſſaria de iure regio.ad inducendam conſuetudinem, ſecus de iure communi.*

4 *Decennium eſt neceſſarium ad conſuetudinem inducendam.*

5 *Populus ſemper eſt præſens in cauſanda cõſuetudine.*

6 *Cauſa continua, vel diſcontinua, non conſi-*

*dera*



*deratur in conſuetudine.*

7 *Tacita pacientia populi, & conſenſus, eſt cauſa immediata conſuetudinis.*

8 *Conſuetudo debet eſſet ſuper quo populus poſſet ſtatuere.*

9 *Tempus decennij currit à tempore primi actus.*

10 *Contraria opinio communis refertur, quód non requiratur decennium.*

11 *Conſuetudo poteſt eſſe ſcripta, & ex hoc non perdit nomen conſuetudinis.*

## QVAESTIO. 357.

### *Utrum conſuetudo cauſetur per decennium cum duobus actibus contrarijs. Communis contra communem.*

AD inducendam conſuetudinem aliqua requiruntur, ex quibus quædam proſequar, vt ornatiùs nonnullas contrarias cõmunes aggrediamur, & primò requiritur ad inducendam conſuetudinem, quód plures actus interueniant nequè vnus ſufficiet ad conſuetudinem cauſaudam. Ita tenet gloſſ. in rub.C.quę ſit longa conſuetudo, & eſt communis opinio, ſecundum Albericum, in.l.de quibus, num.51.ff.de
1 legibus, & Imolam, in.c.fi.de conſuetudine, num.25.vbi idem tenet Abb. num.7.& ſaltem duo actus requiruntur, ſecundum gloſſam verb.inueterata, in.d.l. de quibus, quam probat Bart.ibi, num.11.in lectura, & in repetitione, num. 13.& Bald.columm.7. Ang.5.& hæc opinio communitèr ſeruatur in iudicio, ſecundum Bart.
2 in.l.2.num.12.quę ſit longa conſuetudo, atquè hanc tenét communitér omnes antiqui, quam ſequitur (pluribus citatis) Maſcardus, volu.1.prob. concluſione.424.num.2.pro qua eſt tex.in.l.5.tit.2.p.1.& eſt etiam gloſſ. in.§.ex non ſcripto, inſtit.de iure naturali. Debent tamen illi duo actus eſſe notorij, adeó vt perueniant in notitiam populi, vt tenet Bart.in.d.l. de quibus, num.10.in lectura, & ſequitur Iaſſ.num. 51. & teſtatur communem Abb.in.c.fi.num.17.de conſuetudine, & dicit communem Sylueſter, verb.conſuetudo, num.4. Inter hos tamen actus requiritur, quod
3 tranſeat decennium, ſecundum Bar. in.d.l.de quibus, in lectura, numer.12 & ibi Alber.num.51.& dicit communem opinionem Maſcardus, ſupra, numer.24.Secundó prẹmittendum eſt, quod ſcientia principis non eſt neceſſaria de iure communi ad inducẽdam conſuetudinem, ſecundum glo.
4 in.c.in iſtis.4.diſtinctione.quæ communiter eſt recepta, ſecundum doctores in prẹdictis locis, quamuis de iure regio requiratur, vt in.d.l.5. tit.2. p.1.l.11.tit.1.lib.7.ord.l.1.&.2.tit.2. lib.7.recop. quód declarat Auendañus, in.cc.pretorum.c.1.numer.2.& in.c.8.num.3.& indictionario, verbo, *coſtumbre*, *fol.179.& Salazar, de vſu & conſuetudine.c.10. num. 44. qui benè declarat illam legem partitæ. Circa quam eſt aduertendũ, quod ſufficit ſcientia, & pacientia officialium, & ſuorum iudicum, vt reſoluit Azeuedo, in.l.14.tit.15.lib. 4. recop. & dicit communem Villalobos, in ſuo ærario communium, litera. P. numer.299. quem ſequitur Gutierez. pp.quæſt.1.p.lib. 1. quæſtione. 85.& nouiſsimè in.2.p.lib.3.queſtione.32. num.9.Tertiò autẽ requiritur, quod interueniat tempus, ſed quantum ſit neceſſarium, dubium eſt, & gloſſ.in d.§.ex non ſcripto, vult, quod ſit neceſſarium decẽnium, vbi idem tenet Faber.nu.9.& Ang.& Porcus, & eſt cõmunis opinio ſecũdũ Bart.in.d.l. de quibus, nu.14.& in lectura, num. 19.vbi illam dicunt communem. Al-

 bericus

bericus,num,8.Paulus,num.14. Iaſſ.
num.43.idem Bart.in.d.l.2.num.16.
C.quæ ſit longa conſuetudo,&hanc
fatetur communem Abb.in.d.c.fin.
de conſuetudine,num.11.&ibi Imo
la,num.15.& fatetur etiam commu-
nem Alexan.conſ.133.volu.1.colu.2.
Curtius iunior,conſ.42.num.7.Nec
in hoc eſt admittendum, quod ali-
qui voluerunt,quod inter præſentes
requirantur decem anni,inter abſen
tes verò viginti, quoniam populus
7 ſemper eſt præſens, licet aliqui de eo
ſint abſentes argum.l.proponebatur
ff.de iudicijs,& tenet Bart.in.d.l. de
quibus,numer.14.in repetitione, &
Alber.num.81.& Corneus,conſ.292
col.fi lib.1.& conſ.268.volum.4.in
fine.Nec in hoc diſtinguendum eſt,
an conſuetudo habeat cauſam conti
nuam,vel diſcontinuam, prout diſ-
8 tinguebat Alexand.conſ.136.vol.2.
quia tacitus cõſenſus populi,eſt cau
ſa immediata conſuetudinis, & eſt
continuus,& ſic non oberit, quod
actus ſit diſcontinuus.Ita Bart.ſup.
num.14.Albericus.81.Corneus,cõſ.
155.in fin.conſ.268.volum.4. Pædi-
ctam tamen concluſioné,ex qua di-
cimus per decénium induci cõſuetu
diné, limita dupliciter vt per Roma
9 num,ſingulari.101.&.102. & limita
etiã.Tertiò vt per Aretinum.conſ.
23.colum.4.quando eſſet conſuetu-
do ſuper eo,ſuper quo non poſsetpo
pulus ſtatuere.nam tunc dicit requi
ri.40.annos,& ſic vult,quòd in caſi
bus in quibus requiritur conſuetu-
do præſcripta,nõ requiratur. 40. an
ni.Sed tãtũ requiri.30.ita vult glo.
in.l.domini prædiorum.C.de agrico
lis & cenſitis,lib.11, & idem tenent
in.d.l.quibus Paulus.num.14.Iaſſ.nu
48.& Curtius iunior., conſilio.60.
colum.3.in fi.& conſ.61.col.3. quod
quidem tempus decennij, currit à
tempore primi actus,ſecundum An-
gelum,in.d.l.de quibus,quæſtione.3.
vbi Bart.in repetitione.nume.15.di-
cit ita tenere gloſſ.& doctores, & ſe
quitur Albericus,num.87. dicens eſ
ſe communem,idem teſtatur ibi Iaſ.
num.43.& dicunt etiam communé
Antonius,& Imola,in.d.c.fi.de con-
ſuetudine,hic col.3.ille vero.26.

Sed his non obſtantibus(imó quod
non requiratur decennium ad indu
10 cendam conſuetudinem,ſed quod ſit
diſtinguendum,ſecundum ius cano-
nicum,hoc modo,quod aut conſue-
tudo eſt præter ius, & tunc induca-
tur per decennium, aut contra ius,
& tunc per.40.annos. Ita gloſſ.in.c.
fi.de conſuetudine, & in. cap. con-
ſuetudo.12.diſtinctione,quam glóſ-
ſam commendat Abb.in. c.certifica-
ri,colu.1.de ſepulturis, & Rotanoba
460.num:4.ſub titulo de conſuetu-
dine,& idem tenet Rochus Curtius,
in repetitione.d.c.fin. fol. paruo.29.
col.4.verſ.ſecunda eſt cõcluſio,vbi
aſſerit gloſſę ſententiam,eſſe commu
nem,& illam tenet Bartol.in.d.l. de
quibus,in rep.numer.14. Albericus,
num.81.Iaſſ.nume.43. & Hoſtienſis,
Ioannes Andreas,& Abb.numer.11.
Imola,nume.16.in.d.c.fi.& hæc eſt
communis opinio canoniſtarum,ſe-
cundum Iacobinum,in.d.l.de quibus
num.40.& ſequitur Alexan.conſ.5.
volum.5.num.11.& Syluester, verb.
conſuetudo, quęſtione.2. & Areti-
nus,conſ.44.verſ.ſecunda concluſio
Felinus,in.c.ſtatuimus,num.1.de ma
ioritate & obed.vbi limitat hoc mul
tipliciter.&limitat etiam Iaſſ.in.l.té
non nouam,numer.fi.C. de iudicijs.
Rurſus pro complemento quæſtio-
11 nis aduertendum eſt, quod cõſuetu-
do cauſatur ex iure non ſcripto,vt
in.l.diuturna.ff.de legibus.§ ex non
ſcripto,inſt.de iure naturali gent. &
eſt communis opinio,ſecundum Fe-
linum,num. 1.in rub.de conſtitutio
nibus. Tamen ſi conſuetudo fuerit
ſcripta nõ ex eo amittit nomé cõſue
tudi-



tudinis.Ita Bart.in.l.1. ff.de vulgari,
Oroſcius, in. l.idem. ff. de legibus,
Gregor.in.l.7.tit.2.p.1.glo.2.& in.l.
8.tit.12.part.5.gloſſ. magna, Auiles,
in.cc.pp.c.19.gloſſ.fin.num.3.& Co-
uar.in.4.2.p.c.7.§.1.Matienço, in.l.
2.tit.9.gloſſ.1.numer.16.lib.5.recop.
Burgos de Paz,in.l.1.Tauri, numer.
267.vbi dicit communem,quidquid
in contrarium dixerit Montaluus,in
l.10.tit.11.p.3.& vide Molinam,lib.2.
de Hiſpanorum primogen.c. 6. nu.
13.&.14.& quæſtiones ſequentes.

## QVAESTIO. 358.

### *Vtrum ad inducendam conſuetudinem requiratur iudicium contradictorium. Communis contra communem.*

PRoſequendo materiam quæ-
ſtionis præcedentis, dubita-
tur,an iudicium contradicto
rium requiratur ad inducendam cõ-
ſuetudinem:& partem affirmatiuam
tenet gloſſ. in rub.C.quæ ſit longa
conſuetudo,& in.§.ex non ſcripto,
inſtit.de iure naturali,& gloſſ. mag-
na,in.c.fin. de conſuetudine, quam
ſequũtur plures relati per Aymoné
Crauetam, de antiquitate temporũ,
fol.108.num.32. & hanc aſſerit com
munem Alexand.conſ.132.volum.1.
num.4.&tenet etiam gloſſ.in.l.cum
de conſuetudine.ff.de legibus,& Mé
chaca, de ſucceſsionum creatione
lib.3.§.21.nume. 114. vbi refert duas
opiniones contrarias communes,&
ſequitur ſequentem, quod non re-
quiratur quod ſit obtenta in iudicio
contradictorio,&dixit communem
Craueta,ſupra,nume. 33 fol.109.vbi
alios refert idem dicentes,&vltra eũ
dicit communem Abb. numero.16.
Imola,num.22.in.d.c.fin.de conſue-
tudine,idem Abb.in.c.abbate,nume.
13. de verborum ſignificatione,& di
xit etiam communem Ripa, in.c.cũ
eccleſia,nume.115.de cauſa poſſeſſ.&
propriet. & facit pro hac ſententia
text.in.l.ſed ea, cum ſequentibus. ff.
de legibus.Et videtur, quod ſit im-
poſsibile,quod ſit obtenta,vt ſit con
ſuetudo in iudicio contradictorio,ſi
quidem in illo primo iudicio non
poſsit eſſe conſuetudo. Cui opinio-
ni non obſtat.d.l.cũ de conſuetudi-
ne,verb.*contradictorio aliquando iudi
cio*,*quia reſpondeo, quod verum eſt
quod firmior redditur conſuetudo,
quãdo in iudicio contradictorio eſt
obtenta: non tamen ad probationé
illius requiritur iudicium contradi-
ctorium,vt reſoluit Menchaca, ſup.
quam opinionem dicit communem
Burſatus,conſ.50.num.27.lib.1.Cra-
ueta,conſ.55.num.6.Corneus, conſ.
292.lib.1.& hanc eſſe veriſsimam o-
pinionem,& difficile eſſe contra eã
obtinere,tradit Viuius,in ſuis com-
munibus,verb.conſuetudo, quem ſe
quitur Maſcardus, de prob.lib.1.con
cluſione. 427.num.3.

## QVAESTIO. 359.

### *Conſuetudo rationabilis quæ dicatur, pro declaratione quæſtionis præcedentis. Communis contra communem.*

RVrſus pro declaratione quæ-
ſtionum præcedentium,ani
maduertendum eſt, quod ad
hoc vt conſuetudo vincat legem,
requiritur quod ſit rationabilis, vt
in.c.fi.de conſuetudine.Sed dubium
eſt,quę dicatur rationabilis conſue-
tudo,& gloſſ.verb.rationabilis,in.d.
c.fi.

c.fi.voluit,quod illa dicatur rationabilis conſuetudo, quam iura non improbant,& hanc dixit communem Syluester, verb. conſuetudo, quæſtione.1.

Sed contrariam opinionem (imò quod hoc relinquatur arbitrio iudicis)tenet gloſſ.verb.rationabilis,in c.1.de conſtitutionibus in.6.& hanc parté tenet Oldradus,cóſ.220.nu. 1. & Federicus de Senis,conſ.17.& Albericus,in.d.l.de quibus,num.101.ff. de legibus,qui ſolus hanc quæſtioné ibi tangit,& eandem tenet Decius, in.c.8.numer.3.de probationibus,& Abb.in.d.c.fi.num. 5. vbi eius additio.verb.arbitrio iudicis, bis dixit communem & dicit communem Sebaſtianus,Sapia,ad Abbatem, verbo, ſed iudex, & dicit etiam communé Rochus,ibi, fol.29. in paruis, verb. rationabilis,&eandem fatetur etiam
3 communem Gomecius, in. d.c.1.de conſtitutionibus in.6. numero.223. quę opinio verior & receptior eſt, & ita practicatur. Et qualiter probãda ſit conſuetudo,&quibus teſtibus, tradit Maſcardus,volum.1. de prob. concluſione.423.cumſequentibus.

## QVAESTIO.360.

*Vtrum de iure ſpeciali aduerſus diffinitionem, procedat argumentum. Communis contra communem.*

SAtis notum eſt in iure diffinitionem ad Regulam, & communitèr accidentia adaptari: quod adeò verum eſt, quòd de iure ſpeciali aduerſus diffinitionem non eſt probabile argumentum, ſecundũ gloſſam,in.l.omnis diffinitio,de reg. iuris, cuius opinionem dixit communem Cagnolus,in.l. ſi emancipati,num.20 C.de coll.& in.d.l.omnis num.37.vbi duplicitèrhanc appellat communem,& dicit iterum communem ibi,nu.38.& num.39.

Sed contrariam opinionem probat Alciatus,lib.6.Parergon.c. 9.per totum, & ab hac non eſt recedendum,ſecundum Cagnolum,ſupra,numero.50.vbi ipſe dicit,quod ſi benè numerentur doctores,conſtabit primam non eſſe communem,ſecùshęc ſecunda, quę eſt bonis authoribus munita.

## QVAESTIO. 361.

*Vtrum habens iuſtam cauſam litigandi in cauſa principali poſsit aduerſarium falſis rationibus repellere. Comunis contra communem.*

HAbens in cauſa principali iuſtam cauſam litigandi,poteſt malicijs aduerſarij ius repellere. Ita tenet gloſſ. in. c. cupientes, verbo, malignantium, de electione lib. 6. quam commendat Andreas ab Exea, lib. pactorum, nu. 378. ſimilis gloſſ. in. c.dominus.23. quæſtione.2.& ita licebit aduocato, falſis rationib⁹ cauſam tueri,& fraudem fraude repellere. Et aſſerit hoc eſſe receptiſsimum apud theologos, philoſophos,& iurium interpretes, Alciatus, in.l. natura cauillationis, num.fin.ff.de verborum ſignificatione,pro qua opinione facit gloſſ.in. l.ſiquidem,C.de exceptionibus,quę vult,conuentum, poſſe reſpondere ſe nihil debere, & ſi appareat quod debet, ſe excipere, quod iam ſoluit, vel quod fecit pactum de non petendo,de qua gloſſ.& communi contraria latiùs in quæſtione ſequenti.Et vide



vide nouiſsimè Parladorium )circa
3 iſtũ articulum ) rerum quotid. 1.p.c. 2.num.7.dum tamen ſine mendacio, & periurio id fiat,

Sed contrariam ſententiam (imó quod etiam in hoc caſu non liceat aduocato falſitate & mendacio vti) tenet ſanctus Thom.2.2.queſt 100. art.4.& Abb.in.c.1. de his quæ vi metuſuè cauſa fiunt,num.7.& aſſerit communem theologorum Prępoſitus,in.c.per tuas,notabili.11.num.8. qui filij ſint legitimi, &(nullũ horũ citans)Couarr.lib.1. variarum reſolutionum.c.2.numer. 1.vbi latiſsimè agit de hoc articulo,& hanc dicit cómuné ex Aretino.quę eſt verior, & communior,& tenenda,licét contraria(de quo doleo)magis vſitetur.

## SVMMARIVM.

1 *COnfeſsio an poſsit pro parte aceptari, & pro parte non.*

2 *Confitenti debitum, & excipiens ſe ſoluiſſe illud,qualitèr ſuccurratur.*

*Scriptura continens duo capitula,vel vnũ tantum,quæ dicatur.*

4 *Exceptio ſolutionis,vel pacti,qualitèr admittatur in via executiua, facta prius confeſſione debiti.*

5 *Qui à principio negat debitum, & excipit ſe ſoluiſſe,non fatetur.*

6 *Poſitionibus tenetur quis ſimplicitèr reſpondere.*

7 *Lex.1 tit.7 lib.4. recopilationis declaratur in quæſtione præſenti.*

8 *Debitum an in foro conſcientiæ poſsit aliquando negari.*

9 *Confitens debitum, etiam ſi excipiat, conueniri poteſt.*

10 *Confeſsio hæc:Occidi hominem,ſed ad mei defenſionem:an poſsit pro parte acceptatari, & pro parte non.*

11 *Pœna ordinaria delicti,non poteſt imponi ex confeſsione de qua ſupra.*

12 *Recognoſcens ſuam ſuſcriptionem,ſi negat debitum,patitur executioné,ſaluis ſuis defenſionibus.*

## QVAESTIO. 362.

*Vtrum ille à quo pecunia iam ſoluta iterum petitur, poſsit negare poſitionem,vt non aſtringatur probare ſolutionem, & qua ſit tuta reſponſio. Communis contra communem.*

ARticulus ille,latiſsimè patet, an excipiens fateri videatur: & an confeſsio pro parte reſpui poſsit. Circa quod (vt breuitèr agamus)ſunt duo caſus diſtinguendi. Primus eſt,quando quis excipit ſimplicitér:ſecundus,quando conditionalitér.Circa primum ergo ſit cóclu ſio, quód ſimplicitèr excipiens non videtur fateri.tex.eſt in reg. exceptionem,de regulis iuris in.6.& in.c. cum venerabilis,& in.l. non vtique ff.de exceptionibus, & ita hanc concluſionem tenet expreſſé gloſſ.in.d. c.venerabilis,vbi Decius, numer.19. in fi. vbi hanc bis aſſerit communem eſſe,& eandem quinquies communé aſſerit Iaſſ.in.l.Iulianus verum debitorem,num.13.ff.de condictione indebiti, & dixit etiam communem Couarr. lib. 1. variarum. c.2.num.3. col.2.& ante eos eam innuit eſſe cómunem Salicetus,in.l.ſiquidem, nu. 3.C.de exceptionibus.ex quo reprobanda eſt gloſſ.verb.litis,in authentico. de exibendis reis § ſuſcepto,quę contrarium voluit. Et intellige illũ ſimplicitèr excipere,qui excipit non facta expreſſa confeſsione, nam quãdo eſt confeſsio expreſſa,tùnc excipiens videtur fateri, vt aſſerit cómunem Decius(qui hoc ſic declarat) in d.c.

d. c. cum venerabilis, numero. 19. in fin. in quo tamen latiùs infra diſtinguendum eſt. ſi verò quis excipiat conditionalitèr, eſt diſtinguendum ſecundum Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſit, num. 2. ff. de liberatione legata. hoc modo. Aut eſt præſumptio cōtra confitentem, aut non: ſi non eſt præſumptio, ſubdiſtinguendum eſt, quoniam aut fatetur, aut excipit. Primò caſu, quando fatetur, & excipit, ſuccedit ſingularis diſtinctio gloſſæ, in d. l. ſiquidem, videlicet, quód aut fatetur aliquid, quod à principio inerat, & eſt confeſſioni coniunctū, vt quia fatetur decem promiſiſſe, ſed ſub conditione ſcribendi librum, vel
1 eundi Romam, & tunc, aut vno contextu, & non videtur fateri, nec poteſt pro parte confeſſio acceptari, & pro parte reijci: aut excipit ex interuallo, & tunc confiteri videtur, niſi probet cōditionem. Ita docet. d. gloſſ. 1. in finalibus verbis, cuius diſtinctionem fatetur communem ibi Salicetus, num. 6. & Albericus, in l. quædam. §. numularius, numero. 2. ff. de edendo. Aut illud, quod deducitur pro exceptione à principio non inerat promiſſioni, ſed ex poſt facto adiectum eſt, vt putá, Confiteor promiſiſſe decem tibi, vel à te mutuo recepiſſe decem, ſed iam ſolui. Vel, Feciſti pactum mihi de nō pe-
2 tendo: & tunc cenſetur confiteri, & poterit illius confeſſio pro parte acceptari, & pro parte negari, vel reijci, vt tenet prædicta gloſſ. in d. l. ſiquidē & alia gloſſ. Acurſij, verbo. conteſtatione. Quarum opinionem communem aſſerit Boerius, deciſione. 243. num. 3. quem etiā vide, nu. 7. & 9. & dixit etiam communem Decius, in d. c. cum venerabilis, num. 19. & tradit optimè Maranta, de Ordine iud. pagina. 448. num. 27. & hoc modo in-
3 telligendus eſt Bart. in d. §. idem quæſit, num. 2. dum diſtinguit, quòd aut ſunt in ſcriptura plura capitula, vel in confeſſione, aut vnum: ſi plura, poteſt ſcriptura, vel cōfeſſio pro parte acceptari, & pro parte reijci, ſi veró vnum, aut in totum eſt approbanda, aut in totum reijcienda: & vnum capitulum eſt, quando id, quod in exceptione deducitur, ineſt à principio promiſſioni, vt in exemplo ſuprapoſito: plura verò capitula ſunt, quando non inerat á principio, ſed ex interuallo, vt in exceptione ſolutionis, vel pacti, de nō petēdo, vt ſup. dictū eſt, ita declarat ſe ipſum Bart. in d. §. quæſit, nu. fi. & prædictā Bart. diſtinctionē ſequuntur doctores cōmunitèr, ſecundum Boerium. d. deciſione
4 243. nume. 5. colum. 2. & aſſerit communem Iaſſ. in d. §. ſi quis poſtulante num. 21. inſtit. de actionibus, & Curtius iunior, in l. admonendi, num. 38. ff. de iureiurando, & aſſerit etiam cōmunem Aymon Craueta, de antiquitate temporum, fol. 37. numer. 68. & fol. 68. num. 24. & fol. 38. numer. 72. & 76. quę omnia ſunt notanda pro declaratione legis. 5. tit. 21. lib. 4. recop. circa illam quæſtionem, vtrum cōfeſſio debiti, excipientis ſoluiſſe, habeat ſtatim paratam executionē: & partem negatiuam tenet Auiles, in cc. prætorum. c. 10. gloſſ. verb. *sexecucion*, num. 23. pro qua ſententia facit lex. 8. tit. 3. p. 3. quàm legem optimè declarat Gutierrez, lib. 1. practic. quæſtione. 126. num. 2. vbi tenet contrariam opinionem, quæ ita obſeruatur communitèr, ſaluis defenſionib' oponēdis in termino decem dierum:
5 eſt enim ſecundus caſus, quādo quis primò negat, & poſteà excipit, quo caſu talis non cenſetur fateri. Ita tenet prædicta gloſſ. 1. verſ. 2. & gloſſ. verb. conteſtatione, in d. l. ſiquidem, quam Bald. commendat, & Iaſſ. in d. §. item, nu. 27. & ſequitur Boerius, d. deciſione. 243. num. 12. in principio, & Maranta, vbi ſupra, pagina. 440.

num. 9.



num. 9. & aſſerit communem Claudius, in l. decem, col. 6. ff. de verborū obligat. Nec huic concluſioni obe-
6 rit, quod negans non eſt audiendus, excipiens pactum ſibi factū, vel iā ſoluiſſe, tanquam contraria allegans: quoniam etſi primò quis neget, & poſteà ſit teſtibus conuictus, admittitur excipiens, vt in eo, qui negat hominem occiſſum á ſe, & poſteà conuictus opponit ad ſuam defenſionem illum occidiſſe. Ita Bart. in l. cum de indebito. ff. de probationib', & in authentica, cōtra qui propriam, num. 7. C. de non numerata pecunia, & eſt communis opinio, ſecundum Decium, in c. paſtoralis, numer. 15. in fi. de exceptionibus, & dixerunt etiam communem Decius, col. 2. & Cagnolus, num. 4. in l. nemo ex his. ff. de regulis iuris (vbi eſt bonus tex. id probans) & eandem (ante eos) fatetur communem Socinus, in l. nemo prohibetur, num. fi. ff. de exceptionibus. Sed contrarium ſtatui- [illegible] de iure regio, vt cauetur in l. 100 [illegible] adit Montaluus, in l. 3. verbo, *lo negare*, tit. 7. lib. 2. fori, & vltra prædictos, vide Carrerium in ſua practica, fol. 129. num. 165. Eſt tamen principalis concluſio gloſſæ illius, li-
7 mitanda, quando ſtatuto caueretur, vt poſitionibus debeat quis ſimplicitèr reſpondere (prout cautū eſt apud nos, in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamēti, vbi latè Didacus Perez, colum. 935. & eſt lex. 2. tit. 7. lib. 4. recop. (quā pro hac queſtione nouiſſimè adducit Gutierrez, lib. 1. practicarum quæſtionum,
8 queſtione. 60.) tūnc enim, ſtante tali ſtatuto, ſi quis reſpondeat modo prędicto, habebitur pro confeſſo. Ita tenet Bart. in l. 1. §. ſiquis ſimplicitèr, in fine. ff. de verborū obligationibus, vbi dicit communem Alciatus, nu. 18. & eandem fatetur bis communē Boerius. d. deciſione. 243. numer. 12. Sed quamuis hęc ſit receptiſſima ſententia, nihilominus illa forma reſpondendi tradita per gloſſam, non eſt tuta in foro animæ, quoniam docet mē-
9 tiri, vt aſſerit gloſſ. ad fi. in reg. exceptionem, de regulis iuris in. 6. quam ſequitur Claudius, in d. l. decem, col. 6. idemque tenet optimè Iaſſ. in d. l. Iulianus, num. 14. & licèt Bald. & alij nonnulli, teneant hoc caſu interrogantem poſſe licitè debitum negare, tamen contrarium eſt veriſsimum, vt diximus in quæſtione prǫcedenti, & tradit Couar. d. lib. 1. c. 2. variarum, num. 2. de illo qui interrogatur à iudice illicitè. quare in iſto caſu videtur, quod ſic remaneat omni auxilio deſtitutus, quoniam ſi fateatur excipiens, condemnabitur, ſi negat & excepit, peccat. Ideòq; Couar. ſup. numer. 3. verſ. ceterum, diſtinguit tres caſus, & ponit optimam formam reſpondendi, ſcilicet, negando poſitionem, vel petitionem, prout in ea continetur: nam cum in ea contineatur mutuum, & obligatio reddēdi, cum iam reddiderit poterit illam negare abſque metu periurij. Et aliam reſpondendi formam tradit Iaſſ. in d. l. Iulianus, num. 14. ſcilicet, vt ſic reſpōdeat: Si mihi mutuo pecuniam dediſti, iam ſolui, vel pactum mihi feciſti: nam tunc illā conditio nihil ponit, ſecūdum eum, quod proſequitur Gutierrez, ſupra, quæſtione. 60. num. 61. aliam etiam formam tradit Maranta, de ordine iudiciorum pagina. 448. quod reſpōdeatur, Nego à te mutuo recepiſſe, ex quo tibi ſim obligatus: & eſt facilis reſponſio, & melior cæteris, & ſic remanet perfectè examinatus articulus iſte, quando non eſt
10 pręſumptio cōtra confitentem: quo caſu non eſt curandum de illa Bart. diſtinctione, ſecundum Marantam, num. 27. ſed indiſtinctè tenendū eſt, quod confeſſus, etiam ſi excipiat, cenſetur fateri. Ita Bart. in d. §. idemquè ſit, num. 2. & ponit exemplum in eo,

qui

qui fecit homicidium, aſſerit tamen ſe feciſſe ad ſuam defenſionem, nam hoc caſu, cum ſit præſumptio contra occidentem (vt in l. 1. C. de ſicarijs, & in l. ſi nō conuitij. C. de iniurijs)
11 fateri crimen eſt cenſendus, & acceptari poterit eius confeſsio pro parte, & pro parte reijci. Ita Bart. ſupra, quem ſequitur Hippolytus, conſ. 7. vol. 1. num. 7. & in practica. §. 2. num. 14. & ſingulari. 185. & Alciatus, reg. 3. præſumptione. 39. num. 7. & ita aſſerit communem Claudius, in. d. l. vt vim, ff. de iuſtitia & iure, numer. 82. in lectura, & in repetitione nu. 103. & etiam fatetur communem Palaci° Rubeus, in allegatione hæreſis. §. 7. & Boerius, deciſione. 164. numer. 10. & Carrerius in ſua practica. §. circa, fol. 129. nu. 165.

Sed contrariam ſententiam tenet multi, ſecundum Iaſſo. in. d. § item ſi quis, num. 25. quos ipſe ibi ſequitur, & plures refert pro hac ſententia Socinus, in. l. 1. nu. 9. ff. de vulg. vbi dicit communem, & Boerius, ſupra, deciſione. 243. num. 5. ad fin. aſſerit, quod in hoc communiter tenetur contra Bart. ſed reuera, illius opinio cōmunior eſt, licet dicat Hippolytus, cōſ. 136. num. 31. quod contra Bart. eſt cō munior opinio, cùm ſit æquitati magis conueniens, & quod opinio Bar-
2 toli ſit communior, & in praxi recepta, tenet Iulius Clarus, lib. 5. recept. §. fi. quæſtione. 55. num. 15. & Bernardus Diaz, reg. 124. vbi latè Salcedo, Gratian. reg. 83. vbi ſequitur (contra alios) Bartoli opinionem, reſoluens eſſe communiorem, & vide Menchacam, lib. 3. de ſucceſsionum creatione. §. 23. num 23. qui latè proſequitur iſtum articulum, & pro hac ſentētia eſt tex. in. c. cum dilecti, de accuſationibus. Aduertendum tamen eſt, quod cum illa Bart. doctrina conſiſtat in præſumptione, ceſſante tali præſumtione, non habebit locum. Ita declarat Alciatus, in. §. ſi quis ſimpliciter, nu. 23. & in reg. 3. præſumptione. 39. num. 8. cum ſequentibus, vbi ponit 4. caſus falentię, & aliam potiorem limitationem ponit Abb. in. c. auditis, num. 32. de præſcriptionibus, vbi vult, quod licet iſte confitens homicidium cenſeatur fateri, tamen ex
12 huiuſmodi confeſsione non poteſt illi imponi pęna ordinaria delicti, & ita ceſſabit pęna mortis: quę eſt ſingularis limitatio, ſecundum Iaſſo. in d. l. vt vim, num. 13. dicēs ſibi in actu practico maximum dediſſe honorē, & commendat Hippolytus, in ſua practica. §. 22. nume. 14. & ſingulari. 185. & ſequuntur plurimi relati per Bernardum Diaz, reg. 124. in princip. vltra quèm eandem ſequitur Boeri°, deciſione. 164. num. 10. & 11. & Maranta, de ordine iudiciorum. 6. p. c. de confeſsione, pag. 448. num. 29. & tenet Sylua, nuptialis (nulla facta mentione de Abb.) lib. 1. nume. 67. & dixit communem Claudius, in. l. non ſolum. §. exibendum, columna [illegible] noui operis nunciatione, [illegible] fatetur communem Carrerius, in ſua practica, fol. 129. num. 165. & fol. 130. num. 167. & dicit etiam communem Loaces, in repetitione. §. his igitur, á num. 22. cum ſequentibus, inſtitut. de iuſtitia & iure. Et pro hac Abbatis ſententia facit ſingularis determinatio Innocentij, in. c. quia veriſimile, de pręſumptionibus, & vide in quæſtione. 337. & Gomecium, in tractatu delictorum. c. 3. num. 29. qui fatetur, eſſe communem Didacus Perez, in. l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. glo. verb. *por confeſſion,* Gomez Arias, id. l. 43. Tauri, numero. 11. & hoc ſeruatur in practica, ſecundum Gramaticum, conſilio crim. 69. num. 13. & in deciſione. 5. numer. 14. Auendañum. c. 16. nume. 14. in. cc. prætorum, & ex Iulio Claro, in practica criminali: aſſerit etiam communem Salzedo, ad Bernardū Diaz, ſupra.



Et de quæſtione principali (poſt hæc ſcripta) aliqua aduxit nouiſsimè Parladorius, lib. 2. rerum quotidi. c. fi. 1. p. §. 4. num. 13. & Gutierrez pp. queſt. lib. 1. quæſtione. 60. & 61. & & 123. qui loquitur in eo qui recog-
2 nouit priuatum inſtrumentum quæ ſententia vera eſt, & ita practicatur.

## QVAESTIO. 363.

*Vtrum committatur ſacrilegium, quando aufertur non ſacrum de loco ſacro. Communis contra communem.*

SAcrilegium committitur, etiā ſi auferatur non ſacrum de loco ſacro, vt in. c. quis. 17. queſt. 4. & eſt communis opinio canoniſtarum, ſecundum Boerium, deciſione. 254. num. 2.

Sed contrariam opinionem pro[illegible] in. l. diebus. ff. ad. l. Iuliam, pe[illegible] eſt communis opinio legiſtarum, ſecundum addicionatorem Iaceb, Butr. in. l. 1. C. de ſepulchro violato, & hæc eſt vera opinio, vt colligitur ex traditis per Bernandū Diaz, in practica criminali. c. 87. vbi latè Salcedo, & Nauarr. in manuali. c. 27. num. 76. & Didacus Perez, in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinam pagina. 104. & Menochius, de arbitrarijs lib. 2. centuria. 4. caſu. 289. nume. 15. & l. 4. tit. 9. p. 3. quę opinio veriſsima eſt, in iudicando, & conſulendo.

## SVMMARIVM.

1 *Decimæ perſonales, non ſunt de iure diuino.*

2 *Lex. 4 tit. 5. lib. 1. recop. confirmat primā opinionem.*

3 *L. 7. tit. 20. p. 1. declaratur.*

## QVAESTIO. 364.

*Vtrum decima perſonalis per conſuetudinem tolli poſsit. Communis contra communē. & quid iure regio.*

IN queſtione propoſita duas communes opiniones contrarias tradit Barbacia, conſ. 48. vol. 4. alterā theologorum, & alterā canoniſtarum, & partem affirmatiuam tenet Henricus, in. c. peruenit, col. 5. de decimis, vbi dicit laicos poſſe ſe conſuetudine eximi à ſolutione decimarum perſonalium. Idem tenet Hoſtienſis, in. c. in aliquibus (per illum tex.) de decimis, & in ſua ſumma, titulo de decimis, quæſtione. 7. §. fi. & Rochus de Curt. in. c. fi. de conſuet. num. 22. & hanc dicit communem opinionem Gregorius, in. l. 1. tit. 20. p. 1. gloſſ. magna, & dicit magis communem Couarr. lib. 1. variarum. c. 17. nume. 8. & plures pro hac ſententia refert Menchaca, lib. 2. cont. illuſtrium. c. 89. nume. 8. & eſſe in Hiſpania conſuetudine receptam tradit Soto, lib. 9. de iuſtitia & iure, quæſtione. 4. articulo. 2. columna. 3.
1 & Nauarr. in manuali. c. 21. numer. 31. vbi etiam dicit in toto orbe Chriſtiano conſuetudinem eſſe, legitimè præſcriptam non ſoluendi decimas perſonales, quam opinionem ſequitur Paz, in ſua praxi, primæ part. 2. tom. c. 5. numer. 34. & eſt ratio hu-
2 ius ſententiæ, quia decimę perſonales non ſunt de iure diuino. Iſta eſt communis opinio, ſecundum Bald. de præſcrip. 1. part. prim. part. queſtio. 7. & 47. & Couarru. ſupra, numero. 8. & dicit communem opinionē Greg. in d. l. 1. verb. *perſonal,* & ſic

2 & ſic in ſolutione illius ſtandum eſt conſuetudini locorum, vt tradit idé Greg.in.l.2.verb.*heredades,*tit.20. part.1. quę opinio hodié de iure regio eſt aprobata, in.l.4 tit.5.lib.1. recop.vbi Azeuedo dicit, quod ita ſeruatur in pluribus locis.

Sed contrariam opinionem tenet Rebuffus, in tractatu de decimis,
3 quæſt.13.num.43.dicens, quod decimæ tam prædiales, quam perſonales ſunt inuentæ de iure diuino, pro qua ſententia adduci poteſt lex.7.tit.20. p.1.ibi,* *E no ſe puede ninguno eſcuſar, que no de alguna coſa por diezmo de aquello que ganare maguer diga que no es coſtumbre de lo dar.** quæ lex eſt intelligéda, quando decimæ prædiales non ſufficiunt clericis pro congrua ſuſtentatione, vt aduertit Greg. ibi, & Soto, ſupra, lib.9.quæſtione.4.art.2. & Azeuedo, in.l.5.tit.5.lib.1.recop. num.12.& nouiſsimè Gutierrez, lib. 2.canonicarum quæſt.c.21.num.33. & nos etiam diximus in quæſt.437.

## *SVMMARIVM.*

1 *Facilitate qua quis inducitur ad promittendum, inducitur ad renunciandum.*
2 *Reus audictur tranſacto biennio, ſi probet pecuniam non fuiſſe numeratam.*
3 *Lex.9.tit.1.p.5.procedit præſumptiuè, & non excludit probationem in contrarium.*
4 *Limitatio ſecunda aſsignatur ad. l. 9. partitæ.*
5 *Renunciatio facta per chirographum priuatum, non nocet.*
6 *Contraria opinio in quæſtione principali, traditur.*
7 *Lex, partitæ comprobat vltimam opinionem.*

## QVAESTIO. 365.

*Vtrum exceptioni, non numeratæ pecuniæ poſsit renuntiari. Communis contra communem, & quid iure regio.*

EXceptioni non numeratæ pecuniæ non poteſt quis renuntiare, quia eadem fragilitate & facilitate qua quis inducitur ad promittendum, eadem induceretur ad renuntiandum, & eſt cómunis opinio ex mente Bart.in.l.ſi ex cautione, numer.6.C.de non numerata pecunia, & eſt communis, ſecundum Angelũ, in.§.vnico, inſtit.de literarum oblig. num.14.& in.§.idem iuris, num.36. inſtit.de exceptionibus, & dixit cómunem Acoſta, in d.l.ſi ex cautione, colu.37. & dicit etiam communem Maynerius, in.l.iure naturę, num.22 ff.de reg.iuris, & plures pro hac ſententia tradit Dueñas, reg.260.num.4 & 26.& dixit communem Alciatus, in.c.cum contingat, num.175.de iureiurando, & Iaſſ.in.§.fuerat, nume. 8. inſtit.de actionibus, & Couar.lib.2 variarum.c.4.nu.3. Gutierrez, de iuramento confirmatorio.1.p.c.37.nu. 9.Antonius Gomez, in.l.53. Tauri, num.52.& Menchaca, de ſucceſsionũ creatione lib.1.§.9.num.22.& in nu. 25.annectit optimum verbũ, vt etiã tranſacto biennio, ſi reus probet nó
2 factam fuiſſe numerationem, poteſt vti illa exceptione, ꝙ ampliat (nó obſtante lege) p.9.tit.1.p.5.quia illa lex loquitur præſumptiuè; & non excludit probatione in cótrarium, vt
3 etiam tenet Greg.ibi, verb.* *por eſta razon,** & verb.**carta.**Et poteſt, ſecundò illa l.part.limitari, ex traditis per Gracian.reg.168.nu.4.vt procedat quãdo renũciatio nó fuit facta in eodé inſtruméto, ſed ex poſt facto, ex traditis per Matien.in.l.1.tit.1.gl.8. nu.43.



nu.43, ꝙ eſt de mente Greg.ibi gl.fi. Aliter & tertiò limitabis illam legé, vt non procedat quando renuncia-
5 tio fuit facta per chirographũ priuatum, ſecùs verò ſi per ſcripturam publicam, quòd ex méte illius legis maniſeſtè colligitur.

Sed cótrariam opinionem in quæ-
6 ſtione principali tenent communitèr doctores, ſecundum Imolam, in d.c.ſi cautio, nu.6.de fide inſtrumét. Bart.Paulus, & Zinus, in.l.3.C.de nó numerata pecunia, vbi Acoſta, dicit communem, & ſequitur Alex.conſ. 35.lib.1.Corneus, conſ.293.lib. 4.Felinus, in.d. c.ſi cautio, num.40.Curtiꝰ iunior, in.l.2.§.fi.ff. ſi certum petatur, quæ opinio hodié eſt comprobata, ex.d.l.9.tit.1.p.5.ibi, **renunciaſſe a la defenſion.**Quam tamen intelligé vt diximus ſupra.

## *SVMMARIVM.*

1 *L.fi.C.de ferijs, declaratur.*
2 *Executio ſententiæ non poteſt fieri in die feſto.*
3 *Decretum iudicis die feriata interponi non poteſt.*
4 *Contraria opinio in quæſtione principali, proponitur.*

## QVAESTIO. 366.

*Vtrum citatus die feriata, teneatur comparere in die non feriata. Communis contra communem.*

CItatio non poteſt fieri die feriata, vt eſt tex.in. l.fi. C. de ferijs, ibi, * *nulla quenquam*
1 *Vrgeat admonitio.* * Et eſt communis opinio ſecundum Marantam, de ordine iudiciorum, fol.173.numer.119. quia ſicut executio non poteſt fieri die feriata in honore Dei, vt in d.l. fi. ibi,**Vt à cũctis executionibus**)& eſt communis opinio, ſecundum Alex. conſ.53. vol.5.num.8.& tradit Rodericus Xuarez, in.l. poſt rem iudica-
3 tam, fol.135.col.1.verſ.4. item nec decretum iudicis die feriata interponi poteſt text.in.l.actus.C.de ferijs, & eſt communis opinio ſecundum Iafredum Balbum deciſione.353.& plura congeſsit Antonius Scappus, de iure non ſcrip.lib.5.c.113. Didacus Perez, in. l.1.tit.1.lib.5.ordi.& in.l.3. tit.7.pag.581.Spino, in ſpeculo teſtam.gloſſ.16.numero.110. Modò dubium eſt, an facta citatione die feriata, citatus teneatur comparere die non feriata, ad quam fuit citatus. Et non teneri tenet Bartol.(poſt antiquos) in.l.1.§.nunciatio, numero.30. ff. de noui operis nunciatione, & eſſe communem ſcribit ibi Iaſſo. numero.8.

4 Sed contrariam opinionem communitér ſeruari, ſcripſit idem Bart. in tractatu de citatione, columna.2. verſ.7.quæro, & tradit Tiraquellus, de retractu lign. in fine tituli, nume. 79.Vantius de nullitate, ex defectu citat.numero.46.Anton.Scapp.ſup. lib.3.c.93.Azeuedo, in.l.4.tit.1.lib.1. recopil. á numer. 1. duas communes opiniones contrarias tradit Oroſcius, in.l.ex quacunque, num.28.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit. Prima tamen opinio ſeruatur de conſuetudine, vt tradit Azeuedo. in.l.1.tit. 3.lib.4.num.5.& in.l.2.numer.9.lib. 4. recopil. vbi teſtatur de practica communi in omnibus regni curijs & Chancellarijs.

## QVAESTIO. 367.

LAicus reſtitutus de fęudo eccleſiaſtico, ante Conciliũ Lateranenſe, de quo in.c.cũ apoſtolica, de his quę fiunt à prælato, poterat tale fęudum alteri laico conferre. Ita tenet gloſſ.in. c. prohibemus, de decimis, quæ communitér ſeruatur ſecundum Imolam, in.d.c.cũ apoſtolica, & ſecundum eundem in.c.2. de fęudis.

Sed contra gloſſam eſſe communem opinionem teſtatur ibi Abb. & vide Felinum, in. c. cum cauſam, col.2.de præſcriptionibus, & Couar. lib.1.reſol.c.17.numer.5.Menchaca, lib.2.controuerſiarum illuſtrium.c. 89.Gutierrez, lib.1.practicarum quęſtionũ.quæſt.14.nu.6.vbi refert duas cómunes contrarias, & tenet laicũ poſſe alienare in alterum laicum decimas, de conſenſu prælati, ſi eas legitimè poſsideat, vbi aſsignat rationé.

## QVAESTIO. 368.

QVi præſcripſit decimas, debet probare famam, quòd illas haberet ante Cóciliũ Lateranenſe, quod celebratum fuit ſub Alex.3.anno domini.1179.vtprobat Couar.lib.1.variarum.c.17.num. 5.ver.5.dubio.Iſta eſt communis opinio, ſecundum Caſſaneũ inconſuetudinibus Burgundiæ, fol.26. num.13.

Sed contrariam innuit eſſe cómunem Ripa, in.c.decernimus, num.75. de iudicijs, & iſtam quæſtionem elegantèr proſequitur Menchaca, lib.2 controuerſiarium illuſtrium.c.89.numer.6.per totum, & Gutierrez, lib. 2.canonicarú quæſt.c.20. á nu.71.& practicarum quęſt.lib.1.c.14. &.15. numero. 4. &. 6. vbi optimè proſequitur hunc articulum, & bené declarat.

## QVAESTIO. 369.

*Vtrum cognatio ſpiritualis poſſit contrahi per procuratorem: Communis contra communem.*

COgnatio ſpiritualis nõ poteſt contrahi per procuratorem, vt tenet Bart.in.l.Gallus.§.foſitan, num.6.ff.de lib. & poſthum.& eſt communis opinio, ſecundum Couar.de ſponſalibus.§.4.c.6.numer.6. & tenet Abb.in.c.veniens, num.4.de cognatione ſpirituali, & Syluester, verb.matrimonium, el. 8.numer.7. deciſio Toloſana, 157. & ibi Aufredus, Soto, in.4.diſtinctione.42.quæſtione.1.art.2. Paulus Fuſcus, ſingulari.148.per totum.

Sed contrariam partem communitér ſeruari tenet Præpoſitus, in. d.c. veniens, de cognatione ſpirituali, & idem fatentur plures citati per Tiraquellum, in.l.ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos, num.35.C. de reuocandis donationibus, & Nauar. in ſuis cóſilijs, de cognatione ſpirituali, qui latè proſequitur hanc quæſtionem, quę poteſt ſuſtineri argum.tex.in.c. fi.de procuratoribus lib.6.Prima tamen opinio eſt verior & cómunior, ſecundum Antonium Chucum, lib.5 maior.inſtit.tit.14.nu.13.Bibaldus, in candelab.eccleſiæ, titulo de cognat. ſpirituali, nu.160.Mocius. de contratibus tit.de matrimonio.§.pro declaratione, num.22.

## SVMMARIVM.

1 *LEgitima filiorum augetur, quãdo alter ex filijs fuit ritè, & rectè exhæredat⁹.*
2 *Filius exhæredatus habetur pro mortuo.*
3 *Filius exhæredatus non computatur in numero filiorum.*
4 *Filius exhæredatus non facit partem.*

Quęſt.



## QVAESTIO. 370.

*Vtrum filius exhæredatus cõputetur in numero filiorum, quo ad augendam legitimam aliorum fratrum. Communis contra communem.*

PAter exhæredauit filium (ex
cauſa legitima de contentis
in auth.vt cum de app. cog-
noſcitur.§.aliud quoque capitulum,
colat. 8.) & poſtea mortuus eſt, duo
bus filijs relictis: dubitatur an iſte fi-
lius exhęredatus, computetur in nu
1 mero filiorum, ad augendam legiti-
mam portionem aliorum filiorum.
In qua difficultate Bart.( communis
omnium magiſter) in.l.pater filium.
ff.de inoffi.teſtam.tenet, quod prop
ter exhęredationem factam, ſit augẽ
da reliquorum filiorum legitima. Idẽ
tenet Bart.in.l.1.§.ſi pater, el. 2.ff.de
cóiung.cũ emancip.lib.eius, idem te
nent Imola, & Aretinus, in. l. planè.
§.duobus.ff.de leg.1. qui dicunt com
munem, & Iaſſ.ibi, num.29.& Beren
garius, in.l.in quartã.ff.ad.l.falcidiã,
& pro hac opinione conſuluit Ang.
cóſ.102.Romanus, in.l.vnica, quæſ.
fi.C.quando non petentium partes.
2 Et ratio eſt, quia exhæredatus habe-
tur pro mortuo, vt in.l.1.§.ſi pater.l.
ſi poſt mortem.§.liberi.ff.de bonorũ
poſſeſſ.contra tab. Præterea cõfirma
tur, quia filius exhæredatus n on cõ-
3 putatur in numero filiorum, perinde
ac ſi natus nunquam fuiſſet, & ſic nó
facit partem, cùm non admittatur ad
partem.l.huiuſmodi.§.ſi Titio. ff.de
4 legat.ı.Ex quib⁹, & alijs fundamẽtis,
iſtam opinionem ſequitur Mencha
ca, de ſucceſsionum creatione, lib. 2.
§.20.num.205.qui dicit communem
& veriorem.

Sed contrariam opinionem dicit magis communem Ferdinandus Berengarius, in.d.l.in quartam, fol.22. cuius opinio nó eſt vera, neque tenẽda, & ſic â prima opinione recedendum nó eſt in iudicãdo & cóſulẽdo.

## SVMMARIVM.

1 *LEx.33.tit.13.p.5.declaratur.*
2 *Contraria opinio proponitur.*
3 *Hypotheca expreſſa mulieris, non præfertur habenti expreſſam anteriorem.*

## QVAESTIO. 371.

*Vtrum mulier habens tacitam hypothecam, præferatur creditoribus anterioribus Communis contra communem, & quid iure regio.*

QVando hypotheca eſt ex-
preſſa, mulier nonpræfertur
creditoribus, ſecùs ſi eſt ta-
cita. Ita tenet gloſſ. in.l. aſsiduis.C.
qui potiores in pignore habeantur.
Et eſt communis ſecundum Angelũ,
in.§.fuerat, num.12. Iaſſ.num.72.Go
mecium, nu.26.inſtit.de actionibus
& dixit etiam Communem Corra-
ſius, in.l.qui liberos, nu.118.ff.de ritu
nuptiarum, & Ripa, in. l. priuilegia,
nu.47.ff.de prui. creditorum, & in.l.
2.§.1.nu.20.ff.eod.& pro hac opinio
ne facit.l.33.tit.13.p.5.& hæc diſtin-
1 ctio cõmunitèr ſeruatur in practica,
ſecundum Bart.in.d.l.aſsiduis, nu. 6.
vbi ſequitur Bald.nu.6 & tenent om
nes in practica, ſecundum Salicetum
ibi, nu.3.& ſeruatur communiter in
practica, ſecundum Fabium in.d.§.
fuerat, num.5.
2 Sed contrariam opinionem eſſe
communem, & ſeruari in practica te

 ſtatur

ſtatur Imola,in.c.ex literis,de pigno ribus,& in l.in ambiguis,nume. 136. ff. de reg. iuris. Et pro prima parte facit(quæ eſt tenenda)quia ſi mulier
3 habet expreſſam hypothecam, non præfertur creditoribus, habentibus expreſſam anteriorem,vt eſtcommunis opinio,ſecundum Iaſſ.in. l.1.nu. 12.in.2.lectura,& ſecundum Ripam, ibi,num.1.ff.ſoluto matrimonio, & explicat Antonius Gomez, in.l.50. Tauri,num.39.qui latè proſequitur iſtam quæſtionem, in qua non eſt recedendum á deciſione legis partitæ, vt tradit Gregor.ibi verb. * *obligado por palabras.**

## QVAESTIO. 372.

### *Vtrum ſola relatio nuncij, dicentis nihil in bonis debitoris inueniſſe, ſufficiat pro excuſione. Communis contra communem.*

QVando fit excuſsio,vt poſſit perueniri contra ſecundum poſſeſſorem, non ſufficit ſola relatio nuncij, referentis ſe nihil inueniſſe,ſed requiritur iudicis pronunciatio.Ita tenet Bart.(cótra Butricari.) in.l.ſtipulat.§.habet. ff.de noui operis nunciatione,cuius opinio eſt communis,ſecundum Boerium,deciſ.277.colum.2.poſt Iaſſ.& Alexand. in locis per eum citatis. Sed opinionem Butricarij videtur tenere idem Bart.in.l. perſecutione, col.2.C.de executione rei iud.& hęc ſeruatur vbiq; ex generali cóſuetudine,ſecundú Paulú,in.d.§.habet,& in l.decem.ff.de verború oblig.& Caſſaneus,in cóſuetudinibus Burgundiæ, rub.1.§.7.nu.31.fol.77.quę opinio verisſima eſt,& ita practicatur.Et vide omninó Rolandú,conſ.23.nu.21.vol 3.& conſ.85.vol. 2. & Ioanné Bottá conſ.61. vbi optimè declarant.

## QVAESTIO. 373.

### *Vtrum ſententia lata,ſecundú conſilium ſapientis, tranſeat in rem iudicatam. Communis contra communem.*

SEntentia lata, ſecúdú conſiliú ſapientis, non tranſit in rem iudicatam, quim habito conſilio eminentioris doctoris, & melius ſentientis, retractari poſsit. Ita tenet Antonius,in. c. propoſuiſti, de probationibus,& eſt communis opinio,ſecundum Decium,conſ.278.ad fi.& dixit communem Crotus,intra ctatu.de teſtibus,fol.15. cum ſequentibus,& dixit etiam communem ad ditio Abbatis,in c. fraternitatis, de frigidis & maleficiatis,Cagnolus,in l.conſilijs,nu.32.ff. de reg.iuris.

Sed contraria opinio ſeruatur cómunitér, ſecundum Curtium ſeniorem,in.l.admonendi,col.5.ff.de iureiurando.Prior tamen opinio magis vera & recepta eſt, & ſic eam dixit communem Gomecius,in.c. cú multis,num.23.de reſcriptis in.6.& tenet Iaſſ.(ad Porcú,)in.§.item ęquè,in ſi. inſtit.de rerum diuiſione, Pinelus,in l.2.C.de reſcindenda.3.par.c.fin.numer.6. Maſcardus,volu.3.prob.concluſione.1169. numer.57.

## SVMMARIVM.

1 *Lex.6.tit.10.p.6.declaratur.*
2 *Tres opiniones contrariæ, in quæſtione propoſita, referuntur.*
3 *Lex.33.Tauri,declaratur.*
4 *Tēpus quandoq; currit ignorantibus fauore animæ defuncti.*
5 *Annus currit à die mortis teſtatoris, ſecundum veriorem opinionem.*
6 *Vicarius ſolet tempus anni prorogare ad inſtantiam executorum.*
7 *Executor teſtamentarius ad quid teneatur traditur remiſsiuè.*



## QVAESTIO. 374.

### *Vtrum annus datus executoribus teſtamentorum, currat ignorantibus, vel à die ſcientiæ, vel mortis teſtatoris. Communis contra communem, & quid iure regio.*

ANnus executoribus ad exequendam vltimam voluntatem datus(de quo in.l.nullo. C.de epiſcopis & clericis.c.tua nos, de teſtamentis)non currit ignorantibus:hęc eſt communis opinio,ſecundú Couar.in.c.tua nos, nu.4.de teſt. quam ſequitur Gregor.in.l.6.tit.10. p.6.& Romanus,cóſ.228.nu.6.

Sed contrariam opinionem ſeruari communitèr de conſuetudine, tenet Baldus,in.l. captatorias,num. 2.
1 C. de teſtamento militis,quę opinio comprobatur per.l.6.tit.10.p.6.circa quam(vltra Greg.ibi ) vide Couar.in.d.c.3.de teſtamentis,numer.3. Et in hac quæſtione tres opiniones reperiuntur,quarum prima eſt, vt tēpus currat à die aditæ hæreditatis,ſe
2 cundum Socinum,in.l.1.num. 13. ff. de leg. 1. & Antonium Gomez,in.l. 24.Tauri,nu. fi. Greg.in.l.37.tit. 9. p.6.ver.**frutos,**quod videtur immutatum ex.d l.6.ibi, * *Faſta vn año deſ-*
3 *pues de la muerte del teſtador,**& ſic nó à die aditę hereditatis,quam opinionem ſequitur Padilla, in authentica, hoc amplius,num.16.C.de fideicommiſſ.Secunda opinio eſt, quod illud tempus currat à die monitionis à iudice factę,& hęc eſt communis opinio ſecundum Baldum,in.l.id quod pauperibus,nume.11.C.de epiſcopis & clericis,& tenet Abb.conſ.59.lib. 1.& conſ.11.lib.2.Barb.conſ.8. lib.1. quam opinionem ſequitur & defendit Azeuedo,in.l.1.tit.4. numer.132. lib.5.recop.quæ opinio verior mihi videtur,& ab ea nó eſt recedendum in iudicando & conſulendo,cum declaratione ipſius,quæ fuit de mente Burgenſis de Paz,in.d.l.3. Tauri,nu. 132.& ita eſt intelligenda lex.33.Tauri.Tertia opinio eſt,quod hoc tēpus currat ignorantibus & impeditis,fauore conſcientiæ defuncti, vt tenet Baldus,in.l. captatorias,num.12.C.de
4 teſtam.mili(ſupra,citatus)& Gomez Arias,in.d.l.33.Tauri,num.13.& ibi, Tellus Fernandez,nu.1.in fi.& illud proſequitur Matienço,in.l. 7.tit. 4. lib.5.recop.gloſſ.5.per totam,& Spino, in ſuo ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.28.num.9.qui refert duas communes opiniones contrarias, in qua
5 varietate doctorú teneda eſt illa ſēte tia,quod tempus anni currat à die mortis teſtatoris,vt eſt diſpoſitum in.d. l.6.& ibi Gregor.verb.**faſta vn año,** & etiam cauetur in.l.36. Tauri, ibi,
6 **dentro del año,contando deſde la muerte del teſtador,**quę.l.ſeruatur in vtroq; foro; & tranſacto anno, iudex eccleſiaſticus poteſt ſe intromittere,& executioni mandare vltimam teſtatoris voluntatem,niſi diſpoſitio illi ſit talis naturæ,vt ſtatim exequi poſſit, quia tunc non debet expectari tranſcurſus anni,ſiué legata ſint pia, ſiué profana,vt denotāt verba. d.l.6.
7 ibi,**ſin alongamiento deſpues de la muerte del teſtador,**vbi notat Greg.verb. **lo mas ayna,**quod eſt menti tenendum & ita in hoc conſilio ſereniſsimi domini Archiepiſcopi Toletani fuit iudicatum.ſolet tamen Vicarius

generalis, ad inſtantiã executorum, tempus illud prorogare, quando teſtantis voluntas non poteſt intra illud tempus exequi. Et illa prorogatio ſemper conceditur, etiam ſine cauſæ cognitione, vt tradit Burgos de Paz, in l. 3. Tauri, concluſione. 7. num. 253. contra Padillam, in authentica, hoc amplius. C. de fideicommiſſis, & vide Ioannem Bottã, conſ. 46. vbi optimé explicat, ad quid teneatur executor teſtamentarius.

## SVMMARIVM.

1 *Indicia tolluntur per negationem factã in tormentis.*
2 *Tortura tollit probationem contra reum.*
3 *Contraria opinio refertur.*
4 *Lex. ædictum ff. de quæſtionibus, declaratur.*
5 *Probatio contra reum non tollitur per torturam ineptè adhibitam, licèt ipſe neget.*
6 *Iudicis ignorantia non debet reum liberare.*
7 *Tortura iniuſtè adhibita, non tollit veras probationes.*
8 *Opinio Ioa. de Rojas damnatur.*

## QVAESTIO. 375.

### *Vtrum quando delictum eſt plenè probatum, poſsit reus torqueri. Communis contra communem.*

QVando delictum eſt plenè probatum, non poteſt delinquens torqueri. Ita tenet gloſſ. in l. 1. C. de quæſtionibus, & facit gloſſ. in ſumma. 16. quæſtione. 5. & eſt communis opinio, ſecundum Hippolytum, conſ. 51. num. 32. & dixit communem Nauarr. in c. inter verba, pag. 213. 11. quæſtione. 3.

Sed contrariam opinionem dicit cõmunitèr practicari Thomas Grãmaticus, conſ. 1. nume. 3. & vide laté Ludouicũ Carri. in l. 2. nu. 34. C. quorum appellationes non recipiantur & pro hac parte facit, quia quando
1 quis negat in tormentis, per illam
negationem tolluntur indicia, quæ
erant contra illum, & idem eſt ſi con
tra eum eſſet plenè probatum, quia
tolleretur illa plena probatio. Ita te
net totus mundus, ſecundum Alberi
cum, in l. ędictum. ff. de quæſtioni-
bus, vbi dicit, quod per torturã tolli
2 tur illa plena probatio, quæ erat con
tra delinquentem, tanquam non ve-
ra, quod eſt verbum ſtupendum, &
hanc ſententiam Alberici, ſequuntur
plures relati per Boerium, deciſione.
319. nume. 7. & ſequitur Hippolytus,
in d. l. ędictum, num. 3. & in practica.
§. nunc videndum, numer. 26. idem
Hippolytus, in ſingulari. 262. & Cępo
la, conſ. crimi. 32. num. 18. & dixit cõ
munẽ Thomas Ferrara, cautela. 5. n. 4
Sed contraria opinio eſt de iure ve-
3 rior, ſecundum Caſſaneum, in conſue
tudinibus Burgundiæ, fol. 53. colum.
1. & tenet Nauarr. in d. c. inter ver-
ba, fol. 233. & 224. & hæc videtur ve
rior opinio & tenenda, & practican
da, pro qua facit tex. in l. ędictum. ff.
4 de quæſtionibus, perquem tex. idem
tenet Antonius Gomez. 3. tom. va-
riarum. c. 13. nume. 20. vbi per plures
rationes defendit (cõtra Albericum
& alios) quod licét iudex inepté fa-
ciat reum torqueri extãtibus veris,
& legitimis probationibus, non ex
5 hoc tolluntur illę legitimæ proba-
tiones, licet reus in tortura neget,
imò poterit legitimé reus diffinitiuè
condẽnari, quia aliás abſurdũ ſeque
retur, quod eſſet in poteſtate cuiuſ
6 libet ignorantis, & ignari iudicis,
reum culpabilem á pęna delicti libe
rare, & pro hac ſententia facit etiam
tex.



tex. in l. 1. (iuxta gloſſam ibi.) ff. de
quæſtionibus, vbi probatur, quod
7 tortura indebité & iniuſtè adhibita,
non tollit veras, & legitimas proba-
tiones, contentas in proceſſu, & ad
hoc cõmẽdat illum text. Petrus, Zi
nus, Albericus, & Baldus, ibi, quã ſen
tentiam ſequitur Couarr. pp. quæſt.
c. 23. num. 5. & Auendañꝰ, verb. *tor-
mento,* in ſuo dictionario, quod ve-
8 riſsimũ exiſtimo cõtra Io. de Rojas,
in tractatu de hæreticis. 2. p. nu. 284.
qui intendit probare contrarium, &
vide Iulium Clarum, lib. 5. receptarũ
ſententiarum. §. fin. quæſtione. 64.
numero. 3.

## QVAESTIO. 376.

### *Vtrum credatur Notario, vel Tabellioni, aſſerentibus cauſam per iudicem ſibi fuiſſe commiſſam. Communis contra communem.*

IVdex commiſsit cauſam notario, vel Tabellioni: dubitatur, an credatur illis de comiſsione illis facta, quando aliter non cõſtat, quod examinatio teſtium fuit commiſſa, vel alius actus particularis. Et quod credatur in hoc caſu notario, & poſſe rectè conficere inſtrumentum de illa commiſsione, tenet Bart. in l. ex ſententia, num. 4. ff. de teſtament. tutela, & ſequitur Aretinus, conſ. 36. col. fi. Decius, conſ. 42. colu. 2. & hæc opinio ſeruatur in practica, ſecundũ Ang. in §. item propter inimicitias, ad fi. inſtit. de excuſationibꝰ tutorũ, quod reputat bonum verbum Claudius, in l. ſciendum, col. 2. ff. de verborum oblig. & eſt communis opinio, ſecundum Cagnolum, in l. ſi librarius. num. 49. ff. de regulis iuris.

Sed contraria opinio (cõtra Bart.) eſt magis communis, vt poſt plures atteſtatur idem Cagnolus, vbi ſupra, & hanc dixit communem Decius, in c. quoniam cõtra falſam, de prob. num. 45. & dixit communem Iaſſo. conſ. 255. & Boerius, deciſione. 258. nume. 4. & dixit etiam communem Curtius iunior, conſ. 169. num. 13. vbi refert Alexan. dicentem etiam communem, in conſ. 215. volum. 2. col. 3. & vide Couarr. in c. relatum, el. 1. nume. 70. ver. ſententia, de teſtamentis, quæ opinio veriſsima eſt, & ita practicatur, niſi notarius, vel Tabellio ſint perſonæ ſuſpectę & vide per nos tradita in quæſtione. 380. quando creditur nuncio dicenti de commiſsione iudicis aliquem citaſſe, & quæſtione. 381.

## SVMMARIVM.

1 *Contumax vt habeatur pro confeſſo, requiritur ſententia declaratoria.*
2 *Lex. fi. C. de fideicommiſsis, declaratur.*

## QVAESTIO. 377.

### *Vtrum contra confeſsionem fictam, á lege inductam, admittatur probatio in contrarium. Communis contra communem.*

COntra confeſsionem fictam, á lege introductam, non admittitur probatio in contrarium (putà, ſi lege, vel ſtatuto caueatur, quod non comparens intra certum terminum, habeatur pro confeſſo) & hæc opinio communitèr practicatur, ſecundum Baldũ, quem ad hoc refert Aretinus, conſ. 146. idem tenet Bart. & Bald. in l. quoniam. ff. de his qui notantur infamia, idem Bal-

Baldus,in.l.2.§.quod ſi actor. C.de iuramento calumniæ , & in. l. ſeruum quoquè.§.publicè, num.7.ff.de procuratoribus, qui dicit,quod ita communiter tenetur , & practicaturhęc opinio,pro qua facit tex.in.c.rurſus, & in.c.quicumque.11.queſt.3.

Sed contrariam opinionem eſſe communiorem tenet idem Aretin⁹, 1 ſupra,imóquod admittatur probatio & pro hac ſentẽtia facit,quia ad hoc ꝙ ſit contumax vt habeatur pro cõfeſſo,requiritur ſententia declaratoria,vt tenet gl.ſ.in.c.2. de confeſsis, gloſſ.fi.in fi.& eſt communis opinio ſecundum Socinum in.c.fi.num.35. de iuramento calumnię,& dixit cõmunem ibi Aretinus,& dixit etiam communem Iaſſ.in.l.2.num.7.C qui teſtamenta facere poſſunt & hanc 2 opinionem ſequitur Menchaca, lib. 3. de ſucceſsionum creatione. §.23. num.28.(ſic intelligẽs.l.fi C.de fidei commiſsis) quæ opinio verior eſt,& magis rationi & æquitati conſona, & ſic tenenda in iudicando & conſulendo.

## SVMMARIVM.

1 *L Ex dos á patre.C.ſoluto matrimonio,declæratur.*

2 *Contraria opinio in quæſtione propoſita, defenditur.*

3 *Concordia opinionum traditur , vt prima opinio procedat de iure,ſecunda de conſuetudine.*

4 *Per contractum matrimonij filia liberatur á patris poteſtate.*

5 *Diſpoſitio legis. 6. Tauri , hodiè eſt ſeruanda.*

## QVAESTIO. 378.

### *Vtrum mortua filia nupta,cũ filijs,dos reuertatur ad patrẽ. Communis contra communem,& quid iure regio.*

DOs à patre profecta,ſi in matrimonio deceſſerit filia ad patrem reddere debet , vt probat tex.in.l.dos à patre.C.ſoluto matrimonio:cuius legis rationem tradit Caſtro,de boniſquè lib.prima parte,numer.49.

1 Sed dubium eſt, an illa.l.habeat locum, ſi filij remanſerint ex tali matrimonio , & in eo caſu etiam habere locum tenet Acurſius ( poſt Vulgarinum , & Azonem ) in dict. l.dos á patre , & eſt communis illorum opinio , ſecundum Oldradum, conſ.26.num.2.&dixit communem Bart.in.l.poſt dotem,num.29.ff.ſoluto matrimonio.

2 Sed contrariam ſententiam tenuit Martin⁹,in.d.l.dos á patre,imòquod ſtantibus filijs , non habeat locum illius legis deciſio : quæ opinio non ſolúm eſt vera,ſed generali conſuetudine recepta, vt atteſtatur Socinus, conſ.9.volum.1.& dixit communitèr approbari Curtius iunior , conſ. 93.num.9.& conſ.180.num.4.Solet 3 tamen inter has duas communes opiniones contrarias aſsignari concordia , ſcilicet, quod opinio Accurſij (poſt alios)procedat de iure,opinio autem Martini,de conſuetudine , & eſt communis concordia, ſecundum Paulum in.d.l.poſt dotem,nu.4.ſup. alleg.vbi idem teſtatur Alexand.nu. 25.& Vincentius,numer.34.& dixit etiam communem Paulus,in.l.2. C. de boniſque liberis,& Alexand.cõſ. 115.volum.1.&conſ.67.volum.7.Ho4 diè verò , cúm filia per contractum matrimonij liberetur á patris poteſtate,vt in.l.47.Tauri, ſiuè filia mo5 riatur ſtantibus liberis,ſiuè non,nunquam dos reuertitur ad patrem, ſed ſeruari debet diſpoſitio legis.6. Tauri,niſi aliud tempore contractuscon uentum fuerit , & ita communitèr practicatur.

Queſtio,



## QVAESTIO.379.

DVbitatur apud doctores (& ſatis inutilitér)an.§.ſed iſte quidem,inſtit. de actionib⁹ debeat allegari.alię.Et quod debeat allegari,ſed iſte quidem , eſt communis opinio,ſecundum Iaſſ.ibi.

Sed contrariam opinionem ( imó quod allegetur.§.aliæ)dixit communem ibi Gomecius.col.1.&gloſſ.ibi, hæc enim quæſtio neque eſt pro amico,nec de pane lucrando.

## SVMMARIVM.

1 *Citatio in criminalibus, debet fieri de commiſsione iudicis.*

2 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*

3 *Miniſtris deputatis ad citationes faciendas,creditur citationem feciſſe mandato iudicis.*

4 *Citatio præſumitur facta mandato iudicis ex diuturnitate temporis.*

5 *Citatio ad ſententiã præſumitur interueniſſe.*

## QVAESTIO.380.

### *Vtrum credatur nuncio, dicenti aliquem citaſſe de commiſſione iudicis. Communis contra communem.*

NOn creditur nuncio, dicenti ſe citaſſe aliquem de commiſsione iudicis,licèt ſit generalitér conſtitutus ad faciendas citationes,niſi appareat de ſpeciali cõmiſsione.Ita notat Bart.in.l.fi.C.de exibendis reis,& eſt communis opinio , ſecundum Aretinum, conſilio. 34.& ſecundum Felinum,in.c. quoniam contra falſam,col.5. de probationibus , & ſecundum Bernardum Diaz,regul. 81. & dicit communem Vantius, in tractatu.de nullitatibus, in rubr.de nullitate ex defectu citationis,num.41.& Ruynus , conſ.66. num.1.volu.5.Alciatus , de pręſumptionibus reg.3.nume.35. vbi Ioannes Nicolai,dixit etiam communem, & Aufredus , in deciſione Tholoſana. 334.&Menchaca,lib.2.controuerſiarum vſufrequentium.c.24.numer.2.
1 Et facit pro hacparte,quia in criminalibus citatio debet fieri de commiſsione iudicis,aliàs eſt nulla,vt eſt communis,de qua per Marcum Antonium,in tractatu.de indicijsnumero.334.

2 Sed contrariam opinionem ( imó quod citatio præſumatur facta præcedente iudiciscomiſsione)dicit magis communẽ Iaſſ.in.§.quadrupli, inſtit.de actionibus,& dixit magis cõmunem Vantius, ſupra, Rebuffus,ſuper.ll.Galliæ,in tractatu.de citationibus art.2.gloſſ.4.num.8.&dicit hãc quæſtionem in Hiſpania eſſe nullius mométiSalzedo,ad Bernardũ Diaz, ſupra, cum ſint miniſtri deputati ad 3 citandum,ſine alia iudicis facultate: & ita ſeruatur de conſuetudine , ſecũdum Iacobum Butricari,in.d.l.fi. & ſecundum Ioannem Andream,& Abb.in.d.c. quoniam , vbi Alciatus dixit hanc partem ſibi magis placere cum ſeruetur de conſuetudine,& ita communitèr ſeruari,expreſſèfatetur Maráta,de ordine iudiciorum, in antiquis, fol.166.num.52.& Caſſaneus, 4 in conſuetudinibus Burgundiæ,rub. 1.§.7.num.31.verſ.& aduerte.Ita decet Baldus,in.l.fi quando,queſtione. 12.C. de teſtibus , vbi dicit ſic communitér de conſuetudine ſeruari Florenciæ,& Alciatus, in tractatu.præſumpt.d.reg.3.preſumptione.14.numer.7.vbi dicit,quod ita ſeruatur in Gallia, Corneus, conſil.35.volum.4:

Ruynus,

Ruynus,conſ.66.num.6.vol.1.Alex.
conſ.123.vol.2.& illam conſuetudi-
nem eſſe probandam reſoluit Rolan
dus,conſ.93.vol.2.Maſcardus, vol.3.
prob.concluſione.1206.numer. 4.&
vol.2.concl.1111.& ſi multum tempo
ris tranſierit citatio,præſumitur eſſe
facta Ita eſt communis opinio,ſecũ
dum Socinum,conſ.87.num.9.vol.2
& dixit etiam communem Bellon⁹,
5 conſ.49.& vide quæſtionem ſequen
tem. Et quòd citatio præſumatur
interueniſſe ad ſententiam, dicit cõ
munem opinionem Villalobos,lite-
ra.C.num.75.quem ſequitur Azeue
do in rub.tit.3.num.19.lib.4. recop.
contra Didacum Perez ibi, quæſ-
tione.18.

## *SVMMARIVM.*

1 *SCripturæ magis creditur quam teſtibus dicentibus non dixiſſe quod ſcriptum eſt.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali, proponitur.*
3 *Tertia opinio in quæſtione principali traditur, quod ſtetur iudicis arbitrio.*
4 *Duo teſtes requiruntur de iure regio, vt credatur nuncio dicenti aliquem citaſſe.*
5 *Lex.1.tit.7.p.3.declaratur.*

## QVAESTIO. 381.

### *Vtrum magis credatur nuncio dicenti ſe citaſſe partem, quam ipſi parti neganti citationem. Communis contra cõmunem, & quid iure regio.*

PRo clariori declaratione quæ
ſtionis præcedentis dubitatur
de quæſtione propoſita, &
pro parte affirmatiua, quod magis
credatur nuncio quam parti, eſt cõ-
munis opinio,ſecundum Alciatum,
prę̨ſumptione.14.reg. 3. nu.9. & di-
cit communem Decius,in.c.cum pa
rati,de appellationibus,nu. 10.& in
c.quoniam contra,nu.21.de proba-
tionibus vbi Felinus,nu.13.dicit cõ
munem & tradit Menchaca, lib.2.
controuerſiarum vſufrequentium.
c. 24. vbi pluribus citatis reſoluit,
hanc opinionem procedere de iure
canonico & ciuili,vt docet Hippo-
lytus, ſingul. 560. & facit pro hac
parte,quod in ſimili dixit Innocen-
tius,in.c.cum Ioannes.nu.2.de fide-
1 inſtrumentorum,vbi tenet,quòd ma
gis creditur ſcripturæ,quam teſti,di
centi ſe non ita dixiſſe, proùt appa-
ret ſcriptum, cuius opinio eſt com-
munis,ſecundum Thom.Ferrar.cau
tela. 26. & tradit Alciatus,ſup. nu.
9.& Maranta,de ordine iudiciorum,
fol.166.nu.53.
2 Sed contrariam ſententiam ( imò
quod magis credatur parti, dicenti
ſe non eſſe citatam,quam nuncio)di
xit communiter ſeruari Ioannes Fa
ber,in.§.fi.nu.6.inſtit.de pęna teme-
3 rè litigantiũ.Eſtq; alia tertia opinio
in hac quæſtione ſcilicet, quód ſte-
tur iudicis arbitrio, cui magis cre-
dendum ſit parti,an nuncio, & hanc
dixit communem Abb. in.d.c.cum
parati,nu.12.& hanc tenet (allegan-
do pluresdoctores)Marianus,in rub.
de citatione,art.16.nu.fi.& hanc ſe-
quitur Segura,in.l.ſi ex legati cauſa,
nu.58 ff. de verborum, Menochius,
de arb.lib.2.cent,2. caſu.112.& Villa
lobos, in ſuo ærario communium,
litera.N.nu.63.& ſequitur Azeued.
in.l.3.tit.2.nu.10.lib.4.recop.De iu-
re verò regio, ad hoc vt fides adhi-
4 beatur nuncio aſſerenti ſe aliquem
citaſſe,requiruntur duo teſtes,quan
do nuncius eſt iudicum inferioris,
5 ſi verò nuncius ſit regis,vnus teſtis
ſufficiet. Ita probat tex.in.l.1.tit.7.
p.3.& ſequitur.Montaluus,in.l.6.tit.
3.lib.2.fori.verb.* *ſu home,** Didacus
Perez,in.l.1.tit.9.lib.2.ordinamenti,
& in.l.1.tit.2.lib.3.gloſſ.1. quęſtione
23.& ita vbique practicatur,& dicit
illam legem partitæ ad hoc eſſe me-
morabilem Menchaca, ſupra, nu-
mero.1.



## *SVMMARIVM.*

1 *FIdeiuſſor remanet obligatus in concurrenti quantitate,quando obligatus fuit in plus quam principalis.*
2 *Lex.2.tit.16.lib.5.recop.ampliatur.*
3 *Olani, & Villalobos opinio reprobatur.*
4 *Iuramentum facit,vt fideiuſſor poſsit in plus obligari quam principalis.*
5 *Fideiuſſor poteſt promittere pœnam, vltra obligationem principalem.*
6 *Opinio contraria,quod fideiuſſor,etiam reſpectu pœnæ non poſsit in plus obligari magis recepta eſt.*

## QVAESTIO. 382.

### *Vtrum fideiuſſor obligatus pro maiori ſumma, cenſeatur obligatus pro minori. Communis contra communem, & quid iure regio.*

FIdeiuſſor obligatus pro maio-
ri ſumma,non cenſetur obliga
tus pro minori,pro qua princi
palis tenebatur.Ita tenet gloſſ.in. §.
fideiuſſores, inſtit.de fideiuſſoribus,
ſimilis gloſſ.in.l.Græcè.§.illud.ff.illo
tit.& hanc innuit eſſe communem
opinionem Decius, in.l.in eo quod
plus,num.11.ff.de regulis iuris,& illã
dicit ibi communem Cagnolus, nu.
3.& dicit etiam communem Segura,
in.l.vnum ex familia.§.ſed ſi fundũ,
num.150.ff.delegat.2.& ante eos illã
dixerat communem Bart.in. dict.§.
illud,num.1.
1 Sed contrariam opinionem ( imò
quod fideiuſſor remaneat obligatus,
ſaltim in concurrenti quantitate)di
cit veriorem Decius, vbi ſupra, &
Galiaula,in.l.1.§.ſtipulanti,columna
penultima.ff.de verborum, & dixit
veriorem Alciatus,lib.5. Parergon.
c.17.& Oroſcius,in.l.ſi ſeruus.§.ſi plu
rium,nume.3.ff.ſi quis cautionibus,
Antonius Gomez,lib.2.variarum.c.
13.num.2.& Gutierrez,de iuramen-
to confirmatorio.1.p.c. 22. in princ.
& hæc opinio eſt vera, & ſeruatur
de conſuetudine,ſecundum Carolũ
Molineum,ad Decium,vbi ſupra,nu
mer.11.quæ opinio hodiè eſt appro-
2 bata de iure regio,in.l.7.tit.12.p.5.quod
etiam procedit non obſtante.l.2. tit.
16.lib.5.recop.vt nouiſsimé aduertit
Parladorius,lib.2.rerum quotidiana
rum.c.3.num.53.contra Olanum,lite
3 ra.F.num.29.& Villalobos,in Anti-
nomia iuris.c.1.nu.23. Adde tamen,
quod remedium eſt,quando fideiuſ-
ſor eſt obligatus in maiori ſumma,
4 quod interponat iuramentum, quia
tunc virtute iuramenti remanebit
obligatus tanquam principalis,& nõ
tanquam fideiuſſor. Ita Bart. in. l.ſi
quis pro eo,num.15.ff.de fideiuſſori-
bus,& eſt communis opinio, ſecun-
dum Alciatum,in.c.cum contingat,
num. 174. de iureiurando, & tradit
Menchaca,lib. 2. de ſucceſsionum
creatione.§.18.num.166.Greg. in.d.
l.7.titul.12.gloſſ.1. & eſt communis
opinio,vt etiam tradit Couarr.in.c.
quamuis pactum.2.p.§.6.numer.3.&
idem Menchaca.§.29.num.5. Tellus
Fernandez,in.l.17.Tauri, nume.105.
& hęc opinio eſt tenenda,ſecundum
Gutierrez ſupra,numer.4. Secundò
5 adde,quod licet fideiuſſor non poſ-
ſit obligari in duriorem cauſam,po-
teſt tamen promittere pęnam, in
obligatione principali non contenta.

tam. Ita tenet gloſſ fi. in l. ſicut res. ff. de fideiuſſoribus, ad quam pęnam tenetur ex propria perſona, vt tenet Porcus, in princ. inſtit. de fideiuſſoribus, colu. 2. Socinus, reg. 146. & ſequitur Bellonus, in d. §. fideiuſſores, num. 1. & Hippolytus, in rub. de fideiuſſoribus, nu. 29.

6 Sed contrariam opinionem in quæſtione principali tenet Faber, in d. §. fideiuſſores, num. 8. & Bart. in l. centum Capuæ, nume. 16. ff. de eo quod certo loco, idem in l. qui acceſsionis num. 12. ff. de fideiuſſoribus, & eſt cōmunis opinio ſecundum Iaſſ. in. l. 2. § fi. numer. 6. qui ſatisdare cogantur & dicit communem idem Iaſſ. in d. l. centum Capuæ, columna. 4. & vide aliqua ſimilia in quæſtione. 60. & hæc vltima opinio magis vera eſt, & in praxi recepta.

## QVAESTIO. 383.

### *Vtrum dos ſit quid vniuerſale vel particulare. Communis contra communem.*

IN quæſtione. 73. explicauimus illam quæſtionem, an dos ſit titulus lucratiuus, vel oneroſus, in quo ſunt duæ communes opiniones contrariæ. Nunc autē dubitatur, an dos ſit quid vniuerſale, vel particulare: in quo articulo refert duas cōmunes opiniones contrarias Iaſſ. in. l. 1. nu. 28. & 34. ff. ſoluto matrimonio. Et partē affirmatiuā, (quod dos ſit ius vniuerſale) ſequitur Bar. in rub. ff. ſoluto matrimonio vbi Paulus, & Imola num. 9. Alex. nu. 28. Socinus, nu. 38. Ripa, nu. 43. vbi hanc dicit communem opinionem quam ſequitur Guillermus Benedictus verb. in eodē teſtamento, el. 1. nu. 4. & Capicius, in tractat. de dote, quæſtione. 4. pro qua opinione eſt tex. in. l. quod dicitur, vbi gloſſ. ff. de impenſis in rebus dotalibus factis. l. ſi marito. §. fi. ſoluto matrimonio, tex. expreſſus, in. l. 1. §. ſed quod domus. ff. de dote prælegata, ibi, *non ad ſingula corpora, ſed ad vniuerſitatem refertur,* & ſic ad dotem. Et an neceſsitas dandæ dotis poſsit tolli per legem, vide Menchacam, de ſucceſsionum creatione. 1. p. §. 20. numer. 312. vbi refert duas communes opiniones contrarias, & plures effectus in quęſtione principali, reſultātes ex hoc quòd dos ſit quid vniuerſale, vel particulare, tradit Matieço, in rub. tit. 2. gloſſ. 1. num. 2. lib. 5. recopilationis, vbi tenet pro concordia, quod dos non ſit quid vniuerſale, vel particulare, ſed potius mixtum, in qua opinione ſingularis eſt, & ſic à prædicta ſententia non eſt recedendum ex dictis iuribus.

## QVAESTIO. 384.

### *Vtrum grauatus reſtituere hæreditatem ſimpliciter, teneatur reſtituere prælegatum. Communis contra communem.*

GRauatus reſtituere hæreditatem ſimpliciter, tenetur reſtituere pręlegatum, ſi antequam grauaretur fuit appoſitum. Hæc diſtinctio probatur in. l. Titia, ff. ad. l. falcidiā, & ita diſtinguit gloſ in. l. cum virum. C. de fideicomiſsis, & eſt gloſſ. ſimilis, in. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Treb. vbi hanc dicunt communem Alexand. Socinus, & Claudius, & dixit etiam communem Corneus, & poſt eum Corraſius, in. d. l. cum virum, dixitque communem



munem Socinus, conſ. 31. numero. 8. vol. 4. & Decius (poſt Alexand. in locis) per eum citatis conſ. 254. colu. 1.

5 & dicit communem Carolus Ruynus. cōſ. 133. vol. 2. nu. 14. & Iaſſ. cōſ. 175. volum. 4. & dicit communem Boerius, deciſ. 230. col. 2. & etiam Decius, conſ. 81. col. 1.

6 Sed cōtrariam ſententiam (imò q̄ ſine aliqua diſtinctione teneatur ſemper ad reſtitutionem prælegati) dixit communem Ripa, in. l. hęredes mei §. cum ita, num. 4. ff. ad Treb. Prima tamen opinio eſt magis recepta, & communior, & ab ea non eſt recedēdum in iudicando & conſulendo.

## *SVMMARIVM.*

1 *VEnditori ſcienti eſt facienda denunciatio.*

2 *Abſens quando teneatur denunciare venditori ſibi motam litem, etiam ſi ſciat ſe non habere bonam litem. ibi, numer. 1 in fine.*

3 *Iuramentum ſi interueniat promiſsorium, non eſt neceſſaria denunciatio.*

4 *Emptor tenetur mittere venditori libellū litis motæ.*

## QVAESTIO. 385.

### *Vtrum emptor, qui tenetur denuntiare venditori motam ſibi litem, teneatur ei mittere libellum litis ſibi motæ. Communis contra communem.*

EMptor tenetur denuntiare vēditori litem ſibi motam, vt habeat actionem contra eum,

1 quod adeò verum eſt, quod etiam venditori ſcienti tenetur facere denunciationem, vt tenent omnes in. l. emptor. C. de euictionibus, & in. l. 1. ff. de actionibus empti, & in. l. qui abſentem. ff. de procuratoribus, & in l. denuntiaſſe. ff. de adulterijs, & tradit Felinus, in. c. 1. num. 20. ff. de iudicijs, & eſt communis opinio, ſecundum Pomatem ad Bart. in. l. 2. §. voluntatem, num. 7. ff. ſoluto matrimonio, & tenent plures relati per Boerium ad Dinum, in reg. eum qui certus, de reg. iuris in. 6. & dixit tèr communem Aretinus, in. l. cum ex cauſa, col. fi. ff. de verborum obligationibus, & illam opinionem tenet Iaſſo. in. l. non ſolum, § morte, num. 40. ff. de noui operis nunciatione, & dixit etiam communem Felinus, in. c. cum M. Ferrarienſis, num. 65. de conſtitutionibus, idem in. c. cum contingat num. 6. de reſcriptis, & dixit communiorem Vincentius, in. d. §. voluntatem, num. 19. & Decius, conſ. 102. nu. 2. & bis illam fatetur communem Socinus, in. d. §. voluntatem, num. 12. vbi etiam dicit communem Iaſſ. nu. 26. & 27. & dicit etiam communem Antonius de Burgos, in. c. fi. num. 5. de emptione & venditione, & Deci⁹ conſ. 74. col. 2. & Ripa, in. d. c. cū M. num. 164. & 165. & Petrus Rabena, in verb. vendere, & dixit communē Iacobinus, in. d. l. venditor, num. 3. ff. de iudicijs, & Alexan. conſ. 138. vol. 2. num. 7. & dixit communem Alciatus, in. d. l. deteſtatio, colum. 106. ff. de verborum ſignificatione, & eſt magis communis opinio, & in praxi ſeruanda, ſecundum Couarr. lib. 3. variarum. c. 17. nū. 3. quod optimè declarat & Gomecius, in 2. to. variarū c. 2. á nu. 33. & eſt bon⁹ tex. in. l. 36. tit. 5. p. 5. & in. l. 21. tit. 8. p. 5. Et licèt hęc ſit receptiſsima, & veriſsima ſententia, gloſſ. tamen in. d. l. emptor, tenet contrarium, imò quod venditori ſcienti non ſit facienda denunciatio, cuius opinionem dixit veriorē Imola, in. d. l. non ſolum. §. morte, vbi idem tenet Alexand. numero. 44.

Commu-

Communem tamen opinionem contrariam amplia, etiam ſi emptor ſciat ſe non habere bonam litem, nam eo etiam caſu tenetur denuntiare venditori, vt tenet gloſſ. in. d. l. emptoré ff. de euictionibus, quam ibi ſequitur Bart. & eſt communis opinio ſecundum Decium, conſ. 74. col. 4. & pro hac parte facit, quia ſi emptor
2 fuit abſens, etiam ſi eſſet certum illũ amiſſurum litem ſi præſens eſſet, nó poteſt conuenire venditorem de euictione, quia quamuis abſens tenebatur illi venditori denuntiare. Ita tenet gloſſ. in. l. ſi ideo. ff. de euictionibus, cuius opinio eſt communis, ſecũdum Socinum, conſ. 172. numero. 11. vol. 2. licèt in hoc contrarium (imó quod emptor, qui ſcit ſe non habere bonam litem, non teneatur denuntiare) teneat Fulgoſius, in. d. l. ſi ideò & Romanus, in. d. l. no ſolum. §. morte, num. 61. & ibi Alexand. nume. 46. quod declarat Socinus, in. d. §. voluntatem, num. 44. & dicit communem Decius, conſ. 74. Gratus cóſ. 157. lib. 1. & duas communes refert Couarr. lib. 3. var. c. 17. nu. 6. Eſt tamé caſ⁹ in
3 quo non requiritur denunciatio, ſcilicèt, quando venditor iuraſſet defendere emptorem in cauſa euictionis, & eſt communis opinio, ſecundum Gomecium, in. §. item ſi quis poſtulante, nu. 10. inſtit. de actionibus, & ſequitur Purpuratus, in. l. quod te mihi, nu. 97. ff. ſi certum petatur, & Claudius, in. d. §. morte, & ibi Rube⁹ dixit communem, nu. 688.
4 Quibus ſic ſuppoſitis, modó dubiũ eſt, an emptor denuntians venditori motam ſibi eſſe litem, teneatur ei mittere libelũ litis ſibi motæ. Et in hoc Bart. in. l. empti actio. C. de euictionibus, tenet, quòd tenetur mittere libellum venditori, idemqué tenet in d. §. morte, num. 48. & hanc opinionionem dixit veriorem de iure, ibi, Iaſſ. num. 38. & Alexand. numero. 41. & Felinus, in. d. c. cum. M. num. 63. & ſequitur Alexand. (poſt alios) in. l. in executione. §. inſolidum. ff. de verborum oblig. & dixit communem Rubeus, in. d. §. morte, nũm. 674. & ſequitur Alciatus: vbi ſupra.

Sed contrariam opinionem (imó quod non teneatur emptor mitterè libellum litis) dicit Baldus, communitér ſeruari, in. d. l. emptor, num. 4. C. de euictionibus, idem fatetur Angelus, in. l. libera. C. de ſent. & inter locutionibns omn. iud. Eſt tamen néceſſarium in denunciatione, quod dicatur, quòd venditor veniat ad défendendum eum in illa lite, vt tenet gloſſ. in. l. authore. C. de euictionib⁹, Bart. in. d. §. morte, n. 43. vbi laté Iaſſ. numer. 39. & Felinus, in. d. c. cum. M. num. 64. & dicit communem Claudius, in. d. §. morte, colum. 13. & eandem etiam dixit communem ibi Rubeus, num. 682. à qua opinione recedendum non eſt in iudicando, & conſulendo.

## QVAESTIO. 386.

### *Vtrum inſtrumentum confectum per notarium putatiuum, ſit validum. Communis contra communem, & quid iure regio.*

INſtrumentum confectum per notarium putatiuum, vel non legitimè creatum non valet. Ita tenent Bart. in. l. Herenius. ff. de decurionibus, & Iaſſ. in. l. Barbarius Philipp⁹, in fi. ff. de offi. prętoris, vbi dicit cómunem opinionem, & dicit etiam communem Bernardus Diaz, reg. 347. & dicit communem Alciatus, in reg. 3. prçſumptione. 3. num. 15. & Tiraquellus, poſt. ll. connubiales,





gloſſa. 6. numero. 142.

Sed contrariam partem ſeruat conſuetudo, ſecundum Albericum. in. d. l. Barbarius, col. penul. & hæc eſt in iudicio tenenda, ſecundum Fulgoſiũ ibi, & hanc ſequuntur plures citati per Tiraquellum. vbi ſupra, nu. 150. Et ratio deſumitur ex. d. l. Barbarius, vbi cómunis error facit ius, & veritati prçfertur. l. 4. tit. 4. p. 3. lex. 8. tit. 5. lib. 3. recop. vbi Azeued. nume. 13. & Maſcardus, vol. 2. prob. cócl. 648. ex nu. 47. vſque. 56. qui benè hoc declarat.

## QVAESTIO. 387.

### *Vtrum delegatus à Principe, poſſit cauſas meri imperij ſubdelegare. Communis contra communem.*

DElegatus à Principe poteſt ſubdelegare cauſam meri imperij. Ita tenet gloſ. in. l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione, quam ſequuntur Bart. Bald. & Angelus, ibi, & dicit communem Paulus, & communem appellat Butricarius (prout refert Anania) in. c. in Archiepiſcopatu, de raptoribus, idem Bart. in. l. 1. nu. 10. ff. de offi. eius cui mandata eſt iuriſdictio, vbi hanc opinioné dicit communem Riminaldus, colu. 21. & dicit etiam communem Decius, ibi, nu. 84. & eadem aſſerit cõmuné Purpuratus, ibi, num. 627. & Lancelotus Decius, col. fi. & diſputat ibi ad partes Alex. nu. 80. & 81. dixitque communem Curtius iunior, nu. 74. & dixit communiorem Boerius, deciſ. 6. nu. 8. & Bellonus. in rubr. de offi. eius nu. 52. & dixit communem Sebaſtiã. Sapia, ad Abbatem, in. c. venerabilẽ, nu. 12. de electione, aliàs venerabilis, de offic. deleg. & dixit communé Alciatus, in. c. quod ſedem, nume. 82. de offic. ord. & hanc dicit communem Iaſſ. in. d. l. 1. nu. 63. & dicit etiam cómuné ibi Iacobus de Nigris, nu. 143. & Bart. in. l. ſi ita legatum. §. ſi quis ita, nu. 1. vbi Iaſſ. num. 3. ff. de leg. 1. & aſſerit hanc eſſe magis communem opinionem Maranta, de ordine iudiciorum. 4. p. 5. diſt. nu. 63. & Couarr. lib. 3. variarum. c. 20. & Oroſcius, in d. l. 1. ff. de offi. eius, nu. 17. & 18. fol. 449. vbi dicit hanc ſententiam eſſe veriorem & communiorem.

Sed contrariam opinionem (imò quod talis delegatus non poſsit delegare cauſas meri imperij) tenet gloſa in. d. l. 1. vbi Albericus, num. 20. dicit hanc eſſe communem opinioné, & eandem dicit communem Decius, in. c. ſi pro debilitate col. 3. de offi. de leg. vbi Felinus, col. 3. Sed prima opinio magis communitèr recipitur, & practicatur, vt tradit Gracian. reg. 443. nu. 11. contra Villalobos, in ſuo ęrario cómunium opinionũ, litera. D. cócl. 20. quia in diſtinctè. & generalitér delegatus principis, poteſt delegare, vt in. l. à iudice. C. de iudicijs l. cum in cauſa, de appellationibus. c. ſuper quæſtionum. §. ſi vero, de offi. deleg. & probat. l. 19. tit. 4. p. 3. vbi Greg. & in. l. 21. tit. 23. p. 3. & ad hanc regulam. 20. limitationes tradit Gracian. ſupra, qui nu. 11. limitat principalitér in cauſis criminalibus, quę delegari nequeunt, & in hoc refert duas communes contrarias, & partẽ negatiuam ſequitur Iacobus de Arenis, & Alberic⁹, in. d. l. 1. nu. 21. C. qui pro ſua iuriſdictione, dicens hãc eſſe communem opinionem, & dicit ibi Iaſſ. num. 64. quod hæc erat magis cõmunis ante aduentum Bart.

Sed contrariam opinionem tenet gloſſ. in. d. l. vnica, verb. iudicandus. C. qui pro ſua iuriſdictione, quam ſequitur ibi Bart. & dicit magis cõmunitér receptã Paul⁹ ibi, nu. 9. & Guido Papę, deciſione. 624. dicens ſe ita vidiſſe practicari, & Iulius Clarus,

lib. 5. receptarum. §. fin.quæſtione. 41.numero.3. & Iafredus Baldus,dicens durum eſſe ab hac opinione recedere,deciſione.342. & refert duas communes contrarias; Boerius ſupra, deciſione.6.numer.8.&Vantius de nullitate proceſſus ex deffectu iuriſdictionis, numero. 26. Auend.in cc.prætorum. 1.par.c.1.numero.16. & Salzedo, in additionibus ad Bernardum Diaz.d.regula.181.

## *SVMMARIVM.*

1 *PArs negatiua quæſtionis proponitur.*
2 *Dominium bonorum eccleſiæ, non eſt apud clericos,ſed apud Chriſtum.*
3 *Teſtari non poteſt qui non habent bona.*
4 *Filius familias ex eo teſtari non poteſt, quia caret bonis.*
5 *Actus ex quo non reſultat effectus, non eſt permittendus.*
6 *Bona eccleſiaſtica ſunt deſtinata vt Dei miniſtri ſuſtententur.*
7 *Bona clericorum bona pauperum.*
8 *Clerici ſunt vſuarij bonorum eccleſiaſticorum.*
9 *Rapina & ſacrilegium eſt, quód clericus retineat aliquid vltra victum & veſtitum.*
10 *Conſuetudo eccleſiæ oneroſa, nihil operatur.*
11 *Clerici, licèt pecent mortalitèr diſtribuendo, redditus ſuorum beneficiorum in vſus prophanos,non tamen tenentur ad reſtitutionem.*
12 *Conſuetudo vt clerici ad libitum poſsint diſponere de redditibus eccleſiarum,nõ valet.*
13 *c.relatum, el. 2. de teſtamentis,inducitur pro hac opinione*
14 *Vbi deficit ſubiectũ diſpoſitionis, deficit ipſa diſpoſitio.*
15 *Is cui bonis interdictus eſt, non poteſt teſtari.*
16 *Diſtributiones quotidianæ dantur clericis vt perſonaliter reſideãt horis canonicis.*
17 *c.3.ſeſsione. 22. Concilij Tridentini declaratur.*
18 *Clerici dicuntur diſpenſatores & adminiſtratores bonorum eccleſiæ.*
19 *Adminiſtratio finitur morte,& non tranſit ad hæredes.*
20 *Ad clericos pertinent licitè conſumpta,nõ verò quæ ſuperabundant.*
21 *Summus Pontifex ſine cauſa non debet cõcedere clericis licentiam diſponendi de redditibus eccleſiarum in vſus profanos.*
22 *Clericus non poteſt ſibi inducere conſuetudinem.*
23 *Conſuetudo cum peccato non poteſt cauſari,nec præſcriptio.*
24 *Præſcriptio etiam immemorialis cum peccato non procedit.*
25 *Argumentum per locum ab ſpeciali, eſt fortiſsimum in iure.*
26 *Clericus poteſt licitè diſponere de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis, ratione laboris perſonalis.*
27 *Fructus beneficiorum in quatuor partes ſunt diuidendi.*
28 *Filius non poteſt alimentis à patre debitis iure naturali renunciare.*
29 *Conſuetudo contraria legi naturali non valet.*
30 *Doctores pro contraria opinione negatiua referuntur.*
31 *L.12.tit.28.p. 3.inducitur pro hac opinione.*
32 *L.40.tit.21.par.1.declaratur.*
33 *c.1 ſeſs.25.Concilij Tridentini declaratur.*
34 *Clericus non poteſt donare concubinæ ex fructibus ſui beneficij.*
35 *Donare concubinæ cauſa remunerationis, non eſt peccatum.*
36 *Contraria communis opinio in quæſtione principali proponitur.*
37 *Conſuetudo vt fructus beneficiorum pertineant ad hæredes beneficiati valida eſt.*
38 *Doctores pro negatiua opinione referuntur.*





39 *Succeſsiones ſunt de iure poſitiuo, & ſic poſsũt legib⁹,& cõſuetudinibus mutari.*
40 *Quæ poſsunt acquiri priuilegio poſsunt acquiri conſuetudine.*
41 *Papa poteſt priuilegium concedere clericis teſtandi de fructibus ſuorũ beneficiorũ.*
42 *L.13 tit.8.lib.5.recop.declaratur.*
43 *Lex regni approbans conſuetudinem, non procedit in foro conſcientiæ ſecundum aliquos,ſed contrarium eſt verius.*
44 *Iudices temporales non curant de periculo animarum.*
45 *Conſilium Azeuedi traditur,& impugnatur.*
46 *Romanus Pontifex tolerat & permittit vt clerici de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis diſponant.*
47 *Prohibitio teſtandi fuit iure humano prohibita.*
48 *Tolerantia excuſat à peccato.*
49 *Præſcriptio,& peccatum de iure canonico ſunt incompatibilia.*
50 *Lex regni non procedit cum peccato.*
51 *Lex,quæ eſt nutritiua peccati nõ meretur nomen legis.*
52 *Clerici ſunt verè domini fructuum bonorũ eccleſiaſticorum.*
53 *c.vnicũ,de clericis non reſidentibus declaratur.*
54 *Pauperes acquirunt dominium in eleemoſynis, quæ illis erogantur.*
55 *Clerici non debent eſſe deterioris conditionis quã iudices, magiſtri,& milites, in quos benè transfertur dominium bonorum acquiſitorum.*
56 *Clerici poſſunt de fructibus ſuorum beneficiorum creditoribus ſatisfacere.*
57 *Partitio bonorum rerum eccleſiaſticarum fuit facta, anno.470.*
58 *Diuiſio bonorum operatur dominij acquiſitionem.*
59 *Ratio Spini traditur prò hac opinione.*
60 *Lex poſitiua poteſt conſuetudine derogari.*
61 *Reſolutio quæſtionis proponitur.*
62 *c.1.ſeſs.25. Concilij Trid. declaratur.*
63 *Epiſcopi ſine licentia Papæ non poſſunt diſponere de fructibus ſuorum epiſcopatuum.*
64 *Milites ſancti Iacobi, & Calatrabæ, & Alcantaræ,poſsunt diſponere de fructibus ſuarum commendarum, contra Nauarr.*
65 *Inuentarium bonorum clerici debet fieri ſi relinquat hæredem laicum per curiã ſecularem & non eccleſiaſticam.*

## QVAESTIO. 388.

### *Vtrum clericus de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis teſtari poſsit. Communis cõtra communem,& quid iurer ego.*

QVæſtio præſens,quæ in hoc
loco venit explicãda,ſic eſt
opinionibus contrarijs, &
difficultatibus implicata, vt fateri
1 poſſimus,quòd adhuc ſub iudice lis
eſt.Et pro parte negatiua videtur di
cendum, quod clericus nullo modo
facere poteſt teſtamentũ de bonis ec
cleſiæ contẽplatione,acquiſitis,& ra
tio eſt,quia dominiũ bonorum non
2 eſt apud ipſum clericũ,ſed apud Chri
ſtum.Ita docet gloſ.in.c.cauſam, de
verbor.ſignif.Innocentius in. c. cũ
ſuper,de cauſa poſſeſsionis & prop.
& in.c.tua,de decimis.Et ſic cúm cle
ricus bona intuitu eccleſiæ acquiſi-
ta non poſsideat tanquã ſua,nec ha-
beat illorum dominiũ, ſequitur eui-
dentèr, quod de illis diſponere non
3 poſsit,vt potè nec domini bonorũ.
Argumento tx in auth.ingreſi.C.de
ſacroſanctis eccleſ. lex. conficiũtur
§.fi.ff.de iure codicillorum, vbi tra-
ditur,ꝙ ille qui caret bonis teſtari
nõ poteſt.l.obſides.ff. de teſtamẽtis.
l.Diu⁹.ff.de iure fiſci,Bar.in.l.1.C.de
ſacro ſanctis eccleſ. vbi dicit,quód
qui non habet bona, non habet teſ-
tandi facultatem, ne legi fraus fiat;

ex qua ratione dicit Baldus , in.l.
4 ſenium . C. de teſtamentis , quod
ex eo filius familias prohibetur te-
ſtari , quia caret bonis, & non eſt
permittendus actus, ex quo inuti-
lis reſultet effectus: argumento tex.
in. l. filium . ff. delegatis præſtan-
5 dis . Secundò ſuadetur prædicta o-
pinio, quia bona eccleſiaſtica deſ-
tinata ſunt , vt clerici, tanquam
Dei miniſtri, ſuſtententur, & de his
quæ ſuperabundant pauperibus ſub
ueniatur. c. cognouimus . c. non
6 eſt. c. ſancimus. c. de redditibus.
12. quæſtione. 2. Ex quibus iuribus
hanc opinionem tenet gloſſa, in. c.
expedit. 12. quæſtione. 2. quam
ibi ſequuntur doctores, & in cap.
cum eſſes, de teſtamentis, & Tur-
recremata, in c. videntes. 12. quæ-
ſtione. 1. Cardinalis Alexandrinus,
in. c. 1. diſtinctione. 44. & facit
etiam text. in. c. quidquid. §. fin.
16. quęſtione. 1. cap. quod autem
23. quæſtione. 7. c. conuenior. 23.
quæſtione. 8. Quæ iura probant,
7 quod quidquid clerici habent, non
ipſorum, ſed pauperum eſt : & ſic
clarè conſtat, quod non habent
dominium bonorum , & per con-
ſequens, nec facultatem diſponen-
di , nec teſtandi, ad vſos propha-
nos. c. epiſcopus. 12. quæſtione. 2.
c. futuram. 2. quæſtione. 1. gloſſa in
cap. præſenti, de officio ordinarij.
lib. 6. vbi dicit, quod clerici curam
animarum habentes , ſi ſint valetu-
dinarij , ſunt vſufructuarij bono-
rum eccleſiaſticorum , in ægritu-
dine verò à qua decedūt vſuarij. quā
gloſſam, dicunt ſingularem Barba-
cia, in. c. requiſiſti, numero. 34. &
in. c. venerabili, de officio dele-
gati , Cardinalis , in tractatu . de
poteſt. 1. parte, quæſtione. 3. colum-
na. 5. & eſt etiam optima gloſſa. in
c. 3. de probationibus, & in. cap.
poſſeſsiones, de rebus eccleſiæ, gloſ-
8 ſa etiam in. c. quia nos, de teſtamen-
tis , & in. c. fin. de peculio cle-
ricorum , & in. c. cum olim , de
rerum permutatione , vbi proba-
tur, clericos habentes beneficia ec-
cleſiaſtica, vſuarios eſſe, quam o-
pinionem latè proſequitur Abbas,
in. d. c. cum eſſes , numero. 21. Ex
9 quibus, clarè colligitur, clericos be-
neficia habentes, ex eorum reddi-
tibus eos tantum expendere poſſe,
qui ad eorum honeſtum victum,
veſtitum, cæteroſque vſus neceſſa-
rios, aut congruos ſufficiant , vt
in. d. cap. fin. 12. queſtione. 1. &
tradit copioſè Gregorius, in. l. 40.
titul. 5. part. 1. verb. **Que lo dieſſe
a los pobres.** * Et ſic, quidquid prę-
ter neceſſarium victum , ac ſim-
10 plicem veſtitū de altario retinetur,
rapina, & ſacrilegium eſt, nec con-
ſuetudo in contrarium aliquid de-
bet operari, (cum ſit eccleſijs one-
roſa,) vt in. c. 1. de conſuetudine,
& ſic non ſolum mortale crimen
committere , ſed etiam ad reſtitu-
tionē teneri illorum redditum, de
quibus in vſos prophanos & non
pios, teſtamenta ordinarunt , ( ex
ſententia Archidiaconi,) defendit
Nauarrus. in libello de redditibus
eccleſiaſticis, & in apologia, contra
Sarmientū , quam opinionem dicit
communem ( ex voto Theologo-
rum) Ioannes maior , in. 4. diſtin-
ctione. 24. quæſtione. 17. & plures
refert Iulius Clarus, lib. 3. recep-
tarum ſententiarum . §. teſtamen-
tum , quæſtione. 27. numero. 8.
ſanctus Thomas. 2. 2. quæſtione. 43,
articul. 8. Alexand. Alenſis 3. parte
quæſtione. 36. membro. 5. Ricardus,
in. 4. ſent. diſtinctione. 45. art, 3. quæ
ſtione. 1. Gabriel, in. 4. diſt. 15. quæſt.
8. & Florentinus. 3. part. tit. 15. c. 1. §.
19. Felinus, in. c. poſtulaſti, num. 16. de
reſcrip



reſcriptis, & in. c. de quarta, numero
33. de præſcriptionibus Burgenſis, in
c. 1. num. 28. de emptione & venditio
ne, quos & alios refert Couar. in. c. cū
in officijs, nu. 3. de teſtamentis, vbi
ipſe eleganter hoc declarat ; negans
prædictam reſtitutionem, licèt ad-
mittat peccare mortalitèr, vbi alios
allegat ( & Soto de iuſtitia & iure,
quæſtione. 4. artic. 3. &. 4.) ſic intelli-
gentes verba ſancti Thomæ, idem te
net Menchaca, de ſucceſsionum crea
tione. §. 22. numero. 75. & Corduba
in ſuo quæſtionario, lib. 1. quæſtione
18. vbi dicit communem opinionem
& Ludouicus Lopez, in ſuo inſtruct.
11 conſcientię. 1. part. c. 140. (cum duo
bus capitulis ſequentibus, ) vbi latè
reſoluit, quod etſi clerici de ſuis red
ditibus eccleſiaſticis teneantur iure
diuino diſpenſabili, & eccleſiaſtico,
erogare pauperibus , & in alios pios
vſus diſtribuere totum reſiduum ex
cepta licita, & honeſta ſuſtentatione
ipſorum, & totius eorum familiæ, &
aliàs ſi notabilitèr omittant , in pro
fanos vſus conuertendo , peccent
mortaliter, ad reſtitutionem tamen
nunquam tenentur. Ex quibus con-
ſtat, quod de prædictis bonis cleri-
12 cus liberè teſtari non poſsit, etiam re
tenta prædicta concordia, & conſue
tudine generali, quã permittitur cle
ricos de redditibus eccleſiarum teſ-
tari poſſe, & ab inteſtato conſangui
neos proximiores , & non epiſco-
pum, vel eccleſiam ſuccedere: quam
conſuetudinem reprobat gloſſ. in. d.
c. pręſenti, de officio ordinarij, & Ar
chidiaconus, in ſumma. 12. quęſtio-
ne. 5. Francus, in rubrica, de teſtamen
tis. lib. 6. numer. 55 Abb. in. d. c. cum
eſſes, numer. 21. & in. c. cæterum, nu-
mero. 3. (per illum tx.) de donationi-
bus, Rochus de Curte, in. d. c. fin. nu
mero. 540. de conſuetudine, Barba-
cia, de præſtantia Cardinalatus. 1. par.
quęſtione. 4. Sylueſter, verb. clericus
4. quęſtione. 2. Angelus, verb. cleri-
cus, el. 2. § 13. Menchaca, de ſucceſsio
num creatione. §. 22. numero. 57; &
hanc dicit magis communem opi-
nionem (licèt eam non ſequatur) Rò
jas, in epitome ſucceſsionum. c. 34.
13 num 39. pro qua expendit text. in. c.
relatum, el. 2. de teſtamentis, vbi ap-
probatur conſuetudo, quæ permittit
clericos in pios vſus teſtari : ergo ſi
14 non teſtentur in pios vſus, nec licitè
teſtantur, nec conſuetudo in contra
rium aliquid operabitur? quia vbi dé
ficit ſubiectum diſpoſitionis, deficit
ipſa diſpoſitio. l. inter ſtipulantem. §.
ſacram. ff. de verborū oblig. l. eiuſqui
in prouincia. ff. ſi certum petatur. Et
ſic ſequitur, quod cúm clericus bo-
na non habeat; de quibus liberè teſta
ri poſsit (proùt ſunt acquiſita intui-
tu eccleſiæ) cùm deficiat ſubiectum
15 teſtamēti, deficit ipſa diſpoſitio, cùm
non dominus non poſsit facere teſta
mentum, vt docet gloſſ. in d. authen
tica, ſi qua mulier. l. is cui bonis. ff. de
verborum obligationibus, vbi is cui
bonis interdictū eſt, non poteſt teſ-
tari. l. fi. C. de teſtamentis, vbi teſta-
mentum fit de rebus proprijs, & ſi li
ceret clericis teſtari de rebus acqui-
ſitis intuitu eccleſiæ, profecto teſta-
rētur de rebus alienis, in quibus non
habent dominium, quod etiam com
probatur quia diſtributiones quoti-
dianæ dantur clericis, vt perſonali-
16 ter reſideat horis canonicis, & ſic ra
tione reſidentiæ acquirunt domi-
niū, & domini efficiuntur, vt in. c. 1.
de clericis non reſidentibus, lib. 6. c.
3. ſeſſ. 22. Concilij Tridentini, ibi,
**nec eius quoquo modo dominium acqui-
rant.** *Et ſic oſtenditur ex illa deciſio
ne, quod de alijs bonis, quę dantur &
17 cōpetunt clericis ratione beneficij,
abſq; aliqua perſonali reſidētia, do-
miniū nō acquirat, & per cōſequens,

quod de eis in vſos profanos teſta-
18 ri non poſsit. Rurſus confirmatur
hæc opinio, quia clericus dicitur
diſpenſator, & adminiſtrator bono-
rum eccleſiæ, vt tradit Innocentius,
in.c.ex literis, de probationibus, &
in.cap.nouum genus, de decimis, &
Hoſtienſis, in.c.ſi quis ſané, de pecu-
lio clericorum, Antonius de Butrio,
in.c.fi. de cauſa poſſeſsionis & pro-
19 prietatis. Sed ſic eſt, quod adminiſtra
tio finitur morte, & non tranſit ad
hęredes.l.penultima. ff. de tutelis.l.
is cui. ff. de curatore furioſi, quia
aliàs diſponeret clericus in tempus
quòd iam ceſſat adminiſtrationis v-
ſus, & exercitium. l. Sticus ſeruus
meus.ff.de manumiſsis teſtam.l.eum
qui.ff.de iuriſdictione omnium iu-
dicum.l.quod ſpõte.ff. de donationi
20 bus ante nuptias. Ergò cúm cleri-
cus ſit talis adminiſtrator, de bonis
intuitu eccleſiæ acquiſitis, ſequitur
ꝙ de his teſtari non poſsit: maximè
cùm ad eos quidquam nõ pertineat
niſi illud ꝙ probabili ratione iam cõ
ſumpſerunt.tex.in.c.res eccleſiæ, &
in.c.expedit.12.quęſtione. 1.quæ o-
pinio eſt verior, & magis communis
canoniſtarum, vt dicit Albertus, in
tractatu. de verò & perfecto cleri-
co, lib.2.c.51.Bellonus, conſ.3. vbi di
cit communem opinionem, quem
ad hoc refert Auendañus, reſpon.19.
numero.1.Salazar, de vſu & conſue-
21 tudine.cap. 3.numero.13.in fine, vbi
duò reſoluit ſatis notabilia. primum
quod ſine cauſa non debet ſummus
Pontifex concedere licentiam cleri
cis ad diſponendum & teſtandum
de fructibus ſui beneficij ad vſus
profanos (qui allegat Abb. in.d.cap.
cùm eſſes, numero. 30.) Secundum,
quod prædicta conſuetudo genera-
lis (qua permittitur clericis teſtari
de fructibus beneficiorum intuitu
eccleſiæ acquiſitis) non ſit valida,
quia rationi naturali, legiquè vel
22 diſpoſitioni, ſit contraria, & vnus
clericus non poteſt ſibi inducere cõ
ſuetudinem, nec eſt cõtra quem prę ſ
criptio procedat, maximé cum illa
ſit damnoſa, & nullum afferat ec-
cleſiæ commodum, nec aliquam re-
tributionẽ, pro rebꝰ alienatis, vt op
timè ipſe conſiderauit, in.c.8.nu.41.
& colligitur hęc ſentẽtia ex opinio
ne ſupra relata, qua cauetur, ꝙ cleri-
cus, licét nõ teneatur ad reſtitutionẽ
23 peccat tamẽ mortalitèr, diſtribuẽdo
prædicta bona per teſtamẽtũ, in vſus
profanos, quę opinio communis eſt,
ex traditis per Couar.in.d.c.cũ in of
ficijs, numero.3. Sed profectò dubito
quomodo cum peccato defendetur
iſta conſũetudo, contra diſpoſitio-
nem tex.in.d.c.fin.de conſuetudine.
24 Nec minus defendi poteſt pręſcrip-
tione immemoriali, cùm non proce
dat cum mala fide (quæ ceſſat vbi eſt
peccatum, vt in.c.fi.de præſcriptio-
nibus). Et ſic de primo ad vltimum
manifeſté conſtat clericos nullo mo
do, nec præſcriptione, nec conſuetu
dine, poſſe teſtari de bonis acquiſitis
intuitu eccleſiæ in vſus profanos.
25 Pręterea confirmatur hæc opinio
per locum ab ſpeciali (quod eſt for-
tiſsimum argumentum.l.nam quòd
liquidè.§.fi. ff.de penu legata, lex, ius
ſingulare.ff.de legibus.l.cum prætor
ff.de iudicijs) quia notũ eſt, ꝙ cleri-
26 cus poteſt diſponere licité de bonis
acquiſitis ratione laboris perſonalis,
putá, quia cantat capellaniam, vel
habet præſtimonium, vel aliud ſtipen
diũ perſonale, vel diſtributiones quo
tidianas. Ita docet Syluester, ſupra,
quæſtione.4.in fi. & Couar. numer.
7. Auendañus, dicto reſponſo.19.nu-
mero. 6. verſ. tertia concluſio. Ergo
ſi in hoc caſu ſpeciali poſſunt clerici
diſponere, ſequitur quod in contra-
rium eſt regula quoad alios fructos
benefi-



beneficiorum, (etiamſi conſuetudo
27 generalis ſit in contrariũ) cùm ſit cõ
tra ius naturale, & nutritiua peccati:
cũ omnes redditus beneficiorum in
quatuor partes diuidantur, qua-
rum vna, relinquitur pręlato, altera
clericis deſeruiẽtibus eccleſijs, & re
liquę duæ conuerti debent in fabri
cã ipſarum, & pauperũ eleemoſinas,
vt in.d.c.conceſſo. c. quatuor. c. de
redditibus.12.quæſt.1. Etſi cõcedimꝰ
clericum abſolutè in vſus profanos
de redditibus ſuæ prębendæ teſtamẽ
tum facere poſſe, ſequitur quod per
mitteretur quòd de re aliena diſpo-
neret: quod quidẽ nec ratio natura-
lis, nec ipſa conſuetudo poteſt tolle-
rare: nam quęmadmodum filius non
28 poteſt renuntiare alimentis á patre
debitis de iure naturali, vt tradit Bar.
in.l.ſi quis á liberis. §. parens. ff. de
liberis agnoſcendis: ita videtur, quod
pauperes nõ poſsũt alimẽtis de reddi
tibus eccleſiarũ illis debitis renũciare:
& ſi renũciatio expreſſa nõ valet, quã
to magis tacita, non reclamando, nec
29 petendo alimenta ex lapſu temporis
l.qui ad certũ.ff.locati, & ſic cõſue-
tudo in contrarium, tanquam contra
ria iuri naturali, non debet effectum
ſortiri, vt tradit Decius, in.l.ſingula
ria. ff.ſi certum petatur, Hippolytus,
in.l.ſi quis ne quæſtio, num. 87.ff.de
quæſtionibus, quos in hoc propoſito
refert & ſequitur Aymon Craueta,
conſ.116.num. 2.&.5. vbi dicit, quód
talis conſuetudo eſt etiam cõtra ius
canonicum, & irrationabilis, & ęqui
30 tati naturali contraria, & ſic non de
bet valere, cum potiùs dicatur abuſꝰ,
& non conſuetudo, vt in clem.1.vbi
notat Cardinalis, de pęnitentijs & re
miſsionibus, & in.c.2.de probationi
bus: quam opinionem late proſequi
tur & defendit Nauar. dicens cõmu
nem, in.c.fi.16.quæſt.1.in.2.quæſ. cui
opinioni aſſentire videtur Gregoriꝰ,
in.d.l.40.tit.5.p.1. verb.* *que lo dieſſen*
*a los pobres*, * & alios doctores refert
Molina, lib.2.de Hiſpanorum primo
genijs.c.10.num.52. & plures refert
pro communi Albertus Trotius, de
vero & perfecto clerico.2.p. quæſt.
51.nu.6. Aluarus Pelagius, de plãctu
eccleſiæ lib.2.c.28.verſ. vltimo quæ
ro Ahumada.in.d.l.40.tit.5.p. 1.glo.
6.nu.1.& in.l.53.tit.6.p.1 gloſ.1. Drie
donus, lib.2.de libert. Chriſt.c.4. Sa-
lazar, de vſu & conſuetudine.c.3.ex
nu.12. doctor Guerrero, de concil.c.
10.pagina, antepenultima Marſilius
de Columna, de redditibus. orig.
3.p.c.34. vbi refert pro hac opinione
triginta & quatuor doctores, & di-
xit Archidiaconus, in.c. ſtatutum.§.
aſſeſſorem, de reſcriptis, lib. 6.nu. 13.
ꝙ contrarium aſſerere eſt hæreticũ
in iure, & Rebuffus, in tractatu.de
pacificis, poſſeſ.nu.61.& dicit magis
communem opinionem Probus, ad
Monachũ in.c.nemo deinceps, nume
ro.36.de electione, in 6. & alios do-
ctores referentes hanc communẽ opi
nionem allegat Iulius Clarus, ſupra,
quęſt.27.nu.8. pro qua opinione fa-
cit tx.in.l.12.tit. 28.p.3. (cuiꝰ verba
aurea ſunt & menti tenenda) ibi * *To*
*da coſa ſagrada, o religioſa, o ſanta, que es*
31 *eſtablecida a ſeruicio de Dios, no es en po-*
*der de ningun home el ſeñorio della, ni pue*
*de ſer contada entre ſus bienes: e maguer*
*los clerigos las tengan en ſu poder, no han*
*ſeñorio dellas, mas tienen las aſsi como*
*guardadores e ſeruidores.* E *porq̃ ellos han*
*eſtas coſas para ſeruir a Dios en ellas, e cõ*
*ellas, por ende les fue otorgado q̃ de las ren*
*tas de la Igleſia, e de ſus heredades, viueſſe*
*de q̃ viuir meſuradamente, e lo demas porq̃*
*es de Dios, que lo deſpẽdieſſen en obras de*
*piedad, aſsi como en dar de comer e veſtir*
*a los pobres, en criar huerfanos, en caſar vir*
*gines pobres, para deſuiarlas q̃ cõ la pobre*
*za no ayan de ſer malas mugeres, e para*
*ſacar captiuos, e reparar las igleſias, cõprã*
*do calizes, e veſtimentos, e libros, y en o-*
*tras obras de piedad ſemejantes deſtas.* *

Ex qua lege duo notabilia colligun-
tur,primum , quod clerici non ha-
bentdominium rerum eccleſiaſtica-
rum, ſed ſolum ſunt adminiſtratores
& fructuũ diſtributores,ibi,* *no han*
*ſeñorio dellas , mas tienenlas aſsi como*
*guardadores e ſeruidores.* * Secundum,
& magis tremendum,quod illud ꝙ
ſupereſt eſt Dei, ibi* *de las rentas viuā*
*meſuradamente, porque lo demas es de*
*Dios.* *Si igitur fructus qui ſuperabũ
dant clericis,ſunt Dei, quomodo de
31 his teſtari in vſus profanos poſſunt,
&qualiter conſuetudo in contrariũ
eſt admittenda, vbi Gregor.verb.* *de*
*Dios,* *optimé ponderat illa verba, &
32 exclamat contra clericos abutentes
bona eccleſiaſtica,in profanos,& im
pios vſus.& laciús,in, d.l. 40. cuius
verba etiam ſunt conducibilia pro
hac opinione ibi.* *E porende los ſantos*
*padres tuuieron por bien,que todo quanto*
*ſobraſſe a los prelados de las rentas de la*
*Igleſia, de mas de quanto les abondaſſe a*
*ellos e a ſus compañias,que lo dieſſen a los*
*pobres:ca no podian ellos bien amoneſtar*
*a los otros que fizieſſen limoſnas,ſi quādo*
*vinieſſen a ſus caſas los q̃ ouieſſen mēgua,*
*cerraſſen ſus puertas.* *Pro qua opinio-
ne etiam facit tex.in.l.3.4.&. 5.&.8.
tit.21.p.1.& etiam expendi poſſunt
verba ſingularia Cócilij Tridentini
c.1.ſeſſ.25.de reformatione,ibi,* *Om-*
33 *ninò verò eis interdicit, ne ex redditibus*
*eccleſiæ conſanguineos familiares vè ſuos*
*augere ſtudeant,cùm Apoſtolorum cano-*
*nes prohibeant,ne res eccleſiaſticas , quæ*
*Dei ſunt,conſanguineis donent,* *& ibi,*
*quæ vero de epiſcopis dicta ſunt,eadem nō*
*ſolum inquibuſcunque beneficia eccleſiaſti*
*ca,tam ſæcularia,quam regularia,obtinen*
*tibus,pro gradus ſui cōditione obſeruari.* *
Ex quo tex. deciſa videtur, & termi
nata noſtra quæſtio,contradictā cō-
ſuetudinem, cuius text. deciſionem
declarat Sarmiento,de redditibus ec
cleſiarum.4.par.quęſtion. 6.numer.
15.& Gutierrez, lib. 2. practicarum
quæſtionum,quæſtione.113.numerò
34 16.ex qua opinione infero,clericum
non poſſe donare concubinę ex fru
ctibus ſui beneficij aliquid,quòdpre
cioſumſit:ita Padilla,in rubricaC.de
fideicommiſsis,num.8. Didacus Pe-
rez,in.l.1.titul.3. lib.1. ordinamenti,
Gutierrez,de iuramento confirma-
torio.1.par.c.6.numero.5.Rolandus,
35 conſ.98.volum.1.& licét aliàs dona
tio facta concubinæ non conſtituat
peccatum (cùm detur cauſa remune
rationis)quę licèt turpitérfaciat,nó
tamē turpitèr recepit,vt in.l.4.§.ſed
& quod meretrici.ff.de condictione
ob turpem cauſam,& tenet Gregor.
in.l.53.tit.14.p.5.Cou.in d.reg.pecca
tum.2.par.§.2.Soto,lib.4. de iuſtitia
& iure. c. 1. quæſtione.7.Nauarr.in
manuali.c.17.num.58.Menchaca,lib
1. controuerſiarum illuſtrium. c.48.
Id verum eſt, quando concubinarij
ſunt ſoluti, qui aliquando moueri
poſſunt ad contrahendum matrimo
nium:quæ ratio cęſſat in clerico,vt
tradit Spino,in ſpeculo teſtamento-
rum gloſſa rubricæ.13.numer.11.vbi
aſsignat aliam rationem.

Sed contrariam opinionē in quæ
36 ſtione principali tenent grauiſsimi
doctores , imó quod clerici poſsunt
facere teſtamentum de bonis acqui
ſitis intuitu eccleſiæ,& quòd valeat
talis conſuetudo: pro qua ſententia
adducitur text.in extrauaganti,ſuſ-
cepti regiminis,de electione,vbipro
batur,quod valet conſuetudo,vt fru
ctus beneficiorum pertineant ad hæ
37 redes beneficiati,tex.etiam in.c.cum
tibi,de verborum ſignificatione quā
opinionem tenet Philippus Probus
(plures referens)in.d.c.præſenti , de
de officio ordinarij,Hoſtienſis,in.c,
fi.de peculio clericorũ, Nicolaus de
Vbaldis,in tractu.de ſucceſſ.clerico
rum, vltima parte,num.22.in fi.Guil
lermus Benedictus,in.c.Raynunti⁹,
verb.& vxorem,num.254. de teſta-
mentis,



mentis,Ioannes Andreas,in regul.ne
mo plus iuris,de reg.iur.in.6.Frācus,
in d.c.in præſētia,Guido Papæ,deciſi.
115.&.110. vbi dicit quod in regno
Franciæ clerici teſtari poſſunt de fru
ctibus ſuorum beneficiorum.Floren
tinus.3.par.tit.10.c.3.§.14.& Paluda
nus,in.4.diſtinctione.15.quæſtion.3.
art.6.& quòd non teneantur ad reſti
tutionem docet ſanctus Thom. 2.2,
quæſtione.185.art.7.vbi Caietanus,
Adrianus,in.4.quæſtione.15.de reſti
tutione Turrecremata,in.c.ſi priua-
tum.12.quæſtione.1.& in.c.nulli.12.
quęſtione.5.Belamera,in.c.venerabi
lem,num.46.de exceptionibus Syl-
ueſter,verb.clericus, el.4.quęſtione.
20.& verb.reſtitutio,el.3.quæſtione.
5.quam latiſsimè defendit Soto, lib.
38 10.de iuſtitia & iure quęſtione.4.ar-
tic.3.Aretinus,in.c.3.de probationi-
bus,vbi dicit communem, & Palaci⁹
Rubeus,in rub.c.per veſtras.§.96.nu
mer.21.& Villalobos, in ſuo ærario
communium,litera.C.nu.138.c.3.cũ
ſequentibus,Dueñas, reg.366.Men-
chaca,de ſucceſsionum creatione.§.
22.num.39.&.40.Auendañus,ſupra,
reſp.19.num.13.& alios refert & ſe-
quitur Matienço,in.l.13.tit.8. glo.1.
nu.1.lib.5.recop. vbi dicit cōmunē
opinionē,quā etiam dicit communē
Iulius Clarus,lib.3.receptarum ſent.
§.teſtameneum,quæſtione.27.nume.
8.vbi etiam refert contrariam com
munem opinionem, & eam appellat
benigniorem,& noſtris temporibus
admittendam,de communi eccleſię
conſuetudine,Couarr.in.d.c.cum in
officijs,num.3.& Sarmiento,de red-
ditibus eccleſiarum.4.part.c.1.vbi
latiſsimè & ingenioſè hāc defendit
dicens, communem, quam etiam ſe-
quitur Corduba , in ſuo quæſtiona-
rio,lib.1.quæſtione.18. vbi etiam di-
cit communem , & Ludouicus Lo-
pez , in ſuo inſtruct. conſcientiæ.1.
par.c.140.ad fi.& Didacus Perez,in
l.1.tit.3.lib.1.ord.col. 115. vbi dicit,
quòd ipſe non auderet hanc conſue-
tudinem damnare, ſed iuſtam in vtro
quē foro, tam conſcientiæ , quam ſę
cularis iudicaret,&quòd hæc opinio
communis,contra alteram commu-
nem præualeat, propter authoritatē
conſuetudinis , reſoluit Gutierrez,
lib.2.practicarum quæſtionum,quæ
ſtione.113.num.8.quam etiam ſequi-
tur Molina,lib.2.de Hiſpanorum pri
mogenijs.c. 10.num.53.vbi dicit,ex
generali conſuetudine Hiſpanię poſ
ſe clericos donare , & teſtamentum
facere,& ſi ab inteſtato decedant ſuc
cedere illorum conſanguineos pro-
pinquiores,in omnibus bonis,etiam
acquiſitis intuitu eccleſiæ , & quòd
ſecundum hanc conſuetudinem ius
redditur, non ſolum apud iudices ſę
culares,ſed etiam apud eccleſiaſticos
& quòd ita quotidiè practicatur (ꝙ
quidem veriſsimum eſt)quam etiam
opinionem & conſuetudinem appro
bat & ſequitur Spino,in ſpeculo te-
ſtamentorum, gloſſ. rubricę.13. nu.
15.vbi dicit , quód hæc conſuetudo
ex tempore immemoriali eſt appro-
bata & recepta, non ſolum per prin
cipes ſæculares(ex lege.13.tit.8.lib.5
recop)ſed apud omnes Hiſpanos.Idē
què tenet doctiſsimus Barboſa,in.l.
diuortio,num.60.in.2.part.ff.ſoluto
matrimonio, idē etiā tenet Matien-
ço,ſupra,glo.4.nu. 2.vbi dicit ſic cō
muniter tenere doctores Hiſpanię
& Francię,& quòd ſit verior & cō-
munior opinio , vbi carpit Grego-
rium Lopez,ſcrupulum facietē: quę
opinio non ſolum vera eſt apud Hiſ
panos,ex dicta lege regni,verũ apud
Italos,Gallos,&Neapolitanos,vt tra
dit Burſatus,conſ.178.nu.14. volu.2.
Pro qua allegat.55.doctores,idē Mar
ſili,de Columna,in.d.3.p.c.35.&quòd
quælibet opinio ſit probabilis in iu
re,tenet Zęnedo,collect.12 ad decre
tales.num.5.in.fi. quam opinionem

(tanquam veriorem)ſequitur Rojas,
in epitome ſucceſsionum.c.fi.num.
39.cum ſequentibus,vbi numer.43.
aſsignat rationem,dicens omnes ſuc
39 ceſsiones eſſe de iure poſitiuo, & ſic
poſſe legibus & conſuetudinibusmu
tari.l.2.&.3.ff.de petitione hæreditatis.l.1.C.de naturalibus liberis,& tra
dit Bald.in.l.meminimus.C. de naturalibus liberis,Bart.in.l.ex hoc iure
num.5.ff.de iuſtitia & iure,Nicolaus
de Vbaldis de ſucceſsion. ab inteſtato.1.par.numer.39.& Guillermus Be
nedictus,in. d. c. Raynuntius, verb.
& vxorem nomine Adelaſiam, nu.
949.quæ opinio etiam confirmatur
ex eo,quia illud quod poteſt acquiri
priuilegio,poteſt etiam acquiri con
ſuetudine,vel præſcriptione immemoriali.l.3.§.ductus aquæ.ff.de aqua
quotidiana & ęſtiua.c.ſuper quibuſdam.§.pręterea,de verborum ſignif.
40 c.1.de præſcriptionibus lib.6.& tra-
dit Antonius Gabriel,lib.5.communium,tit.de præſcriptionibus, cócl.
1.num.1. pro qua ſententia eſt gloſſ.
celebris in.c.fi. 18. quæſtione.2. Sed
ſic eſt quod Romanus Pontifex po-
teſt priuilegium & licentiam teſtan-
41 di concedere clericis, vt docet Co-
uar.in.d.c.cum in officijs,num.7. &
Gregor.in.l.53.tit.6.part.1.gloſſ.1.&
Matienço,ſupra,gloſſ.4.numer.3. &
dicit communem opinionem Iulius
Clarus,lib.3.receptarum ſent.§.teſtamentum, quæſtione.27.num.5.ergò
præſcriptione, vel conſuetudine im
memoriali,poteſt licité induci,quod
clericus poſsit ad libitum,diſponere
de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis:
maximé cum hæc conſuetudo ſit ap
probata ex dicta lege regia recopila
tionis.ibi.**Por quanto en eſtos reynos ay*
42 *coſtumbre muy antigua, que en los bienes
que los clerigos de orden ſacro dexaren al
tiempo de ſu muerte,aunque ſean adquiridos por razon de alguna igleſia,o igleſias,
o beneficios,o rentas eccleſiaſticas, ſe ſuceda en ellos ex teſtamento y ab inteſtato,como en los otros bienes que los dichos clerigos tuuieren patrimoniales,auidos por herencia o donació, o manda: mandamos que
43 ſe guarde la dicha coſtumbre,** quam legem dicit Simancas,de catholicis inſtitutionibus.c 9.num.90.proceſiſſe
ad ſedandas ſeditiones, non verò vt
conſciétiæ clericorum ſecurę reddãtur,quod etiam fuit de méte Nauar.
ſupra,queſtione.13.num.16. & idem
explicat Barboſa,ſupra,in.d.l. diuortio,num.62.& dicit quoad forú exterius,non veró interius,dictam legem
procedere nec eius deciſionem &
determinationẽ,reddere tutas conſcientias clericorum,idemqué reſoluit Auendañus, in reſpon.19.numer. 8.& in prælato & clerico idem
tenet Molina,ſupra.c.10.numer. 45.
&.46.&.53.quam etiam videtur ſequi Azeuedo,in.d.l.13.numer.3.vbi
aſsignat rationem,quia illa lex Regni,ſolum diſponit quoad ſucceſsionem clericorum morientium ab inteſtato, & ex teſtamento, non verò
an ſit licitum, nec ne in conſcientia
44 vti fructibus beneficiorum ad libitum,abſque peccato & reſtitutione:
maximè quia iudices temporales nó
curãt de periculo animarum, vt inquit Aufredus,ad Capellam Tholoſanam.247.& ſic,quòd non obſtante
lege regni tenẽdum ſit, quod animæ
ſaluti,tutiùs fuerit,vt tradit Grego.
in.d.l.53.tit.6.part.1.& in.l.40. tit.5.
p.1.glo.magiſtra,Iulius Clarus.d.lib.
3. receptarum ſent. §. teſtamentum,
quæſtione.27.per totam.Vndè con-
45 cludit Azeuedo,quód tam clericus,
quam prętatus prouideant,donando
in vita, vel teſtando, elligere tutiorem opinionem,nè mortalitér peccent,& ad reſtitutionem teneantur.
Quæ opinio valdè ſcrupuloſa eſt,&
46 abſquè aliqua reſolutione, maximé
cum Romanus Pótifex cóſentiat,&
permittat clericis diſponere,& teſta





re de bonis intuitu eccleſię acquiſitis, & hoc eſt vſitatum in eccleſia
Dei per tempus immemoriale,conſe
quens eſt illud procedere abſque pec
cato,cùm prohibitio teſtandi ſit iure humano introducta, & non iure
diuino,& ſic Papa tàcitè,& expreſſè
47 diſpenſare poteſt, prout cenſentur
diſpéſare ex hac tã antiqua & imme
moriali tolerãtia,vt tradút doctores
ſupra,& Salazar.c.3.nume.136. verſ.
duriùs argumentum.tolerantia verò
excuſat à peccato, vt tenet Abb.in
c.cum olim,colum.2.de clericis con
iugatis, quem ſequitur Iaſſ.in.l.rem
48 non nouam.C.de iudicijs,& Auendañus,in.cc.prætorum.1.par.c.1. num.
30.vbi dicit,quod ſi conſtitutio Papæ promulgetur,& non ſit recepta,
ſi ipſe videat & toleret,eius toleran
tia excuſat à peccato:ex qua conclu
ſione videtur dicendum,clericos im
munes eſſe à peccato, & à reſtitutio
ne,quod vltimum receptiſsimum eſt
ex ſupra traditis,& defendit optimè
Soto,de iuſtitia & iure lib.10.quæſt.
4.art.2.&.3. & aliás viderentur doctores omninó inter ſe repugnare,
dum admittunt:conſuetudine pręſcripta clericos teſtari poſſe,de bonis
intuitu eccleſię acquiſitis,& ſimili-
49 tèr(licèt ad reſtitutionem non teneãtur) peccare mortalitèr, cùm pręſcriptio,cum bona fide & peccatum,
ſint in compatibilia in noſtro caſu
quia ſi clerici ſunt in peccato, diſpo
nendo ad libitum de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ, ergo nulla fuit
cauſata præſcriptio nec conſuetudo,vt in.d.c.fi.de præſcriptionibus,
& in.c.fi.de conſuetudine,ſi veròclerici ſunt in peccato, donando vel di
ſtribuendo prædicta bona,ergo non
eſt cauſata legitimé conſuetudo,nec
præſcriptio:quod non ſolum negãt
50 pręd̃icti doctores,verumetiam dicta
lex.13.tit. 8.lib.5.recopilationis, cuius diſpoſitio non eſt credendum ſolum procedere quoad ius exterius
51 & cum peccato,quia lex, quę eſt nutritiua peccati,non meretur nomen
legis,nec realitér & verè eſt lex,quia
lex debet eſſe iuſta,ſancta,honeſta,&
rationabilis.c.erit autem lex.4. diſtinctione:ſi ergo eſt lex (prout dubitari non poteſt)ergo procedit abſq;
peccato,niſi propter auaritiam, vel
contra debitum charitatis,clerici in
digné diſtribuant bona eccleſiaſtica,
quia tũc ſicut ali⁹ quilibet ſæcularis
profectó peccaret,vt tradit Soto,ſup.
art. 2. verſ. ſecunda concluſio,& in
artic.3.verſ.at verò,vbi defendit, ꝙ
clerici ſunt domini bonorum eccle
ſiaſticorũ,ſicut aliorũ bonorũ, quæ
52 ſæculariter poſsidentur,& quód nõ
recedet abhac opinione,donec eccle
ſia contrarium diffinierit, idemque
tenet in verſ.tertia concluſio, vbi
etiam docet,quod clerici ſunt verè
domini fructuum,ex poſſeſsionibus
prouenientibus,qui ratione alicuius obſequij clericalis annexi, ſunt
eccleſiæ,népé anniuerſarij,aut capel
laniæ,& quotidianarũ pitantiarum,
quæ illis pro Miſsis, vel alijs diuinis
53 obſequijs offeruntur.Quæ ſententia
probatur in.c.vnico,de clericis non
reſidétib⁹,vbi dicit tex.quod clerici
non ſunt domini quotidianarum di
ſtributionum, niſi interſint diuinis
officijs,vel infirmitas, ſeù iuſta & rationabilis cauſa,aut euidens eccleſię
54 vtilitas eos releuet,& ſic a contrario
ſéſu ſatis clarè oſtéditur ibi, ꝙ ſunt
domini, & per conſequens habent
plenam fructuum eccleſiaſticorum
adminiſtrationem: quia ſi eleemoſynarum quæ pauperibus erogantur,
acquirunt dominium pauperes,cur
eſt dubitandum,quin eleemoſynarũ
55 quę fiunt ſacerdotibus, fiant ipſi domini,maximè cùm nullum ſuſcepe-
rint votum paupertatis, & non debent eſſe deterioris conditionis quã
milites,iudices,magiſtri(quibus pro

ſuis laboribus aliquid datur)in quos
verè transfertur dominium.l. ſtipen
dia.C.de executione rei iudicatę vbi
gloſſ. c. 1. de ſepulturis,tex.etiam in
c.peruenit, de fideiuſſoribus,vbi ſi
clerici ſunt ære alieno grauati,& op
preſſi, poterunt de fructibus benefi-
ciorum ſatisfacere ſuis creditoribus
ergo claré conſequitur, quod ſunt
domini pro qua ſententia aducit ſep
tem fundamenta Sarmiento,ſupra.c.
6.num.2.&.4.maximè,quia poſtquā
fuit facta partitio bonorum eccleſię
anno domini.470.(in finibus tempo
56 rum Hieronymi,&Auguſtini,vt tra
dit Soto,ſupra,column.4.)tunc fuit
certa portio clericis deſignata pro
illorum ſuſtentatione,& in ſui labo
ris præmiū vndè ſequitur illius rei
dominos eſſe,nam diuiſionis bono-
rum titulus,transfert dominium.l.1.
C.communia vtriuſque iudicij. l.cū
pater.§.hæreditatem.ff.delegatis. 2.
quæ diuiſio illud operatur effectum,
57 vt dominium quod anteà erat com-
mune,facta iam diuiſione poſsit qui
libet tanquam veré dominus, de re
ſibi ex diuiſione contingenti,tanquā
de re propria diſponere.l.in re man-
data.C. mandati. l. rectè dicimus.§.
58 quintus. ff. de verborū ſignificatio-
ne,& ſic teneo, quod de rigore iuſti
tiæ poſſunt clerici tanquam domini
teſtari de fructibus ſuorum benefi-
ciorum,abſque peccato,poterunt ta
men malè abutendo in vſos profa-
nos, & illicitos peccare contra opus
charitatis,vt optimè & ſubtilitér cō
59 cludit Soto,&Spino,ſupra,qui in nu
mero.16.col.4.aſsignat aliam ratio-
nē, videlicét, quòd prohibitio quæ
fuit à principio facta clericis, funda
mentum habuit ex eo, quia parum
miſericordes in pauperes extraneos
erant,& valdé auari,quæ ratio hodię
ceſſat,cum ſint tot ſtipēdia,tot elee-
moſynæ pauperib⁹ relictæ,vt in om
nibus illorum infirmitatibus ſecurè
illis ſuccurratur,& ſubueniatur, &
etiam clerici tractu temporis,viden
tes quod ipſi maximo labore & ſoli
citudine vitam conſūmebant,in ad-
miniſtratione diuinorum, & quod
nihil ſibi ipſis vltra victum & veſti-
tum acquirire poterant, ignaui & pi
gri in ſuo officio inueniebantur, cū
id quòd pro ſuo labore & ſtipendio
erat aſsignatum, dominio aliorum
remaneret ſubiectum,ex quo plures
ſcrupuli, pluraque peccata inſurge-
bant,obidquè ipſa eccleſia & Ponti-
fices,his & alijs rationibus ducti,per
60 miſione iuſta & quadā tolerantia(ex
qua legitima fuit cauſata & præſcri
pta conſuetudo) conſentiūt vt cleri
ci poſsint de fructibus ſuorū benefi-
ciorū teſtamētum facere,cúm prohi
bitio ſit de iure poſitiuo,quod ius cō
ſuetudine derogari potuit, ſicut
& lex poſitiua conſuetudine etiam
derogatur,vt conſtat ex pluribus de
cretis Concilij Tridentini,in.cap.1.
ſeſſ.23.c.20.ſeſſ.24.c.qui contra mo
res.c.mala.c.fruſtra.c.conſuetudo,di
ſtinctione.8.c.fi.de conſuetudine,&
difficultatibus in cōtrariū adductis
reſpondent eleganter Soto,Spino,&
61 Gutierrez,ſupra,nume.14.vbi elegit
hanc opinionem, dicens veriorem,
& quòd tam clerici,quam illorū hę
redes ſunt hodiè ſecuri in cōſciētia,
obtinendo,&retinendo prædictabo
na,ex teſtamento & ab inteſtato re-
licta,ex generali conſuetudine Hiſ-
62 paniæ,lege regni approbata,quæ in
vtroque foro licita & iuſta debet rē
putari,nec Concilium Tridentinū,
in.d.c.1.ſeſſ.25.aliquid de nouo diſ-
ponit,nec innouat,cum ſolum opus
maioris charitatis,& nō pręceptum
inducat,vt colligitur ex illis verbis,
63 *imó quam maximè poteſt ſanctaSynodus
monet.* Quē tex. ſic declarat Gutier-
rez,ſup.nu.16.&Sarmiēto.de reddit.
4.p.c.6.nu.15.&.16.vbi monet cleri
cos,& exhortat,vt exerceant opera
charitatis



charitatis. In epiſcopis autem diuer
ſum ius conſtituitur,quia ſine licen
tia Pontificis, non poſſunt diſpone
re de fructib⁹ ſuorum epiſcopatuum,
etiam ſi talis epiſcopus religioſus ſit,
64 aliàs collector à Pōtifice deputatus,
vindicabit omnia bona,quæ intui-
tu epiſcopatus fuerunt acquiſita.Ita
reſoluit Marcus Antonius Colum.
de redditibus eccleſiarum.c.36.&do
ctores ſupra. De millitibus veró ſan-
cti Iacobi,Calatrauę, & Alcantaræ,
quando poſsint de redditibus ſua-
rū commendarum diſponere, expli-
cat Nauarr. in. c.fin. 1.quæſtione.1.
quæſtione.3.nume.29. contra quem
tenet Gutierrez,ſupra,numer.20. &
Molina,lib. 2.de Hiſpan.prim. c. 9.
num.69.cum ſequentibus,vbi reſol
uit,quòd poſſunt diſponere de fruc-
tibus ſuarum commendarum ad li-
bitum,ſine peccato. Vltimò pro cō-
65 plemento quæſtionis animaduerten
dum eſt,inuentarium bonorum cle-
rici defuncti,relinquentis hæredem
laicum,fieri debere per curiam ſæcu
larem,& non per iudicem eccleſia-
ſiaſticum.Ita tradit Guido Papę,deci
ſione. 261. vbi dicit ita fuiſſe iudica
tum in curia Parlamenti, cuius opi-
nionem ſequitur Cęphalus,conſ. 57.
num.52.Rolandus,conſ.61. numero
9.lib.4.Caſſaneus, in conſuetudini-
bus Burgundiæ,rub.7.§.12.num. 16.
Gutierrez,lib. 2.practicarum quæſt.
quęſt. 49 :& Azeuedo,in.l. 15.tit. 4.
num. 6.lib.5.recopilationis,pro qua
opinione conſuluit Burſatus. conſ.
56.num.16. vol. 1.

## QVAESTIO. 389.

*Vtrum iniuriam paſſus teneatur remittere rancorem & odium,etiam cum intereſſe & damno: Communis contra communem.*

QVi iniuriam paſſus eſt, non
ſolum tenetur remittere ra
corem & odium, ſed etiam
intereſſe & damna. Ita tenet gloſſa
in.§.fi.inſtit.de iniurijs,quod intelli
ge,ſi faciat plenam remiſsionem: nā
tunc intelligitur odium, & omnem
actionē remiſiſſe.Ita Bal.in.c.1.§.in
iuria,de pace iuramento firmanda,
cuius opinio eſt communis,ſecundū
Igneum,in.l.1.§. Diuus, nume. 25.&
29.ff. ad Sillanianum, & ſecundum
Angelum,in tractatu.de malef.in par
te.nec non ad quærellam,num.90.&
ſequitur Gualdenſis,de arte teſtandi
tit.6.cautela.34.

Sed contrariam opinionem ( imò
quod quis ſolum teneatur remittere
odium,& non intereſſe)tenet gloſſ.
in.c.ſi quis contriſtatus. 90. diſtin-
ctione,gloſſ.in. c. 1. de maleficis, &
gloſſ.in.c.ad apoſtolicam,de re iudi-
cata,& gloſſ. in. c. qui emendat. 45.
diſtinctione,&eſt communis opinio
ſecundum Iaſſ.in.l. ſi tibi decem. §.
quædam.ff.de pactis,quę opinio ve-
riſsima & tenenda eſt, & ita practi-
catur.

## QVAESTIO. 390.

*Vtrum ius patronatus legari poſsit. Communis contra communem; & quid iure regio.*

IVs patronatus legari poſſe, eſt
communis opinio, ſecundum
Romanum, ſingulari. 427. Pro
qua opinione facit tex.in.c.quod an
te,de iure patronatus.

Sed contrariam opinionem ( imó
quod non poſsit legari) tenet Abb.
in diſputatione incipienti Augerio,
colum.9. niſi interueniat conſenſus
epiſcopi,

epiſcopi, nam tunc legari poteſt, vt eſt communis opinio, ſecundum eundem Abb. in. c. illud, de iure patronatus, quam dicit communem opinionem modernorum, & ſequitur Hieronymus Gigas. conſ. 50. numer. 16. & Fuſcus, de viſitatione, lib. 2. c. 10. num. 20. & Flaminius Pariſius, de cõfidentia beneficiorum, quæſtione. 28 num. 183. vbi dicit, quod ita fuit in Rota iudicatum anno 1551. quam opinionẽ ſequitur Lambertinus, in tractatu. de iure patronatus, lib. 2. p. 2. quęſtione. 6. princip. & ſequitur Gualdenſis, de arte teſtandi, titul. 6. cautela. 67. & plures pro hac ſententia refert & ſequitur Padilla, in. l. ab eo, num. 11. C. de fideicommiſſ. Curtius iunior, conſ. 87. num. 6. & dixit communem Sylueſter, verb. ius patronatus. §. 4. Et eſt ratio, quia ius patronatus ſolum acquiritur tribus modis, fundatione, conſtructione, & dotatione. c. frigentius. c. piętmentis 16. quæſtione. 7. c. nobis, de iurepatronatus, & plures refert Spino, in ſpeculo teſtamentorum, glo. 4. num. 28. Couarr. lib. 2. variarum. c. 18. num. 8. lex. 1. tit. 15. p. 1. ibi. * *Eſte derecho gana el hombre por tres cauſas.* * Et hanc vltimam opinionem approbat lex. 8. tit. 15 p. 1. vbi Gregorius. verb. * *otorgamiento del Obiſpo,* * qui dicit etiam cõmunem, quòd non procedit quando donatio fuit facta eccleſiæ, vel loco religioſo, ſecundum doctores ſupra, & tradit Gigas. conſ. 52.

## *SUMMARIUM.*

1 *Filius incapax paternæ ſucceſsionis, poteſt hæres inſtitui, in caſu quo legitimetur per principem.*

2 *Contraria opinio, quòd aduenient e diſpenſatione ſit neceſſarius nouus conſenſus, proponitur.*

3 *c. 1. ſeſſ. 24. Concilij Tridentini. declaratur.*

4 *Conſenſus debet eſſe mutuus, & non ſtare in pendenti.*

5 *Sponſa de futuro nihil lucratur per oſculum, ſi ſponſus moriatur pendente conditione ſi ſummus Pontifex diſpenſauerit.*

6 *Lex. 52. Tauri, declaratur.*

7 *Sponſus cognoſcens ſponſam de futuro affectione mari tali, quando nullum ſubeſt impedimentum ad contrahendum vtrum peccet.*

## QVAESTIO. 391.

### *Vtrum ſponſalia contracta inter prohibitos de iure contrahere, ſub ea conditione, ſi Pontifex diſpenſauerit, adueniente diſpenſatione ſit neceſſarius nouus conſenſus. Communis contra communem.*

Matrimonium inter prohibitos, poteſt contrahi ſub hac conditione, ſi Papa diſpenſauerit. Ita tenent Antonius, & Prępoſitus, in. c. ſuper eo, de conditionibus appoſitis, Iaſſ. in. l. Gallus §. inſtituens, de liberis & poſthumis: adeò, vt adueniente diſpẽſatione nõ ſit neceſſarius nouus conſenſus, quę opinio ſeruatur de conſuetudine, ſecundum Boerium, deciſione. 264. numero. 27. Angelũ, verb. matrimoniũ el 1. num. 4. & ſequitur Gregor. in. l. 3. tit. 4. p. 4. gloſſ. 1. Mieres, de maioratu. 1. par. quęſtione. 2. num. 6. Proqua
1 ſententia facit alia communis opinio, quæ habet, quod filius qui aliàs erat incapax paternę ſucceſsionis, poteſt hæres inſtitui, in caſu in quo per Principẽ fuerit effect⁹ legitimus, vt nos tradimus in quęſtione. 472. & tenet Baldus, Aretinus, & Alexan. in. d. l.



in. d. l. Gallus. §. inſtituens, vbi Iaſſo. numer. 5. & ibi Lancelotus teſtatur hanc eſſe communem opinionem, & dicit etiam communem Couarr. (poſt alios) in. 4. decretalium. 2. p. c. 8. §. 5. num. 12. & dicit communem Socinus, in. d. §. inſtituens, column. 1. & cõmunem appellat Curtius iunior, conſ. 84. num. 3. & eam dicit communem Cagnolus, in. l. quandiù poteſt, num. 3. ff. de regulis iuris, & Gualdenſis, de arte teſtandi, tit. 1. cautela. 14. nume. 15. & Bermondus, de publicis concubinarijs, col. 327.
2 Sed contrariam opinionem (imò quod adueniente diſpenſatione requiratur nouus conſenſus) tenent Imola, Cardinalis, & Abb. in. d. c. ſuper eo, & hæc eſt communis opinio, ſecundum Aretinum, in. d. l. idem Iulianus, in. §. cõſtat, colum. 3. ff. de leg. 1. & ſequitur Tellus Fernandez, in. l. 22. Tauri, nume. 18. & dixit communem Loaces, in tractatu. de matrimonio regis Angliæ, dubio. 12. in principio, & vide Couarr. ſupra. c. 3. nu. 7. & 8. & eſt communis opinio theologorum ex Soto, in. 4. ſententiarũ, diſtinctione. 29. quæſtione. 2. artic. 1. Angles, in flor. theolog. in quęſtione de matrimonio, pag. 328. in nn. Palacius. de cõtractibus, lib. 5. c. 11. pag. 497. & ſequitur Nauarr. conſ. 1. de ſponſalibus, & dicit cõm. etiam Chucalon (ad Decium) in. l. ea quę raro, num. 4. ff. de regulis iuris (allegando Aretinum.) Hodiè vero, ex decreto
3 ſancti Concilij Tridentini. c. 1. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij, matrimonium contractum inter perſonas prohibitas, ſub illa conditione (etiamſi Romanus Pontifex diſpenſet, & conditio verificetur) neq; erit matrimonium de præſenti, neq; ſubſtinebitur tanquã ſponſalia de futuro, & ſic eſt neceſſarium, ꝙ matrimo
4 niũ poſtea celebretur ſ. r. ata forma Concilij, quia conſenſus debet eſſe mutuus, & nõ ſtare impendẽti Ita Victoria, in ſua ſũma, verb. de ſponſalibus, colum. 2. quod ſequitur Gutierrez, de iuramento confirmatorio. 1. p. c. 51. num. 32. idem, in ſuis canonicis quæſtionibus. c. 22. per totum, qui latiſsime (more ſuo) exornat iſtam quęſtionem, & Couarr. ſupra, c. 3. nu. 7. Matienço, in rubr. de matrimonio gloſſ. 1. numer. 65. Stephanus Gaeta, in repetitione. c. ad limina. 30. quæſtione. 1. in. §. 4. numer. 165. Antonius Scapp⁹, de iure non ſcripto. lib. 1. c. 49. Veracruz, in ſpeculo coniugiorũ 3. par. art. 12. Viualdus, in candelabro eccleſiæ, titul. de matrimonio, ex numero. 54. Iulius Clarus, receptarum ſententiarum. §. inceſtus, numero. 6. Soto, ſupra, diſtinctione. 29. quæſtione. 2. art. 1. Pelaez, de maioricatu. 1. p. quęſtione. 2. num. 6. Mocius, de contractibus, tit. de matrimonio. §. de diuiſione matrimonij, num. 10. Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 15. nume. 66. Didacus Perez, in. l. 1. tit. 1. lib. 5. ordinamenti. pagina. 41. quòd ſæpe contingit de facto, & ita practicatur. Ex qua difficultate alia non
5 minus grauis ſolet contingere ex caſu pręcedenti, videlicèt, ſponſus de futuro oſculauit ſponſam (pendente diſpẽſatione) & illi dedit plura iocalia: dubitatum fuit, an mortuo ſponſo, talis ſponſa propter oſculum lucretur medietatem lucrorum, & iocalium, ex diſpoſitione legis. 52. Tau
6 ri. Et cùm caſus iſtę mihi de facto cõtigiſſet, reſpondi, quod ſic, licèt ſub dubio, cúm diſpoſitio illius legis nõ procedat dato aliquo impedimento conſanguinitatis ad cõtrahendũ, ſed quando datur capacitas, & habilitas perſonarum, vt declarant illa verba, ibi. * *Y ſi vuieren conſumado el matrimonio que lo gane todo,* * & ſic non debet intelligi inter conſanguineos, ratione inceſtus, imò ſunt puniendi, ſecũdum ius, & ſic cum dent operam rei illicitæ,

illicitæ, nihil debet lucrari, pendente conditione ſi Papa diſpenſauerit, propter oſculum, nec propter cupulam, vt aliàs lucraretur, non dato impedimento. Et an peccatum mortale committat ſponſ⁹ de futuro, ſi habeat ac
7 ceſſum cum ſponſa, credens quòd ipſe accedit cum affectu mari tali, diſputat D. Thomas, in.4. diſtinctione 28. art. 23. quem ſequitur Victoria in ſumma, titul. de matrimonio cland. quæſtione.269. & Gutierrez, de iuramento confirmatorio.1.part.cap.51. numero.17.

## QVAESTIO. 392.

### *Vtrum tregua rupta ab altera partium, poſſit etiam ab altera rumpi. Communis contra communem.*

IN queſtione propoſita, partem affirmatiuã tenet Bar. in.l. verum ff. de furtis, & in. l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœnis, & ſequuntur plures relati per Boerium, deciſione.297 num.10. & eſt communis opinio, ſecundum Bald. in.c.1. de pace tenẽda. Et licèt Bart. loquatur in pace, idem procedit in tregua rupta, vt dicit Corneus, conſ.42. vol.2.

Sed contrariam opinionem (quod tregua rupta ab vna partium, nõ poſſit ab altera rumpi) tenet Vincẽtius, in.c. inter verba.11. quæſtion.3. quod ſeruatur communitèr, ſecũdum Imolam, in.l. qui ſeruum. ff. de verborum, vbi idem teſtatur Paulus, & Socinus, conſilio.96. volumine.3. numero.10. Prima tamen opinio verior eſt, quia frangenti fidem nõ eſt fides ſeruanda. l. cum proponas. C. de tranſactionibus.

## SVMMARIVM.

1 *FVga poſt inquiſitionem facit indicium ad torturam.*

*Fuga ante inquiſitionem non facit indicium ad torturam.*

3 *Fuga cum fama publica, eſt ſufficiens indicium ad torturam.*

4 *Fuga à carcere inducit plenam probationem, & fugiens habetur pro confeſſo.*

## QVAESTIO. 393.

### *Vtrum fuga faciat indicium ad torturam. Communis contra communem.*

FVgam facere indicium ad torturam, dixit ſeruari de conſuetudine Ioannes Andreas, in additionibus ad ſpeculum, titul. de præſumptionibus. §.2. verſiculo violentia, cuius opinionem dixit communem Boerius, deciſione. 215. numero. 30. quę fuit opinio Dini, in.l. diuus. ff. de cuſtodia reorũ qui & dicit cõmunẽ in repetitione legis ad monendi, num.158. ff. de iureiurãdo, & ſequitur Dueñas, regula 390. & Gomez Arias, in.l.74. Tauri, nu.18. & illam etiam tenet gloſſ. verb. ſuſpitionibus, in.l. qui ſine. ff. de quæſtionibus, quę eſt notabilis, & communiter approbata, ſecundum Dueñas. d. regula.300. limitatione.4. nullum verò pro hac parte citat.

Sed contrariam opinionem (imó quod non faciat indiciũ ad torturã) dicit communem Curtius iunior, in in.l. admonendi, numer.50. ff. de iure iurando, & plures refert Dueñas, ſup. Has tamen contrarias opiniones poteris concordare, ex traditis per Boerium,

rium,



rium. d. nume.3. ſcilicet, quod ſi fuga facta fuerit ante inquiſitionem, ſeù
1 informationem, ſit ſufficiens indicium ad torturam, vt tradit ipſe Dueñas, reg.390. num.7. &. 391. numer. 1. ſi verò poſt, non ſit ſufficiens, inducit tamen tùnc ſemiplenam probationem, vt eſt communis opinio, ſecundum Boerium, ſupra, numero.10. Marcus Antonius, de indicijs, num. 277 Hippolytus, conſ.46. numer.38. Decius, conſ.234. num. 3. Bernardus Diaz, reg.303. vbi latè Salzedo, Gom. Arias, in.d.l.74. Tauri, numero.18. vbi Antonius Gomez, numer.12. & Padilla, in.l. transfigere, numer.3. C. de trãſactionibus, Simancas, de catholicis inſtitutionibus. c.63. tit. de tormẽtis, num.19. Iulius Clarus, lib.5. receptarum ſententiarum. §. fi. quæſtione. 21. num.22. vbi dicit, quod opinio Dini, ſeruatur de conſuetudine, Gracian. reg.127. numer.7. Et adde, quód licèt fama de perſe non faciat indicium ad torturam, vt eſt communis opinio, ſecundum Carrerium, in.l.2. C. quorum appell. non recip. fol. 26.
2 numer.111. tamen ſi qualiſcunque fuga concurrat cum fama, eſſet ſufficiens ad torturam, vt eſt communis opinio ſecundũ Marcum Antoniũ, vbi ſupra, nu.278. & vide don Ludouicũ de Peguera, in deciſionibus criminalibus. c.19. nu.31. & 32. quæ omnia limita, quãdo fuga fieret à carce
3 re, quia tũc habebitur pro cõfeſſo, vt docet gloſſ. vbi Bart. in.l. in eos. ff. de cuſtodia reorũ, & ſequitur Bernard⁹ Diaz & Salzedo, ſup. dicẽtes cõmunẽ, & cõmunẽ appellat Boeri⁹, decif.215. nu.9. Hippolytus in practica criminali. §. atingã, nu.36. Iuli⁹ Clarus. ſup. §. fi. q.21. nu.24. Antonius Gomez 3.
4 tom. variarum. c.10. num.11. & eſt hodie tex. in.l.13. tit.29. p.7. vbi Greg. l.7. tit.26. lib.8. recop. l.3. tit.4. lib. 7. fori, *iuzgo,* Olano, litera. F. numer. 106. cum ſequentibus.

## QVAESTIO. 394.

### *Vtrum ratione retardatæ ſolutionis dotis, valeat pactum de vſura ſoluenda. Communis contra communem.*

RAtione retardatæ ſolutionis dotis, poteſt maritus petere vſuras. Ita Bart. in.l. atqui natura. §. non tantum. ff. de neg. geſtis. per tex. in.c. ſalubritèr, de vſuris, cuius opinio eſt communis, ſecundum Socinum, conſ.88. volumine. 4. numero.16. & dicit etiam communem Alexand. conſ.31. volumine.6. num. 3. & conſ.63. volumine.2. Modò dubium eſt, an maritus poſſit ſtipulari certam pecuniam ſingulis annis pro centenario, & nõ poſſe tenet Ioannes Andreas, in.d.c. ſalubritèr, quia aliàs eſſet vſura: cuius opinionem ſequuntur plures relati per Purpuratum, in.l. rogaſti, §. ſi tibi, numer.45. ff. ſi certum petatur, & per Socinum, conſ.88. volumin.4. numer.20. & eſt communis opinio ſecundum Cagnolum, in.l. curauit, num.15. de actionibus empti, & eam ſequitur Ambroſius de Vinate, in repitione dicti. c. ſalubritèr, num.39. & Laurentius Rodulphus ibidem, num.32.

Sed contrariam opinionem (imò quòd maritus poſſit facere prædictam ſtipulationem) dixit veriorem Ang. in ſumma. verb. vſura. 1. 1. numero. 25. & hanc dixit communem (cõ tra Ioannem Andream) Alexand. in dict. conſilio. 31. numero. & 11. volum.6. & vide quæ adducit Palacius Rubeus, in repitione cap. per veſtras, de don. notabili, 6. & pro vtraque communi Couar. lib.3. variarum. c.1. num.3. verſ. quarto hic

poterit, & nouiſsimé Felicianus de ſolis, de cenſibus lib. 2. cap. 1. numero 19. qui laté proſequitur illum articulum, an valeat conuentio, vt quandiú dos non ſoluatur, dentur annui redditus ad rationem. 14. pro millario, vbi refert duas opiniones contrarias, & ipſe ſequitur affirmatiuã, á qua non eſt recedendum in iudicando & conſulendo, & ita communitér practicatur.

## QVAESTIO. 395.

### *Vtrum habilitas ad ſuccedendum contra ius commune, extendatur ad forenſes. Communis contra communem.*

HAbilitatio ad ſuccedendum contra ius commune, vel inhabilitatio ad non ſuccedendum, non extenditur ad forenſes, etiã quo ad bona ſita in illo territorio. Iſta eſt communis opinio, ſecundum Corneum, conſ. 94. volumin. 2. columna. 2.

Sed contrariam opinionem (imó quod extendatur quo ad bona ſita in territorio) dixit communem Ancharranus, in repetitione. cap. canonum ſtatuta, quæſtione. 12. colu. 101. de conſtitutionibus, & vide Gozadinũ, conſ. 49. & ita vidi practicatũ.

## SVMMARIVM.

1 *Infamis teſtis non facit plenam probationem.*

2 *Defectus vnius teſtis ſuppletur per dictum alterius.*

3 *Teſtes omni exceptione maiores, vbi requiruntur, excluduntur infames, etiam infamia facti.*

4 *Teſtis infamis contra paritèr infamem, benè admittitur.*

5 *Infamis non dicitur, qui delictum commiſſit, niſi ſequatur ſententia condemnatoria.*

6 *Infamia iuris repellit teſtem à teſtimonio.*

7 *Vſurarius non eſt idoneus teſtis.*

8 *Periurus non eſt idoneus teſtis.*

9 *Lex. 8. tit. 16. p. 3. exornatur.*

## QVAESTIO. 396.

### *Vtrum infamis infamia facti poſſit eſſe teſtis. Communis contra communem, & quid iure regio.*

INfamis infamia facti, quòd poſſit eſſe teſtis tenet gloſſ. verb. diuina, in. l. 1. C. de ſumma Trinitate & fide catholica, cuius opinio communis eſt, ſecundum Albericũ, ibi, num. 27.

Sed contrariam ſententiam (imò quód ſit in hoc diſtinguendum) tenet Bart. in. d. l. 1. nume. 12. idem Bart. in. l. Caſius. ff. de ſenatoribus, cuius diſtinctionem ſequuntur, in. d. l. 1. Salicetus, & Paulus, & explicát latiſsimè Iaſſo. & Purpuratus, & dicit bis communem Aretinus, numero, 9. & ſequitur (poſt alios) Corneus, conſ. 42. volumine. 1. columna. fi. & declarant Abb. & reliqui doctores in. cap. teſtimonium, de teſtibus, & Bartoli, diſtinctio talis eſt: quod aut loquimur in cauſa criminali, & in ea non admittuntur teſtes infames infamia facti, quia in talibus caſibus debent eſſe integri, & omni exceptione maiores: quod intelligo niſi in ſubſidiũ, & in defectum probationis, quo caſu teſtes inhabiles admittuntur, vt latiſsimè declarat Alciatus, præſumptione. 47. regula. 1. & Thomas Grammaticus, conſilio. 59. Aut loquimur in ciuilibus, & tunc, licet



1 licet admittantur in teſtes, tamen illorum fides aliquid detrahitur, ita quòd non faciunt plenam probationem, vel fidem, vt tenet gloſſ. in. l. 3. §. cauſæ. ff. de Carboniano edicto: eorum tamen defectus ſuppletur per dictũ alterius teſtis fidedigni. argum.
2 tex. in. l. ſi quis ex argentarijs. §. cogendum, vbi Bart. & Iaſſ. ff. de edendo. Quantum autem fidei detrahatur teſti infami infamia facti, in cauſa ciuili, relinquitur arbitrio iudicis, ſecundum Abbatem, in. d. c. teſtimonium, cuius opinio eſt communis, ſecundum Lanfrancum, in. cap. quoniam contra falſam, num. 127. de probationibus: ex quo ſuccedit, quòd
3 teſtis infamis infamia facti, non admititur in cauſis, in quib' requirũtur teſtes omni exceptione maiores, de quibus in. c. 1. cum gloſſ. de conſanguinitate & affinitate, & in. l. optimam. C. de contrahenda & committenda ſtipulatione, cum adductis per Boerium, deciſione. 118. numero. 14. & 27. quod tenet ſingularitér Bald. in. d. l. optimam, & ſequuntur quam plurimi relati à Couar. in. 4. Decret. 2. par. c. 8. §. 12. numer. 8. Illud tamen, quòd defecit fidei illorum, benè poteſt ſuppleri per numerum teſtium, vt dicit gloſſ. verb. numerus, in. l. 3. in principio. ff. de teſtibus, circa quã plura adducit Aymon Craueta, de antiquitate temporum, fol. 74. numero. 17. & ſequitur Thomas Grammaticus, conſ 1. numero. 3. & dicit communitèr approbari Purpuratus,
4 in. d. l. 1. numero. 74. C. de ſumma Trinitate. Adde tamen, quod teſtes infames contra paritèr infames, benè admittuntur, vt tenet gloſſ. in. d. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtibus quam ſequuntur Bart. & Salicetus, ibi, numero. 25. & Bart. in. l. in arena, numero. 1. C. de inofficioſo teſtamento, vbi Baldus, Salicetus, & Paulus, numero. 4. dicentes, quòd iudex ex officio poterit teſtem infamem repellere.

Sed contrariam ſententiam (imò quod teſtis infamis non poſſit eſſe teſtis contra infamem) tenuit Bart. in. d. l. cum mulier, numero. 9. ff. ſoluto matrimonio, vbi Bald. & Romanus, columna fin. & Alexand. numero. 18. ſequuntur gloſſ. verbo. in hoc caſu, in. d. c. teſtimonium, vbi Imola, numero. 17. & dicit commu-
5 nem Felinus, numero. 37. Secundó adde, quod quamtumcumque notoriè quis committat delictum, non dicitur infamis, niſi ſequatur ſententia condemnatoria. Iſta eſt communis opinio, ſecundum Marcum Antonium, in. §. item prodigus, numer. 14. inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, neque enim ex ipſa probatione naſcitur, nec etiam furto probato irrogatur infamia, niſi ſententia, vel confeſsio intercedat. Ita gloſſ. verb. probatum in l. ſed etſi poſſeſſori. § item ſi iurauero. ff. de iureiurando, de quo vide Decium, in rubrica, de probationibus, numero, 8. Hippolytum, in dictis rubrica, numero. 70. & illius gloſſæ ſententiam, dicit communem Iafre-
6 dus Baldus, deciſione. 304. Tertió adde, quod infamia iuris, haúd dubiè repellit à teſtimonio, vt in. d. l. 3. §. lege Iulia: nam meretrix non poteſt eſſe teſtis, quia eſt infamis, vt innuit ille text. cuius argumento dicunt hanc communem opinionem doctores, ſecundum Iacobinum ibi, numero. 15. & dicit communem Iaſſo. in. d. l. 1. numer. 54. C. de ſumma Tri-
7 nitate & fide catholica. Et ſic, cúm vſurarius ſit infamis infamia iuris, vt in. l. improbum fænus. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur, non poteſt eſſe teſtis, vt tenét ibi Zinus, Bald. & Salicetus, & dicit eſſe commu-
8 nem Aretinus, & ſequitur Alexand. (poſt alios) conſ. 93. volum. 6. & ſic

periurus repellitur à teſtimonio, vt in.c.quicunque.6.quæſt. 1. & in. c. paruuli.22.queſ.5.& traditur in.d.c. teſtimonium,cum congeſtis per Alciatum,præſumpt.10.reg.2. quia periurus eſt infamis:habita tamē diſtinctione gloſſæ.in.l.Lucius Titius. ff. de his qui notantur infamia,&in.d. c.quicūque,quarum opinio cōmunitèr approbatur, ſecundum Gagnolū in.l.ſiquis maior,num.181.C.de tranſactionibus,& dixit communem Lāfrācus,in.d.c.quoniā cōtra,deprobationib⁹,verb.teſtes,nu.125.& de hac iuris infamia poſſunt alia poni exempla,ex quibus aliqua congeſsit Zin⁹, & ibi latè Boerius,in reg.infamibus, de regulis iuris,in.6.Et de infamibus infamia facti,ponitur exemplum, in l.ea quæ infamibus,& in.l.interlocutio.C.de infamib⁹.Et plures exēplos congeſsit Sylueſter, verb. infamia.q. 1.&.2.Hodiè autem,per legem.8.tit. 16.p.3.declarantur aliæ perſonæ,quibus non adhibetur fides, interquos enumerantur infames, & ibi notat Greg.verb.**de mala fama,**quam legē nouitèr declarat Queſada,in ſuisquæſtionibus,quæſt.11.num.5. in fine.

## *SVMMARIVM.*

1 *Obligationi naturali poteſt accedere fideiuſſor,*

2 *Præſcriptio ſimilis eſt ſolutioni.*

3 *Contra præſcribentem non competit denūciatio euangelica.*

4 *Qui præſcribit bona fide,non peccat.*

## QVAESTIO.397.

### *Vtrum præſcriptione completa bona fide tollatur obligatio naturalis. Communis contra communem.*

PRęſcriptione completa bona fide,tollitur,obligatio naturalis,vel ſaltim remanet ineffi- cax penitús,& inutilis,vt tenet Bart. in.l.fi.ff.rem ratam haberi, & in extrauaganti,ad reprimendum, verb. per denunciationem,& hæc eſt communis opinio,ſecundum Crotum,in l.nemo poteſt,num.128.ff.de leg.1,& dixit communem Balbus, de pręſcriptionibus 1.p.§.6.princ.in fin.& bis dixit communem Alciatus, in rubr. de præſcriptionibus,num.44.& pro hac parte facit, quia obligationi na-
1 turali poteſt accedere fideiuſſor.l.fideiuſſor obligari. §.fideiuſſor. ff. de fideiuſſoribus.l.1.ff.eod. ſed obligationi præſcriptæ non poteſt accedere fideiuſſor.l.ſiquis poſtquam.ff. de fideiuſſoribus.Ergo per præſcriptio-
2 nem tollitur obligatio naturalis.Secundó facit, quia præſcribens ſimilis eſt ſoluēti.l.ſi pupillus ff.de adminiſtratione tutorum.Tertiòfacit,
3 quia contra præſcribentem non cōpetit denunciatio euangelica,exquo naturalis obligatio,quæ ſupereſt, eſt inefficax,& ille qui præſcribit bona
4 fide,non peccat,vt tenet Bart. in. d. extrauagāti, ad reprimendū, verbo, per denunciationem,& Abb.in.c.fi. col.5. de præſcriptionibus,vbi gloſſ. & ita conſuluit Corneus,conſ.176. & dixit communem Alciatus, vbi ſupra,num.47.

Sed contrariam opinionem (imò quod non tollatur obligatio naturalis)dixit communem Baldus,in authent.ad hæc,num.8.C.de vſuris.Prima tamen opinio magis communis & recepta eſt.

## *SVMMARIVM.*

1 *TEſtator magis præſumitur diligere ſuos, quam extraneos.*

2 *Verba teſtatoris ſunt intelligenda,ſecūdū ordinem ſuccedendi ab inteſtato.*

*3 Succeſſo-*



3 *Succeßores ab inteſtato habent tacitam vocationem à defuncto.*

4 *Lex,cum ita.§.in fideicomiſſo, deleg.2. adducitur pro prima & ſecunda opinione.*

5 *Doctoribus in lectura magis creditur quā in conſilijs.*

6 *Meus mea meum,reſtringit diſpoſitionem ad proximum diſponentem.*

7 *Clauſula fundationis in caſu dubio,magis eſt declaranda reſpectu teſtatoris, quā vltimi poſſeßoris.*

8 *Succeſsio maioratus Hiſpaniæ eſt perpetua & ſucceditur per repræſentationem.*

9 *Gradus computatio in probationibus conſanguinitatis,an ſit facienda in beneficialibus ſecundum ius canonicum, vel ciuile.*

10 *De iure canonico duæ perſonæ conſtituunt vnum gradum,de iure verò ciuili, ſingulæ perſonæ gradum conſtituunt.*

11 *Ratio differentiæ inter computationē gradus de iure canonico, & ciuili,aſsignatur.*

12 *Lex.3.tit.7.p. 4.declarat differentiam inter vtrumque ius.*

13 *Computatio eſt facienda ſemper á gradu remotiori.*

14 *In patronatibus & capellanijs,ad inſtar maioratus ſucceditur.*

15 *Computatio canonica,ſolum quoad matrimonia procedit.*

16 *Ea quæ non mutantur,ſtare non prohibentur.*

17 *Leges non dedignantur ſacros canones imitari.*

18 *Computatio in retractu eſt facienda,etiam in terris Eccleſiæ, ſecundum ius ciuile, & non canonicum.*

19 *In fæudis computatio ciuilis & non canonica eſt ſeruanda.*

20 *Verba teſtamenti ſunt naturalitèr intelligenda,& non alio modo.*

21 *Duo vincula conſanguinitatis ſunt vno potiora.*

22 *Frater vtroque parente coniunctus,præfertur ab inteſtato fratri vterino tantum.*

23 *In gradu eodem,pluribus exiſtentibus,ille præfertur,qui duplici iure vocatur.*

24 *Statutum diſponens,quod non eligatur rector ciuitatis,qui in ea habeat cōſanguineum intra quartum gradum, intelligitur facta computatione iuris ciuilis, & non canonici.*

25 *Regulæ & iuri generali ſtandum eſt.*

26 *Contraria opinio in caſu propoſito defenditur,& pro ea fuit iudicatum.*

27 *Doctor Garſia de Herrera & Contreras, aduocatus Toletanus, laudatur.*

28 *In cauſis beneficialibus,& capellanijs collatiuis,non datur ſucceſsio.*

29 *Computatio quælibet in proprio foro eſt ſeruanda in contractibus & actibus, indifferentibus.*

30 *In vtroque foro in rebus dubijs,magis ius canonicum quā ciuile eſt ſeruandum.*

31 *Ius canonicum iuri ciuili inhæret.*

32 *In his quæ pertinent ad deciſionem cauſarum,ſeruare debemus leges iudiciorum, & non contractus.*

## QVAESTIO. 398.

### *Vtrum in teſtamentis & ſubſtitutionibus proximitas conſideretur reſpectu teſtatoris, vel vltimi poſſeſſoris fideicommiſsi, ad quem proximior conſanguineus vocatur. Communis contra communem.*

DIfficilis ſe offert diſputāda quæſtio, de qua quotidié eſt cōtrouerſia,in tribunalib⁹iudicū, & adhuc ſub iudice lis eſt,an in ſubſtitutionib'fideicōmiſſarijs,& in cęteris vocationibus,à teſtatore, vel á cōtrahētibus factis, vocādo ad ſuēceſſionē, **el mas propinquo pariēte:** de qua propinquitate cenſeatur facta vocatio an teſtatoris,vel vltimi poſſeſſoris.

ſeſſoris. Quæ queſtio,& difficultas in cauſis capellaniarum bis in praxi mihi occurrit,& breuitati conſulendo,quid de hac re ſentiam in mediũ proferam, cùm parum fructuoſum ſit in hac re tempus conſumere,cùm ſit quæſtio arbitraria,& pro amico, & ſic dixit Pelaez,in tractatu. de maioricatu.2. part. quæſtione. 8. hanc quæſtionem eſſe gladio dirimendam: meliùs enim dixerat, lege regia, cum in hac quæſtione difficile ſit iudicare, quæ nam ſit magis communis opinio,& verior, vndé Iacobus Puteus,in deciſione. 233. nnmero.3.in.lib.3.difficilem eſſe queſtionem ſcripſit,& dubitabilem, Mantica. reſolutus remanſit diſputando quæſtionem iſtam ad partes, in tractatu.vltim.volunt.lib.8.tit.12.num.30.& Simon de Pretis,de interprætatione vltimarum voluntatum lib. 3. dubio.3.ſolutione.3.num. 3. & Peregrina, de fideicommiſsis, art.20. vbi laté proſequitur hanc queſtionem, & refert varia fuiſſe in practica iudicia,cùm aliquando proximitas conſideretur ex parte teſtatoris, & aliquando ex parte heredis. In qua re Bart.in.l.ſi cognatis,num.2.ff.de rebus dubijs,in ea eſt ſententia,vt proximitas conſideretur reſpectu teſtatoris, & hec eſt verior & communior opinio,ſecundum Gualdenſem, de arte teſtandi,tit.5.cautela. 21. numero.3.Bald.in.l.peto.§.fratre,deleg.2.& in.l.cum ita.§.in fideicommiſſo , illo titulo, & dicit veriorem & communiorem Socinus,in. l. hæres. §.cum ita.ad Trebel.& magis communem appellat Hieronymus Gabriel,conſ.86.numer.11.& Ripa,in.l. ex facto,& in.l.Lucius,ad Trebel.& in.l.filius familias.§.diui,numero.31. ff.deleg.1.vbi ſatisfacit fundamentis contrariæ opinionis,Loaces,in. d.§. diui,numer. 107.& ibi Crotus,numero.161.& pro hac ſententia conſuluit Ruinus,conſ.198.num.9.volu. 2. &.142.numer.15. lib.3. Alciatus,conſil.102.numer.7.lib. 9. & Spino , in ſpeculo teſtamentorum , gloſſa. 27. numer.53.Peralta,in.d.l.cum ita,numero.22.Michael Craſſus (qui fecit de hac re plures diſtinctiones ) in libro ſententiarum.§.fideicommiſſum queſtione.18.Couarru.in. pp. queſt. c.38.numer.3.Rojas,in epitome ſucceſsionum.c.32.numer.14. qui adducit pro hac ſententia gloſſam notabilem,& ſingularem,in.d.l.ex facto,verb. ſuam , & pro hac ſententia conſuluit Alexand.conſ.56. volum. 1.& conſ.23.volumin. 2.& Tiberius Decianus,conſ.100.numer.11. volu. 3 Iaſ.conſ.215.lib.2.&.159.lib.4.qui dicit communem,Paulus Caſtrenſis, conſ.128.lib.1.Rolandus á Valle,conſil.70.numero.73.volum.3.Burſatus, conſ.61.numer.18.lib.1. & Tiraquellus,de retractu lignagier.§.11.gloſſ. 1.numer.11.&.12.qui dicit communem per.l.peto.§.fratre.ff.delegat.2. & iſtam ſententiam omnes Hiſpani ſequuntur, vt tradit Molina, lib. 1.de Hiſpanorum primog.c.6. num. 49.Tellus Fernandez,in.l. 27.Tauri,numero.7.Peralta,in.l.cum ita. §. in fideicommiſſo,num.22.delegat.2. & in primis pro hac ſententia facit tex.ſecundum doctores in. d. l. cum ita.§.in fideicommiſſo,ibi* *Et poſt eos omnes extinctos,qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo teſtator moreretur*,*& ſic proximitas ad defunctum teſtatorem , & diſponentem extenditur,non verò ad vltimum poſſeſſorem. Secundó facit,quia teſtator magis cenſetur diligere ſuos propin-
1 quos,& conſanguineos, quam alios. tex. in. l cum accutiſsimi. C. de fideicommiſsis. l. cum auus. ff. de cond. & demonſtrationibus. Et ſic teſtator fundans capellaniã , vocãdo ad eã cõſãguineos, propinquos,intelligitur,& magis preſumitur vocare ſuos,



ſuos,quam illos qui vltimo capellaniæ poſſeſſori ſunt coniuncti.l.cohęredi.§.cum filiæ,de vulgari. l. 3. §. ſi duo.ff.de legit.ſucceſſ.tutorum.l.hęredes mei.§.vltimo ad Trebel. Tertiò verba teſtatoris ſunt interprætãda,ſecundum ordinem ſuccedendi ab
2 inteſtato(cúm illi⁹ ſuceſſores habeãt tacitam vocationem à defuncto. )l. quidam referunt. l. conficiuntur. ff. de iure codicill.argumento, tex.in.l. fin. C. de verborum ſignificatione. cap.1.§.fi. de ſucceſsione,fratruum, vbi proximitas authoris conſideratur,& ſic clarè conſtat ex his rationibus & fundamentis,&authorum ſententijs,quód proximitas in caſu propoſito ſit conſideranda reſpectu fundatoris,non veró vltimi poſſeſſoris.
3 Sed his non obſtantibus, non deſunt doctores accutiſsimi ingenij,& eximiæ eruditionis,qui neruoſé defendunt cótrariam opinionem, quã dicunt veriorem & magis communem,imó quòd proximitas reſpectu vltimi poſſeſſoris & non fundatoris ſit conſideranda. Ita tenet Socinus ſenior,in.d.l.ſi cognatis, & dicit magis communem opinionem Socinus iunior , conſ. 249 lib. 2. & in conſ.126.dicens eſſe meram veritatem,& plura fundaméta pro hac ſententia adduxit Rolandus à Valle,cõſil.100.vol.1.Iulius Clarus , receptarum ſententiarum. §. teſtamentum, quæſt.76.Menchaca,de ſucceſsionũ creat.lib.3.§.27.num.6.qui latiſsimè proſequitur iſtam ſententiã,Macard. de fideicom.2.p.quæſt,35.num.2.qui dicit,quod ita fuit iudicatũ in Rota Florentina.Corneus,conſ.22.volu.2. Iaſ.conſ.64.vol.1.Gozadinus, conſ. 4.Ioannes Botta,cóſ.7.vbi dicit eſſe magis communem opinionem,& ſe quendam iniudicando &conſulẽdo, vbi refert duas cõmunes opiniones Pariſius,conſ.2.num.47. volumin.1. Bertrandus,conſ.300.lib.3. Hugo de Cęlſo,conſ.120.numer.22.&.39.Natta,conſ 679.numero.12. Tobias nonius,conſ.1.num. 46. Rota Auinionenſis(apud Hieronymum Laurentium)in deciſione.37.Simon de Pretis,conſ.161 .numer.32.Burſatus, qui dicit receptiorem,& crebrioré,cóſ. 170.num.23.&.157.lib.2.numero.13. Cęphalus, qui dicit magis communem,conſ.313.num.18.Decianus, qui teſtatur magis communem, & veriorem, conſ.26.num.74.vol.2. Pelaez, vbi ſupra,queſt.8.& in.2 p.in princ. num.33.vbi latè proſequitur Molina, de Hiſpanorum primog.lib.3.c.9.& nouiſsim è Gutierrez.pp.quæſt. 2.p. lib.3.quæſt.66.nu. 8.qui refert duas communes opiniones contrarias,& pro hac ſententia adducitur tx. in.l. 1.§.proximum(cũ ſequenti.)ff.vnde cognati , & ( de quo eſt mirandum) etiam adducitur tx.in.d.l.cum ita §.
4 in fideicommiſſo ibi, * *qui ex nomine defuncti fuerunt*,*& ſic vltimi poſſeſſoris: quarè ille tx.retorquetur contra priorem communem.In qua doctorũ varietate magis mihi ſemper placuit.Prima opinio,quæ proculdubio eſt verior,& magis cómunis , & melioribus nititur fundamẽtis,& ſic pro illa ſententia bis fuit iudicatũ in facti contingentia,per Senatũ,vt tradit Antonius Theſaurus,in deciſionibus Pedemont.deciſ.64.dicés, quod
5 maior pars doctorũ tenentiũ contrariam,ſunt cóſulentes, qui vt amicis, &etiã pecunijs inſeruirẽt,ſcripſerũt proùt amici ſui neceſsitas,&occaſio requirebat. Sed in hac re multum
3 eſt conſideranda mens teſtatoris, & verba fundationis , veluti ſi teſtator
6 dixit:Propinquus meus ſuccedat in prædictis bonis,vel in dicta capellania:quia verbum, meus mea meum, reſtringit diſpoſitionem ad proximũ diſponentis. Ita Bart.in.l.ex facto.ff. ad Treb.vbi gloſ. ver.ſuã,exponit, id eſt,rogantis, & non rogati, idé Bart.

in.l.cum teſtamento.ff.de auro & ar
gento legato,Bal.conſ.483.volum.3.
Ruinus,conſ.96.num.16.volumine.
7 2.& in dubio,quoties clauſula funda
tionis poteſt adaptari ad vtrumque
ſexum, magis ad propinquos teſtato
ris,quam vltimi poſſeſſoris,eſt adap-
tanda:quód tamen limitari debet in
8 ſucceſsionibus maioratuum Hiſpa-
niæ,cùm eorum ſucceſsio ſit perpe-
tua,& per repræſentationem ſucce-
datur,vt tradit Molina ſupra,lib.1.c.
6.num.46. ſic limitans præcedétem
communem opinionem, & in lib.3.
c.9.per totum, niſi aliud conſtiterit
ex voluntate teſtatoris,nam tunc il-
lius diſpoſitio eſt ſeruanda. l.in con-
ditionibus primum locum.ff.de con
ditionibus,& demonſtrationibus.au
thentico de nuptijs. §.diſponat, col
latione.4. Quæ omnia ſunt notan-
da in fideicommiſsis legatis, & alijs
vocationibus,maximè in fundatio-
nibus capellaniarum,in quibus fun-
dationibus vocantur conſanguinei
propinquiores, & ſemper ſolet de
hoc dubitari.

9 Sed vlteriùs,pro complemento hu
ius quæſtionis referam difficultatem
quandam,quæ nuper coram grauiſsi
mis iudicibus domini Archiepiſco-
pi Toletani,in eius conſilio contin-
git,circa gradus computationem,vt
teſtatoris proximior conſanguineus,
ex oppoſitoribus,ad capellaniam ad
mittatur,vtrum ſit facienda ſecundũ
regulam & computationem iuris ci
uilis,vel canonici:quia in computa-
tione graduum inter vtrumque ius,
eſt maximum diſcrimen,& differen-
tia,quoniam iure ciuili ſingulæ per-
10 ſonæ ſingulos gradus diſtingũt,& ſic
duo fratres ſunt in ſecundo gradu
conſanguinitatis. At verò,regulis iu
ris canonici inſpectis, duæ perſonæ
ſolum conſtituunt vnum gradum,
& ſic fratres ſunt in primo gradu. Et
rationem differentiæ aſsignat tx. in
c.ad ſedem.35.queſt.5.quia in legibus
ob nihil aliud ipſa graduum mentio
facta eſt,niſi vt hæreditas,vel ſucceſ-
11 ſio ab vna ad alteram perſonam in-
ter conſanguineos deferatur. At ve-
rò in canonibus,ob hoc progenies
computatur, vt apertè monſtretur
vſque ad quam generationem à con
ſanguineorum nuptijs ſit abſtinen-
dum. Ibi verò præſcribitur,vt hære-
ditas propinquis modo legitimo con
feratur. Hic verò,vt ritè & canoni-
cé inter fideles nuptiæ celebrentur.
Ita diſponitur in.d.c.ad ſedem,& in
12 l.3.tit.7.p.4.ibi,**grados de parenteſco ſe
cuentan en dos maneras: la vna es ſegun
fuero de los legos: la otra, ſegun eſtableci-
miento de la ſanta Igleſia,** & ibi, **ſegun
el fuero de los legos, los hijos fazen ſegun-
do grado de aquel que es llamado raiz,
quier ſean dos, o mas: e los ñetos fazẽ quar
to, e los viznetos ſexto. Pero ſegun los eſta
blecimientos de la ſanta Igleſia, los hijos
deſte tal ques dicho raiz, fazen el prime
ro grado, y los ñetos el ſegundo, e los vizñe
tos el tercero.** Quam differentiam in
ter vtrumque ius tradit gloſſa. in
verbo longe.in. §.hactenus,inſtit. de
gradibus cog. et Bart. in tractatu.de
diff. inter ius canonicum & ciuile,
num.96.& Antonius Chucus, lib.5.
inſtit. titulo de gradibus cognat. 13.
num.23.ex qua differentiæ ratione
inſurgit dubitatio,circa collationẽ
& prouiſionem cuiuſdam capellaniæ
oppidi de Valdemoro,fundatæ,à quo
dam Didaco de Canencia clerico:
quia ex probationibus conſtabat,
quòd vnus ex oppoſitoribus erat
propinquior conſanguineus funda-
toris,ſi computatio fieret ſecundum
iuris ciuilis regulas. At verò facta ca
nonica cõputatione,alter magis pro
pinquus reputabatur: quia vnus liti
gantium erat in primo cum quarto
gradu conſanguinitatis,alter verò in
13 tertio cum quarto. Vndé facta com-
putatione à remotiori gradu, vt in.c.
fi. de



fi.de conſanguinitate & affinitate,
vterque eſſet in quarto gradu con-
ſanguinitatis: facta verò de iure ciui
li,vnus eſt in ſeptimo gradu, alter in
quinto. Et ſic domini de conſilio du
bitarunt,(& meritó) qualitèr prædi-
cta computatio eſſet faciẽda, vt eſſet
locus prouiſioni prædictæ capella-
14 niæ. Et vt veritas præſentis dubita-
tionis & difficultatis appareat,pro v
traque parte,aliqua fundamẽta addu
cam. Et in primis videtur dicendum,
quod in prouiſione prædictæ capel-
laniæ,(& aliarũ) ſit facienda compu
tatio ciuilis, cùm in patronatibus.
Et capellanijs ad inſtar maioratus
ſuccedatur. vt tradit Padilla,in rubr.
C.de fideicommiſsis,num.8.& Sala-
zar,de vſu & conſuetudine. cap. 12.
15 Rurſus facit pro hac ſententia, quia
computatio canonica ſolum opera-
tur effectum quoad matrimonia, vt
probatur in.d.c.ad ſedem,& in. d. l.
partitæ:& ſic in alijs diſpoſitionib'
ſeruanda eſt computatio iuris ciuilis,
16 quia quòd non mutatur,ſtare nõ pro
hibetur.l.præcipimus.C.de appella-
tionibus(cum vulgatis)& ſacri cano
nes non dedignantur leges imitare,
vt in.c.1.&.2.de noui operis nuncia
tione. Tertiò facit,quia in materia
17 retractus,etiam in terris eccleſiæ,ſi
duo conſanguinei concurrant ad re
trahendam rem patrimonij, ratione
conſanguinitatis, non eſt facienda
computatio canonica, ſed ciuilis,vt
tradit Tiraquellus, de retractu.§.1.
18 gloſſa.9.nume.23.& dicit communẽ
opinionem Ciſuentes,in.l.37.Tauri,
num.fi.& Gozadinus,conſ.19.per to
tum,Matienço,in.l.7.titul.11.gloſſ.5.
nu.7.lib.5.recopilat. vbi dicit, quod
computatio canonica duntaxat,quo
ad matrimonia procedit, & non in
reliquis diſpoſitionibus,& ſucceſsio
nibus:& hanc dicit communem opi
nionem Decius,in.c.2.num.3.de pro
bationibus,quam ſequitur Couarr.
in epit.de ſponſ.2.par.c.6.§.6.nume.
19 8.Greg.in.l.13.tit.13.p.6.& pro hac
opinione conſuluit Bart. conſ.224.
& alios refert & ſequitur Mieres,de
maioratu.lib.2.queſt.7.num.1.qui di
cit idem procedere in ſucceſsione
20 feudorum. Quartò facit,pro hac ſen
tentia,quia verba teſtamenti ſunt na
turaliter intelligenda,vt in. l.fi.C.de
his qui veniam ætatis impetrauerũt,
& computatio à iure ciuili induc-
ta,eſt propria & naturalis, quia pro-
cedit per gradus, vt tradit Corneus,
conſ.248.lib.1.& Socinus iunior,cõ
ſil.94.num.16.lib.1.& Tiraquellus,ſu
pra,num.23. Et ſic teſtator, vocando
cõſanguineos propinquiores ad pro
uiſionem capellaniæ,cenſetur diſpo
nere ſecundum computationem ci-
uilem, vt colligitur ex traditis per
Oliuerium, in tractatu. de gradibus
21 cognat.quæſt.22.nu.7. Quintò pro
hac ſententia facit, quia conſangui-
neus in noſtro caſu eſt duplici gradu
magis propinquus teſtatoris,compu
tando gradus iuris ciuilis, quam al-
ter qui computat gradus iuris cano
nici,& ſic eſt præferendus, cúm duo
vincula conſanguinitatis ſint potio
ra vno,tex. in authentica, itaque. C.
communia,de ſucceſsionibus, auth.
de hæredibus ab inteſtato venienti-
bus.§.ſi igitur defunctus nec deſcen
dentes,col.9.authen.de conſang. &
vter. verſ.quia veró.l.6.tit.13.part.6.
& docet Iaſſ.in.l.admonendi,in.1.le-
ctura,num.36. de iureiurando.& Ioã
22 nes Bota,conſ,14. vbi conſuluit pro
quodam fratre ex vtroque parente
coniuncto, contra alterum vterinũ
tantum,& in conſ.27.nu.105.& An-
tonius Gomez.1.thom. variarum.c.
10.num.31.Iaſſ.in. l.reconiuncti, nu.
19.cum ſequentibus.ff.de legat.3.&
Mieres,ſupra,nume.4.& Angulo,de
meliorationibus, in.l.11.gloſſ.5. nu.
23 nume.6. &. 16.& Gozadinus,ſupra,
nu.9.vbi dicit,quod ſi plures exiſtãt

in eodem gradu,quòd ille præfertur,
qui duplici iure vocatur,& quod cõ
putatio ciuilis,& non canonica ſit fa
cienda,etiam in terris eccleſiæ.Idem
que tenent doctores,in.l.fi.C.de edi
cto diui Adriani tollendo, vbi Bal
24 dus,num.7.(notabilitèr)dicit, quòd
ſi ſtatuto caueatur, quòd non eliga-
tur rector ciuitatis, ſi in ea habeat
propinquum,vel affinem, intra talẽ
gradum,vel quod nullus eligat offi-
cialem ſibi coniunctũ vſque ad quar
tum gradum,quòd illa gradus com-
putatio eſt intelligenda de computa
tione ciuili,& non canonica, aſsig-
nans rationem, quia cõputatio á ca
nonibus introducta,procedit in ca-
ſu ſpeciali matrimonij, ſecus veró
quoad reliquas diſpoſitiones & ſuc
ceſsiones: quia tunc regulæ ſtan-
25 dum eſt,& iuri generali.l.qui accuſa
re.ff.de accuſationibus. l. cum præ-
tor,cum vulgatis.)ff.de iudicijs.
Sed his non obſtantibus,contrariũ
26 fuit iudicatum per dominos de Cõ
ſilio,pro quodam clerico Paulo Ser-
rano,me patrocinante eius cauſam,
ſimul cum doctiſsimo doctore Gar-
ſia de Herrera,& Contreras, noſtro
conciue & aduocato, ex ea ratione,
quia in beneficialibus, & capellanijs
collatiuis,non datur ſucceſsio, nec
27 poteſt dici(congruèloquendo)quòd
illę deferantur iure hæreditario,vel
ſucceſsionis,vt probat tx.(ad hoc ſa
tis ſingularis & vnicus)in.c.apoſto-
lica.8.quæſtione.1.& in foro eccle-
ſiaſtico non ſunt ſeruandæ regulæ&
28 deciſiones iuris ciuilis,quando ad in
uicem ſunt contrariæ,in contracti-
bus verò, actibusque in differenti-
bus,quęlibet computatio inprop rio
29 foro ſeruanda eſt, vt docet Ioannes
Andreas,in additionibus ad Specul.
titulo,de ſucceſsionibusab inteſtato
§.1.in fi. quem ſequitur Couarru.in
4.in.2.part.c.6.num.8.quod quidem
à fortiori in beneficialibus locũ ob-
tinet & ſic in foro eccleſiaſtico, in
prouiſione rerum ſpiritualium,com
putatio canonica ſeruanda eſt, & nõ
Cęſarea,quia aliàs abſurdum ſeque-
retur,quód inter perſonas eccleſiaſ-
30 ticas, & iuriſdictioni eccleſiaſticæ
ſubiectas,magis ius ciuile quam ca-
nonicum ſeruandum eſſet,cùm po-
tiùs in vtroque foro indubijs ius Põ
tificium ſeruandum ſit, cùm magis
iuri diuino inhæreat & vbique loco
rum vigeat(cúm ſub lege diuina ſint
omnes populi & nationes) vt tradit
Montaluus,in.l.4.tit.5.lib.1. fori, in
1 gloſſ.verb.*acuerde,* quem ſequitur
Palacius Rubeus,in repetitione, ru-
bricæ,de donationibus inter virum,
& vxorem,in introductione, nu.16.
& Didacus Perez,in.l.1.ordinamen-
ti,quæſtione.3.prohęmiali.Quę qui
dem opinio, etſi in alijs diſpoſitio-
nibus & ſucceſsionibus haberet ali-
quam difficultatem,ex fundamentis
& deciſionibus ſupra relatis, tamen
in noſtro caſu,cùm cauſa merè bene
ficialis ſit,& fundator capellaniæ cle
ricus in ſacris conſtitutus, videtur
potius ſecundum iuris canonici re-
gulas quam ciuilis diſponere, vt in.
c.cum eſſes,vbi Couarr.& doctores,
32 de teſtamentis:maximè, quia in his
quę pertinent ad deciſionem cauſa-
rum,leges & conſtitutiones iudicio
rum,magis quam contractus ſeruari
debemus,vt docet Baldus, in.l. 2. C.
quæmadmodum teſtamenta aperian
tur,quem & alios ſequitur Antoni
Gomez,in.l.64.Tauri.num.8. & Di
dacus Perez,in.l.1.tit.1.lib.3.ordina-
men.colu.731.quidicit ſic obtinuiſſe
quod tenementi, quia quotidianum
eſt,& alibi nõ reperies.& fundaméta
pro contraria parte adducta proce-
dunt de iure ciuili,inter perſonas ſæ
culares,& in rebus ſęcularibus,& in
ſtatutis(quæ eſt pars iuris ciuilis)vt
dicit Baldus in dict. l. finali nume-
ro.7.

Quæſt



## QVAESTIO. 399.

*Vtrum verbum, promiſit, intelligatur de pacto nudo. Communis contra communem, & quid iure regio.*

DIximus ſupra in quæſtione 114.quòd verbum, cõuenit, poſitum in ſcripturis,importat ſtipulationem, vel pactum nudũ. Nunc autem dubium eſt, an idem operetur verbum, promiſit. Et quod intelligatur de ſtipulatione & nõ de pacto nudo, probat text.(ſecundum aliquos)in.§.ſi ita ſcriptum,inſtit.de inutilibus ſtipulat, vt tenet Bart.in l.lecta.nume.12.ff. ſi certum petatur vbi Iaſſo.numero.5.aſſerit ita omnes tenere.

Sed contrariam opinionem( imó quòd verbum promiſit, ſignificet,& importet pactũ nudum)videtur probari ex tex.in.l.ſciendum.§. dictum. ff.de edilictio edicto,& hanc opinionem eſſe communem aſſerit Franciſcus Curtius,in rub.de pactis,num.17 Hodiè autem, ex.l.2. tit. 16.lib.5.recop.*como quiera que vno ſe quiſo obligar queda obligado,*,vt ſunt verba illius legis.

## *SVMMARIVM.*

1 *SPeculatoris eſt maxima in ſcholis & palacijs authoritas.*
2 *§.ſui autem, inſtit.de ſatisdationibus,expenditur pro hac ſententia.*
3 *Lex.3.tit.2.lib. 4. recopilationis, requirit mandatum in ſcriptis.*
4 *Stylum iudiciorum huius regni,non admittit quod mandatum probetur per teſtes.*
5 *Tabellionis fides,quod apud ſe habet mandatum,non ſufficit de iure,ſecus eſt de conſuetudine.*
6 *Mundatum non præſumitur ex diuturnitate temporis,& ſunt duæ communes opiniones contrariæ.*
7 *Reuocatio procuratoris poteſt probari per teſtes.*
8 *Azo. fuit fons vberrimus legum.*
9 *Mandatum ad exigendum,non poteſt probari per teſtes.*

## QVAESTIO. 400.

*Vtrum mandatum procuratoris poſsit teſtibus comprobari, Communis contra communem, & quid iure regio.*

DVbium eſt in iure,an mandatum procuratoris poſsit teſtibus comprobari: in qua quæſtione ſunt octo principales opiniones,& breuitér reſoluẽdo,Specu
1 lator(cuius quanta ſit authoritas in ſcholis & in palacijs nemo ambigit) proponens hanc difficilem quæſtionem in tit. de procuratoribus.§. ratione autem formę verſ.porrò, modò ait,modó negat,& tandem in reſolutione quæſtionis non audet firmare pedes:gloſſ.autem, verb. præſcripſerit,in.l.maritus.C.de procuratoribus,dicitur voluiſſe tale mandatum non poſſe per teſtes probari,& ita illam expendit Bart.in.l.1.nume. 11.C.de procuratoribus,& ſequitur iſtam opinionem Iacobus de Rabena,& Petrus,in.d.l. 1. vbi Salicetus, num.11.& eam tenent ibi Fulgoſius, & Palus,num.7.qui aſſerit hanc opinionẽ Petri,maiori rationi,& æquitati fundari,& Zinus,ibi,ante hos videtur fuiſſe eiuſdem opinionis, quã ſequitur ibi Bald.num.9.& illam ſeruat

uat conſuetudo iudiciorum , ſecun-
dum Ioannem Andream,ad Speculũ,
vbi ſupra,& hanc tenet Bertrandus
(doctor antiquus)proût eum retulit
Cardinalis, in clemen.1. numer.9.de
procuratoribus, & pro ea videtur
2 tex.in.§.ſin autem,inſtit. de ſatisda-
tionibus,ibi ,* *ſi non mandatum actis*
*inſinuatum eſt*,*& ita tenent ibi Iaco
bus de Nau. & Faber, eum ſequu-
tus,num.10.aſſerenshanc opinioné
ſequi per omnes doctores nouiores,
in.l.1.C.de procuratoribus, & ſic in
3 nuit eſſe communem , quæ videtur
hodiè approbata ex.l.3. tit.2.lib.4.re
cop.vbi eſt neceſſarium,quod in iu-
dicium præſentetur ſufficiens man-
datum,& ſic non ſufficiet probatio
per teſtes,& ita tradit Paz,in ſua pra
xi,in.4.anotatione,num.11. titul. de
procuratoribus:quod quidem con-
gruum videtur Gregorio,in.l.21.tit.
5.p.3 .verb.* *tal deuda*, * dicens,quod
4 ſtylus iudiciorum huius regni, non
admittit,quód mandatum probetur
per teſtes. Idem tenet Didac⁹ Perez,
in.l.1.tit.4.lib.3. ordinamenti,colu.
5 893.Neque etiam ſufficiet, quod ta-
bellio dicat , quod talis procurator
habet apud ſe mandatum , vt tradit
Alexan.conſ.6.num.8.lib.4.& Aui-
les,in.cc.pp.c.15.num.23.& ſequitur
Queſſada,in ſuis quæſtionibus.c.31.
num.10.Sed contrarium in hac ciui
tate Toleti ſeruatur de ſtylo iudicio
rũ, quia fides tabellionis reputatur
pro ſufficiẽti mandato: quod neque
iuridicum,neque rationi congruum
mihi viſum eſt,& in tantum proce-
dit hęc ſententia,& opinio principa
lis,quod etiam ex diuturnitate tem-
poris non eſt præſumendum manda
6 tum præceſiſſe (etiam per mille an-
nos)vt ſcribit Baldus,num.2.l.1.C ſi
ex falſis inſtrumentis,& deciſio Pe-
demontana.345.num.7.& Hippoly-
tus,ſingulari.323.numer. 2. Ruynus,
conſ.28.vol.4.Paulus Pariſius,conſ.
36.volum.4.& plures refert & ſequi
tur Menchaca,lib.2.controuerſiarũ
illuſtrium.c.62.num.7.& vſufrequẽ
tium,lib.2.c.16.num.11.& dicit cõ-
munem Lofredus,conſ.20.numer.8.
& magis communem appellat An-
tonius Gabriel,lib.2. communium,
tit.de procuratoribus, concluſione.
1.vbi etiam refert duas communes
in hoc articulo ſecundũ Marianũ So
cinum iuniorem,conſ. 56. volum.1.
& tradit Bernardus Diaz,regul.609.
&.451.vbi plures refert Salzedo,pro
vtraque parte,tradens.13. limitatio-
nes.& etiam refert duas communes
Gracian.reg.144.nume.24.vbi alios
allegat. & vide text.in.l.15. tit.5.p.3.
& plures refert Auendañus,in.l.42.
Tauri,gloſſ.2.numer.7.vbi reſoluit,
quod ex tranſcurſu.30.annorumprę
ſumitur mandatum,& reliquę ſolem
nitates extrinſicæ,Mieres,de maiora
tu.1.p.quæſt.45.Molina,lib.2.c.6.nu
mero.73.Aymon,conſ.317.numer.2.

Sed contrariam opinioné in quæ-
ſtione principali(imó quod manda-
tum poſsit per teſtes probari) & ve-
rior,& magis communis opinio vi-
detur , pro qua eſt tex. in.c.ex inſi-
nuatione,de procuratoribus,vbi re-
7 uocatio procuratoris poteſt fieri per
teſtes:ergo etiam conſtitutio,& pro
batio conſtitutionis maximè cùm&
per nuncium etiam procurator con
ſtitui poteſt,vt in.l.1.ff.de procurato
ribus,&tradit Padilla,in.l.tranſactio
nis placitum,num.28.C. de tranſac-
tionibus,& Greg.in.d.l.21.tit.5. p.3.
gloſſ.1.& ita hanc opinionem tenet
primus omniũ Azo.(ille fons vberri
8 mus legum)in ſumma,tit. de procu-
ratoribus,num.23.idem(& magis ex
profeſſo)in ſumma. C. de mandatis
Principum,nu.2.& hanc tenet gloſ.
verb.præſcripſerit,ſupra,quã in hoc
expendunt Bart.Baldus, & Fulgoſi⁹,
& Salicetus,in.4.opoſitione,tametſi
dictam gloſſam malè expẽderit Bart.
ſupra



ſupra,& cũ hac opinione tenet gloſ.
iuris canonici,in.c.1.verb.portioni-
bus,de procuratoribus, vbi gloſſã ſe
quuntur omnes canoniſtæ , & Abb.
(qui cęteris hoc diligentiùs exami-
nat),nu.5.aſſerit,quòd doctores ſim
pliciter tranſeunt cùm gloſſ.idem te
net Guillermus de Cuneo,in.l.ſi pro
curatorem.ff de procuratoribus, Zi
nus,in.l.1.quæſtione.6.in additione
ſua,de procuratoribus, vbi idem te-
net Bart.num.11.& ibi Angelus,pro
pe finem,& eſſe communem opinio
nem aſſerit ibi Alexand. & Aretin⁹,
& dicit etiam communem Iaſſ. ibi,
num,7.ex quibus Albericus, num.8.
hanc etiam aſſerit communem,& in
iudicijs ſeruari,& hanc tenent Bart.
&Angelus.vterque,num.4.in.l.non
ſolum.§.qui alieno.ff.de procurato-
ribus Villalobos, lib. communium,
litera.P.num.493.vbi dicit commu-
munem cum Iaſſ.in.l.ſi cautio,num.
7.de procuratoribus, & Menchaca,
lib.2.de ſucceſsionum progreſſu.c.
16.num.6.vbi adducit ſex limitatio
tiones,& Laudenſis,in clem 1.depro
curatoribus,vbi Ioannes de Liniano
aſſerit hanc eſſe tenendam , attento
iuris rigore , quam etiam approbat
ibi Cardinalis,num.9.& teſtatur cõ
munem Decius , in. l. pactum, quod
bona fide,col.2.C.de pactis,& Cate-
lianus Cota,verb.mandatum.2.& ſe
quitur Angelus,in.d.§.ſin autem,nu.
5.inſtit.de ſatisdationibus, & nouiſ-
ſimé( his non citatis) hanc ſequitur
Maſcardus,volum.2.de probationi-
bus,concluſione.1011.nu. 1. vbi ( cũ
alijs)reſoluit communem , limitans
ſex modis,quarum principalior imi
6 tatio eſt in mandato ad exigendam
& recipiendam ſolutionem,quia de
tali mandato debet conſtare per in-
ſtrumentum , & non ſufficiet pro-
batio per teſtes,vt tradit Baldus , in
l.falſus. C. de furtis , & Cremenſis.
ſingulari,138. & Boerius, deciſione
281.in noſtris veró regnis,non eſt re.
cedendum à prima opinione quæſtio
nis principalis,licèt hæc ſecunda ſit
magis communis,& recepta de iure
communi,vt docet Mẽchaca.ſupra.

## SVMMARIVM.

1 *DE conſuetudine. dies termini non com putatur in termino.*
2 *Dies oppoſitionis vltimus,non computatur inter decem dies oppoſitionis.*
3 *Contraria opinio ex voto multorum refertur.*
4 *Lex.70.Tauri,expenditur pro hac ſententia.*
5 *Dies termini non computatur in termino, in criminalibus,pænalibus,& odioſis , ſecus in fauorabilibus.*
6 *Tempus in fauorabilibus currit de momento ad momentum.*
7 *De iure regio dies termini non computatur in termino,niſi in caſibus à iure expreſsis.*

## QVAESTIO. 401.

### *Vtrum dies termini computetur in termino. Communis contra communem.*

AN dies termini computetur
in termino , dubium eſſe ſo-
let , apud exercitatiſsimos
vtriuſque iuris pręceptores non le-
ue, & videtur ſanè in hoc caſu du-
bio, de quo doctores digladiuntur,
diem termini, in ipſo termino non
computari.argumen.tex.in.l. cũ qui
chalẽdis.ff.de verborum,& hanc opi
nionem,tenet gloſſ.in.l.vbi lex.ff.de
regulis iuris , & eſt alia gloſſa, iuris
canonici,in.c.quiſquis,verb.ex ęa.4
quęſtione.5. & hanc opinioné tenet
Bart.

Bart.(poſt antiquos)in.l.1.numer.1. verſ.quęro tamen.ff.ſi quis cautionibus,vbi Iaſſo.numero 20.aſſerit eſſe
1 communem opinionem, & ſeruari ex more iudiciorum,teſtatur ibi Albericus,num.5.& Bald.in.l. fin.§.ſin autem,num.6.C. de appellationibus, teſtatur, quòd de conſuetudine dies termini non computatur in termino,& hanc eſſe magis communem opinionem affirmat Decius,in.c.ſuper eo,el.2.nu.17.de appellationibus, & pro hac parte facit in reg.91.Socinus, vbi dupliciter limitat, & pro hac ſētētia expendit Angelus.gloſſā fi.in.l. Gallus,num.5.ff. de liberis &
2 poſthumis, vbi doctores, & in hac quęſtione duas communes opiniones refert Didac.Perez,in l.1 lib.3.ordinamen.colum.827. quæſtione.26. & hęc opinio ſeruatur de conſuetudine,ſecundum Azeued.in.l.1.tit.4. lib.4.recop.num.34.& in.l.9.tit. 11. num.7.lib.5.recop.Ex qua opinione infero,quod vltimus dies oppoſitionis, quæ datur reo executato ad oponendas ſuas exceptiones, non debet computari in ipſo termino decem dierum.Ita Rubeus,in.l.64.Tauri,num.2.& Caſtillo ibi, num.82.

3 Sèd cōtrariam opinionem in quæſtione principali(imò quod dies termini debeat in termino computari) dicitur ſentire gloſſ.fin. in.d.l. Gallus,in principio,vbi eam ad hoc expendunt Albericus,num. 11. & ante ipſum Iacobus de Arena, ibi, item Bald.& Alexand.& Iaſſ.ibi,num.65. & illud tenet expreſſè gloſſa,in cap. anteriorum,verb.dierum.2.quæſtione.6.vbi eam approbat expreſſè Ioānes de Funtuſis, & Archidiaconus col.1.&tandem hāc eſſe communem opinionem aſſerit Corneus, conſil. 279.colum.2.verſ. quidquid autem, volum.4.& dicit etiam communem Aretinus,in.d.l.Gallus,in principio nume.4. & hanc aſſerit communem Gomecius,in.c.cum in multis,num. 56.de conſtitutionibus lib.6.& plura ſcripſit diligentiſsimè pro hac parte Tiraquellus, de retractu Lignagier. §.1.gloſſ.4.num.9.& de retractu municipali.§.1.gloſſ 11.nume. 17.cū ſequentibus,vbi de communi cōtraria non aduertit, tametſi priorē opinionem ſe potius ſequi profiteretur, num.22.& hanc communem contrariam tradit Dueñas,regul.196.&.197 & Villalobos,in ſuo ærario communium,litera.T.num.20. qui facit diſtinctionem,quód prima opinio procedit in caſu dubio,in caſu verò clara hæc ſecunda, veluti,in.l.70. Tauri,vbi Caſtillo,& Matienço. in.l. 7.
4 tit.11.lib 5.recop.gloſſ.6. numero.5. Et ex doctrina omnium adduco concluſionem,quod in criminalibus, & odioſis,in quibus ponitur aliqua pę-
5 na, certo die exequenda(vt in pragmatica)*de los trajes cuellos y pútas y almidon y coches,*& reliqua,non procedat illius deciſio, niſi tranſacto vltimo die termini:neque tēpus in hoc caſu eſt conſiderandum de momēto
6 ad momentum,cùm illud ſolū procedat in fauorabilibus,vt in caſu libertatis,lex,tēr enixa. ff. de verborum ſignificatione,lex,Arethuſa.ff.de ſtatu hominum, & tradit Tiraquellus, ſupra,& etiam ceſſante fauore ſemper in dubio eſt ſequenda prima opinio,quam dicit magis communem Didac.Perez,in.d.l.1.tit.2.lib.3.ord. col.828.& dicit nouiſsimè Parladorius,lib. 2. rerum quotidianarum.5, p.c.fi.§.10.num.4.quòd hęc opinio quod dies termini non computetur in ipſo termino,moribus præualuit, & ſic eſt tenēda, & ab ea nō eſt recedēdū in iudicādo &cōſulēdo,licét de hoc pæniteat iudicib⁹in cauſis denūciationum , exercentibus iudicium in propria cauſa,& ſic non ſolum cupiunt condemnare reum in vltimo die termini, verum in ipſo termino,
vt



vt iam ſępius vidi (tanta enim eſt illorum cupiditas, & inſatiabilis ditandi voluntas) à qua opinione non eſt recedendum in iudicando & conſulendo, vt docet Flaminius,de reſignatione beneficiorum.2.part.lib.12. quæſtione.8.vbi refert duas communes,pluresquè doctores pro hac opinione, & illam noſtram ſententiam
7 ſequitur Gracian.reg.133.qui per argumentum ab ſpeciali illud innuit probare ex.l.1.tit.18.lib.4. recopilationis, ibi,*deſde el dia que fuere dada la ſentencia,*& in.l.70.& in.l.64. ibi, *deſde el dia de el remate,* & ſic in contrariū eſt regula.lex, nā quod liquidè.§ fi.ff.de penu legata, quòd latiùs declarat Matienço,in.l.9.tit.11.gloſ. 3.lib.5.recop.vbi Azeued.numer. 7. & in l.7.num.61.& Gutierrez,lib.2. pp.quæſt.154. vbi latè proſequitur noſtram quæſtionem.

## QVAESTIO. 402.

*Vtrum Dominus recipiens penſiones decurſas ab emphyteota poſsit petere, quod res incidit in commiſſum. Communis contra communem.*

EMphyteotam ceſſantem, à ſolutione canonis per bienniū, poſſe à poſſeſsione deijci, omnes fatentur, ex text.in.c.potuit,de locato.Sed ſi domin⁹ recipiat pēſionē omniū annorū(quib⁹ ceſſatū eſt) an in pęnam commiſsi, deijcere poſſit emphyteotam, dubium eſt, in quo Bart.ex ſententia Iacobi, quem ipſe refert in.l.2.num.8.C.de iure emphytheotico, elegantèr diſtinguit, cuius diſtinctionem eſſe communem aſſerit ibi Salicetus,num.14 in fin. verū Bart.doctrinam eſſe communiter reprobatam,ſaltim in duobus vltimis mēbris,& in alio de iure periculoſam affirmat ibi Iaſſ.num.124.in qua quęſtione vera reſolutio eſt, quòd vtens pęna commiſsi; non poteſt petere penſiones præteritas,text.in.l.3.§.Labeo.ff.de doli mali,& metus exceptione,authentico,de alienatione emphyteoſis §.ſi veró ſi quis, collat. 9. quem text. declarat Burgos de Paz, conſ.23.num.10.qui pro hac opinione conſuluit,referens plures doctores. At verò in caſu èconuerſo, recipiens penſionem videtur remittere pęnam commiſsi, vt latè declarat Sarmiento,lib.3.ſelectarum.c.6. à num. 5.cum ſequentibus. vnum tamen ſingulariter eſt aduertendum, quod ſi emphyteota ignorauerit rem eſſe emphyteoticā, quia ſucceſsit in iure alterius,tunc etiam ſi non ſoluat in termino præfixo,non cadet à iure ſuo,imó reſtitutio illi dabitur, ex clauſula generali. Ita gloſſ. in.d.l.2. de iure emphyteotico,quam ſequuntur communitér doctores, vt ait Decius, conſ.58 Imola,in.d.c.potuit,numero.56.& ſuper hoc in practica nulla ſolet oriri difficultas,vt tradit Iulius Clarus,lib.4.receptarum ſententiarum. § emphyteoſis, quęſtione.8. num.9.à qua opinione recedendum non eſt in iudicando & conſulendo, & ita quotidiè practicatur.

## QVAESTIO. 403.

*Vtrum iudex ſæcularis poſsit cognoſcere de cauſa eccleſiaſtica quæ incidenter in iudicio apud eum agitur. Communis contra communem.*

CErtant iuris interpretes, (& adhuc ſub iudice lis eſt) an ſi quæſtio ſpiritualis, vel eccleſiaſtica

ſiaſtica incidat in iudicio ſæculari, ita quod ſine eius examine principalis cauſa expediri non poſsit, poſsit iudex ſęcularis illam expedire. Et in hac quæſtione Bart. elegantér diſtinguit in l. 2. colum. 2. ff. de iuriſdictio-
1 ne omnium iudicum, inter quæſtionem facti, & quęſtionem iuris, vt ſi quæſtio iuris ſit, putá, an matrimonium inter tales contrahi potuerit, vel an talis contractus ſit vſurarius, vel an permutatio fuerit ſimoniaca, non poſsit ſæcularis (etiam incidentèr) de illa cognoſcere, ſi veró quæſ-
2 tio ſit facti, putá ſi dubitetur ſi matrimonium interuenerit, vel an pactũ vſurariũ ſit interpoſitum tũc poſsit de illa ſęcularis cognoſcere. Cuius diſtinctionem aſſerit ibi communẽ Curtius, num. 48. & pro hac ſententia facit tex. in c. poſt miſerabilem,
3 (quem ad hoc expendũt ibi Abb. & Anania) de vſuris, & ante Bart. tenuit hanc opinionem (quæ vera, & communior videtur) Paulus de Leaz, in clementina 1. de vſuris, & Federicus de Senis. conſ. 245. & ante Federicũ Archidiaconus, in c. benè quidem, num. 8. diſtinctione. 96. & ante Archidiaconum Iacobus Butricarius, in l. cum allegas. C. de vſuris, & ante Butricarium Gofredus, in c. tuam, per illum tex. de ordine iudiciorum, & hanc opinionem ſequitur etiam Bart. in l. Titia, verſ. ſed dubitatur. ff. ſoluto matrimonio, vbi Romanus, & Alexan. num. 7. teſtãtur hanc communem, & tenet etiam Bart. in l. omni nouatione, verſ. ego dico ſic, vbi Paulus, num. 2. C. de ſacroſanctis eccleſ. idem Bart. in l. quoties, colum. 1 C. de iudicijs, vbi Alexand. nume. 4. Iaſſ. num. 6. aſſerunt hanc eſſe communem. Et illam ſeruari de conſuetudine aſſerit Bald. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & tenet Bald. in authentica, ei qui iurat, num. 41. C. de bonis authoritate iud, poſſid. Et hanc opinionem ſequitur Antonius, in c. quanto, vbi etiam Felinus, num. 5. de iudicijs, Ancharranus, in c. ea quæ, quæſtione. 5. de reg iuris in 6. Felinus, in c. cauſam quæ, num. 15. de præſcriptionibus, & hác eſſe communem teſtatur (nõ ſemel) Abb. in c. cum ſit generale, nume. 17. de foro competenti, & ibi eã ſequuntur Marianus, col. 6. Felinus, colum. 3. verſ. ex quibus colligi, idem tenet Felinus, in c. fin. columna penultima de exceptionibus, & hanc eſſe communem aſſerit Decius, in c. decernimus, num. 2. verſ. 40. fallit, de iudicijs & ibi eam defendit Ripa, num. 17. & hanc eſſe communem aſſerit Sebaſtianus Sapia Zaſij ribalis ad Abbatem, in d. c. tuam, numero. 10. & dicit etiam communem Alciatus, in c. 1. num. 77. de officio ordinarij, & aſſerit communem Ripa, lib. 2. reſponſorum. c. 35. num. 52. & dicit etiam communem Couarr. in 4. Decret. 2. part. c. 3. §. 12. num. 5. & dicit étiam cómunem Angelus de Clauaſio, in ſumma verb. iudicare. §. 9. & hanc eſſe cómunẽ aſſerit Syluester, in ſumma, verb. iudex, quæſt. 6. col. 2. Mieres de maioratu. 3. p. quæſt. 15. num. 19.

Sed contrariam opinionem (imò ꝙ ſiué ſit quæſtio facti, vel iuris, iudex ſęcularis ſit incapax ad cognoſcendum de cauſa eccleſiaſtica) tenet gloſſ. verb. vſuris in clementina diſpendioſam, de iudicijs, & cõtra Bart. hanc opinionem tenet Imola, in d. c. cum ſit generale, (& ita ſeruari de conſuetudine contra eum, dicit ibi Antonius) de foro competenti, & Guido Papæ, quæſtione. 71. & 85. vbi dicit, quod ſic incurijs ſeruatur, & Boerius, deciſ. 2. num. 38. & 69. nu. 33. Grammaticus, deciſ. 78. Rolandus conſ. 23. vol. 2. Menochius, de recuperanda poſſeſſ. remedio. 15. numer. 11. Afflictis, deciſ. 24. Guillermus Benedictus, in c. Rainuntius, verb. & vxorem,



rem, nũ. 39. de teſtamẽtis. Et nos diximus in quęſtione. 504. vbi habes reſolutionem. Et ſequuntur hanc opinionem Fulgoſius, in d. l. 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, Imola, & Romanus, in d. l. Titia. ff. ſoluto matrimonio, Baldus, & Fulgoſius, in d. l. quoties. C. de iudicijs, & notat Iaſſ. colum. 2. idem Baldus, & Fulgoſius, in d. l. omni nouatione. C. de ſacroſanctis eccleſijs, vbi exprofeſſo hanc aſſerit communẽ, contra Bart.
3 Aretinus, col. 2. & ita hodiè eſt intelligendus tex. in l. nullum. C. de teſtibus, ſecundum legem fi. tit. 16. par. 3. vbi notat Gregor. verb. *que an poder*, & vide Matthæum de Afflictis, deciſ. 230 qui aſsignat tres intellectus ad d. l. nullũ, & Couarr. pp. quęſt. c. 18. num. 6.

## SVMMARIVM.

1 *Miles non poteſt eſſe procurator.*
2 *Clericus non poteſt eſſe procurator.*
3 *Clericus non poteſt eſſe tabellio.*
4 *Actus factus contra legis prohibitionem non valet.*
*Negatiua præcedens reddit actum ſequentem nullum.*

## QVAESTIO. 404.

*Vtrum geſta per monachũ executorem teſtamenti, ſint valida ſine licentia ſuperioris. Communis contra communem, & quid iure regio.*

Religioſum executorem teſtamenti diputari non poſſe, probat text. in c. religioſus, de teſtamentis lib. 6. & in clementina, exiui. §. verum, de verborum ſignificatione, & in clem. 1. de teſtamentis. Modó dubium eſt, an religioſus (ex alio quam minorum ordine) nõ obtenta licentia ſuperioris, ſi executoris munus aſſumpſerit, valeant geſta per eum. Et partem affirmatiuam, (dum nulla præceſſerit cõtradictio) tenet Federicus de Senis, conſ. 293. ad finem, & Romanus, conſ. 49. colum 2. & in ſingulari. 241. quos ſequitur Iaſſ. (poſt alios) in l. patre furioſo, numero. 13. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Decius, in l. in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de regulis iuris, Felinus, in c. 1. de iudicijs. Et hæc eſt communis opinio, ſecundum Deciũ,
1 conſ. 449. num. 12. & pro hac ſententia facit, quia licét miles non poſsit eſſe procurator, tamen ſi non repellatur valent per eum geſta. l. filius familias. §. veterani. ff. de procurat. l. 5. tit. 5. p. 3. & idem eſt in clerico, prout ibi concludit gloſſ. communiter recepta, verb. prætermiſſum, & ſequitur Abb. in c. noſtra, num. 8. de pro-
2 curat. Vlteriús facit, quia licèt clericus non poſsit eſſe tabellio, valent tamèn inſtrumenta per eum facta. Ita Ioan. Andr. Anton. & Abbas in c. ſicut, ne clerici vel monachi, Decius, in d. c. non eſt nouum, num. 5. Iaſſ. in l. patre furioſo, nume. 15. ff. de his qui ſunt ſui, & ita tenent doctores, ſecundum Decium, in d. c. 2. numer. 7. de iudicijs, quam opinionem ſequitur Greg. in l. 2. tit. 10 part. 6. verb. *frayles*, per illam legem, & eius rationem: & nos diximus in quæſtione. 88.

Sed pro contraria opinione (imò quód non valeant geſta per prædictum monachum executorem) fa-
3 cit, quia actus contra prohibitionem legis factus, regulariter non tenet. l. non dubium, vbi doctores. C. de legibus. Et ita non procedit argumentũ de milite exercente officiũ proc

procuratoris, quia in monachis eſt
ſtrictior prohibitio, vt in. d. c. in noſ
tra, & ibi notat Abbas. columna fin.
de procuratoribus. Et pro hac ſen-
tentia pódero textum, in. d. capit.
religioſus, ibi, **executor eſſe non po-
teſt,** quæ verba manifeſtè oſtendunt,
actum in contrarium factum eſſe
nullum, ſecundum gloſſam commu-
nitér receptam, in regula. 1. de regu-
lis iuris lib. 6. & in. l. nemo poteſt,
vbi Ioannes Gutierrez, numer. 145.
ff. delegatis. 1. & Couarru. in capit.
quamuis pactum. 2. part. §. 4. nume-
ro. 14. qui dicunt communem illius
gloſſę ſententiam, in. d. regul. 1. verb.
non pot. ſt, quam exornat Bernard.
Diaz, regul. 487. vbi etiã Salzedo, &
doctores, in. l. Gallus. ff. de liber. &
poſthum. Tiraquell. poſt leges con-
nubiales, gloſſ. 2. in principio, & ita
ab opinione Federici, receſsit Fran.
in. d. c. 2. in princip. & Decius, con-
ſil. 499. & quod magis eſt, hanc opi-
nionem dicit communem Sylueſter
in ſumma, verbo teſtamentum, el. 2.
§. 2. & duas cõmunes opiniones in
quæſtione propoſita refert Mencha,
ca, lib. 3. de ſucceſsionum creatione.
§. 21. num. 178. Quam opinionem la-
té proſequitur & declarat Dueñas,
reg. 381. num. 6. vbi refert plures do-
ctores pro vtraque parte, reſoluens
Baldi, opinioné eſſe receptiorem &
communiorem: quam nos ſequimur
in quæſtione. 88.

## QVAESTIO. 405.

### *Vtrum ſit contractus vſurarius emere pro parua quantitate magnos redditus. Communis contra communem.*

DVbium in iure eſſe ſolet, an
ſit contractus vſurarius, ſi
pro centum petat aliquis an-
nuum reddituum certum, in perpe-
tuum, vel ad vitam. Et quamuis ali-
tèr doctores ponant exemplum, in
idem reincidunt. Dicunt namquè,
an ſit licitum pro aliqua quantitate
pecuniæ, emere magnos redditus fũ-
di, vel dare monaſterio aliquam ſũ-
mã pecuniæ, vt alatur toto tempo-
re vitæ ſuæ, & poſteâ remaneat pe-
nes monaſterium. Et huiuſmodi con
tractum eſſe licitum, tenet Innocen-
ti⁹, in, c. in ciuitate, de vſuris, neq; eſ
ſe vſurarium, & ibi Abb. numero. 7.
dicit hanc eſſe communem opinio-
nem, idem tenet Paulus, Alex. & Iaſſ.
in. l. de fideicõmiſſo. C. de trãſactio
nibus, Zinus, Baldus, & Angelus, &
Salicetus, in. l. ſi ea pactione. C. de vſu
ris, & diſputat latiſsimé Boerius, de-
ciſione. 44. numero. 35. & hanc opi-
nionem eſſe communem, dixit Iaſſo.
(poſt Abbaté,) in. l. 1. numero. 63. C.
de ſumma Trinitate & fide Catho-
lica. vbi doctores.

Sed contrariam opinionem (imó
quod ſit diſtinguendum, vtrum poſ-
ſet viuerè præſumptiuè, qui dedit
pecuniam tantum temporis, quod
annuæ præſtationes aſcenderent vl
tra ſortem, & tùnc ſit vſura, aliàs nõ
ita dicit Bald. tenere doctores, in. l.
pater puellæ. C. de inoſſicioſo te-
ſtamento, & ibi remiſsiuè Iaſſo.
numero. 8. & hanc diſtinctionem
reperies dixiſſe communem Pau-
lus, in. l. item quia, numero. 6. ff.
de pactis, & Sylueſter, verb. vſura. 2.
§ 13. Sed opinio Innocentij, verior
videtur, ratione dubij euentus, ar-
gumento, text. in. l. de fideicommiſ-
ſo. C. de tranſactionibus. d. l. ſi pa-
ter puellæ. C. de inofficioſo teſta-
mento.





## *SVMMARIVM.*

*1 Iuramentum dicitur ſermo.*
*Mutus poteſt eſſe teſtis, & teſtis debet neceſſario iurare.*
*3 c. penultimo de iureiurando declaratur.*
*4 Verba ſunt neceſſaria in valentibus loqui, alias ſecus.*
*5 Matrimonium poteſt contrahi per ſigna abſque verbis, & etiam per procuratorem, quod non tollit Concilium Tridentinum, num. 6.*
*6 Solus conſenſus ſufficit ad matrimonium quomodocunque explicetur.*

## QVAESTIO. 406.

### *Vtrum in iuramẽto ſint neceſſaria verba ex parte iurantis. Communis contra communem.*

DVbium eſſe ſolet, vtrum in
iuramento ſint neceſſaria
verba ex parte iurantis: in
qua quæſtione tres reperio opinio-
nes, prima eſt, quod verba ſint neceſ
ſaria, quam tenet gloſſ. & Bart. in. l.
per iuſiurandum. ff. de acceptilatio-
nibus, quam tenent etiam Guiller-
mus, Bart. & Albericus, & Salicetus,
in. l. qui iuraſſet, in principio. ff. de
iureiurando, Romanus, & Paulus, in
l. 1. in principio. ff. de verborum, &
ibidem Bald. Albericus, Salicetus, &
Fulgoſius. Et pro hac ſententia ſolet
allegari tex. in authentico, de manda
tis principum. §. ſed nec, & in. c. etſi
1 Chriſtus, de iureiurando, dum dicit
iuramentum eſſe ſermonem, & gloſſ.
in ſumma. 22. quæſtione. 1. dum diffi
nit iuramentum, & eandem ſenten-
tiam tenet Paulus, in. l. item quia, nu
mero. 5. ff. de pactis, & dixit commu-
nem Fulgoſius, in. d. l. qui iuraſſet, &
quòd ita tenent omnes doctores, &
hanc dixit communem Crotus, in. d.
l. numero. 17. ff. de verborum vbi di-
xit etiam communem Iacobus de
Nigris, nume. 34. & hanc partem te-
net Albericus, in. l. iuriſgentium. §.
quinimo. ff. de pactis. Secunda opi-
nio fuit Zini, in authentica ſacra-
menta puberum, C. ſi aduerſus ven-
ditionem, & ſequitur Bal. in rubr. de
2 iureiurando, Abb. in rubrica, extra
eodem, ſcilicet, quod non ſint ne-
1 ceſſaria verba, ſed quòd ſufficiat ſola
declaratio, ſecũdum quam intelligi
tur iuratum. Et pro hac parte facit
vrgens fundamentum, quia teſtes de
bent neceſſario iurare, vt in. l. iuſiu-
2 randum. C. de teſtibus. Sed mutus
poteſt eſſe teſtis. vt dicit gloſſ. in. c.
teſtis 3. quæſtio. 9. & Speculator, in
tit. de teſtibus. §. nunc tractandum,
verſiculo quid de muto, & eſt com-
munis opinio, ſecundum Antonium
& Præpoſitum, in. c. cum apud, de
ſponſalibus, & dixit etiam commu-
nem Alciatus, in rubrica, de iureiu-
rando, numero. 21. & Tiraquellus
(contra morem ſuum) nihil alle-
gans, poſt. ll. connubiales, gloſſ. 5.
numero. 19. & dicunt communem
relati per Couarru. in. c. quauuis pa-
ctum in principio. 1. parte, numero.
4. de pactis in. 6. & dicit etiam com
munem Galliaula, in. l. 1. numero. 78.
de verborum, licèt contrarium vo-
luerit Faber, in. §. mutum, in fine,
inſtit. de inutilibus ſtipulationibus,
quem ipſe non allegat, Ergo ſi mu-
tus poteſt eſſe teſtis, & iurat ſine
verbis, conſequens erit, quod non
ſunt neceſſaria verba, quia iura-
tur nutu, ſigno, vel ſcriptura. Ita
Bald. in rubrica. ff. de iureiuran-
do Antonius, in dict. capit. cum
apud. Et pro hac parte facit text.
in capit. penultimo, de iureiurando,

inducendo,proùt ibi Antonius, &
Abb.inducunt, & hanc ſententiam
Abbatis, dixit communem Corſe-
tus, in rubrica, de iureiurando,quæ
ſtione.6.& Galiaula,in.d.l 1,ff.de ver
4 borum,numer.82. Tertia opinio eſt
diſtinguẽtium , vt in eo qui poteſt
loqui neceſſaria ſint verba, vt in ſi-
mili dicim⁹ in matrimonio, vt in.c.
cũ apud.de ſpon. Et hanc partẽ tenet
Aretinus,Paulus,& Alexand.in.l 1.
verſ.& an mutus.ff.de verborum,&
in.d.l.qui iuraſſet,vbi etiam Iaſſ. nu
mero. 11. Paulus, & Romanus, in.l.
idem. §. ſineque. ff. de iureiurando,
numero. 24. & pro hac communi
diſtinctione ſolet adduci præcipuè,
5 quòd in matrimonio, in valentibus
loqui ſunt verba neceſſaria, ſecùs in
non valentibus, proùt innuit gloſſ.
in.l.cum notiſsimi, in principio,C.
de præſcriptione.30.vel.40.annorũ,
gloſſ in.c.tuæ,de ſponſalibus, & te-
nent aliqui relati per Tiraquellum,
poſt.ll.connubiales,gloſſ.5. numero.
17.idem tenet Henricus, in.c. ſi ca-
ctor,verb.opera. 4. diſtinctione,&
eſt communis opinio,ſecundum Præ
poſitum,(per tx.ibi, in.d. c. tuæ, de
ſponſalibus.Sed hoc fundamentum
falſæ, & reprobatæ communi opi-
nioni innititur:nam contrariam ſen
tentiam, imò quòd in matrimonio
etiam in valentibus loqui, non ſint
neceſſaria verba, ſed ſufficere expri-
mere conſenſum per ſigna,dixit cõ-
munem Aretinus,conſ.13. & dicunt
communem, quam plurimi citati
per Couarr.in.4.decret.2 part.c. 4.
numer.1.& Syluester.verb.matrimo
nium,el.2.§.7.& plures refert Padi-
lla,in.l.& in epiſtola, numero. 13.C.
de fideicommiſſ.Paulus Pariſius,con
ſil.43.volum.4. Alex.conſ.54. vol.5.
Socinus,conſ.47.volumine. 2. Iaſſo.
conſilio.178.volumine.2.vltra quos
hanc dixit communẽ Barb. conſ 6.
volumine. 1. columna. 12. & dixit
etiam communem Purpuratus, in.l.
cum quid, numero.90. ff. ſi certum
petatur, & Cagnolus,in. l. nuptias,
num 7 ff.de regulis iuris, & Nauar.
in manuali.c.22.& in conſ.38. nume
ro.12.de ſponſalibus Antonius Ga-
ma deciſione.4.in.2.part.numero.6.
vbi aſsignat intellectũ ad.d, c. tuæ,
Ledeſma,de matrimonio.c.45.artic.
2.pag.15.in add.ſecundum Humadã,
in.l.2.tit.1.p.1.gloſſ.2.num. 20. Mo-
cius,de contractibus,tit.de matrimo
nio,columna.3.num.2. &.22. Greg.
in.l.5.tit.2.p.4.&(his non citatis) re
refert duas communes opiniones
Spino, in Speculo, teſtamentorum,
gloſſ.15.num.4.& Nauarr.in.d.con.
ſil.38.numer.8.in.quod procedit ho-
diè, etiam ſtante. c. 1. ſeſsione.24.
6 Concilij Tridentini,de reformatio-
ne,contra Padillam,ſupra, numero.
13.in fine qui dicit hoc ceſſare ex Cõ
cilio,cum in hoc nihil ſit in noua-
tum,& ille verba Concilij, *interro-
ges eos,* non ſunt de ſubſtantia ma-
trimonij, ſed ſolus conſenſus quo-
modocunque manifeſtatus c.ſuffi-
ciat.27.queſtione.2.c. gemma.c. cũ
locum, de ſpon. & ſic etiam hodie
per procuratorem poteſt contrahi,
vt tradit.fra.Manuel Rodriguez,in
ſua ſumma,de matrimonio, quæſtio-
ne.20.& Antonius Chucus, lib.5.
mai.de ſacramento mat.num.35.licèt
contrariũ( & malè) defendat Ledeſ-
ma, in ſummario ſacramentorum,dif
ficultate.13.

## QVAESTIO. 407.

*Vtrum in iuramento ſit neceſ-
ſarium tactus ſcripturæ Euan-
gelicæ. Communis con-
tra commu-
nem.*





IN iuramento non eſſe neceſſa-
rium tactum ſcripturæ euangeli
cæ,tenet Abb.in rub.de iure iur.
& eſt communis opinio, ſecundum
Alciatum ibi,num.29.in verſ. ſtat er
go communis.

Sed cõtrariam opinionem innuit
eſſe communem Alex.in.l.ſiquis ma
ior, in fin.C.de tranſactionibus, &
Couarr.in c.quanuis pactum.1.part.
§.1.in principio,de pactis lib.6.num.
1.Pro qua opinione ( quæ verior &
tenenda eſt)facit tex.in. c.etſi Chri-
ſtus,de iureiurando,vbi per illa ver-
ba,teſtis eſt mihi Deus, iuramentum
inducitur, acſi per ſacra Dei euange
lia iuratum eſſet.Et probat etiam tx.
in. c.rurſus,qui clerici vel vouentes
vbi conſtat, quod votum ſimplex
non diſtinguitur à ſolemni quoad
Deum,& quo ad veram voti obligá
tionem:& ſic,nec iuramentum præſ
titum tactis ſacroſanctis Euangelijs
à ſimplici iuramento diſtinguitur
quoad veram iuramenti religionem.
Idemque dici poſſum⁹ in homagio,
quód eſt certa iuramenti ſpecies, a-
pud Hiſpanos nobiles vſitata, vt in
l.4.tit.26.p.4.l.25.tit.16.p.3.

## SVMMARIVM.

1. *VSufructuarius tenetur præſtare cau-
tionem de vtendo & fruendo ſalua re
rum ſubſtantia.*
2. *Cautionem teſtator non poteſt remittere,
quando ſunt creditores hæreditarij.*
3. *In re ſua quilibet eſt moderator & arbi-
ter.*
4. *Vſufructuarius non facit fructus ſuos,
differens præſtare cautionem.*
5. *Cautioni iuratoriæ ſtandum non eſt, ſi de-
ficiat cautio cum hypotheca.*
6. *Pater vſufructuarius tenetur præſtare
cautionem de vtendo & fruendo.*
7. *Contraria opinio in quæſtione principali
proponitur.*
8. *L filio,ff. vt legatorũ nomine caueatur, in-
ducitur pro hac opinione.*
9. *Caſus de facto proponitur,in quo iſta opi-
nio fuit obſeruata.*
10. *Concordia opinionum traditur & appro-
batur.*
11. *Cautio ſufficiens,quæ dicatur.*

## QVAESTIO.408.

*Vtrum vſufructuarius, antea
quam præſtet cautionem de v-
tendo,& fruendo vſufructu, ſal
ua rerum ſubſtantia, faciat fru
ctus ſuos. Communis
contra commu
nem.*

VSufructuarium teneri præſta
re cautionem de vtendo &
fruendo,ſalua rerum ſubſtan
tia,probat tex.in.l.1.C.de vſufructu.
1 Quam cautionem teſtator non po-
teſt remittere,prout ibi notant doc-
tores,& eſt communis opinio,ſecun
dum Socinum,conſ.131.volum.1.nu.
14.& dicit etiam communem opi-
nionem Iaſſ.conſ.40.volum.1. & li-
cèt Baldus putet illum text. eſſe iam
correctũ,in authentica,cui relictum
C.de indicta viduitate tollenda: ta-
2 men communitèr tenetur contra-
rium,vt tradit Gualdenſis,de arte te
ſtandi,tit.8.cautela.1.& ita dicit ob-
ſeruari Guido Papæ,deciſione. 248.
& illam concluſionem dixit com-
munem Menchaca,de ſucceſsionum
creatione.§.7.numero.33.ad fi. Pine-
lus, in.l. 1. C.de bonis maternis.2.p.
num. 76. Gutierrez,in. l. nemo po-
teſt,numero. 276. vſque. 286. dele-
gatis.1. vbi limitat,quando deficiũt
credi

creditores hæreditarij,quia tunc nõ
3 eſt neceſſaria illa cautio de vtendo
& fruendo, imò teſtator poteſt tũc
illam remittere,cùm in re ſua quili-
bet ſit moderator & arbiter, quan-
do non agitur de præiuditio tertij
4 l.in re mandata.C.mandati. Qua ſic
retenta & pręmiſſa principali con-
cluſione,dubitant doctores, an vſu-
fructuarius faciat fruct⁹ ſuos,in caſu
in quo tenetur præſtare cautionem,
donec differt eam præſtare. Et par-
tem affirmatiuam tenet Azo. in.l.
vxori,verb.vxorem.ff.de vſufructu
legato,cuius opinio eſt communis,
ſecundum Albericum,in. l. fructus,
nu.12.ff.de rei vendicatione,Bart.in
d.l.3.§. vxori,& in.l.hac edictali.§.
his illud.C.de ſecundis nuptijs,ſub-
dens, quòd fideiuſſores debent eſſe
idonei,arbitrio boni viri.l. vſufru-
5 ctu, vbi gloſſ.C.de vſufructu.Quod
in tantum verum eſt, quòd ſi non
inueniatur cautio, non ſtabitur iu-
ratorię cautioni, ſed bona fideli ad-
miniſtratori tradentur, vt tradunt
doctores,in.d.l.vſufructu:idem do-
cet Boerius,deciſione.16.vbi ſubdit,
6 quòd licèt pater habeat vſufructum
in re donata, tenetur præſtare cau-
tionem de vtendo & fruendo, arbi-
trio boni viri:ita Bart.in. l. Titia.§.
Titia. ff. delegat. 2. & aliàs non fa-
ciet fructus ſuos, quam opinionem
tenet gloſſ.in.l.ſi homo.ff. de vſuca-
pionibus, cuius opinionem dixit
communem Socinus,conſ.131.volu-
mine.1.num.16.
7 Sed contrariam opinionem tenet
glo. in.d.l. vxori, verb. vxorem.ff.
de vſufructu legato,cuius opinio eſt
communis, ſecundum Albericum,
in.l.fructus,numero.12.ff. de reiven
dicatione,quam opinionem defen-
8 dit Rolandus(& pro ea adduxit ſex
fundamenta) in conſilio. 37. volu-
mine.2.numero. 8. pro qua inducit
tex.in.l.filio.ff.vt legatorum nomi-
ne caueatur,per quem text. pro hac
opinione vidi iudicatum,fauore con
fraternitatis ſancti Michaelis hu-
ius ciuitatis Toleti, in donatione
illis facta, à domino Andrea de Vi-
nueſa illius incola.in qua doctorum
9 varietate, tertia opinio doctorum
diſtinguentium eſt amplectenda:vi-
delicèt,quòd aut cautio fuit petita,
vel non.Primò caſu, vſufructuarius
facit fructus ſuos,cùm nõ ſit in mo
ra.In ſecũdò,veró caſu,quãdo mali-
cioſé diſtulit præſtare cautionem,
tunc procedat opinio gloſſæ.in.d.l.
10 vxori.Quę diſtinctio eſt communis,
ſecundum Abb. in.c.cum non con-
ſtet,numero.7.de pignoribus, & di-
cit etiam communem Sylueſter, in
ſua ſumma,verbo.vſus,el.2.§.6. Bal-
dus,in.l.1.numer.15. C.de vſufructu,
vbi latè diſtinguit,quæ opinio veriſ
ſima eſt,& tenenda in iudicando &
conſulendo,vt diximus in quæſtio-
11 ne.66.vbi explicauimus,quę cautio
dicatur ſufficiens. Et de iuratoria
cautione multa vtilia expendit Ca-
cialupus,in tractatu.de debitore ſuſ-
pecto,concluſione.11.& de hypothe
ca pro ſecuritate bonorum,Corne⁹,
conſ.167. volumine.4. Gozadinus,
conſ.95. & alios refert & ſequitur
Rolandus, ſupra, numero.24. Ma-
tienço,in.l.3.titul.1.gloſſ.2.numero
16.lib. 5.recopilationis, Pinelus, in
l. 1. C.de bonis maternis.2. par.nu-
mero.75.

## QVAESTIO. 409.

*Vtrum communis vſus loquendi in ſtatutis, præualeat proprietati uerborum. Communis contra commu nem.*





IN ſtatutis dubium eſt,an præua-
leat communis vſus loquendi
proprietati verborum.Et præua
lere tenet Bartol.in.l. Labeo.§. idem
Tu vero.ff.de ſupelectili legata,& ſe
quitur eum Iaſſ.(poſt alios)in.l.4. §.
prętor ait,numero.3.ff.de in ius vo-
cando,& explicat laté Abb. in pro-
hęmio Gregoriano, nume. 8. & eſt
communis opinio, ſecundum Iaſſo.
in rub.de noui operis nunciatione,
num.7.vbi etiam tenet illam Bartol.
hanc tamen communem opinionẽ
non procedere inſtatutis pęnalibus,
(in quibus non ſtatur communi vſui
loquendi,ſed proprietati verborum)
limitat alia cómunis opinio ſecũdũ
Alex.ad Bart.in,d.l. Labeo, num.4.
Sed contrariam ſententiam (imò
quod in omni materia, ſiuè cauſá fa-
uorabili,ſeu odioſa ciuili, ſeu crimi-
nali,communis vſus loquendi præfe
ratur proprietati verborum dixit cõ
munem Zacharias,ad Abb.in.c.non
nulli, in princip.nume.2.de reſcrip-
tis.Et plura in propoſito nouiſsimè
congeſsit Solis,in tractatu.de cenſi-
bus,in prohęmio.num.30. in fine.

## QVAESTIO. 410.

*Vtrum reſtitutio quæ maioribus conceditur, ſit fauorabilior quam illa quæ conceditur minoribus. Communis contra commu nem.*

REſtitutio,quæ maioribus cõ
ceditur eſt fauorabilior illa-
quę minoribus conceditur.
Ita tenet gloſſ.in.l.cum quidã,verb.
aberat.ff. de acquirenda hęreditate,
& declarat Alex.in.l.cum filium. §.
in hac.ff.de verborum,& eſt commu
nis opinio,ſecundum Iaſſo.in.d.l.cũ
quidam,num.9.in fine.
Sed contrariam ſententiam (imò
quod ſit fauorabilior,quæ concedi-
tur minoribus)innuit gloſſ. in.l.ne-
quenon.ff.ex quibus cauſis maiores,
quam ibi nemo ſcribentium repro
bat,quaſi omnes ſequantur, ſecundũ
Tiraquellum, de vtroque retractu,
gloſſ.4.§.35.num.45.& ſequitur Are
tinus, conſ.161.& eſt communis opi
nio, ſecũdum Curtium,conſ.58.col.
3.& declarat Socinus.conſ. 1. vol.2.
columna. 8. quæ opinio verior, &
magis recepta eſt,& tenenda in iudi
cando & conſulendo.

## SVMMARIVM.

*Hæres non conficiens inuentarium, nõ tenetur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditarias.*

*Si hæres occultat res hæreditarias, tenetur ad duplum.*

## QVAESTIO. 411.

*Vtrum hæres non conficiens inuentarium, teneatur de iure canonico vltra vires hæreditarias. Communis contra communem.*

HAEredem non conficientem
inuentarium,teneri vltra vi-
res hæreditarias, nemo eſt
qui dubitet,& probat text.in.l.fi.C.
1 de iure de liberãdi.Hoc tamẽ in foro
conſcientiæ,non procedit, proùt te
nent Theologi, ſecundum Bart.in
rub.ff.de acquirenda hæreditate, nu
mero.3.& tenent canoniſtæ (ſecũ-
dum eũdem).in.l.1.nu.45.C.de ſacro
ſanctis eccleſijs, & dicit commu-
nem Iaſſo.in.d.rubr ff.de acquiren-
da hæreditate, & (pluribus citatis)
dixit communem Segura, in. l. 1.
§. ſi vir vxori, numero.127. ff. de

acquirenda poſſeſsione,& eſt etiã cõ munis ſecũdum Abb. conſ. 73.nu.9.
5 volum.2.& dixit etiam communem Alciatus,in.c.1.de iudicijs,nume.34. idem fatetur Couar.(horum immemor)in.4.decret.2.part.§.8.c.6.nu. 10.& in.c.1.num.16.de teſtamentis,
4 & dixit etiam communem Alciatus in.l.nihil aliud,in fine.ff.de verborũ ſignificatione,& ſic de iure canonico ex hac ratione hæres non conficiens inuentarium,non tenetur vltra vires hæreditarias,vt eſt communis opinio,ſecundum Præpoſitum in.c.epiſcopus.12.quæſt.2.

3 Sed contrariam partẽ tenet Abb. (poſt alios) in.c.Raynaldus,numero.
2 14.de teſtamentis.Et hanc eſſe communem fatetur,in.d.conſ.73.volum. 2.nume.9.Quam quæſtionem latiús proſequimur & fundamus in quæſtione.464.& vide quæ diximus in
5 queſtione.31.in fine. Si verò occultat hæres res hæreditarias,tenetur ad duplum,ſecundum opinionem communem,ſed magis communis eſt, vt teneatur vltra vires hæreditarias,vt reſoluit Fabius Turretus, conſ.47. numer.81.volum.1.& vide latiús in
6 quæſtione.741.

## SVMMARIVM.

1 *Fictus contumax admittitur ad appellandum,verus non.*

2 *Mero iure admittitur fictus contumax ad appellandum,abſque reſtitutione.*

## QVAESTIO.412.

*Vtrum dicatur verus contumax,qui citatus non vult comparere. Communis contra communem.*

DVbium eſt in iure, quis dicatur verus contumax. Et glo. magna,in clem.1.de dolo & contumacia,recitans plures opiniones,tenet ꝙ ille dicatur verus contumax, qui dixit ſe nolle venire: fictè autem contumax eſt, qui vocem citantis non audiuit, ſed fuit ad vocẽ citatus,& præſumitur quód ſua familia illi notificauit.Hęc eſt communis opinio, ſecundum Albericum, in.l. Diuus,num.4.ff.de in integrum reſtitutione.

Sed contrariam opinionem (imó quod ille dicatur verus contumax, ad quem peruenit notitia citationis & ſine cauſa non comparuit) dixit communem Curtius,in.l.& poſt edictum, nu.8.ff.de iudicijs.Vtilitas au
1 tem,quæ reſultat ex eo quòd ſit fictus cõtumax,illa eſt, quod admittitur ad appellandum,verus autẽ non. Et hęc eſt communis opinio, ſecundum gloſſam,in.d.clem.1.& dixit illam communem Paulus,in.l. prope
2 randum.§.cum autem colum.2.C.de iud.& hæc admiſsio fit mero iure ſine aliqua reſtitutione,& ita communitér ſeruatur, ſecundum Albericũ, in.d.l.Diuus,nume.6.& vide ſupra, queſtionem.266.

## QVAESTIO. 413.

*Vtrum proprius parochus ſcholaſtici ſit ille, in cuius parochia habitat. Communis contra communem.*

DVbium eſt,quis ſit proprius ſacerdos ſcholarium, cui teneatur peccata ſua confiteri,ſecundum tex.in.c.omnis vtriuſque ſexus,de pęnitentijs & remiſsionibus. Et eſſe proprium ſacerdotem illius



parochię,in qua habitant, tenet gloſſ.verb.parochialis,in clem.1 de priuileg.& hęc eſt communis opinio,ſecundum Abbatem,in.d.c.omnis,num.23.

Sed contrariam ſententiam (imò quòd non ſit proprius ſacerdos parochus,niſi ſcholaris ſteterit per annum in illa parochia) tenet Innocentius,in.d.c.omnis, cuius opinio eſt communis,ſecundũ Sylueſtrũ,verb. confeſſor.1.§.10.& Abb.in.c.in noſtra,num.10.de ſepulturis.l.22.tit.4. p.1.Prima tamen opinio ſeruatur de conſuetudine,proût vidi in ciuitate Salmanticenſi.

## QVAESTIO. 414.

*Vtrum quando cauſa committitur arbitris, de iure & de facto,teneantur partes ſtare ſententiæ prolatæ contra ius. Cõmunis contra communem.*

QVando in aliquem compromittitur,vt poſsit de iure & de facto cognoſcere, debet ſecundum iuris formam ſententiam proferre.Dubium tamen eſt, ſi proferat ſententiam contra ius,debeant nè partes,eius ſtare ſententiæ:& Bar. in.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbitris,concludit quod non,cuius opinio eſt communis,ſecundum Barbaciam,conſ.3.vol.4.num. 10.& dixit communem Felinus,in.c.ius naturale,colum.4.in.1.diſtinctione,& Corneus,conſ.177.volum.2.colum.6.litera.Z.& Ioannes Baptiſta,in repetitione,legis,omnes populi, colum.2. ff.de iuſtitia & iure,& dixit communem Loaces,in principio.inſtit.de iure naturali,num.129.& vide Decium, in. c. examinata, de confirmatione vtili vel inutili.

Sed contra Bart. dixit communẽ opinionem canoniſtarum Iaſſo.in.l. qui Romę.§.duo fratres,numer.9.ff. de verborum.Et dictum Bart.fatetur communitér reprobari Felinus,in.c. exibita,num.6.de iudicijs.Sed prima opinio verior eſt,in iudicando & cõſulendo,& ita quotidiè practicatur.

## QVAESTIO. 415.

*Vtrum eccleſia teneatur contribuere ad refectionem Pontium & viarum. Communis contra cõmunem, & quid iure regio.*

AD.l.inſtructionem. C.de ſacroſanctis eccleſ.& ad.l.45. tit.6.p.1.dubitatur, an eccleſia teneatur conferre ad inſtructionem Pontium,& murorum. Et licèt hic articulus ſit ſummè diſputabilis, breuitèr tamen agendo , dicendum eſt,eccleſiam teneri conferre, & ita eſt communis opinio,ſecundum Ripam,lib.2.reſpon.de reſcriptis.c.20. nu.6. & nos dicemus in. q.578.n.10.

Sed contrariam opinionem ( imó quod non teneatur conferre) tenendum eſſe in practica (belliſsimé diſputando) concludit Abb. in.c. non minus,num.18.&.19.de immunitate eccleſiarum,& conſ.3.nume.2.& dixit cõmunem Sylueſter,verb. immunitas,el.1.§.5.& plura tradit Iaſſ. in.l.placet.1.lectura,numer.14.C.de ſacroſanctis eccleſ.& Boerius,decis. 246.num.4.&.5. Prima tamen opinio eſt magis vera, & confirmatur ex.l.20.tit.32.p.3.vbi Gregor. verb. *caualleros,* & plures refert Dueñas,

reg. 100.nu.16. & Gutierrez,allegatione.10.& nouiſsimè,pp. quæſt.lib.1.quæſt.3.Burſatus,conſ.16.volum.1 Menchaca,de ſucceſsionum creatione.1.p.§.21.nume.181.&.182. vbi refert duas communes contrarias, an eccleſia teneatur cótribuere ad vim hoſtium repelendam.

## QVAESTIO. 416.

Reus qui negauit, & poſtea conuictus eſt, & confitetur, nonhabet beneficium ex forma ſtatuti,imò poteſt iudex dicere, vel accuſator: Nolo confeſsionem tuam recipere,quia per illam condẽnatio tua minuitur.Ita Bart.in. l. eũ qui,num.4.ff.de iureiurando, & eſt cómunis opinio,ſecũdũ, Socin.in.l. non vtique,num.7.ff.de exceptionibus.

Contrariam tamen ſententiam tenent Bart.Salicetus,& Angelus, & omnes doctores, ſecundum Iaſſoné ibi,nu.8.(contra Bart.) & hanc expræſſé dixit communem Felinus, in c.cæterum,num.18.de iudicijs, & cótra Socinum,ſupra,tenet Sarmiento, lib.1.ſelectarum.c.1.num.12.

## QVAESTIO. 417.

*Vtrum pro vno delicto imponantur plures pœnæ, ſi ex eo reſultant plures effectus. Communis contra communem.*

Qvando ex pluribus delictis reſultant plures effectus,plures pœnæ ſunt imponendę. Iſta eſt communis opinio,ſecundum Socinum,conſ.66.num.9.volumine.1.Modò dubium eſt,ſi aliquis percuſſit alterum vno ictu.in pluribus locis,vel ſimul pluribus alapis,vel pluribꝰ vulneribꝰ,debeat nè puniri pro multis,an pro vno delicto.Et debere puniri pro vno tenet gloſſ.in.l. nunquam. ff.de priuatis delictis(per illũ tx).quia ſunt plura delicta eiuſdem ſpeciei.Sed in hac quæſtione eſſe diſtinguendum dicit Iacobus de Arenis,& eſſe aduertenda verba ſtatuti, proùt latiùs eum refert Bart.in. d.l. nunquam, num.12.cuius diſtinctionem dicit eſſe communem Florianꝰ, in.l.4 ff.ad.l.falcidiam. Eam tamen reprobat Bart.in.d.l.numquam, nu. 12.& in.l.ſi gemina,num.13.ff. arborũ furt.cæſar, & indiſtinctè eſſe plures pęnas imponendas,quãdo ex pluribus delictis reſultant plures effectus,dixit communem opinioné Socinus,dicto conſ.62.num.9.volum.1 & non attendendam Iacobi,diſtinctionem,licèt illam dicat communé Florianus,ſupra.Et vide Couar.lib.2 variarum reſolutionum.c.10.num.8 & pro vtraque opinione plures doctores refert Iulius Clarus,lib.5.ſententiarum.§.fi.quæſtione.84.num.3. vbi refert duas communes,& practicam quæ eſt ſeruanda.

## QVAESTIO. 418.

*Vtrum ſententia proferri debeat in perſonam domini, vel procuratoris. Communis contra commmnem, & quid iure regio.*

Magna profectò inter antiquos fuit contentio,Azonem ſcilicet, Vulgarinũ, & Ioãné,gloſſatores:an ſententia proferri debeat in perſonamdomini,vel procuratoris. Et hãc concertationé refert gloſſ. in.l. 1. C. de ſententijs, gloſſ.in.l.ſi quis cum procuratorio ff.de procuratoribus,gloſſ.in.c.quærelam, de electione, & in.l.furti.§.ſi quis alieno,verb.ab initio.ff. de his qui notantur infamia, & alibi ſæpè. Et tandem Vulgarinus, & Ioannes tenuerunt,quòd ſiué ab initio, ſiuè lite conteſtata, procurator cauſam exerceat, eſt ſententia in eius perſonam ferenda, quorum opinio cõmunis eſt,ſecundum Baldum,in. d.l. 1.C.de ſent.numer.11.& explicat latè Paulus,in.l.nihil,num.3.C.de.procuratoribus,vbi eſt alia gloſſa, pro hac ſententia,& ſequitur Socinus, reg. 316.& Boerius,deciſ.285.&alios pro hac ſententia refert & ſequitur Mẽchaca,lib.2.controuerſiarum vſufrequen.c.20.num.1.vbi congeſsit tres opiniones in quæſtione propoſita.

Sed contrariam opinionem tenuit Azo.(imò quod dominus ſit condẽnandus,& non procurator) & hanc tenet Bart.in.l.furioſo,nume.5.ff.de re iudicata, qui ex hoc infert eum eſſe citandum,& hęc eſt communis opinio,ſecundum Boerium.d. deciſ. 285.num.5. vbi hunc articulum belliſsimè proſequitur,& diſputat, quã opinionem dicit communem Abb. in.c.cum te,nume. 4.de re iudicata, & hæc ſeruatur in cauſis ſpiritualibus,& temporalibus,in regno Franciæ,vt docet Boerius,ſupra.Eſt enim & tertia opinio, quòd in vtriuſque perſonam feratur ſententia, & hanc approbat conſuetudo,ſecũdum gloſſam, in. d. l.1.& ſequitur gloſſ.in.d. c.quærelam, & hanc dixit communem Abb.in.d.c.cum te, numer. 4. de re iudicata,pro qua ſententia adducit octo fũdaméta Mẽchaca, ſup. vbi expreſſè eam ſequitur, & adducit pro ea tex.in.l.liberto.§. penult. & ſi ff.de negocijs geſtis, vbi dicit in cauſis ciuilibus ſic practicari, in Hiſpania,(in finalibus verbis.) Et vide Gregorium,in.l. finali, titul. 5. p.3.gloſſ.1.vbi dicit,quod in iſto regno nunquam vidit de hoc curari.



## QVAESTIO. 419.

*Vtrum ſit infamis condemnatus ex inquiſitione. Communis contra communem.*

Damnatus ex inquiſione nõ eſt infamis,vt tenet gloſſ.in l.fi.C.de ſuſpectis tutoribꝰ, gloſſ.etiam,verb.debeat,in.l.3.§.præterea.ff.eod.& eſt cõmunis opinio, ſecundum Abb.in rub.de iudi.nu.5.

Sed contrariam opinionem (imò quod ſit infamis) tenet Bartol. in.l. athleetas.§.calumniator.ff.de his qui notantur infamia,& in. l. infamem, num.7.ff.de publi. & eſt communis opinio,ſecundum Salicetum,in. d.l. fin.& ſecundum Corneum,conſ.42. volum.1.colum. 2. Quæ opinio verior eſt,ſi cauſa ex qua proceditur ſit infamatoria ex ſua natura. l. ictus fuſtium.ff.de his qui notantur infamia,aliàs ſecùs, vt reſoluit Guillermus Benedictus, in. c. Raynuntius, verb.mortuo itaque teſtatore,num. 246.vbi poſuit exemplum in ſenté tia Pilati,lata contra Chriſtum dominum Deum noſtrum.

## QVAESTIO. 420.

Quota litis,neque de conſuetudine deberi poteſt. Ita gloſſa, verb.ex iuriſdictione, in clementina,ſtatutum, de electione.Ioannes Andreas,& Abb.in. c. cum ab homine, de vita & honeſtate clericorum,& eſt communis opinio,ſecundum Romanum,ſingulari 180.& dixit cómunem Syluest.verb. iudex.§.8.

Sed contrariam opinionem dixit communem Iaſſ. in. §. triplici, inſtit. de actionibus, & Zacharias, ad Abb. in. c. fin. num. 9. de conſuetudine.

## QVAESTIO. 421.

*Utrum in caſibus meri & mixti imperij, delegatus poſsit vſq; ad vltimum ſupplicium procedere. Cõmunis contra communem.*

IN caſibus in quib' cauſę meri & mixti imperij delegantur, non poteſt delegatus vſque ad vltimum ſupplicium procedere. Ita glo. in. l. fi. C. de officio eius qui inuicem alterius, & eſt communis opinio, ſecundum Abb. in. c. cum. p. tabellio, num. 9. de fide inſtrumentorum, & in. c. quod ſedem, num. 7. de offi. ord. Socinus, in. l. 1. §. huius rei, numer. 9. ff. de offi. eius, Maranta, de ordine iudiciorum. 4. p. 5. diſtinctionis, nume. 61. & dicit communem opinionem Oroſcius, in. l. nec quidquam. §. vbi decretum, num. 28. ff. de offi. Proconſulis, & Villalobos. in ſuo ærario, vel antinomia iuris verb. debitor, nu. 5.

Sed contrariam opinionem dixit communem Alciatus, nu. 83. & dixit communem Iaſſ. in. d. l. 1. num. 70. ff. de officio ei'. Prima tamẽ opinio verior videtur, & eam dixit communem Albericus, in. l. placet, num. 3. C. de pedaneis iud. & Oroſcius, in. d. l. nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de offi. eius, Socinus, in. l. 1. §. huius rei ff. eod. numero. 9. & hanc ſequitur Gracian. reg. 258. num. 4. qui nullum allegat contradictorem.

## QVAESTIO. 422.

*Utrum tabellio poſsit conficere inſtrumentum extra territoriũ domini conſtituentis. Communis contra communem, & quid iure regio.*

TAbellio non poteſt conficere inſtrumentum, extra territorium, conſtituentis eum tabellionem. Ita Bart. in. l. 1. num. 34. C. de ſumma trinitate & fide catholica, Bart. & Albericus, in. l. nec ei. §. eorũ num. 7. ff. de adoptionibus, Oroſci', in. l. 1. numero. 15. & 16. ff. de præfecti vrb. Rolandus, conſ. 1. volu. 3. & alios refert & ſequitur Azeued. in. l. 19. tit. 25. lib. 4. recop. nu. 1. (per illam legẽ.) Et eſt communis opinio, ſecundum Abb. in. c. cum. p. tabellio, numer. 9. de fide inſtrument.

Contrariam tamen ſententiam dixit communem Boerius, deciſione. 242. & dixit etiam communem Felinus, in. d. c. cum. p. num. 10. Sylueſter autem, verb. tabellio. §. 4. dixit eſſe communem opinionem, quòd tabellio creatus à principe (qui dicitur, **eſcriuano real,**) illud poſsit, ab alio autem non poſsit, neque inter extraneos, nec inter ſubditos conſtituentis eũ, & ita practicatur, niſi conſuetudo loci ſit in cõtrarium, vt latè tradit Boeri', ſup. num. 3. & per totã deciſionẽ.

## QVAESTIO. 423.

*Vtrum valeat ſtatutum, quòd ingrediens monaſterium priuetur iure ſuccedendi. Communis contra communem.*

STatutum diſponens, quòd ingrediens monaſterium ſit priuatus iure ſuccedendi, valet ſecundum Bart. in. l. fi. numero. 6. C. de pactis, & eſt communis opinio, ſecundum Paulum, in. l. ſiquis id quod, nume. 8. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, vbi dicit ita tenere doctores.

Sed contrariam ſententiam tanquã crebiorem dicunt communem plures relati per Cagnolum, in. d. l. fin. nu, 178. & dicit (vltra eos) communem Ripa, in. l. ex facto. §. ſi quis. rogatus, num. 39 ff. ad Treb. idem fatetur Alexan. conſ. 139. volum. 2. & Zaſius, in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 38. ff. de verborum obligationibus, & dixit communem additio Matheſal. notabili. 145. & Zacharias (ad Abb.) in. c. eccleſiæ, numero. 25. de conſtitutionibus: quę opinio verior & receptior eſt.

## QVAESTIO. 424.

*Vtrum iuriſdictio delegati ſpiret morte concedentis ipſo iure vel ope exceptionis. Communis contra communem.*

IVriſdictionẽ delegati ſpirare morte mandatis, nemo eſt qui dubitet, & illud probat tex. in. c. gratum, & in. c. relatum, cum alijs, de offi. deleg.

Dubium autem eſt, an ſpiret ipſo iure, vel ope exceptionis: quia eſt maximus effectus, quòd ſpiret ope exceptionis, nam valebunt geſta per iudicẽ, niſi de morte mandãtis per partes opponatur, aliàs non valebunt. Et in quęſtione propoſita, extingui iuriſdictionem ope exceptionis, & non ipſo iure, tenet Innocentius, in c. vndique, num. 2. de offi. delegat. & idem videtur ſentire in. c. cum veniſſent, num. 1. de teſtibus, vbi ſequũtur eum Gofredus, & Hippolytus Mediolanenſis, & Archidiaconus, in c. ſi delegato, de officio deleg. lib. 6. & Speculator, in tit. de offi. deleg. §. reſtat, verſ. item mortuo, & hanc opinionem innuit eſſe communem Paulus, in. l. more, nu. 11. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, vbi dicit dictũ Innocentij à nemine reprobari.

Sed contrariam opinionem (imò quód ipſo iure pereat iuriſdictio) tenet gloſſ. verb ignoraſſent, in. l eius qui. ff. ſi certum petatur, vbi Alexan. nume. 6. hanc dicit eſſe communem opinionem, quam ſequitur Bart. in d. l. more, num. 18. vbi dicit communem Albericus, num. 22. & ſequitur Alexand. & Iaſſ. columna fin. Et hãc eſſe communem contra Innocentiũ teſtatur ibi Zaſius, num. 46. & Curtius num. 95. & hanc tenet glo. verb. poſtea in. d. c. cum veniſſent, vbi ſequitur illam Ioannes Andreas, Baldus, Barbacia, Imola, & eſſe communem dicit ibi Abb. in principio, vbi ſequitur Felinus, num. 3. & hanc dicunt communem Abb. numer. 10. in fine, in. d. c. gratũ, vbi Decius, aſſerit eſſe communem opinionem, proqua eſt tex. ſingularis. in c. fi. §. officium de offi. deleg. lib. 6. ibi, **ipſo iure quoad non cæpta negotia, per obitum concedentis volumus ſpirare.** Et eſt text. in c. is cui, de præb. eod. lib. ibi, **omnino,** Quæ dictio denotat actum extingui ipſo iure, & non ope exceptionis, tex. in. c. iudex ab apoſtolica, in fi. de officio deleg. lib. 6. quem in hoc expendit Aretinus. in. c. 1. columna. 4. verſ. aliquando, de iud. tex. in. l. ſi nõ ſortem. §. indebitũ, ibi, **ſi omnino non debebat,** ff. de condictione indebiti, & plurima congeſsit Tiraquellus, in. l. ſi vnquam, verb. reuertatur, numer. 66. C. de reuocandis donationibus, & hanc opinionem eſſe legibus conſentaneam dicit Faber, in. §. item ſi adhuc, num. 11. inſtit. mandati, & hãc

tenent

tenét doctores, ſecundum Paulum in l. eius qui, num. 11. Quæ opinio receptiſsima eſt, & ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

## *SVMMARIVM.*

*1 Lex. ſciendum. de verborū obligationibus exornatur.*

*2 Sententia tranſlata in rem iudicatam, præſumitur in factis antiquis.*

*3 Sententia arbitraria antiqua præſumit ur lata virtute compromiſsi, licèt de eo nō appareat.*

*4 Notarius nemo naſcitur, cúm ſit quid facti.*

*5 Notarius ſi fuit in poſſeſsione notariatus, ſciente & paciente ſuperiore, præſumitur habere titulum officij.*

*6 Diuiſio hæreditatis præſumitur facta, quādo fratres bona hæreditaria per multum temporis ſpacium ſeparatim poſsiderunt.*

*7 L. 5. tit. 15. lib. 4 recopilat declaratur.*

*8 Caſus de facto refertur.*

*9 Scientia & pacientia diuturna, habetur pro conſenſu expreſſo.*

*10 Notarius mortuo prælato amoueri non poteſt.*

*11 Deciſio Matthæi de Afflictis. 101. declaratur.*

*12 Caſus de facto narratur circa officia notariatus huius ciuitatis Toletanæ & Abulenſis.*

*13 Author fuit collega in ciuitate Abulēſi, in collegio Diui Aemiliani, anno. 1583.*

*14 Titulus habilis præſumitur ex diuturnitate temporis ad tranſlationem dominij.*

*15 Notarius ad libitum creatus, recepta pecunia, non poteſt remoueri per ſucceſſorem.*

*16 Officiales non poſſunt remoueri ab officio ſine cauſa.*

*17 Officiales ad voluntatem creati cenſentur perpetui.*

*18 Officia non poſſunt vacare niſi in tribus caſibus, morte, renunciatione, & delicto.*

*19 Notarius antea quam priuetur ſuo officio debet audiri per remedia iuris ordinaria.*

*20 Priuilegium a principe conceſſum decet eſſe manſurum.*

*21 Officiales nouiter creati ſunt onceroſi partibus & cauſis.*

*22 Tolerabilius eſt iudices ſemel creatos retinere, quam nouos creare.*

*23 Principes nunquam conſueuerunt officiales antiquos mutare.*

*24 Officialis ab epiſcopo creatus ad beneplacitum, non poteſt remoueri ſine cauſa.*

*25 Officialis ad beneplacitum concedentis creati, debent eſſe perpetui.*

*26 Vicarius epiſcopi ſine cauſa remoneri non poteſt.*

*27 Tabellio creatus ad beneplacitum concedē tis, non poteſt remoueri ſine cauſa.*

*28 Capellania ad nutum patroni, vel epiſcopi conceſſa, non poteſt auferri ſine cauſa.*

## QVAESTIO. 425.

### *Vtrum ſola antiquitas temporum ſufficiat ad præſumptionem notariatus. Communis contra communem.*

SOla antiquitas temporis ſufficit ad præſumptionem officij notariatus, ſecundum Abb. in rub. de fide inſtrumētorum. Quā opinionem tenet Innocentius, in. c. veniens, de verborum ſignificatione Baldus, in authentica, quas actiones, vbi Salicetus. C. de fide inſtrument. Riminaldus, in. l. 1. num. 15. C. qui admitti. Decius, conſ. 36. Et hæc eſt cōmunis opinio, ſecundum Aymon, de antiquitate temp. fol. 98. num. 8. in. 3. part. verſ. vidimus in genere, quam opinionem ſequitur Afflictis, deciſ. 251. in fi. &. 245. num. 3.

Sed



Sed contrariam opinionem (imò quód non præſumatur notariatus ex temporum antiquitate) dixit cōmunem Alexand. in. l. 1. colum. fin. C. de teſtibus, Corneus, conſ. 142. & conſ. 304. lib. 3. & conſ. 24. lib. 4. Decius, in rubr. C. de fide inſtrumentorum, num. 16. & in. d. conſ. 36. colum. 2. & latiús in conſ. 44. Prima tamen opinio verior eſt, quando inſtrumenta ſunt antiquiſsima, vt tenet Maſcardus, volum. 2. de probationibus, concluſione. 1099 num. 6. &. 8. vbi ſic conciliat prædictas opiniones. Pro qua facit text. in. l. ſciendum. ff.
1 de verborum obligationibus, quem
tex. exornat Iaſſ. ibi, plures adduces limitationes & declarationes, & Paulus, in. l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquirenda hæredicate, Menchaca, lib. 2. controuerſiarum illuſtrium. c. 63. per totum, Antonius Gabriel, lib. 1. communium, titul. de præſumptionibus, cóclusione. 1. vbi poſſuit. 23. declarationes, &. 21. limitationes, Gracian. reg. 144. Paulus Caſtrenſis, in. l. eman
2 cipatione, num. 3. C. de fide inſtrumé
torū, vbi docet elegantèr, quod quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, præſumuntur omnia ſolénitér acta fuiſſe. Ita Auendañus, de exequēdis mandatis. 1. p. c. 4. num. 22. vbi dicit, quòd præſumitur pro ſententia arbitraria ex diuturnitate temporis licét non conſtet, nec appareat de
3 compromiſſo. Et ſic in quæſtione
propoſita, licèt notarius nullus naſcatur, & ſit quid facti, tamen ſi quis diú ſe geſsit vt notarius, talis præſumitur. Ita Florianus, in. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris, Iaſſ. in. l. Barbarius. ff. de officio prætoris, & in l. ſi certis annis. C. de pactis, & in. §.
4 præiudiciales, inſtit. de actionibus.
Quam opinionem ſequitur Menchacha, ſupra. c. 62. num. 5. (contra Decium. d. cōſ. 42.) & Felinus, in. cap. ſi ſcripturam, de fide inſtrumentorum.

5 Quæ opinio maximé procedit, quādo notarius fuit in quaſi poſſeſsione notariatus, ſciente & paciente ſuperiore, qui habet facultatem officium conferendi. Ita declarat Antonius Butrius, in. c. 1 de fide inſtrumentorum, Baldus, in. d. l. 2. C. de ſeruitutibus
6 bus & aqua, Menochius, de arbitrariis
rijs lib. 2. centuria. 2. num. 2. Maſcardus, ſup. conclu. 1099 nume. 16. Pro qua opinione facit elegans & ſingularis doctrina gloſſæ, in. l. penultima C. communi diuidundo, verb. ſi maior, quæ ait, quód ſi fratres hereditatem fratris ſui per multum temporis ſpatium, ſeparatim poſsiderunt, præſumitur inter eos facta diuiſio. Quā opinionem dicit communem Bald⁹, de præſcrip. 1. parte. 3. partis principalis, queſtione 10. numer. 39. pro qua ſententia gloſſæ, plures refert & ſequitur Menchaca, ſupra, c. 66. num. 1. & Padilla, in. l. 2. num. 34. C. de ſeruitutibus & aqua, vbi dicit communem opinionem, quam ſequitur Gutierrez, in repetitione legis nemo poteſt, num. 211. ff. de legatis. 1. vbi decla
7 rat. & aſsignat intellectum ad. l. 5. tit.
15. lib. 4. recop et Azeuedo. ibi dicit, hodié non eſſe correctam illam gloſſam, ex deciſione legis regni, vbi refert quæſtionem notabilem de facto ſibi contingentem, quam ſequitur Tiraquellus, de præſcriptionibus. §. 1 gloſſ. 4. verſ. decimo quarto, pro qua ſententia conſuluit Gratus, conſil. 121. num. 7. lib. 2. & Gracian. ſupra, numer. 9. & pro illa opinione gloſſæ fuit iudicatum in hac ciuitate Toletana, in lite quæ vertebatur inter quoſdam fratres, quorum alter petiit poſſeſsioné pro indiuiſo, quaſi nunquam hæreditas diuiſa fuiſſet: quód quidem denegatum fuit, ſaluis ſuis defenſionibus, in via ordinaria, ex eo quód reliqui fratres, & illorum hæredes, quietè & pacificé poſsidebant partes hæreditarias, licét inæquales.

quales. Quod quidẽ optimo iure de
ciſum fuit,rectèquè iudicatum, ex
8 authoritate & doctrina illius gloſſę
quæ celebris eſt, & notabilis in pra-
ctica,& multum confirmat noſtram
principalem concluſionem: proqua
faciunt tradita per Baldum,in.d.l.ſi
9 filius familias. C. de petitione hære-
ditatis,Ang. in. l. qui in aliena.ff.de
acquirenda hęreditate, vbi dicunt,
quòd ſcientia & pacientia diuturna;
habentur pro conſenſu expreſſo: &
ſequitur Decius,conſ.409.numer.6.
Tiraquellus, ad.ll.connubiales,gloſ.
10 5.num.39.Et ſic,ſi notarius diu exer
cuit officium notariatus, ſciente &
paciẽte epiſcopo(proùt faciũt nota
rij huius Archiepiſcopat⁹ Toleti.)
illa pacientia ordinarij habebitur lo
co tituli, vt in.l. 2. C. de ſeruituti-
bus,vbi latè Padilla : quia non eſt ve
riſimile,quód tanto tempore fuiſſet
in officio toleratus, abſque ſolemni
creatione & titulo,vt tradit Iaſſo.in
l.Barbarius Philipus,numer.55.ff. de
officio pręcoris,quem ſequitur Maſ
cardus,volum.2.prob. concluſione.
1097.num.18.& ſic amoueri non po
terunt mortuo prælato, nec invita
anteceſſoris,licèt non oſtendant ti-
tulũ, neq; originẽ poſſeſsionis,cùm
ſufficiat diù exercuiſſe prędicta of
ficia. Nec prędictis obſtat notabilis
deciſio Matthæi de Afflictis.101.vbi
contrarium fuit iudicatum,quod of
ficia notariatus non durant mortuo
epiſcopo,quia illa deciſio procedit,
quando officia advitam ſunt conceſ
ſa,nullo precio accedente,ſecus ve-
rò quando ab antiquo poſsidentur,
11 ex diuturno tempore,& longa quaſi
poſſeſsione:quia tunc inquietari nõ
poſſunt prædicti notarij in ſua poſ-
ſeſsione,& ſi de facto deiecti fuerint
ab epiſcopis,per viam violentiæ in
ſupremo regis conſilio defenduntur,
12 & in ſua poſſeſsionę redintegrãtur,
proùt fuit iudicatum contra domi-
num Principem Albertum Cardina
lem Archiepiſcopum Toletanum,
in cauſa notarię *de Blas Muñoz de Ve
laſco.* Et etiam fauore notariorum ci
uitatis Abulenſis ( contra epiſco-
pũ illius,dom.Petrũ Fer.de Timiño)
fuit iudicatum(tempore quo, anno
1583.in iuuentute mea ibi fui collega
in collegio Diui AEmiliani)quę ſen
tentia maximè procedit,quia ex lon
go tempore præſumitur titulus habi
13 lis ad translationem dominij, vt latè
reſoluit Menchaca, ſupra.c. 65. vbi
aſsignat intellectum ad. l.cum de in
rem verſo.ff.de vſuris,& ad.l.ſi quis
diuturno.ff.ſi ſeruitus vendicetur,&
ad.l.nullo.C.de reivendicatione, &
in c.611.num.5.reſoluit eſſe,commu
nem opinionem,quod ex longo tem
pore præſumitur titulus benecij:
14 quam opinionem confirmat.53.con
cluſionibus:quod in tantum verum
eſt,quód licét prædicti notarij, acep
ta pecunia fuiſſent creati ad libitum
epiſcopi,eo mortuo,non poſſunt a-
moueri â ſuis ſucceſſoribus.Ita Bald.
in.l.qui ſe patris.C.vnde liberi,Bart.
15 in.l.Iuriſperitos. ff. de excuſationi-
bus tutorum,vbi dicit,quod officia
les creati,quandiu voluntati crean-
tis placuerit,cenſentur eſſe perpetui
cùm ſine cauſa legitima & rationa-
bili,talis conceſsio diſplicere nõ poſ
ſit.l.Thais.§.ſororem.ff.de fideicom
miſſarij libertatibus,gloſſ.verb. ele-
ctionem. in clementina,& ſi princi-
palis,de reſcriptis.gloſſ.verb.perpe-
16 tuos,in. c.fi.de reſcriptis lib.6.l.prę
ſidis.ff.ſi certum petatur.vbi officia
les ad voluntatem creati cenſentur
eſſe perpetui.Ita Caſaneus,in chata-
17 logo gloriæ mundi.7. par.conſidera
tione.33.verſ. hodiè.& Guillermus
Benedictus,in.c.Raynuntius, verb.
duas habens filias,num.36.&.38. vbi
dicit,quód officia non poſſunt vaca
re niſi tribus modis,ſcilicet, morte,
18 renuntiatione, vel ſi delinquantur
in



in offi.in quibus caſibus anteaquam
priuetur, audiri debet officialis in
ſuis defenſionibus,per remedia iuris
ordinaria ( etiã poſſeſſoria) vt in.c.
ex tenore,de reſtitutione ſpoliatorũ.
Quæ omnia rectò iure procedunt,
cúm deceat à principe cõceſſum be-
neficium eſſe manſurum,vt in.c.de-
19 cet,de regulis iuris lib.6. & mutatio
officiorũ vergit in publicum detri
mentũ & ſubditorum,gloſ.in.c.hinc
eſt.16.quæſt.1.imò(vt inplurimũ)no
ui officiales oneroſi exiſtunt parti-
bus,& cauſis damnoſi,propter illorũ
imperitiam, & nullam negociorum
practicam,& ſic optimè dixit.tx.in.l.
20 prætor.§.fi.ff.de vacatione, & excu
ſatione munerum,quòd tolerabilius
eſt iudices, qui ſemel cognouerunt
retinere,quam nouos creare.Et ſic ſa
pientiſsimi principes,officiales anti
quos,quos in officijs reperierũt,nũ-
quam mutarunt,imò eis ſtipendia au
21 xerunt,& ſic quieté regnarunt,vt re
fert Guillermus,ſupra,num.42. Vlti
mò,pro confirmatione prædictæ ſen
22 tentiæ(quòd officia notariatus non
poſsunt ab epiſcopo remoueri ſine
cauſa legitima)facit tx.in authen.de
referendarijs,collat.2. c.1. de natura
fęudi.c.1. de capellis monachorum,
23 lib.6.& pro hac opinione fuiſſe iudi
catum affirmat Boerius, deciſ. 149.
num.18.quem refert & ſequitur Bur
gos de Paz,conſ.21.num.5. vbi reſol
uit,quòd officialis conſtitutus ab e-
24 piſcopo,in ſuis locis ad beneplacitũ,
non poſsit remoueri ſine cauſa.Idem
què tenet Greg.verb. *mantenerle en
el,* in.l.2.tit.10.p.2.& in. l. 4. tit. 4.
p.3.verb. *acabar en el ſu tiempo,* vbi
reſoluit, quód officialis ſimplicitér
creatus(etiam ad beneplacitum con
25 cedentis)debent eſſe perpetui, ex.l.
iuriſperitos(vbi Bald⁹.) ff. de excuſa
tionibus tutorum, Bart in.l.de pupil
lo.§.ſi quis ipſi prætori, quæſt. 3.nu.
12.ff.de noui operis nunciatione,idẽ
qué tenet Gomecius,in regula chan
cellariæ, de non tollendo iure quæſi
26 to,quæſt.4.verſ.hinc eſt quod offi-
cialis,& plures refert Decius,in.cap.
quoniam contra,num.9.de probatio
nibus,& alios refert & ſequitur Mie
res,de maioratu.4.p.quæſt.10. nu. 6.
27 idemque tenet Gutierrez, de iuram.
confirmat.1.p.c.59.num.19.qui loqui
tur in vicario epiſcopi,qui ſine cauſa
non poteſt ab officio remoueri, idẽ
lib.3.practicarum quæſtionum,quæſ.
11.num. 9.vbi dicit, quòd vicarius
epiſcopi confirmatus à Papa,non po
teſt per epiſcopum remoueri, idem-
què reſoluit in officiali creato ad be
28 neplacitum concedentis,& in tabel
lionibus ad nutum dominorum crea-
tis,& in capellania ad nutum patro-
ni,vel epiſcopi,cõceſſa,quia ſine cau
ſa amoueri non poteſt,& ita pluriès
vidi iudicatum.

## QVAESTIO. 426.

*Vtrum valeat mandatum procuratorium,cum dictione taxatiua,tantum.Communis contra communem,& quid iure regio.*

VAlidum eſt procuratorium mandatum,cum dictione taxatiua,putâ, cõſtituo Titiũ procuratorem ad agẽdum.Ita tenet Bart.in.l.mutus.§.pęna.ff.de procuratoribus,Abb.in.c.excedens, nũ. 5. de procurat.Romanus,in.l.vnica.ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. vbi ſequitur Iaſſ.nu.11.qui in.l. actionẽ, nu.3.C.de procuratoribus,innuit eſſe communem opinionem.

Sed contrariam partem(imò quòd non valeat tale mandatũ)tenet Bart. (ſibi contrarius)in.l. ſeruum quoq; §.ait prætor,nu. 2.ff. de procuratoribus.Cuius opinionem dixit commu

nem Alex.in d.l.vnica,in principio.
Prima tamen opinio verior eſt, & te
néda,quia quotidié practicatur,quo
ad appellandum tantum, vel trāſi-
gendū,&ad iuriſdictioné declinan-
dam,vel recuſationemfaciendam.Et
hanc opinionem confirmat.l.13. tit.
5.p.3.ibi.* *ſobre tal mi pleyto,* * & in.l.
13.eod.tit.& part.ibi, * *ſeñaladamente
para demandar en aquel pleyto,endereç a
miēto,o enmienda,o entriega,o deſatamiē
to de juyzio.* *

## SVMMARIVM.

1 *TEſtes impediti examinantur ad æter-
nam rei memoriam.*
2 *Nauigaturus ab excõmunicatione, poteſt
abſolui propter mortis periculum.*
3 *Lex.2.tit.16 p.3. declaratur.*
4 *Citari debet pars,quando teſtes examinan
tur ad perpetuam rei memoriam ſi com-
modè citari poteſt.*
5 *Fiſcalis per viam reconuentionis non po-
teſt nobilem prouocare ad iudicium.*
6 *Delinquendi ocaſio eſt vitanda.*

## QVAESTIO. 427.

### *Vtrum probato impedimento, poſsit aliquis producere teſtes. Communis contra communem,& quid iure regio.*

PRobato impedimento,poteſt
quis producere teſtes impedi
tos.Ita tenet Bart.in.l. in pe-
cuniarijs nu.4.ff.deferijs,&itá tenét
doctores,ſecundum Paulum ibi,nu.
10.in.l.1.C.eod. & hæc videtur com
munis opinio ex Iaſſo.in lectura le-
gis.admonendi. ff. de iureiurando,
numero.13.quam opinionem ſequi-
tur Bart ibi, numero. 8. & vt dicit
Romanus, ibi, columna penultima,
non habet contradictorem.Quam
opinionem dicit communem Iaſſo.
ibi,in repetitione, numero. 11.idem
Iaſſo. in.d. l. in pecuniarijs, nu.36.

Sed contrariam opinionem dixit
ſeruari de conſuetudine Baldus, in
d.l.admonendi. Et hanc opinionem
in iudicijs eſſe obſeruatam tenet, Al
bericus,in. d. l. in pecuniarijs: quia
dilationes ſtatuuntur generali-
tèr ad probandum, tam pro teſti-
bus citatis,quam de nouo citandis,
non tamen ante litem conteſtatam,
etſi examinentur nihil probant, vt
in.c.1.&.2.vt lité non conteſtata.c.
quoniam frequenter, extra eod. Ita
Beroius,conſ.96.numero.8.volumi-
ne.3.Speculator,in tit. de teſtibus.§.
nunc tractemus,&Crotus,in eodem
tractatu.7.p.numero.37. Prima ta-
men opinio verior eſt, & ita com-
munitèr practicatur: pro qua facit
tex.in.l.2.tit.16.p.3.ibi,* *quando los te
ſtigos con quien ſe vuieſſe de prouar ſu in-
tencion fueſſen viejos,o enfermos,demane
ra que temieſſe que moririan antes que
dixeſſen ſu teſtimonio.O ſi por ventura
los teſtigos fueſſen aparejados para yr en
hueſte,o en romeria,o en otro lugar donde
vuieſſen de fazer gran tardança.Que en
qualquier deſtos dos caſos,ſe pueden rece-
bir los teſtigos, maguer el pleyto no ſea
començado.* Ex qua reſolutione viget
communis theorica,quód teſtes an-
te litem conteſtatam examinantur
adæternã rei memoriam,quãdo mor
tis ſubeſt periculum, vel aduerſæ
valetudinis,aut longæ abſentiæ. Ita
magiſtralitèr Bart.in, lege. lege A-
1 quilia ſi delectu.ff.ad Aquiliam,Bal-
dus,in auth.ſiquis ab aliquo.C.de te
ſtibus, pro qua ſententia conſuluit
Socinus ſenior, conſ. 244. lib.2.&
Socinus iunior, conſilio. 86. nume-
ro.14.volum.2.glo.verb.timetur. in
c.quoniam frequenter, vt litè non
conteſtata,vbi Abb.& Felinus, Maſ
cardus,vol.3.de probationibus,cóel.





1368.num.8.capella Toloſana,quæſ.
475. Matienço. in dialogo relatoris
3.part.c.50.Gregor.in.l.35.tit. 16. p.
3.Ioã.Garcia.de nobilitate,gloſſ.48.
numero.6.vbi illud declarat, tam reſ
pectu actoris, quam rei. Et ſic dicit
Bald⁹. notabilitèr,in.c.paſtoralis,nu
2 mer.4.deoffi.ordinarij (declarando
tx.illum)quód nauigaturus propter
mortis periculũ,abſolui poſsit ab ex
cómunicatione,etiam à iudice ſub-
delegato impoſita,cúm nauigatio ſit
incerta & periculoſa,vt in.l.ciuitas.
C.deoffi.rectoris prouinciæ. Et quã
do periculum eſt in mora,recedimus
à regulis iuris communis,tx.in.l.de
pupillo.§.ſi quis riuos(vbi laté plura
conduxit Iaſſ.) ff.de noui operis nũ
ciatione, & declarat latiùs Meno-
chius,de arbitrarijs caſu. 61. &. 62.
lib.2.vbi plura conduxit notabilia,
& practicabilia. Sed aduertendum
eſt,quod in omnibus caſibus in qui-
bus teſtes ad æternam rei memo-
riam examinantur,vt fidem faciant
debet pars de cuius præiudicio agi-
tur citari.Ita reſoluit Corneus,conſ.
34.volumine.2.Hippolytus,in. l. de
vnoquoque,num.64.ff.de re iudica-
ta, Maſcardus, volumine. 3. proba-
tionum,concluſione.1367. numer.3.
Antonius Gabriel,tit.de citationi-
bus,concluſione.1.numero.37. Ioan.
Garcia,ſupra,nu.16.vbi dicit, quód
illa citatio debet eſſe perſonalis, ꝙ
probatur expreſſè in.d.l.2.tit.16.p.3.
ibi.* *Pero el iuzgador que vuiere de rece-
3 bir los tales teſtigos,deuelo de hazer ſa-
ber antes a aquel contra quien los recibe,
ſi fuere en la tierra que los venga a ver
quando juraren ſi quiſiere.* * Quæ cita-
tio omitti poteſt in ſummario poſ-
ſeſſorio iudicio, & etiam quando
proceditur ad formandam inquiſi-
tionem,vel reicapturam,vt in c.qua
litèr,&quãdo,de accuſationibus,Bal
4 dus,in.c.2.de teſtibus,Rolandus,cóſ.
8.nu.30.vol.4.& ſimiliter nõ proce-
dit noſtra concluſio,quando pars cõ
modé citari nõ poteſt:quia tunc etiã
parte non citata poterit iudex teſté
examinare,vt docet Innocentius,in
c.ſignificauit,infi.de teſtibus,Natta,
conſ.537.num.15.vol.3.& Hippoly-
tus,ſup.limitat.1.quos refert &ſequi
tur Maſcardus,ſup.nu.10.& in cócl.
1368.nu.9.vbi illud extendit,etiam ſi
à iudice fuerit appellatum, propter
magnũ & euidens rei periculum, vt
in facti cótingentia cóſuluit Socin⁹
ſenior,conſ.244.vol.2.Millis, in ſuo
reportorio, ver.iudex appellationis.
Et illud nobis oſtendunt verba legis
partitæ,ibi,* *ſi fuere en la tierra,* *ſecus
ſit ſi cõmodè citari non poſsint, &
ſic quotidié practicatur in conſilio
Archiepiſcopi Toletani,in cauſis ca
pellaniarum,inprobatione cóſangui
nitatis,& in cauſis nobilitatis,citato
fiſcali,vt elegantèr explicat Ioanes
Garcia(meritiſsimusquondã fiſci pa
tronus)in.d.gloſſ.48. vbi,nu.22.mo
uet illampracticabilem quęſtioné,&
ſatisquotidianam,an aduocatus fiſca
lis per viam reconuencionis, poſsit
nobilem prouocare ad iudicium or-
dinarium,in cauſa principali ſuæ no
bilitatis,quando ipſe deſiderat vt te
ſtes ad æternam rei memoriam, eo
citato examinentur. Et licèt commu
nis practica & ſtylus curiæ ſit in cõ
trarium(vt ipſe teſtatur)tameſi opi-
5 nio Otaloræ.de nobilitate.5.p.prin-
cip c.1.nume.5.contrarium tenentis
æqua,& rationi cõgrua eſt,vt ocaſio
delinquendi euitetur, & multa per-
iuria,& mendacia. Argumento tx.in
l. conuenire. ff. de pactis dotalibus.
Quòdvalde vtiliſsimũ eſſet regis pa
trimonio,licèt ſuis ſumptibus & ex
pẽſis negocia ſequerétur:quia timo
re conterriti,& ne cauſa principalis
6 moueatur,paucisſin hoc vterétur re
medio,aliás verè nobilis: ſi diuicijs
indigeat(proút ſępè cótingit vel in
loco exépto habitet)perdet ius ſuæ

nobilitatis. Plebeius veró, & diuites mercatores, omnia pecunia emunt, iura & teſtes corrumpunt, & omnia quæ cogitant, abſque contradictore & difficultate probāt, ob idque iudices ſupræmi Regiam maieſtatem conſulant, vt huic damno ſuccurratur.

## QVAESTIO. 428.

*Vtrum inſtrumentum de quo fit mentio in libello, edi debeat ante litis conteſtationem. Communis contra communem.*

QVando actor, vel reus, in productione libelli, in iudicio facta, faciunt mentionem de aliquo inſtrumento, debent illud edere ante litisconteſtationem. Ita tenet Innocentius, in.c.1.de probationibus, vbi Aretinus hanc dixit eſſe communem opinionem, vbi Abbas, num.29.ſequitur iſtam opinionem, quam dicit etiam communem Decius, numer.64. Sed dictum Innocentij, limitandum eſt, quando in libello conſtat de inſtrumento aſſertiué, vt in exemplo tradito per Bar. in.l.poſtquam.§.dies.ff.vt legatorum nomine caueatur. Quæ limitatio cōmunis eſt, ſecundum Decium, in.c.1. de probationibus, num.64.

Sed contrariam opinionem (cōtra dictum Innocentij) tenet Albericus, in.l.1.§.editiones, num.17.ff.de edendo, vbi dicit non eſſe verum, nec in iudicijs ſeruari. Idemque tenet Iaſſ. in.l.edita, numero.30, C.de edendo, quę opinio eſt declaranda extraditis per Bart.in.l.ſi legatum.ff. eodé, tit. Quę opinio verior & receptior eſt, & ſic ſolet practicari ex ratione tx. in.d.§.editiones.

## QVAESTIO. 429.

*Vtrum mortuo tabellione, vel notario, tradantur illorum inſtrumenta alteri notario, vt ex eo exempla conficiat. Communis contra communem: & quid iure regio.*

MOrtuo tabellione, eius inſtrumenta alteri notario committuntur, vt indè exempla conficiat, ad neceſsitatem contrahentium, & litigantium. Ita probat tex.in.c.cum. p. tabellio, de fide inſtrumentorum, quód fit iudicis authoritate, vt dicit ibi tx. quod tamen fallit, quando mortuus notarius illud conceſſerit alteri notario, quia tunc non requiritur iudicis authoritas, quia videtur notario à lege commiſſum, & ſic non requiritur commiſsio iudicis, vt tenet Bart.in l.ſi quis ex argentarijs. §. cogentur, num 3.ff.de edendo, quem ſequitur Abb.in.d.c.cum. p. & hæc Bartoli, opinio ſeruatur de facto, ſecundum Angelum. in.l.quædam.§.nihil. ff.de edendo, vbi Paulus, numer.1.& dicit Imola, in.d.c.cum.p.practicari, quòd notarius, cui commiſſę ſunt rogationes, vel cui hæres eas concedit, petat generalitér licentiam à iudice redigendi eas, & habita licentia ad petitionem quorum intereſt aſſumat in publicam formam.

Sed contrariam partem (imò quòd etiā in caſu quo mortuus notarius conceſſerit alteri notario, requiratur commiſsio iudicis, & quòd ſine ea ſucceſſor non poſsit cōficere inſtrumenta, dicit ſeruari de facto Iaſſ, (plures adducens) in.d. §. cogentur, num.14.



num.14. & Felinus, in.d.c.cum.p. numero.4. & hanc dicit eſſe communé opinionem Boerius, deciſione.39.numero.9.in fine. Hodiè autem de iure regio vide circa hanc quęſtionem, quòd eſt deciſſum, in.l.24.tit.25.lib. 4.recop.vbi latè Azeuedo, & in.l.55. tit.18.p.3. & ibi Greg.verb. **puede el eſcriuano,** & verb. **ſigno,** & Couar. pp.quæſt.c.21.num.3. & vide Paz, in ſua praxi, in annotatione vltima, de tabellione, numero.31.

## QVAESTIO. 430.

IN omni crimine, regularitér non poteſt procedi per viam inquiſitionis. Ita tenet gloſſ.in.l.2. §.ſi publico. ff. de adulterijs, cuius opinio eſt communis, ſecūdum Bart. ibi, numero.3.

Sed contrariam opinionem (imó quòd regularitèr in omni crimine poſsit procedi per inquiſitionem) dicit communem Albericus, in. l.congruit, numer.1.ff.de officio præſidis, quòd explicat Alciatus, in.c.1. num. 12.ff.de officio ordinarij, Maranta, de ordine iudiciorum.6 par.titul.de inquiſitione, Greg.in.l.1.tit.17. p.3. & in gloſſ. verb.* *peſquiſa,** Didacus Perez, in.l.24.tit.11.lib.4.ordinamenti. Et practicam procedendi per viam inquiſitionis de iure ciuili, canonico & regio, tradit Paz, in ſua praxi. 5.p. c.1.num.4. & vide.l.5 tit.7.p.1.& l.3. tit.4.lib.8.recop.vbi Azeued.

## QVAESTIO. 431.

*Vtrum debens centum, interrogatus de mille, poſsit negare totam quantitatem. Communis contra communem.*

DVbium eſt in iure maximū, an qui debet Titio centum, interrogatus ab eo, ſimplicitér iniudicio, ſi debet illi mille, poſsit negare totam poſitionem, vel teneatur centum fateri, & alia negare. Et teneri fateri illa centum, tenet Bart. in.l.1.§.ſi ſtipulanti, num.2.ff. de verborum. Idem Bart. in.l. is qui ducenta. §.vtrum, in fi.ff. de rebus dubijs, & in.l.ſiquis cum totum.ff. de exceptione rei iudicatæ, & tenet gloſſ.in c. fi. de confeſsis.lib. 6.verb.abſque rationabili. Et hanc Bartoli, opinionem, dicit communem, in.d.§.ſtipulāti Alexan.num.7. Aretinus, numer. 29. Vincentius, num.17. Iaſſ. numer. 19. & dixit etiam communem Felinus, in.c.nam concupiſcentiam, nu. 14.in.fi.de conſtitutionibus, & dixit etiam communem Decius. in. l.non videtur improbus, num.2. ff. de reg. iuris, & hanc partem tenet Albericus, in.l.ſi vnus §.ſi cum mihi decé. ff.de pactis. Et dixit magis communem opinionem Antonius Gabriel, lib.3.communium, titul.de expenſis, concluſione. 2. qui nullum allegat, qui dicat communem contrariam. Et nouiſsimé ſequitur Gutierrez, pp.quæſt.lib.1.quæſtione.61. & Sarmiento, de redditibus eccleſiarum 4.p.c.6.num.10. vbi optimis exemplis hanc opinionem confirmat.

Sed contrariam partem (imò quòd poſsit ſimpliciter totam poſitionem negare) tenet gloſſ.in.d.c. fi. de confeſsis, verſ.vel poteſt ſimpliciter totam poſitionem. Et hanc tenet Speculator, in tit. de poſitione. §. 5. verſ.ſecundo verò exemplo, & ſéquitur Bal.in.c.dudum, el.2. numer. 29.de electione, Alciatus, numer.48. Crotus, col.fi.in.d.§.ſi ſtipulanti. Et hanc dicunt veriorē Decius, & Cagnolus, in.d.reg.non videtur, & hanc ſeruare communitér aduocatos in practica, teſtatur Abb.in.c.1. nu. 15.

de mutuis pet. & eſſe communem aſſerit Imola, in.d.c.dilecti, colu. 2. de de maioritate & obedientia,& in. c. vnico de plus petitionibus,& hanc partem ſequitur Couarr.lib. 2. variarum.c.2.num.5. Quę opinio verior eſt & tenenda, licèt contraria ſit ſecurior in foro animæ.

## QVAESTIO. 432.

*Vtrum confeſsio mariti de dote recepta, quando non conſtat de numeratione, dicatur ſimplex donatio. Communis contra communem.*

Maritus, qui conſtante matrimonio, fatetur dotem ab vxore recepiſſe (de cuius vera numeratione non conſtat) eam quantitatem vxori donari, videtur, eamque donationem factam toleramus, vt prohibitio donationis inter virum & vxorem effugiatur. Ita tenet Ioannes Andreas, ad Speculatorem, in tit.de donationibus inter virum & vxorem, in principio, & tenet Bart.(poſt gloſſam) in.l.ſi diuortio, num.3.ff.de verborum, idem in.l. Papinianus.ff.de donationibus inter & in.l.cumquis decedens.§.Titia.ff. deleg.1.& eſt communis opinio, ſecundum Angelum, in.§.fuerat, num 14.inſtit.de actionibus,& dixit etiā communem Alexand.conſ 45.num. 6.volum.1.& Socinus,conſ.61.col.3. vol.1.& dixit communem Claudi'. in.d.l.diuortio,num.7.

Sed contrariam ſententiam (imò quòd prędicta confeſsio acceptæ dotis, cenſeatur facta ſpe futuræ numerationis, potiùs quam animo donandi) expreſſè tenet Ancharranus, cóſ. 307.& Romanus,conſ.445.& Salicetus,in.l.1.num.3.C.de dote cauta, & Iaſſ.in d.§ fuerat,num.93.& latè Felinus,in.c.ſi cautio,numer.71.de fide inſtrumentorum, Aymon, conſ.41. colum. 4. vbi adduxit fundamenta pro vtraque parte. & eſt alia tertia opinio Imolę,in. l. ſi conſtante, in principio, colum.fin.ff.ſoluto matrimonio, diſtinguētis hoc modo: quod ſi facta fuit confeſsio prædicta conſtante matrimonio, adiecta renunciatione exceptionis, nonnumeratę dotis, tunc pręſumamus donationem, alioquin cenſebitur facta ſpe futurę numerationis. Quam diſtinctionem tenet ibi Crotus,in. 2.lectura fol.penultimo,& Socinus,in.l.1.num.100. ff.ſoluto matrimonio, & Aretinus. colu.6.in fi.idem,in.d.l. ſi diuortio, num.4.vbi Alexand.colum.fin.& ſequitur Gozadinus,conſ.28.num.21. & eſt communis opinio, ſecundùm Alexan.conſ.142 colum.2.volum.5. & explicat hunc articulum ad partes Couarr. lib. 1.variarum.c.7.num. 4.& Gomecius,in.l.50. Tauri,nu 52. ſi verò ante matrimonium præceſsit promiſsio dotis,& conſtante matrimonio maritus confitetur dotem recepiſſe, hæc confeſsio non ſolum nocet marito, verum etiam ſuis creditoribus. Ita elegantèr Matthæus de Afflictis, deciſione.402. numero. 2. quod ſequitur & exornat Antonius Gabriel,lib.3.communium,titul. de iure dotium,& dotis promiſſ.concl. 4.num.2.& Gutierrez, allegatione. 11.num. 27. idem reſoluit Ioſephus Ludouicus,deciſione.66.nu.27 vbi diſputat,an hęc procedat contra creditores anteriores. In quo articulo pro vtraque parte alios refert Ioannes Botta,conſ.55.reſoluens illam cōfeſsionem nonpręiudicare, idemque tenet Bellonus,conſ.47.nu.4. & Ioſephus Ludouicus,ſupra,numer.44. & nume.74.Quòd pluriès habui de facto, & ita conſului, & tanquam iudex



iudex iudicaui, & ſequitur Couarr. lib.1.variarum.c.7.à num.5.vſque ad 7.& Rolandus à Valle,conſ.85.num. 42.volum.1.& conſ.20.num.15.vol. 4.Cęphalus,cóſ.101.num.37.& 448. num.15.& nouiſsimè plures allegat pro hac ſententia Barboſa, in. l. 1.ff. ſoluto matrim.in.6. part. nu.34.vbi refert plures doctores pro vtraque opinione, dicens eſſe valdè controverſam, adducens concordiam: qui omninó eſt videndus cúm caſus contingat.

## QVAESTIO. 433.

*Vtrum appellatione aui, contineatur & proauus. Communis contra communem.*

Appellatione aui continetur & proauus. Ita Bart.in.l.Gallus.§. inſtituens. ff. de lib.& poſthumis, vndé dicebat idem (in.l. cui eorum.§.affinitatis. ff. de poſtulando) ſe conſuluiſſe, quód licèt tex. in authentica, matri & auiæ C quando mulier tutelæ officio fungi poſſit, dicat, quód tutela feratur ſolum matri, & auiæ, intelligitur de proauia, licèt addatur præpoſitio, pro. Idem tenet ipſe Bart.in.l.ſi quis ſub conditione,num.6.ff.de teſtamentaria tutela, Bald.in.d.§.affinitatis. Imola, Aretinus, Cumanus, & Alexand. in.d.§. inſtituens,& eſt communis, ſecundum Alciatum,in.l.iuſta.§.patris ff.de verborum ſignificatione.

Sed contrariam ſententiam tenet Angelus,& Paulus,in.d.§.inſtituens, idem Paulus in.d.l. Gall'.§.idem credendum, Angelus,in.d.§. affinitatis, & in.d.authentica,matri,& auiæ, Fulgoſius,in.d.§.affinitatis, dicens, quòd ſemper reputauit falſam deciſionem illā Bart.& ita (contra Bart.) fatetur hanc eſſe communem, Barbacia, ad Bart.in.d.§.affinitatis, verb.cóſului, & Iaſſ.in.d.§.inſtituens,num.33. Prima tamē opinio verior & receptior eſt, & ita communitér practicatur, cùm ſit eadem ratio.

Primæ Partis.
FINIS.

Laus Deo.

Excudebat Toleti Thomas de Guzmam,
Año. 1599.